



ANGELII faciem si vis novisse IOHANNIS;
WERDHAGIDVM decus, hac, cernis, in effigie:
Andr. Crumetus Ien. Magdeb.



Lubeca



I. C.
De
REPUBLICI
HANSEATICA
Facultus generalis



LUBECA

LUGDUNI BATAVORUM,
Ex officina IOANNIS MAIRE. d. I. c. xiii.

Jo. Magniniq; Jan Junc.
Planct. 1631. v. 078.

०१

CONTENTORVM

In hoc generali tractu conspectus.

1. Dea vera & vivida totius Imperii Romano-Germanici cum omnibus membris suis.
2. Societatis cuiusvis universitas & communio unde sit, quid sit, ac quomodo inter se differant.
3. Societatis privata & publicæ diversarumque utriusque specierum enumeratio cum necessaria declarat:one.
4. Quot Politicorum in his inveniantur errores, & in quantum à scopo veritatis fundamentalia eorum devient.
5. Libertas vera & falsa quid? Sic & servitus vera & falsa quid? Ac num servitus sit à natura?
6. Quinam primi servitutis in Germaniam introductores & auctores eis?
7. Quam fortiter per secula Saxonessuam defenderint & suorum Libertatem.
8. Historicorum nonnullorum errores deteguntur in plurimis.
9. Imperatoris in definitione insta servit:is defensio.

19. De iustitia belli & servitute eius
examen.

20. Defensio Platonis iusta & eius Rei
publice cum Christianismo compara-
tio solida.

In parte Secunda.

21. Contenta locorum, & varia eorum
appellationes ac determinationes se-
dium.

22. Res publica quid propriè sit, & quo-
modo ab Universitate & corpore dif-
ferat.

23. Civitas quomodo effectum Reipubl.
exprimat & quod eius dentur vera ac
solida species.

24. Privilegia quid sint, ac quod speciei
eorum.

25. Fœderis explicatio solida 12. con-
tinet capita , quibus variae etiam de
Civitatibus Hanseaticis inseruntur
quæstiones, & documenta antiqua.

26. Mercatura & negotiationum in
commerciis ratio.

INTER INCLV TAS RESPV-
BLICAS HANSEATICAS

Maximè principalium & ce-
leberrimarum quatuor
Metropoleon,

LUBEC CÆ, } Dnn.
COLONIAE, } Consuli-
BRUNSVIGÆ, } bus, Syndicis,
BT } Camera-
DANTISCI, } riis, ac
Senato-
ribus,

*Viris generis, muneraisque
NOBILITATE, EXPERIENCIA,
doctrinæ ac
rerum usu*

Clarissimis, eminentissimis,

Dnn. FAVTORIBVS AC
Amicis insigniter colendis.

S. C. P.

IOHANNES ANGELIVS
WERDENHAGEN,
I. C. C.

N G E N S qui-
dem, viri, Am-
plissimi mune-
ris dignitate cō-
spicui, & Fauto-
res optimi, glo-
ria semper virtutis venditatur;
nec ipsis sapientibus Ethnicis
quidquam preciosius in æsti-
mio fuit, si verba & tot splen-
dida eius encomia respicia-
mus: nec optatius aut dulcius
quippiā inveniri, aut dici po-
terit, præsertim si piè hēc & ju-
stè in quavis regiminis forma
refulgeat. Verum ut nunc sunt
tempora, & mores id ferunt
perversi mortalium, in aptico
medii diei foro meritò quis
Diogenes prodeat novus, &
investiget cum lucerna; quas
ita syncerè applicet studio vic-
tutis, ut cum pietate verè Chri-
stiana congruant. Ita omnis
integritas ex cordibus recissit

DEDICATIO.

hominum , ut saltē tot linguae pigmenta confecerit, quæ perperuos blateratione vana fucos passim coloret. Si quaeratur, Virtus ubi sit? Quilibet in eius commendatione gloriosum Pyrgopolinicem se protenus ostentabit. Si Christianos expetamus; nemo non eius tituli salutiferi sectatorem strenuum se profitebitur. Ergo, quantum in fronte appetet huius theatri, & Virtus & Pietas nuspiam non jocum apud omnes suum sortita est. Ex verbis & sermocinationum crepitaculis , qui mundum censere velit, ille cogetur profectò confiteri, templum ubi vis eius obvium in pomposis picturis viderier. Namque ita magnificè, si ad aulicas ceremonias & manuum osculations politicas flectantur oculi, se extollunt omnis elegantiae fastuo.

DEDICATIO.

factuosæ expliciti censores; si æmulatores eorum notentur nobiles, non minorem sibi illius adscribunt usum; si civici commeatus dispiciantur, quis est talium, qui non virtutis præcellentia commendari se magnoperè adamet? Sic nunc ædium expolitā munditiem, nunc contractuum firmitudinem, nunc honestatis accuratioris culturam venditant. Nec coloni & infimi generis plebs hanc gloriam sibi inæqualiter attribui somniat. Præ reliquis cunctis tamen summas & omnium rerum primas partes sibi attribuunt sacri ordinis artifices, qui se propter ea à politicorum sorditie exemptos putant, quod aliis diversas exactè vivendi regulas præscribere aut communicare noscant. Quis non omnium vitia penitus fastidire & extrē-

D E D I C A T I O.

anè odiſſeſe dicat? Vbi igitur
ſumus illepidi? Vbi hæremus
inquinati, ſi omnes ex virtu-
tis ſtudio adeò cultiſſimi
ſplendeant? Quisnam è plebe
Christianæ pietatis nomen
exhorrefcat? Quis non indi-
gnetur, ſi neges? Quisque in
eo honore vult magnus habe-
ri, ubi virtuti & religionis cul-
turæ laudes altiores adſcri-
buntur. Taceo, *inquit Scrib. in*
in Politico-Christ. lib 1. cap. 21.,
dignitatum nomina, nescio, è
qua barbaria mutuata. Sed ta-
ceo: præcipitia heic immi-
nent: & rusticus habebor, ſi
non integrum nominum Ca-
lendarium memoriae impref-
fero. Non opus pluribus.
Sciunt, qui norunt. & qui vo-
cari volunt. Cave, vel trans-
versam acum decedas; ſi pec-
catum. --- Turgescit vitrea
bilis. Ac nimis heū multa, &c.

Ita

D E D I C A T I O.

Ita undiquaque ex titulo vir-
tutis quisque sibi splendorem
deputat , & colligit. Verum si
lucerna Christi adhibeatur,
Matth. 5. quæ itimè perlustrat
corda mortalium , adeò densæ
erunt tenebræ , ut ne quidem
umbra minutissimæ lucis us-
piam queat admitti. Luceat,
ait *Salvator* , lux vestra coram
hominibus , ut videant vestra
bona opera , glorificantque Pa-
trem vestrum , qui est in cœlis,
Matth. 5.16. At si cor tantis te-
nebris sit obtutum ; quomodo
possit inde splendor alicuius
exultare luminis ? Indumento
se pellis rapinæ tam comiter
omnes indui amant , ut so-
lummodo inde ceaseri velint
habiles virtutis ministri. Id-
eoque rectè nuper mecum vir
præclaræ experientiæ , quum
nobis de vera pietatis solidæ
informatione esset sermo , hoc
mihi

DEDICATIO.

mihi responsum dabat. Ah,
res quidem sancta est vera vir-
tus ; sed ubinam eius vestigia
integre apparent? Nullibi am-
plius eam invenias , nisi in
verbis , aërem inanem spiran-
tibus , & in libris aut chartis
calamo & atramento delineata-
tis , usque adeò ab omnibus
hominum exulat cordibus.
Ideoque qui hypocrisi se nef-
cit vestire, cunctis se statim ex-
ponit nudum variarum perse-
cutionum periculis, præsertim
si veritati aliquod submini-
strare velit patrocinium per-
tinaciis. Mundo enim & mun-
danis nihil acerbius obiici po-
test , quam quod veritas ipsa
docet, & docendo monendovè
exprimit . Continuò videoas
homines in furorem furen-
tem adigi , si minutissima eo-
rum tangas vitia ; nec tunc ra-
bies talis suis caret calumnijs
inju-

DE D I C A T I O.

injuriis , & nūgis invidiosis.
Nec raro videbis facies fīngi,
& ad austēram quandam ma-
tūritatē compositas , intus
libidine , crudelitatem , invidia
ināstuantēs. Si quid simula-
tur, ut simulationes hodiē hy-
pocritarum sunt omnium , ca-
veas maximē. Gratia enim ma-
lorum , tam iūfida est , quām
ipſi , ait Plin. 1. epist. 16. Et Cic. in
Ver. recte sentit , ubi dicit :
Nullæ sunt occultiores insi-
diæ , quam eæ , quæ latent in
simulatione officij , aut in ali-
quo necessitudinis nomine .
Nam euni , qui palam est ad-
versarius , facilē cavendo vita-
re possis ; hoc verò occultum ,
intestinum , ac domesticū ma-
lum non modò non existit ,
verum etiam opprimit , ante-
quam perspicere , atque explo-
rare potueris. A nullis igitur
insidiatum cuique bono &
** sim-

simplici tenditur , quām ab
his, qui se simulant amare ma-
ximè. Nec minus perniciosi
sunt, qui omnia ad nutum cu-
jusvis approbant ; sic pars non
infirma apud Principes & Re-
publ. per scelera viam sibi ad
magna sternit, quum per vir-
tutem solidam non possit, quæ
etiam pridem evanuit : Imò
pars per laudata principum
crimina, *ait Scrib.d.l.2,c.18*, ad
dignitates conscendit; impro-
bitatis facti auctores, quia lau-
datores : pars etiam improbi-
tatem suam probitatis pallio-
regit : pars sub ementito pu-
blici boni zelo, publici boni
interitū velat. Et quando pu-
blicam fortunam bonam val-
dē clamant, privatā struunt.
Detrahunt omnibus, dignissi-
mi in quos securibus (castiga-
tionibus ego dicam)insurgent
omnes : & quum sceleribus

D E D I C A T I O.

tanquam rupibus integantur,
raram præ se modestiam fe-
runt: Impietatem emendatâ
quadam vultus pietate vesti-
unt; libidinem nocendi, fron-
tis maturitate, & verecunda
oculorum deiectione conte-
gant; simul subrident clancu-
lariè, si quid sit ridendum., &
fucatam gravitatem superci-
lio paululum compresso præ
se ferunt, ut eò rectius mali-
tiam occultent sub specie pie-
tatis. Sunt etiam alii tam im-
pidenter maligni, ut ex mali-
tia non vereantur quævis con-
fingere mendacia & calum-
nias. Quid? an testimoniis,
vel exemplis opus? Quid fre-
quentius in hoc mundi thea-
tro? Examinemus saltem tacitè
nobiscum nostram ætatem;
repetamus parum, quæ turbu-
lentissima hæc tempestas no-
bis detegerit, videbimus af-

D E D I C A T I O.

fatim exemplorum , quibus
quasi virulentissima peste in-
fectæ , atque penitus corruptæ
sunt actiones omnium. Vidi ,
atque idem partim ita nostra-
tum vestratumque alii de-
prehenderunt mecum , quod
novi , præcipuum sic quendam
à plurimis quoq; digiti mon-
stratione sæpius indicatum es-
se , qui tanta sibi ex boni pu-
blici nomine confecerit com-
mercia. An non perpetuus au-
diebatur ex ore eius sonus de
bono publico ita extremè pe-
ticlitante ? An non Euangeli-
ca res ipsi usque adeo in ago-
ne iam iam expirando ultimū
ducebat halitum ? An non se
satis volubilem præstítit ob-
servantibus intimiora? An non
etiam subrisit sæpius ad san-
guinum tot sævas effusiones ,
& clades publicas? Quàm cir-
cumcurrunt tales sæpius , ut
tur-

DEDICATIO.

turbatum rerum statum in
cōfusiones inextricabiles præ-
cipitent? Nec tamen eo no-
mine salutari volunt, quum
omnes pictatis zelo possint
palliari machinationes. Ac ne
videantur, se quid sinistri tra-
ctasse, suam in alios, per sa-
vissimas calumnias & menda-
cia, detorquere laborant cul-
pam & noxam. Nunguam cer-
tè tam impudenter nugaces,
mihi imaginari potuisse
magni nominis viros, nisi id
experientia me cum damno
extremo nuper docuisset. Nec
pudet ipsos taliū, qui ad clavū
sedent? Nimium est detestabi-
le. Obstupui haud raro ad im-
pudentiam talem, & linguam
plusquā nugatoriam alterius,
quoties vera submisere non
verebatur. Notoriè quæ con-
stant omnibus, sic tamen ad si-
lentii tenebras condemnata

* * 3 . fuc-

D E D I C A T I O.

fuerunt. Idiotæ si quid ex ignorantia peccent, mecentur ju-
re veniam , quum dolus absit :
at si quis publicæ auctoritatis
stipendium merens bonū pu-
blicum sub eius specie proprii
lucri, aut invidiæ caussa sic mi-
sejè flagellet , non impunè id
aferet , licet aliquo usque res
perfida tot possit colorari &
distrahi calumniis. & aliorum
suppressionibus. Prudentis &
pii Magistratus tamen offici-
um est , rectè omnia dispice-
re , ne veritati vis inferatur.
Calunniarum enim tanta est
potentia, ut innocentissimus
fictio pœ criminis possit sæpius
sub mole tanta confundi. Et
iam heic exempla vidi satis a-
trocia. Sed quales in Republica
moderatores sunt , tale quo-
que regimini specimen edat.
Omnis prudentia politica fal-
lax est , nisi subsit pietas , &
uni-

D E D I C A T I O.

unicus ad Deum ex Verbo eius respectus. Ita facilè in nostris confundimur negotiis, quamvis magisterium sapientiæ nobis adscribamus temerarij. Pietas enim unica vera & solida informatrix est omnium Virtutum, si cordiales & verè vividæ ac minus fucatæ esse debent. Alias prorsus idolatricâ deformatæ jacent hypocrisi, nec veritatis basi nituntur. Etenim veritas comes adsidua & inseparabilis est veræ virtutis, ita, ut fundatum solidum pietati substeruat, & quicquid eidem superstruitur. Ideo quoque Regius Proph. David nolebat unquam in statu regiminis deprehendi absque ductu & tramite Iehovæ, à quò hoc toties anxie sibi exoptabat in Psalmis, ut nulpiam gressus aut pedes moveret, vel ad dextram aut sinistram,

D E D I C A T I O.

stram , nisi vestigia viæ testi-
monium cœlestè illud & jus-
sio Iehovæ monstraret. Et ta-
men exclamat, Ah quis novit,
quoties in errorem concidat?
Quis possit numerare devia-
tiones suas ! Quantiò magis
his periculosis temporibus id
cuique Christiano Magistra-
tui cōpetet , ut cautelam hanc
in pietate debita observet !
Tanta enim passim est retum
discordia , ut bellotum tot tu-
multu omnia in ruinam de-
trudier meritò videātur. Qnis
heic non in infinitos abripia-
tur errores & lapsus gravissi-
mos ? Præsertim quum tot pe-
riculosæ & perplexæ hodiè
formentur quæstiones , quæ
meras inferant conscientiis
torturas & morsus . Tum quo-
que turbatores Christianismi ,
non tantum obstruunt aures , si
quis belli rabiem diffuadeat ,
sed

D E D I C A T I O.

sed etiam tales proflus continuo condemnant , tanquam ordinis politici ofores infen-sissimos. Nolunt enim bellum esse contra pietatem : sed miras heic configunt & consarcinant distinctionum subtil-tates , ut cludatur illud Chri-sti: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum . Quasi amor charitatis Christianæ (ex quo unicum signum & notam veræ Ecclesiarum ipse Christus facit Ich. 14.) in sanguinis cruenti amore truculentum possit converti. Sed , exclamant , quid? An non Deus peculiaria mandata dedit Moysi , Iosuæ , Gedeoni , Samueli , Davidi de suscipiendis & gerendis bel-lis ? Num. 10. ¶ 31. Dent. 2. Ios. 6. 8. 10. 11. Iud. 1. 6. 7. ¶ 11. 1. Sam. 17. ¶ 25. Abigailne ad Davidem ait ; Prælia Domini prælia sunt. Ceret mandata Ie-

* * § hovæ

DEDICATIO.

hovæ sunt servanda : Sed quis
fuit Moyses ? Iosua ? &c. An
nostrates sunt illi Patriarchæ
qui tunc vixerunt , & quibus
speciale impossum est tale
mandatum ? Sanctitas & cru-
delitas, quomodo cōveniunt?
Quo medio duo contradic-
tia conspirant? Regnum iræ &
regnum gratiæ Christi quo-
modo conglutinantur ? Quæ
illatio aut consequentia à spe-
cie ad genus? ut ipsi confiten-
tur, quod nulla sit. Nihilo-
minus ita argumentantur &
concludunt illi Logicales so-
phi contra proptias regulas.
Qui concidit in regno ire Dei;
an ille hoc furore collapsus
transcat in regnum gratiæ , &
recipiatur à Christo , proximi
necator ? Quàm metuo arbo-
ris casum, ceu factus est? Ita
gladium à D. Paolo ad Rom. 13.
4. magistratui pro vindicta
exer-

D E D I C A T I O.

exercenda attributum male
interpretantur. Sed videant
glossatores tales , quomodo
scandalis seductionum talium
se exolvant, *ait ille, qui Idem se-
culi egregie descripsit.*

*Nulla salus bello , pacem te pos-
cimus omnes.*

Melior, inquit, certa pax, quam
sperata victoria. *Quid enim*
miserius , quam vili salario
jugulare hominem , à quo nun-
quam sis læsus,& capitis quo-
que tui periculo, & , si quid est
manubiatum , nequiter pro-
fundere , in luxus & aleam.
Obiiciunt porro: Pium est ta-
men, & dulce pro patria mori
& pro tranquillitate publica
&c. Imo multitamen (sic per-
git ille) heic præcipites ruunt
in exitium, nec parentum, nec
liberorum rationem habent ;
sed mercedula conducti in
militiam proficiscuntur. Si-
le:

D E D I C A T I O.
le : (sic concludet)

— Pax optimarum,
Quas homine novisse darum ;
Pax una triumphis
Innumeris potior.

Quippe in pace liberi parentes sepeliunt ; in bello parentes plerumque liberi. Sic meminisse oportet, Patres patriæ, nulla re proprius ad Deum accedere, quam salutem hominibus dādo. &c. Sed quid profest, frustra se defatigare monitis? Tamen hoc cuivis competit, ut symbolon suum ad communē conferat usum Rei publicæ ; quod etiam maximè incumbit Christianis. Quæ aliter nequeunt corrigi, votis piis voluntati Iehovæ ritè committimus anxij.

Ad vos autem, viri Amplissimi & Fautores optimi, nunc heic revertor, ut paucis explicem, quæ rationes me convicerint,

D E D I C A T I O.

erint, ut V. A. & F. hunc inscriptum libellum. Illi, quis ex tot annorum conversatione vera cognitus sum, qui-que boni naturam non abnue-rint, mirum videri non potest. Namque quum pars ante hac ex pluribus aliquot annis consiliorum Hanseaticorum fui, coactus sum gratitudinis tandem aliquam significatio-nem demonstrare. Varia qui-dem dispicere non desii; sed tamen materiam vestro statui accommodatam feligere debui. Ideoque animi caussa, in isto meo exilio satis duritet adverso, colligere volui hoc opusculum, cuius materia non adeo ingrata A. V. & F. esse pos-terit, quum satis reminisci queam, quoties hoc in pleno confessu deliberatum fuerit, ut tandem aliquis esset, qui Hanseatica vestra specie ali-qua

V E D I C A T I O.

qua historiarum & transacto-
rum suis cum iuriibus &c. de-
linearet. Veluti memini anno
1607. 8. Aug & postea an. 1611.
non tantum per publicum pla-
citicommissaris conclusum eam
commissionem Clariſſimo vi-
ro Dn. Iohanni Dauthio Scn.
Consiliario tunc Magdeb. Rei-
publ. & amico meo singulari-
oblatam esse , qui etiam per
oētēnnum in eo magnopere
desudavit , & peculiare opus
de Iuribus Civitatum Infe-
rioris Saxoniae pro usu publi-
co, & maximè Camerali deci-
ſionibus solidis applicato, cō-
ſcripsit, quod suam aliquando
videbit lucem , ut maximè à
plorimis expetitur: sed etiam
idi tunc postea, quod expieſ-
ē ſimul quid ea in re deman-
atum fuerit Clariſſimo viro
Dn. Iohanni Domanno Socie-
tis Hanſaticæ Syndico, qui
idem

D E D I C A T I O:

idem simul quid conscribere
tentârat: ac nisi in Legatio-
ne incluti Fœderis huius Han-
seatici ad Illust. Ord. Con-
fœd. Belgii anno 1618 Hagæ-
Comitum diem suum obiisset;
iam priidem telam inceptam
pertexisset. Hunc animum
quum vestrum noscam ex cō-
muni placito certum; aggredi-
tale quid ausus fui. Præterim
autem mihi heic stimulo fuit
amor Patriæ & solida affectio-
ea, quam semper erga Bonum
publicum gessi promptissimā.
Non curo, quicquid alij ina-
nis alicuius gloriae aut vanæ
ostentationis causa suscipere,
& inde paginas complete stu-
dent. Etenim integri hominis
est, ea percolere, quæ ad veri-
tatis promotionem faciunt, &
boni publici ædificationem
solidè curant. Quippe nemo
sibi natus est; sed quicquid
sumus,

D E D I C A T I O.

sumus, id Deo, & proxime
debemus nostro, si verè Chri-
stiani id est Christi imitatores
dici velimus. Ethnici suo mo-
re vivant Ethnico, nos Chri-
stianos id exprimere re, verbo,
& facto decet, quod Magister
noster Sancta Crucis morte &
effusione sanguinis largissima,
pro redemptione nostra, me-
ritus est nobis. Id nos maximè
omni tempore despicer seduli
debemus: ac ne ignari simus
officii nostri, propterea quo-
que ad exempla maiorum no-
strorum nobis recurrendum
est. Invidi sunt, qui in eone-
fas aliquod committi putant,
si ea inquirantur, quæ non
semper gustum virtutis præ-
beant. Historiæ quasi speculi
faciem nobis porrigunt, ut in-
de discamus maiorum & pa-
rentum facta, qualia fuerint,
aut miranda, aut maximè ca-
venda.

D E D I C A T I O.

venda. Etenim si speculum ru-
gas & maculas frontis cuique
proponit in conspectum, quur
non eadem vis sit historiæ?
Imò in cum finem scriptæ, &
quoque in ipsa S. Scriptura
connotatæ sunt historicæ ima-
gines, ut regulas præbeant no-
bis, quibus exactius nos ipsos
ad exempla majorum metiri.
discamus, & omnia in melius
corrigeremus. Et quur etiam non
dulce sit posteris, maiorum
perscrutari acta & facta? Vti-
nam modò nobis omnia ritè
constarent! Sed vix corticem
lambimus, ita veritas omnis
supressa est, ut vix aliquid
debitè prodere queamus. In
hac priori autem tractatu, quē
vobis, Viri Amplissimi, dedica-
vi, maximè ea continentur fun-
damenta, quæ ad defensionem
tam antiqui & incluti sœderis
vestri faciunt, quum tot osores

* * * poter-

DEDICATIO.

potentes semper & etiamnum
fortè invenerit tam nobile in-
stitutum, ut videant omnes
cum ipsa natura hoc congrue-
re, nec a iusta corporis dige-
stione esse alienum, ceu id par-
tim ex praefatione, & ipsa spe-
cialis tractatus applicatione
satis patet. Utilitatem tanti
fœderis, quâ non tantum Im-
perio Romano toti, sed etiam
omnibus vicinis regnis, & pro-
vinciis circumiacentibus, ac
in ultima terra apud antipodes
dissimilis regionibus inseruit,
qui rectè intelligit, facile cle-
mentius iudicium de re opri-
ma hac concipere poterit. Cui
minus quid in hoc placet, ille
prodit liquidi dissimile invidia
suæ importunitatem. Hac spe
& favore A. V. frater, laudabi-
le ho: stadium decurtere vo-
lui, invitante me petitione si-
mul amicorum, quibus con-
stabat,

D E D I C A T I O.

abat, quod plurima mihi es-
tunt in eare cognita. Non ta-
cen omnia, quæ in medium
adferri poterant, attuli, sed
quum in virtutes quoque col-
locet Fabius, quædam nescire;
ita in his diligentiae partem
putavi, nonnulla præterire.
Nos, Amplissimi viri, & Fau-
tores exoptatissimi, si munus-
culum hoc benevolè accipia-
s, non tam me, quam vosmet
ipsos in eo exaltabitis: nibi-
dominus vestrum nomen cla-
rissimum, velut amuletum,
ad averruncandam invidiam,
quovis malevolorum morsus
venenatos pro tali oblatione
excubabit. Æquanimitati ve-
stæ omnia sint commissa, cui
etiam nisi defensionem obni-
xè devoveo. Si quid sit, quod
in pluribus A. V. Servitiis
meis gratum præstare possim,
in eo nunquam vobis aut ve-

D E D I C A T I O N
Stratum cuiquam deero. Va-
lete, & Respubl. vestras hisce
periculosisimis temporibus
feliciter & providè in pietate
Sancta ad gloriam Ichovæ re-
gite; sic extra omnem sortis
vicissitudinem certum in cœ-
lo locum post fata. hujus vita
constituetis, quod vobis ei
animo precor fervidus. Da-
tum Lugduni Batavorum 24.
Junij anno 1629.

Stoli.

N. B.

Stolidum quis corrigat Orbem?
Nilominus tamen
Pietas ad omnia utilis. (1 Tim. 4.8.)
Si nescis: addit D. Paulus;
Namque ea est, ut qua promissionem
habeat vita praesentis & future.
Ergo Symbolum unicè optimum,
IEHOVA SALVS MEA.

* * * ; C O R.

CORDATO ET
BENEVOLO LE-
CTORI S.& A.C.

Alige Lector, Societati
Hanseaticæ nomē qui-
dūm iam ab aliquot se-
culis celebre ad medium,
et gratiōsē clarum fuit: sed per-
quam sepius edidit fragores, quum
tam nobilis Societas tot potentium
nō raro tempestatum impetus va-
stos pertulerit, et feliciter tamen
evicerit. Non omnes eius intelli-
gunt commoditatem et usum,
pauci sentunt, quod ex ipso na-
re dictamine illos sentire fas esset.
Ideoque non mirum, quod tam
varias huius Societatis inclutæ in-
terpretationes multi in scite ven-
ditarint. Si quis communis patriæ
et Germanici Imperii commodum
ritè censere velit, praeferim quod
ex communi commercio ubertim

P R A E F A T I O

in omnes incolas abundè profuit.
An non ismeriò succensear ius, quib
nihil boni de usu civitatum pro
ferre solent, sed jemper calumnias
de tam charis & claris Rebus
publ., quas tanto cum ardore &
solido pietatis zelo erigi, edifica
ri, condigne Imperatores summi
curarunt, & ior privilegiis insu
per laudatissimè ornarunt? Nonnè
ipsum Imperium pulchris suis de
stingueretur fulcris extensis, si
membra tot iam nobiiis Fœderis
Hanseatici paululum conciderent,
cum multi iniquas illis incogitantur
imprecantur fasa? An non ipse
Imperatores tales urbis & civili
tates suis egregiè obduxere & obiec
te hustibus? Nonnè propterca suis
ditarū maximè priz ilegiis? Quæ
so, unde tot incursiones & crude
lissime invasiones diversarum
gentium potuisse repelli, aut ad
minimum retardari, nisi tales
civitates insto coissent fœdere pri
*** 4 milia,

P R A E F A T I O.

minus, & se cuius fortiter oppo-
 suissent devastatori? Quum igi-
 tur necessum esset, ut populos di-
 versis in locis in talibus viverent
 fore aliiis, etiam alimenterum
 causa ipsis pacrociniū susten-
 tandi vitam porrigit debuit. In-
 de commercium & commercii exi-
 mia libertas tantam iisdem peperit
 coniunctionem, ut inde utilitas
 eius in omnes sese effunderet para-
 tes. & membra primius, & inde
 in totum derivaretur imperium
 & omnes eiusdem fines. Non at-
 titinet talia pluribus explicare,
 quum res ipsa id satis testetur, nec
 quispiam id negare ausit; quod in
 oculis est omnium. Nihilominus
 ea est perversitas huius seculi ca-
 lumniosissimi, ut nusquam desint,
 qui etiam optimè facta & gesta
 non in ignominiam & probrum
 nobis convertere audent. Etenim
 duo sunt semper malorum invido-
 viorumque extrema, ad que tanquam

P R A E F A T I O.

ad anchoras firmas confugere solent ; persecutio clandestina , aut contemptus virulonius , quas tam nequitias , omnis generis colorefucatas egregie noscunt oppalliare , ne quis sit , qui technas malignitatis aut iniuria per fidem sentiat . Si quid minus placet , aut aliquibi veritati nimis propè accessum est , & ulcus conscientia alius inde forsitan dolorem acrimoniam nonnihil ex vimio percepit contactu , continuo aperta aut incessuosa persecutio remedium exhibet , quod ultimo quem mactet malo , aut damno non minimo quem afficiat . Si verò id neque obtineri , & vires vel auctoritas alterius technas malevolorum exuperent , contemptus & calumnia nugis speciosiss adornata & subsidium improbis præstant promptissimum . Mundi nequitiam tanta malitiosa nunquam accensere potuisse , nec unquam tam perditam

† † † § . putas-

P R A E F A T I O.

putassem horribilitatis monstrum,
 nisi experientia me in hic doctio-
 rem reddidisset. Ita enim singuli
 propè ab omni pietate absunt, ut
 nihil magis odio sit cunctis, quam
 veritas sol: dum studium ēi amor.
 Nihilominus omnes ēi sin-
 guli eius maximè cupido videri
 satagunt; ac nisi quis in eo numero
 talem comprehendere velit. hostili-
 tas illi extrema denunciatur. In-
 terim tamen sunt, qui usque ad eū
 magnificè viritatis divæ testimo-
 niu[m] extollere possunt, ut, si sal-
 tem homines extono ēi sono ver-
 borum pomposo ēi blandiloquio
 censere velis, cogaris confiteri, ho-
 minem esse qualius precii qui
 ipsius pietatis mereatur fastigium.
 Ast si paulò ad mentem eius peni-
 tiis introspicias, vix quid vanius
 in ipso invenias factο, sic, sibi ne-
 cessicas id requirit, quidvis simu-
 lare ēi ad cuiusvis rutum se com-
 pè componere gestiunt. Num igi-

P R A E F A T I O.

tur in talibus amor veritatis inveniatur? Veracis certè est, nusquam in loco veritatis confessionem negligere. Et enim qui, postulante id ita occasione, veritati aperta fronte patrocinium præstat syncerum & verum, si eius coronam cum Victoria meretur. Non itaque Christianum est, ingratiā alicuius magni aut potensii viri id culpare, quod nunquam non sua singulari gloria extollendum verit. subsum rei bona taxare quidem licitum est, & iustum hoc censetur ab omnibus: atiam propterea non ipsa res condemnari debet. Sic etiam Civitatibus Hanseaticis multa imputantur ex invidiæ, odio, & suspicione prava.

Qui concitiori stimulo offensiones inde sibi irritatas putant, sapienter ingentem illis adiiciunt superbia mollem. Quid vero non imaginatio vana sibi fingit? Quas non constitit dolis connectis tunc impor-

PRÆFATIO.

importunitatis sagittas , si semel
in quem tela veneni sui proicere
decreverit pertinacius ? Si quid
heic ansim ingerere , id rogo , ne
quid nimia imputetur confidentia.
Sed homo sum , nec expeto hoc , ut
mihi quid , præter veritatis amo-
rem aliquem , attribuatur. An
vero hominem me appelle , quum
ipse David regius Propheta ver-
mem se dicat ? Profectò in tali um-
bra vilissime spiraculo latitare
gestio : nec aberrabit , qui me inter
vermisulos ad postremam in hac
mortalitate reiciat partem. Ni-
hilominus hoc affirmare non ve-
reor , quantum ego terrigenarum
acta & consilia non è longinquò , sed
tanquam vicinior quis , tam apud
Reges & principes rerum potentes
aut alias Respubl. intrespexit , hoc
attestari liquido possum , quod
nusquam moderationis & prorata
rerum occasione , ut fert hac mor-
talitas varios casus , equiora con-
silia ,

P R A E F A T I O.

filia, quoties saltē se positis par-
tium propriis commodi studiis af-
fectus reprimi potuerunt, nun-
quam viderim nec deprehenderim;
ita ad communem hominum uti-
litas eō tranquillitatem dulcissi-
mam respxerunt semper plera-
que civitates. Ipse memini, qua-
sapius intercepta eō aversa fue-
rint damna ex adiumento consilii
moderatis formati. Ut plurimum
enim eventum futuri rectius ex-
aminant, quam se temerè praci-
pitare velint, licet sint, qui nonni-
bil hanc raro obstinatus suum
intendant lucrum, unde multa
dissolvuntur aut in maturitate
sua impediuntur, quae longè felicio-
ri usu in praxin suam dirigi po-
tissent. Nam quanam actiones
hominum lite careant sua? Et
quis ab impuritate ita purus, ne
nihil omnino macula inveniatur?
Ideoque quod comparativè infer-
etur, absolusi nominis cultura nihil
ponis.

P R A E F A T I O.

ponit. *Æquus rerum estimator*
hoc semper ubique agere studet, ut
ne transeat nimium limites. Pro-
inde etiam D Petri Bertii senten-
tiam ab equitate tali, præ reliquis
cunctis scriptoribus, non deviam
inveni. *Quamvis vir ille optimus*
ex aliorum commemoratione ea
conscripterit, nec ipse vivum spe-
ctator aut consultor interfuerit,
tamen non sine laude veritati hoc
fert suffragium, ubi in commenta-
rii sui lib. 3. cap. 4. de Urbibus
Anfesticis tale introducit testi-
monium postquam nomina Civi-
tatum Hanse reuerserat: Harum
omnium, foedere inter se iuncta-
rum, dici non potest, quanta sit
potentia. Multarum illarum tre-
clarè gestar referit Crantzus: Hoc
constat, illarum ope gravis bella
olim fuisse composita, discordias vi-
cinorum regum Principumque so-
pitas, pacem restitutam, quod me-
ghiem crederetur momentum ipso-

P R A E F A T I O.

rum potentia allatura, si se alteri parti adiunxissent: meritò ut Societas Teutonica sequestra pacis, publicaque per Germaniam tranquillitatis procuratrix multis iam sculis habitas sit. Earundem ope ad Belgas, Anglos, Gallos, Hispanos, Italos merces deferuntur necessarie, triticum, soligo, lana, cera, cornuum, canabis, linum, pix solidæ & liquida, chalybs, ferrum, pisces aridi, salsamenta, trabes querna &c ab abygena, malo, &c quicquid præterea terre septentrionales ad usum humani generis benignè suppeditant. Utque commodior esset mercium istarum per reliquum orbem distributio, impetrarunt diversis in locis sui institutum, extractis illuc ad commercia agitanda ingenibus aulis, & obtentis variis privilegiis. En habes, Amice Lector, quasi in tabula depictam Societatis huius nobilissima uitatem omnibus communem.

P R A E F A T I O

nem. Et tamen acris inuidie au-
malevolentie ventus hanc qua-
re Societatem bono publico inser-
. videntem non desit. Atque quin
fundamentum ipsum huic foederi
acutiores aliquoties pridem sub-
verttere tentarint , coactus sum
paulò accurritius & altius rem,
à principio usque arcessere, preser-
tim quum viderem , quod multa
Politiorum scripta in plurimis &
quidem fundamentalibus aberras-
sent , ex quibus alii non desierunt
adeò firma sibi confidere axioma-
ta, ut error errorē procrearit in
gravioribus. Inde tot enata sunt
scandala in politiciis actionibus , ut
propè vitia ipsa & crudelitates in
virtutum castra palliatis speciosi-
tatibus deducta appareant. Nec
aliter fieri potest, ubi opiniones hu-
mane veritati cœlesti preferus-
tur , & omnia cœca rationis in-
volvuntur blandimentis. Sic enim
impudensia in gloriofis disputa-

P R A E F A T I O.

bonibus, qua omnem vera lucis
 odiè splendorem absulerunt, si-
 i se omper imperii primas attribuit
 artes. Diu tecum habitaui, an-
 liquo usque inter ingensiorum tot
 varios prodirem cœus, in prionis
 hum antea expertus fuissim,
 quoniam periculum subsit, si quis
 veritatis cultorem strenuum se-
 xerere vellet: sed, ut quod res est,
 liberè ac ingenuè dieam, patriæ
 charitas, Hanseatici nominis glo-
 ria, & amicorum meorum consti-
 tutum verecundiam meam expri-
 gnerunt, & invicem hoc propul-
 lerunt, ut iudicii tam variis me
 exponere coacti fuerim. Erat in-
 ter precipuos, qui generalis huius
 tractatus consignationem suam
 offerebat. Quamquā materia
 fundamentalis accommodatam de-
 prehenderem, eius hoc beneficio ut
 volui, quod instanter quoque ur-
 gebat. Namque ea coniinebat
 cuncta, que ad Societatis Hansea-

P R A E F A T I O.

tica fundamētū in universitate
ita ficerent, ut etiam ex illa quae
libet obiectiōnes Cavillatoriū
omnium, quoerunt non nihil in
consideratiōne ērā ferventius tam
nobilis Societatis consuetudines
fædera impugnarunt, facilius
possint refutari. Tum quoque i
memoriam mihi revocabam, So
cietas Hanseatica conclusum
quod anno 1607. 8. Aug. quā
Andreas Knichius in gratiam
Ducis Guelphici ex odio erga si
vitatem Brunsuicensem concepli
usq; petulanii calamo eas perstrin
gere suscep̄at, hnic optimo cor
pori nil aliud nisi merui conspira
tiones, factiōnes, ērā molitiones per
versas adscribendo, in publicum
Recessum pleno consensu coniu
rant. Illius Decreti Hanseatici
verba in Latium translatā, ita
habent: Ultimò in communione
consultatione hoc ventilatum
fuit; Vtrum conducibile sit

P R A E F A T I O.

t Andreæ Knichen publicis
ypis divulgatorum Tracta-
rum & calumniosarum char-
arum , (in quibus Civitatum
Hansæ privilegia , libertates,
et jura multis modis in du-
rum vocantur) à civitatibus
refutationes & detensiones a-
quæ suscipiantur , vel non?
bi hoc conclusum , quod ex
omine communi Civitatum
Hanseaticarum ille Knichius
non debeat ulla refutatione
ignus censer. Si quis vero
privatus esset , qui onus confu-
tationis contra hunc tracta-
rum subire vellet , quod com-
muni Civitatum sumptu huic
recompensatio refundi debe-
ret , &c. *Vbi simul in commissio-*
nibz hoc propter lob. Dauthium
Teni. aut alium quemcumque ido-
peum civitati Magdeburgensi Et
Brunsvicensi concreditum fuit , ut
hoc quam citissime expediri red-
† † † * 2 derent.

P R Æ F A T I O.

derent. Audacia autem temeritatem
nimia mea hoc quidem adscribit
posset, quod rem tanti momenti
subierim. Imò iudicia, praetudicia,
obtructationes, reprehensiones, con-
fessim, quasi sub signis, in pro-
cinctu undique me circumstare
prospicio. Fortè etiam alii curio-
sitas alicui vana hac adscribantur.
Sed talium auctoritatem sive inn-
nom prudenteriam non magnoperi
curro, nec admiror. Nec mihi ra-
tiones defuntrunt, quibus bonis & cor-
datis, qui communi patria saluti
rectè cupiunt, hoc institutum facili-
lè probare, & oblectationem libero
homine non indignam docere
possim. Si qui vero in cemmodo
suo hospites domi, & in patria
sua peregrini, aut posueri in specula-
tionibus futilibus & terministi-
cis subiles, at cognitione solidarum
& actionum pueri esse adop-
teret, per me illi sibi vigilent aut
dormient, sibi placeant; cum tali-

bus

P R A E F A T I O.

us nihil mihi erit negotii. Inte-
sim tamen hoc quivis noscat, quod
um nemine mortaliū in h̄tem
llam sim proditus; nec aliter
uid, in hoc prioris Tractatugene-
tali profertur, quam quod ad in-
formationem faciat ita, ut ali-
euando ipse quis controversias
m̄nes, quāt̄merē toties & iisdem
autologicis scriptis Civitatibus
Hansonicis à Knichio & aliis
notis sunt, diuidicare queat; si
pāc fundamentalē informatione-
rem partim amici parlim̄ meam
itē penetrare didicerit. Etenim
ordinetur heic nobilissima mate-
ria, quae toti Societati mortalium
in Fœdere aliquo aut extra Fœdus,
in Republ, aliqua, aut in liberta-
te plena, vel semipleva, in servitute
verè censenda, aut privilegiis
nec non aliis in communi vita &
commerciorum negotiis, aliis v̄e
actionibus humanae competat. Vix
aliquid nobilibus & libero homine

P R A E F A T I O.

dignissus explicari poterit. Omnia
hic perspicis, quasi in delineatio-
nibus sinceras depicta, ut prepara-
tionem solidam percipias, si de re
ipsa huic antiquissimi Fæderi
verum tibi confidere iudicium, ci-
stra calumnias aliorum, velis. Ideo
que fieri non aliter potuit, quâm
ut interdum aliorum depravatae
opiniones removerentur è medio.
Vnde & necessum fuit, ut Platonis
diuini illius Respublica non aliter,
quam vivis suis coloribus tibi de-
scriberetur. Namque quum essent,
qui tantum Philosophum, quo ne-
mo unquam rectius de Amore
syncero & vita Christiana accom-
modando statui quid scripsit, non
veriti fuerint usque ad impuden-
tiam insolentium refutare, eis sas-
ipſi affigere nugas, vindicarier
bunc à tot perversis oportuit ca-
lumniis: quod iam omnē eò ver-
git, ut cuius & maximè iuvenius
in tempore senioribus doctrinis
iudi-

P R A E F A T I O.

udicium informare discat. Absit
inuria omnis, & venia sit prola-
ta. Exempla sunt clara, quae pro-
ponuntur alicubi, quando inve-
tigies, quod etiam sint, quos ipsius
imperatorem in optimis fenzentia-
bus definitione Libertatis non pue-
lit refutare, & eidem optime
Capite nostro (qui tamen ita bene
suis cupit subditis, ut servitutem
maxime libertati naturae contra-
iam dicat) mendacia in os refun-
dere non dubitant. An non esiam
atis crassus est error, quod tot po-
litici non viderint, cuius nature
sit Civitas? Si populo alicui Re-
publica sua ritè inducatur, an non
hunc confessum Civitas inde profi-
cit? Quomodo igitur inter se dif-
ferunt? An non ut causa & effe-
ctu? Quis verò Civitatem Esse-
cum antehac dixit, aut publica-
vit? Quis non subiecti aut fixi
ocum ipsi attribuit? Et tamen res
tam manifestè hec incurrit in

P R A E F A T I O.

oculos omnium, ut nemo nisi pro-
fici pudorem cunctum evitaverit,
aut prorsus insanus dici velis, si
queat negare Sic olim quoque
illis ultra pilos subtilescantibus &
philosophia falsis, monstravi aper-
tè, quod neque primas neque se-
cundas Notiones, aut Noëmata di-
quibus tot cōfiniebant gloriationes,
post lapsum Adami in suis futili-
bus invincent terminis, quum nu-
internum Essere rei, animam, spiri-
tum, nec in commissione ele-
mentari graduum differentiam in-
telligerent: Vnde nunc mulieran-
dem aliaratione philosophari inci-
piunt, quum tam diu se inaniter
in logomachis phantasticis fru-
strè seductos deflorent. Sed, A-
mice Lector, te ad probam & sa-
nam cognitionem huius tractatus
remitto. Videbis, ne precipites te-
met ipsum in preiudicio ullo pro-
caciis formando. Fortè inveni-
es, quod te olim iuvare possit, &
maxi-

P R A E F A T I O.

maximè inde expedire poteris feli-
cissimæ questiones, Civitatibus Han-
seaticis ab aduersariis suis oppo-
stas, quas propter ea in ultima
parte collectas invenies, ut ipse il-
læs ex Generali hoc tractatu eò
commodius refutare possis. Ipse
censor Index & decisor eis rei Hæc
sunt, bene vole Lector, quæ te pre-
scrire volui, ubi simul memineris,
quod hominem verè Christianum
heic requiram, & qui noscat, quæ
vera pietatis studiosum deceant.
Vale, fave, & in Christo rite ful-
re tali labore.

*** * 5 Iohan.



Ioh. Angelio
WERDENHAGEN,
I. C. C.

Quum ex gravi Hamburg.
persecutione & vitæ peri-
culis Liberatus es-
set.

Gratul.

IOHAN. SCHVLTETVS
Eq. Divi Marci & Potentiss.
Reg. Dan. Consilia-
rius &c.

Q Vis, ANGELI, te funeris
& tuum
Tantis periclis expedit caput?
Cunctum , quis , amissum
per ævum
Iâ propè, restituit saluti?

Nam

Nā sic subactus terribili manu
Tot improborum visus es om-
nibus,

Et morte cōdemnatus atra,
Crederet ut tibi nemo
vitam.

Tenere captum num socios ita
Hansæ decebat, non decus ul-
timum

Quēis geseras, te tot per
annos

Cōfiliis animoq; rectum.

Sed qui supremo Numinе tem-
perat

Orbem, revulsit vim violentię,
Custode, dū iussit, remoto,
Rite patere tibi viam Al-
bis.

Sic liberatum, nunc precibus
piæ

Gentis sodalem reddit amar-
abilem,

Vxoris & charum redonat
Fletibus innumeris mari-
sum.

Divi-

Divina virtus nōl habet in-
vium,

Perrumpit acris per remoras
suas,

Nullique non vivo p̄acti
Præmia restituit laboris.

Nempe illa sancti pectoris in-
doles

Suae recordans semper origi-
nis

Insueta tentat, c̄que duris
Ad decus æthereum resul-
tat.

Vultus minaces, atque calum-
nias,

Nugas q̄. s̄ævas tu facias nihil;
Ceu quisque vindictam Ic-
hovæ

Nequitia ipse sua reponit.

Hinc cura Christo es, seu ro-
seo dies

Arridet ortu, seu medio magis
Incandet æstu, sive cœlum

Nox tacitis operit tenc-
bris.

Tc,

Te, si voceris per iuga Caucasi
Christi favor, vel tortida soli-
bus

Per tesqua Maurorum, per
æquor

Puppibus indomitum se-
quetur.

Hic te sequetur candidus un-
dique,

Forumque habebis, perge
modò pius,

Gurare nec velis nefastos,
Quos satagit decorare
mundus.

Sic magna reddes commoda
patrjæ,

Ihovæ supremæ auctoris hono-
ribus,

Amore juris quando sancti,
In pietate fideque ferves.

Tritas popello currere semitas
Spernens, viarum diligis af-
pera;

Supraque mortales caducos
Exeris ingenii vigorem.

Te

Te cura Christi provida re-
creet,
Reddēs solutū dissidiis malis
Ut dissipetur quisque tech-
nis
In propriis, tibi quas mi-
natur.
Tu, qui potenti Numine sup-
plices,
Iniusta rumpens vincula, libe-
ras,
Serva benignus restitutum
Angeliū patiæ, Iehovah
Serves ministrū porrò, Deus
tuum,
Calūniatores ut videant mali-
Quā turpiter nugace lingua
Se dederit rabies mali-
gna.;

Ad Eundem.

Calumnias, injurias, & perse-
cutiones multiformes & plus
quam diabolicas in & cum
Christo fortiter per-
ferentem.

JOHANNIS SCHERBETI
Doct. Med. Lubeccens.

EPIGRAMMA.

Alma virens velut ipsa magis
se attollit in auras,
Quid magis impositum ponderis
urget onus;
Sic Tu; vix pereis quò Te mage mun-
dis iniquus
Atque Sathan linguis, viqued o-
lusque suis
Tundere iam satagit; maiores sus-
scipe viras
In Christo, à Christo nec mo-
verare tuo;

Sed

. IGNAVVS AH NON est sopho-
rum in atrijs ;
Sed Veritatis veriori in semi-
ta :
Neceſt Dices Ignavus in con-
ſiſtibus ;
Aſt quæ Iehovæ comprobatu-
legibus.

Inde ELEGANS-VERE SI
LENTIARIVS

Nunc incolis vocatus à Mag-
deburgicis,
Et perpetim vivace lucet Glo-
riâ.

Mittebat Halā xi. Cal. Mart. ann.
Te, DeVs ó, præſtet ſanVM,
aspera qVæq Vc repeLLat.

II. Anagram.

OH, VERNAS ē LAVDE INGE-
NVA INGENS.

&

OH INGENS INGENVA LAV-
DE ENERVAS !

NGenua ingenui LAVDE è
candoris es INGENS ;
Doctrina OH-VERNAS judi-
cijque fide !

nvidiæ sputum sic atque Ca-
lumniæ amarum.

ENERVAS, NERVOS dat tibi
Ihova suos.

M. IOHANNES BERGERVS
Hal-Sax. P.L.C.

Eidem.

Quum Legarum apud inclutas Ci-
vitates Hanseaticas ageret,
Annis aliquot.

VItâ, IANÆ, tuâ gaudent nunc
Elmus & Albis ,
Eloquioqué tuo, consilioqué tuo.
Ab tecum pariter colerent sacra cœ-
lica cuncti,

Sanctior inde foret gloria Par-
thenopes !

Baltihiacis quod enim Cothmannus,
Grothius oris

Belgarum , Italia & quod Sadolet
erat;

Hoc tu Saxonia prestatas feliciter , illa
Ut Te vix nostri sanguinis effi
pietas.

A N G E L E , ritè places , Decus es .
quem anesque piorum .
Tutor emmè ferat Clara ea V I R .
G O parem ?

M. IANVS VICOSTADIUS
Hamburgi F.

Aliud Eidem.

Quum legationes publicas
subiret toties ,

Per Anagramma.

I O A N N E S A N G E L V S
V V E R D E N H A G E N .

Eheit ; Ingens Iason , dignus Laurem

FIndere tetricas Symplega-
das ausus Iason
Æsonides , fulvæ vellera vi-
citous ,

u, VVERDENHAGIDA, ò pa-
tria studiose salutis,
Ad loca præsidij*s*, i, peregrin-
ationibus.

Uspiciis juvet ire bonis , si
postulet usus,
Pro patria felix tescua salu-
te subi.

Vaticinor , vinces ingentia
monstra laborum,
Sæpè viatori quæ remoram
pariunt.

NGENS DIGNVS , EHESU ! vi-
trici LAVREA IASON,
Vellere cum fulvo laudis
aroma feres.

HVBERTVS SPRIMONTIVS
Belga Iur. Stud.

*****; Aliud

Aliud de eodem

Et Eius studijs sacris ac Poësi sacra.

Si Deus pro nobis , quis contra nos.

Quid fastuosus mundus, & infelix
Orcus uè savus cogitet, omnibus
Nos viribus petens, remittas
Quarere; nec trepides ad aestu
Tardantis aui Sacra. Fugit retrè
Ditis potestas, & Deus excubat,
Pellente custoditi amore
Agminis ex oculis soporem.
Non usque vanis est tenor impijs
Idem ; nec uno fors facilis niteat
Vultu. Quid infectis paventes
Consilij animi fatiscunt?
Quoniam non sub ædis fornicibus sacris
Commune votū fundimus, aut domi
Pœnas ruentes deprecamur,
Dum licet, ac pietate corda

Mutamus uero. Oratio dissipat
Uras edaces. Sed tibi cælitus
Largitur ardorem Iehouæ
Pectoris, & cytharæ Davidis.
Tot malis finē hinc dabit: ultimum
Aduentū ab alto Dux Michaël polo
Maturet, ac contramalignum
Christicolas tueatur agmen.
Nos Iehovam supplicibus modò
Roscamus imi pectoris è sinu,
Vivâ Fide ardentes, minus quid
Insidüs suberit pericli !

I E.

I E H O V A

Ayx fortis piorum .

Ex Psalm. Davidis.

TE Satan frendens rabid
canum vi
Cingit? infestat? sua tela
brat
Dira? Prob! quantum est Sa
tanæ furenti
Vellere barbam!
Sed tremat Dis, Styx, tuat o
bis axis ;
Ignis absumat mare, flamma
terram :
Quid times gestans validorum
postum
Corde Iehovam!

I. SCHERB. M.D.L

D

B E R E B U S - P U -
B L I C I S
H A N S E A T I C I S ,
Et earum
C E L E B E R R I M A E C O N -
F O E D E R A T I O N I S
S O C I E T A T E ,

Traictatus primus, generalis.

cura I O H A N . A N G E L I I W E R -
D E N H A G E N I , I . C . C . editus.

I N T R O D V C T I O S I V E
P R O O E M I V M .

*De Imperij Romani Germanici duratio-
ne, fundamentis & columnis veris, eius-
demque ornamentis illustrioribus, &
monumentis.*

S I I M P R R Y I R O M A N I
M A I E S T A S , etiam juxta
hodiernum statum Germani-
cum maxime , quæ in eius
auctoritate , dignitate, poten-
tia, amplitudine, regalibus, firmitu-
A xine,

2. R E S P V B L I C A
dine , qualitate loci , divitiis , mun-
tationibus , sapientia & virtute incola-
rum consistit , rite oculis acutioribus
perspiciatur , examinetur ; aut si
quis cum aliis mundi Regnis & pa-
tibus cum eadem comparationem ju-
stam , absque affectuum perturbatione
ne iniquiore , instituat ; is profecto
huic præcunctis aliis gloriam splen-
didam & felicitatem primatam ad-
scribere , atque simul ingenue (modo
solido non careat iudicio , & rerum
humanaarum in hoc seculo haud pla-
ne sit imperitus) confiteri cogetur ,
quod nullius Imperii aut Regni æqua-
durabilis aut invincibilis , iuxta in-
ternam & essentialiem eius dispositio-
nem , ratione omnium Statuum , con-
nexus aut constitutio inveniri possit .
Etenim extra controvrsiam est om-
nem , quod huic Verbum Dei unicam
quartam attribuerit monarchiam ta-
leim , quæ extremum mundi sit conse-
cutra terminum . Velut etiam ex in-
de divinus ille Propheta Daniel , cui
soli cum Divo Esdra inter omnes
istorum seculorum vates Ichova
sumimus cœli & terræ Dominus sum-
porem Imperiorum orbis usque ad
extrema tempora , quæ nunc prope
consecuti sumus , ordinem successo-

ium in visionibus sanctis revelavit,
 hoc ultimum Regnum vere ferreum,
 in explicatione Imaginis & Statuarum,
 esse futurum pronunciat ; *Dan. 2.*
 Quicquid heic ex opinione aliorum
 Pezel. in *Mellifico suo ad Sleid.* lib. de
 monarch. pag. m. 292. part. 1. obili-
 ciat ex quæstione Nabuchodonosoris
 Regis, quasi ille sollummodo de suo,
 non alieno & longissime remoto re-
 gno sollicitus fuerit : Quum tamen
 non tantum Propheta, in *dillo cap. 2,*
 verf. 29, 44, & 45, liquidissime de
 futuris temporibus cuncta hæc ex-
 placet ; adeo , ut etiam ea omnia us-
 que ad Christi adventum ultimum
 sive Iudicij extremi diei, quo Christus
 ex cœlo quasi ex mente summo
 delapsus , propria maiestatis suæ au-
 thoritate , quæ ipsi à Patre cœlesti
 data est, cōminuturus & consumptu-
 rus omnia illa regna sit cum ipsa sta-
 tua in secula, v. 45, extēdat; sed etiam
 ipse Salvator noster Jesus , *Marc. 13,*
 verf. 14, in prænunciatione ultimo-
 rum temporum ad Danielem Pro-
 phetam hunc manifeste se referat :
 Ut clare inde patcat , quam latissi-
 me se exportigant vaticinia huius in-
 signis Prophetae , veluti etiam ad ac-
 curatam attentionem talium non.

frustra ibidem à Christo exfusca-
mūr singuli. Nec enim Iehova ad sol-
licitam quæstionein alicuius morta-
lis ita stricte alligatus est , ut noi
profundiora & penetrantiora in re-
velatione sua per Prophetas retegere
debeat , quāli corcœcum & in cogi-
tationibus suis vana mens assequi
possit . Imo si Iehova in omnibus
oraculis suis Ecclesiæ, tanquam Spon-
sæ Filii Dei, maxime satis facere cu-
pit, ut ipse ibidem confitetur Pezelius,
atque is scopus perpetuo Spiritu iis.
stet propositus : quur non maxime
vaticinia talia universalia ad Eccle-
siam Christi in novo Testamento ex-
currant? quum novum Testamentum
finis sit veteris ; atq; propterea in No-
vo eidikōs & efficaci demonstratione
exprimatur , quod in Veteri τύπῳ
aduimbratum nude fuerat? Velut pro-
inde sparsim in Prophetis ea nobis
præfigurantur , quæ in regno Christi
nunc consummationem suam adi-
piscantur vel accipient. Tum quo-
que Nabuchodonosoris insomnium
non ex naturali influentia Spiritus
syderei profluxit , sed ex diviniori in-
fusione in eo concitatum fuit. Alias
Sophi aut Magi Ægyptiorum facile
interpretationem eius assequi potuist-

sent. Omne enim, quod naturali influxione communicatur animæ corporis, hoc facile pèrtingit aut invenit Magia, sive Sophia illa realis, quamvis verborum inutilibus terminis & phantasticis obscurata habet conceptibus. Quum vero insomnium Regi; hoc supernaturale esset, atque zidorem sive sublimiorem originem ex æternæ naturæ regno, à quo vera Ecclesia Christi sive populus Dei sanctus regitur, traheret, non erat hoc in potestate Magorum aut sapientum eorum positioni, quo insomnium hoc mysticum aut reperire sive explicare potuissent. Quippe nullatenus eius principia in Firmamento nata aut scripta inveniebantur. ut ait Daniel, v. 27; Mysticum sive Arcanum hoc, quod Rex petit, non Sapientes, Astrologi, Magii, Hatuspices possunt indicare Regi: Sed est Deus in cœlo revelans arcana, qui notum facit Regi Nebucadnetzari id quod futurum est consequentibus temporibus, &c. Quoniam enim Daniel, velut olim quoque Ioseph, Cabalisticæ scientiæ gnari erant, id est, Spiritus Iehovæ hic utrumque, theodidactos effecrat: quare & sublimiora ex Spíitu sapiebant, ita ut vera & cœlestis lux in

R E S P V B L I C A
iis resplenderet. inde obliuione extin-
ctum insomnium uterque resuscitari
secum in Spiritus cœlestis virtute po-
terat; quod alias nullatenus in vita
hominis extra regenerationem di-
nam cadit. Vnde patet, quanta sit dif-
ferentia inter eos, quos divus Paulus
sapientes carnis vocat, & qui Spiritu
regenerationis in diversis donis san-
ctis ornati sunt. Quare tria omnia
luminum dona & munera inter se
distinguenda sunt, non tantum habi-
tualiter, ut communis incompta fer-
 opinio, sed vivide secundum effica-
ciam Spiritus. Magia enim sive verba
Sophia exprimit verum lumen natu-
rale ejusque Spiritum: Cabala vero
supernaturale lumen Spiritumque
in Angelica domo: Theologia conti-
niet in se lumen divinum munere Spi-
ritus sancti expressum. Quastes am-
bitu suo Theosophia complectitur.
Quemadmodum igitur Ichova vero
Theologo sui colloquii aut eloqui
genuinum communicat intellectum
per Spiritum S.; quod etiam secundum talis
revera percipit Theologus: Ita Naturam
in omnibus rebus creatis externis pa-
suim Spiritum vero Sophico, quem
prisci illi Magi dicere soliti sunt, se
ostendit, ipsi signaturas suas rerum

& firmamenti per influentias congruas ostendens. Ita quoque Cabala per virtutis angelicæ angelicum lumen Sopho suo idem præstat , quod ad hanc facit sapientiam : veluti per tale lumen Moses suum à Iehova accepit responsum. Tria hæc insignia regenerationis dona & lumina Spiritus , quæ tamen uniformiter se habent in suo centro , & Sacrosanctam Trinitatem egregio representant , non ita præcipitanter confundenda sunt , ut communis fert Habitualistarum error ; sed longe sanctiorem & sublimiorem merentur reverentiam . Quod ideo à principio heic statim monemus , ne quis temere ita sua fanatica opinione amplius profanet cœlestia Dei Effata , quemadmodum in hoc cernimus factum sensu . Vtī Sacra Scriptura sive Eloquia Dei manifestè proponit , & nobis omnibus sanctè sui dispositionem muneric retegit : sic etiam longè sanctiora exponit mysteria , quæ cœca hominis ratio cœcâ suâ habitualitate neque percipere neque censere ritè poterit . Sibi ipsi noxiū præparat Iudicium Dei , qui carnali arbitrio divina ita leviter æstimat iuxta propriæphantæ terminos . Simplicissima locutio-

ne non raro profundiora continetur & sacratiora, quāipi sapientissimi mortalium in abstrusissimis percēser noscat. O quanta profunditas sapientiæ ! merito exclamat divus Paulus. Quemadmodum quoque libri Moysi interna alia , quæ totius mundi & Ecclesiæ Christi cursum præfigentes continent , uti B. Teutonicus egregius in suo Commentario, quem Magnus Mysterium (quo libro nihil dubidi in eo genere absolutius , & propter ea in manibus omnium veritatem Christianorum optarem) vocat , hoc luculenter demonstrat. Nec hucusque inventus est , qui talia unquam in Moysi deprehenderit , quod meritò omnes , eruditissimam qui sibi tota habitualiter profanis vendicant arrogantium , pudore afficiat. Sed hoc etiam propterea dico , ut cernant omnes , quæ duratio cœlestis in ipsa sua imbecillitate adiecta sit à Deo Imperio Romano , quod certe nemo suis viribus convellet externus ; sit , quicunque velit. Iehova huic Monarchiæ suum terminum usque ad montem Sionis extendit. Licet lutum mysticale huius Regni cum ferro sit commixtum ; tamen firmiter permanebit suffulcūm suis administriculis ,

quæ .

ux ipsi non sine singulari Ichovæ
dita sunt beneficio & misericor-
ia gratiæ. Etenim quos non sæpius
pertulit hoc Imperium mortis, quo
concussiones, quo perturbationes &
affidia interna ! Ex Ichovæ tamen
benignitate singulari semper inventa-
vunt talia remedia , quæ robur no-
rum ipsi addiderint.

*Vutationes & paroxysmi Imperij Re-
mani.*

I quis saltem ad notabiliora recur-
rat tempora, quibus translatio Im-
perii Romani ad Germanos deputa-
tur, an non ingentes concusserunt
hoc tempestatum procellæ ? an non
odio, invidia, persecutionibus inter-
nis & externis mire sæpius dilacer-
atum fuit ? an non toties idem armo-
num violentia & belli tumultibus va-
riis terribiliter distractum senserunt
maiores ? Quas non incursiones gen-
tium aliatum, & proprias rebelliones
cuditis seditionibus pertulit ? Verum,
ne ita facile expugnari aut in ruinam
aliquam præcipitari posset, firmi &
usti inventi sunt Ordines & Status,
quibus semper in quavis adversafor-
tuna constanter niteretur. Quorum
A 5 aliij.

10 R E S P U B L I C A
alii principales fundamentalesq;
-sunt , alii ornamenta conservant
& necessaria habentur huius corp
ris.

*Comparatio Imperij Romani cum corp
re humano generalis.*

NAM veluti viridum corpus h
umanum non tantum ex suis pr
tibus essentialibus integris internis
externis, solidisque membris , uen
ac ossibus constat : sed etiam tot
universi & inactocosini centrale
ceptaculum atque ideam vividam i
fert : ut merito homo extractum si
miraculum mundi , ac proinde mi
crocosmus , à sanioribus & veris ph
ilosophis appelletur : Ita quoque Im
perium Romano-Germanicum , qui
unicum aptissimum suis constitution
bus & comodis dispositionibus s
tis æquabilem temporem duran
ti tenporum maxime convenien
tem refert , respectu omnium Regno
rum mundi vere centrale illud mir
culum representat . Vnde merito mi
crocosmicum appellites illud regno
rum Regnum . Quod in his paulodi
-lucidius explicari & percipi poterit .

omparatio Imperij Romanicum corpo-
re humano specialior.

A principio igitur, homo ex spiritu,
sive spiraculo vitae (ut non fru-
strâ S. Scriptura loquitur) & corpore
quo constat. Sic etiam Imperium hoc
Romano-Germanicum ex spiritu a-
nimâ suam dicit: & propriea in cor-
pore suo ita radicaliter vivit: Corpus
ibidem sua membra sive partes inter-
nas & externas iuste continet & alit.
Quenadmodum autem deinde ani-
ma tribus essentialibus operationibus
suum domicilium & vitam inde pro-
fluente exhibet , quas vulgo trium
facultatû nomine exprimere solent:
Ita quoque tria sunt , quæ vitam aut
spiraculum vite huic imperio insigni-
ter suppeditant. ut sunt: 1. Christiana
Religio , in vera Verbi cœlestis cul-
tura & vitae sanctitate solida , aut
imitatione Christi consistens ; pro-
pter quam unicâ maiestas monarchiæ
ipsi in sacris Litteris tam curiose
cum duratione sua , si Christo modo
non reponat ingratitudinē, attribui-
tur. 2. Leges fundamentales. & 3. lu-
strix solidæ forma. Singula hæc adeo
multa in se continent, ut unumquod-
que

que corum vix singularis libelli: co-
scriptione explicari possit: sed nec
huius loci, quum talibus & his sum:
aliquando Ichova auxiliante medit:
mur locum.

*Membra Imperij Romano-Germanici
alia interna, alia externa.*

QUOD ad Corpus ipsum attine
compositum rite est ex suis pa-
ribus internis & externis, quas Statu:
five Ordines communi nomine vo-
cant. Isti autem sunt Electores &
Preti, Principes & qui eorum acce-
sentur ordini, ac Civitates. Velut
autem in corpore humano tres pa-
tes maximè internæ principales, quz
etiam in ipsa generatione homini
juxta omnem Medicorum sententiam
primitus se exerunt, cernuntur, sicut
sunt Cerebrum, Epar & Cor: In
etiam Electores merito membro
principali Cerebro, Principes, & ii,
qui huic Statui nobilitatis causa
annulerantur, Epati, & deum Ci-
vitates Cordi non incommodo officii
& vigoris ratione adsimilati pos-
sunt, quod suo loco plenius explica-
bitur cum fundamento. Electores
enim officio suo proprio constituunt

Caput

put certum, tam tempore interregni, aut vacantiæ, quam in electione constitutione. Principes cum rebus in suo generositatis statu supeditant quidem robur, succum & sanguinem in dignitatis auctoritate; tamen maximæ vires fortitudinis munimentis Civitatum insigniorum & eorum fidelitate sitæ sunt. Unde apparet, quam graviter illi peccarent in publicum bonum & communem totius Imperii salutem, qui in studio, & conatu malevolentie duo, hucusq; discordias inter Principes & Civitates serere, & extrema fomentate ausi sunt, stimulacionem nescio quam inanem contingentes: Quum tamen in his omnibus nil efficerint aliud, quam eodem communis calamitatis, quam misere Germania disiecta fuit, promotores fortes & Juris exempti, aiunt, osores invidiosos se prodierint. Rectius Imperator in *Novell.* const. urbium & civitatum electionem ac munitionem quasi vit, quum opterea quoque ita severè præcepit, ne facile eius intentio in conservacione Imperii dirueretur, ne tales quæ civitates solo iterum adæquatas cuperent, audirentur. Pulchrum quidem

14 R E S P V B L I C A
dein est, ut ille Imperator dicere sol-
tus est, Regibus imperare, (sic voca-
vit suos Principes:) in quo etiam
omnibus vicinis prætulit: sed longe
pulchrius, pietatem cum fundamen-
to in duratione conservare; qua-
m unitio civitatum exhibet, ut n-
gum. excusionibus hostis cuius-
vis & devestationibus minus sit o-
noxium.

Membra externa Imperij quae?

E XISTIS igitur partibus principalis-
ribus, ut iam dictum est, proceru-
tæ aut editæ sunt partes externæ, co-
pus hoc solidè integrantes. Ha-
biterum ita sunt dispositæ, ut alia
fundatam prærogativam in ordine
suo præ reliquis habeant à Capite su-
determinatam, quum earum mihi-
sterium fulcra externa exhibere que-
dam Imperatoriæ maiestati videan-
tur, ceu rectè eas Matth. Stephanus
lib. 2, part. 1, cap. 4, num. 10 & seqq.
enumerat, ordine singulas proponens
quas tamē priori loco propterea hec
ponimus, ut inde nobis ansa sit, reli-
qua rectius deducendi. Verba eius sunt:
Priusquam autem de Statibus plenius
dicatur, illud præmittendum est, ei-
singuli

gulis ordinibus Imperii quatuor
cos constitutos; adeoque Imperium
Romanum super certis gradibus no-
ritatis, nec non etiam communita-
us opulentis, provida sagacitate
adatum esse; de quo ita post sui in-
imanos translationem convenie-
t, ut maior Sacri Romani dignitas
maiestas esset, & ne status & vircs.
us paulatim labefactarentur, sed
specialibus munitum praesidiis, prin-
cipibusque firmatum, iisque ut hincis
columnis innixum, adverso tempe-
stis procellis, & turbibibus validius
sistere, & suæ potentia mucronem
longe lateque vibrare posset.

Et quidem primo fundatum est su-
per quatuor Ducibus. Primus, est Dux
Sueviæ. sed cum hæc domus primi-
us defecerit in ultimo duce Contra-
no, Friderici II Imperatoris filio;
ib. in annalib. Suevic. l. b. 2, par. 3,
p. 19: postmodum titulum Sueviæ
Ducatus Serenissima Domus Austria-
ca usurpat. Secundus, est Dux Bruns-
wicensis in Saxonia. Tertius, Dux
lotharingiæ in Gallia. Quartus,
Dux Bavariæ, qui hodie dicitur Pa-
latinus Rheni, de magno Palatio Tre-
urense.

Quinde fundatum est super qua-
tuor

tuor Vicariis. Primus, est Dux Ba-
abantiae. Alter, Dux veteris Saxonie
cum equulo albo. Tertius, Dux
Westfalereich. Quartus, est Dux Sil-
sia.

Tertio super quatuor Marchion-
ibus præminentioribus. Ut est Ma-
rchio Brandenburgensis: Marcho M-
araviensis: Marcho Misnensis, & Ma-
rchio Badensis.

Quarto fundatum est Imperium
Romanum super quatuor Illustribus
Comitibus Provincialibus, qui vulgo
appellantur Landgravii. Primus est
Landgravius Thuringiae: Alter, Lan-
dgravius Hassiae: Tertius, Landgravius
Alsatiæ: Quartus, Landgravius Lich-
tenbergensis.

Sunt & quinto Generosi Comite
Castrenses quatuor: qui vulgo Bur-
gravii dicuntur. Primus, est Burgrave-
vius Nurnbergensis: Alter, Burgrave-
vius Magdeburgensis: Tertius, Bur-
gravevius Strombergensis: (Hodie est di-
tio Palatinæ:) Et quartus, Burgrave-
vius Reineckensis, qui hodie in
Comitum Hannoviensem ditione.

Insuper fundatum est Imperium
super quatuor Magnificis Comitibus.
Maiores quidem in suo gradu, sed in-
ter Principes minores. Primus est,

Comes

comes Schwartzburgensis : Alter, comes Clivensis ; qui hodie est Dux: Tertius , est Comes Ciliæ , cuius dominus defuncta in Prælustres Austriæ Duces, die anno Dom. 1456 , feudali- tute devoluta est: Et quartus, est Comes Sabaudie , qui in Constantiensi Concilio ab Imperatore Sigismundo, Ducali titulo est insignitus. Hodie autem sola Dominus Schwarzburgica tituluni & nomen Sacri Romani Imperii Comitum gerit.

Nec non super quatuor nobilissi- mis Baronibus. Primus , est Baro Limburgensis : Alter, Comes Wester- burgensis; quem Leimugenses iam re- præsentant: Tertius . Comes Aldew- idensis : Quartus est Baro Tuffensis, sive de Dous ; (dictus est de Kar.)

Itemque quatuor Strenuis Militi- bus. Primus, est Miles de Andlo in Alsacia : Alter , Miles in Strandec: Tertius , miles de Meldingen : Quar- tus, de Frowenberch , in Bavaria. At quoniam agnatio Militia Meldin- gensis extincta & mortua est ; in eius- locum per Maximilianum Regem in comitiis Augustæ surrogatum esse Wolfgangum de Weissenbach , notat Henningus Gæden, conf. i.

Præterea sunt quatuor Insignes .

Civitates. Prima, est Augusta: Altera
Moguntium : (quidam ponunt Ma-
tim:) Tertia, Aquisgranum: Quatuor
Lubeca.

Itemque sunt quatuor Magnifica
Villæ. Prima, est Bambergia: Altera
Schletstadia : Tertia , Hagenovia.
Quarta, est Ulma.

Et denique , ut nullus gradus pa-
termisssus videatur, accedunt preemi-
sis quatuor Famosi Rustici : ut suu-
Colonia , Ratisbona , Saltzburgum
& Constantia.

De aliis Comitibus , Baronibus &
Nobilibus Sancti Romani Imperii , &
hereditariis Officialibus , eorumque
ministeriis , plura tradit aurea bulle
Caroli I V. Qui Principes , Comites
Barones & Nobiles ad Imperii assi-
stentiam potissimum quidem sus-
electi: Sed tamen omnis Germano-
rum potentia totis viribus eo con-
tendere debet. Et, si Germani Princi-
pes Imperatori fideliter assisterent,
prout olim facere consueverunt: tu-
non solum Græcia , sed Ægyptus &
Chaldæa contremiscerent, ac ultimi-
regiones Saracenorum trepidarent.
Nam ut aves inter se volantes & can-
tantes ad aquilæ intuitum silent &
fugiunt: sic omnes barbaræ nationes,
alio-

iocum insignia vexillaque despiciunt, Romanorum vero ac Germanorum aquilas timent naturaliter, & abhorrent. Protendente nempe Aquila Romanorum ab Europa alas as, nec gryphones Asiarum atque Africarum tutæ erunt. *Sunt verba Pet. de Mandlo in d. Tractatu lib. 1, cap. 16, in*

Vires Germanie.

AC T E N V S Dn. Stephanus. quæ ita se verissime habent. Præsertim hoc, quod ille hec inserit, bene animadvertisendū de potentia & viribus interis Germaniarum, &c. quæ tam rara loci, quam solida membrorum connexio abunde satis Imperatori & Capiti summo suppeditarent, si ita in sima sua conglutinatione nervorum perpetuo ad amissim fundimentalium legum operationes fideles se fererent. nec tam multi in contrarium pro dissolutione continui labarent.

Situs & natura Germanie.

TE N I X quod ad naturam loci attinet; in Germania ea omnia,

quæ ad vitæ sustentationem & splendorem eiusdem faciunt, non tantum pro necessitate ubertim inveniuntur sed etiam singulorum copiam in tantum abundantia numero genitrix ea fecundat, ut quæ natura sparsim per diversas regiones terræ dissipavit, hæc in unum congesisse cumulum videtur. Ceu nec ulla prope datur in terris hodie natio mortaliūm, quæ satis contenta viribus in tranquillitate vitam transfigere possit, veluti haec gens optima, & maxime industriosa, modo satis sua agnoscet bona nec nimium indulget genio, unde tanta dissipatio ingenii, rerum, actionum & negotiorum oritur; ceu talis exemplum non sine causa nobis descriptione egregia Constantinoptitanarum deliciarum Iohan. Bonatus, in secunda parte *Cosmograph. sive ap. de Imper. Romano & imprudentia translatione ac divisione Imperij Constant.*, proponit. Rerum omnium tanta est affluentia, ubique per omnes Germaniz provincias dissipatur nihil non propè sit, quod non in magno cumulo ad exterios & vicinos inde per commercia mutua transportari possit: nisi quod duæ tantum res sunt, quæcum pedigratio quida-

et observavit & indicat D: Boterum; nimirum quod nulla oliveta in iis reperiantur, & minus feraces sint omibycutn, ut sericari possent quoque dici: sed talia non tam ad necessitatem, quam potius ad mollitiem & splendorem vitæ superbæ faciunt. Koh dolor tamen hodiè nimis oliferus & sericati in iis conspiciuntur homines! quod utinam nunquam esset introductum! quum duæ res sint ad opes ficeræ, ut inde non tantum suo exuantur auro & argento, & earum commercio nimis importuno suas dilapident imprudentissime divitias inque alias effundant regiones; sed quoque illi iisdem mediis velut olim Constantinopolitani in delicatissimam & omnis generis superbiam dedidit vitam pelliciantur, cumulatimque abripiantur. Sed iuvat heic audire Boterum, lib. 1. Geograph. de Germ. pag. 94. Multitudo ingens eorum est in Germania, quorum usus maximus aratro & agriculturæ destinatus est. Tum quoque omnis generis pecora ibi inveniuntur; sicut etiam omnigena animantia aëris, aquæ & terræ. Grana superflua producit. Vini proventus maximus in Alsacia, ad Neckar in fluvium, ad Rhenum.

22 R E S P V B L I C A
num conspicitur, & se extendit usq;
ad Coloniam Agrippinam, & iu A
strem. Serica haut profert hæc tem
patum velleris, & tamen crassi sa
nec est olifera Germania. Abund
metallorum fodinis: quippe ferru
chalybein, stannum, plumbum, c
pruni ubertiū profert. Auti &
genti fodinæ putantur in provinc
bus suis quotannis ultra decem mi
liones excurrere. Multis etiam locis
sulphur, sal nitri, & vitriolum effor
tur: velut etiam in multis locis spz
sim eximia in magna copia salini
habentur, &c. Hæc quidem Botens
satis accurate ita recenset: quamvis
item in eo aberret, quod patum no
triat velleris; quum copia eius tanta
sit undique, ut magno commercio
ad exterios transportetur: unde en
mii conficiuntur omnis generis pan
ni; velut in maximo habetur precio
propter subtilitatem, quod ex Pome
ranicis condetur & colligitur gregi
bus. Eodem modo divitias varia
Germania nostraræ commendat, part
2. cap. de Imp. Rom. viribus; ubi sic di
cit: Maxime abundat frugibus, pecu
dibus, piscibus: id experientia com
pertum sape fuit. Carolus enim Quin
sus, ut Turcis resisteret, habuit sub
signis

signis ad Viennam 90 pedituum, &c; 5
 quium millia ad Tavarinum con-
 ta eosdem Turcas; nec tamen cati-
 as ibi experta fuit. Bello inter Caro-
 um V & Protestantes per aliquor
 nenses abunde se sustinuerunt in
 campis fere 150 militum millia. Di-
 vers quoque est in aeris auri, argenti,
 omnisque generis metalli, superat-
 que alias Europæ provincias: natura
 quoque largita est ei in regionibus
 longissime à mari diffinis fontes &
 aquae aquæ salæ, ex quibus exco-
 quitur sal perfectum. Nec minus
 mercatrix est, quam fertilis. Indige-
 oꝝ enim, plusquam illa alia natio,
 vacant opificiis, faciuntque artificia
 miratu digna: estque Germania tam
 probe à natura dolata, ornataque
 magnis fluminibus, quæ ubique na-
 vigantur, ut comineatus & merces
 faciliter ex uno loco in alium deve-
 nantur. Fluviorum omnium maxi-
 mus est Danubius; ab illo Rhenus,
 qui Germaniam à meridie ad septen-
 trionem transgreditur, sicut Danu-
 bius ab occasu ad ortum: Albis oritur
 in Bohemia, lambit Misniam, Saxo-
 niam, Marchiam antiquam: Oder-
 oritur in Moravia, lavat Silesiam,
 duas Marchias, Pomeraniam, Wesara,

Necarūs , Mosa , Mosella , Isara , Oe-
nus , Varta , Mænus . Hic Germaniam
in superiorem & inferiorem dividit
Superior est , quæ à Mæno ad Alpes
usque se extendit . Inferior , quæ
Mæno oceanum versus excurrit . Ger-
mania in plures provincias divisæ est .
Sed præcipuæ sunt , (loquor de iis
quæ viva membra Imperii sunt ,) Al-
satia , Suevia , Bauaria , Austria , Bohe-
mia , (quamvis hæc multis privilegiis
gaudeat , quæ eam ab oneribus exi-
munt ,) Moravia , Silesia , Lusatia
duæ Marchiæ , Saxonia , Misnia , Thu-
ringia , Franconia , Hassia , Westpha-
lia , Clivia , Megapolis , Pomerania .
Ex quibus singulis apparet , quantu-
m sit Germaniæ & Imperii huius uberti-
ma fertilitas , quæ etiam ab optimis
quibusvis terræ partibus non potest
vinci in tali beatitudine sua , ut nul-
lo prope externo adiumento indigeat .
Luxuria tamen incolarum quum ni-
mia sit , sit inde , ut novitate rerum
omnium semper ibi homines prære-
liquis vicinis populis gaudeant ; Et
quum voluptuosæ vitæ studio ni-
mium accurato attentoque diffuant ,
arripuerè ex hac caussa circumiacen-
tes gentes occasiones miras & varias ,
quibus Germanis suas subducere di-
vitias ,

tias, & omnem vim auri aut argenti
ario commerciorum prætexti & ar-
ficio in se transferre possint. Quam
rem olim Div. Carolus V. Impera-
tor Augustus, anno 1530 cum Statibus
imp. egregiam reformationem poli-
t communis, in publicis comitiis
Augustanis constituit & publicavit,
ux laudatissime omnem vitæ luxu-
m in vietu & amictu perstringit,
& normam iustum cuivis Statui &
privatis singulis præscribit. Quod non
tantum idem Imperator in Comitiis
August. anno 1548 repetivit severis-
sime; sed etiam optimus Imperator
Rudolphus II in reformat. Polit.
constitutionibus Francofurti anno
1577 confirmavit, additis corre-
ctionibus & monitis. Utinam tales
leges publicæ rite in usu observaren-
tur debito; res Germanorum longe
meliori essent posite loco, & vita un-
ique sanctior revirescet in gratia
Iehovæ, rectiusque quisque, Chri-
stianismo animæ & vitæ puritate ad-
dictus, vivere posset.

Status Imperij quid & quis?

V E R V M , ut ad Status Imperii
nunc revertar; Tenendum hic se-
- B 5 - dulo

dulo est , quid Status propriè sint , & quæ eorum differentia , tam in genere quam speciatim distributa , ratione officii , honoris , dignitatis & loci sive sedis , & possessionis ac domini.

Vocantur autem & sunt Status Imperii , ait *Steph. lib. 2 , part. 1 , cap. 4 , num. 28* ; qui solum Imperatorem recognoscunt immediate , & Cæsaris communique procerum consensu in alium sive matricem Imperii recepti , ea lege , ut imperio , occurrente necessitate , certum censum , in albo sive matricula expressum , pensent , vel subsidiū militare præsentent . *Sec. And. Gall. lib. 1 , obs. 21 , n. 2* . At propriæ Imperii Status esse & dici , qui cum Imperatore als ein Christlich corpus und versamlung , [id est , tanquam Christianum corpus atque congregatio ,] vel , eo defuncto , soli , statuendi de republ. , vel ius lessuræ & dicendæ sententiarum , in comitiis vel conventibus Imperii habent , notat *Tob. Paarmeist. lib. 1 de Iurisdicç. cap. 8 , num. 5* . vulgo Stände des Reichs ; *Decreto August. anno 1555 Dieuveil aber* . E'ν πλάτως tamen τὸ διώμευτον , sive potentia ratione , etiam in collegium Imperii cooptati , licet nullam adhuc in comitiis

mitiis actu sessionem consecuti sint,
Statutus dicuntur: *Decreto comit. Ra-*
nison. anno 70, Nach dem auch. Petrus
Dinaisius in iure camerali, tit. 287,
verb. Sessio, num. 3.

Numerus Statuum in generali distributione.

IN Statuum numero, in primis post Imperatorem & Regem Romanorum, continentur Electores tam seculares quam ecclesiastici. Deinde omnes Principes Germaniae, tam seculares quam ecclesiastici, Abbates, Praelati, Comites & Barones. Idem quidam statuunt de Nobilibus Imperio immediate subiectis, quod, coniunctim maxime, possint dici Status Imperii, cum nimirum seuda regalia ab Imperio Romano recognoscant, & in album Imperii praedicto modo & fine sint adscripti. Quin & easdem peculiares suas *Austriq. u* habere, patet ex *Ord. cam. par. 2, tit. 3, & 1, & sup. hoc lib. 2, part. 1, cap. 3, memb. 3.* Constitutiones quoque Imperii de arrestis, de pignorationibus, item super litigiosa possessione, nec non de pace religionis fracta; Nobiles istos Imperio immediate subiectos expresse perstringunt.

Stringunt & comprehendunt; d. Ord. cam. §. Und in solchen friedem. Ruland. de commiss. pag. 1 , lib. 5 , cap. 4, lit. T, sub. num. 51 ; Meland. in process. cam. part. 1, pag. 487. Sed sessuar & dictiois sententiae actuali communicatione, non tantum Nobiles de feudiis ligiis investitos, ac præter Imperium alios superiores non agnoscentes, sed Barones quoque, Comites & Principes, (licet hi sint variores,) sive mediate sive immediate Imperio obedient, nullum tamen suffragii ius in senatu Imperii obtinentes, distingui, ex decretis comitialibus , in quibus nobiles immediati non censentur, Comites autem & Barones complices comprehenduntur, ostendit Paumeister d. loc. num. 4.

Tertio loco civitates Imperiales liberæ etiam inter Status merito referuntur , vigore autem bullæ Caroli I V. ubi civitates liberæ suam sessionem & vota in iudiciis habuerunt, sub Fridetico Imperatore, in reformatione Francofurtensi , & deinceps iuxta ordines Imperii Moguntiaz expressis. Hinc & hodie adhuc ad omnia Imperii comitia vocantur civitates ; itemque earum legati una cum Imperatorum , Electorum , & Princi-

Principum legatis, ad exteris Reges vel Principes in causis gravissimis mitiuntur. Denique civitates liberae, eadem incommoda ferunt, quæ Electores & Principes. *Georg. Obrecht. in tract. de iuris. cap. 6, num. 77. & seqq.* Præterea illæ habent iura territorialia, non etiam iura Principis; de quo inservius, suo loco, *sit. de Civitatibus liberis.* Qui autem in alium seu matriculam Imperii est relatus, ille imperii Status habetur, donec excusio probetur: nam pro matricula presumitur. *l. matriculam, Cod. de agentib. in reb. lib. 12, ubi Bart.* Et matricula probat quem esse de numero qui debent immatriculati. *Bart. in l. petit. C. de advoc. din. Iud. Alciat. de præsumt. reg. 3, pref. 17. Gail. d. observ. 21, num. 6, & 7.* Et in specie, quod feudum probetur per registrum Principis, in quo bona descripta sunt, tanquam feudalia, tradunt *Barbatia, cons. 18. num. 38. l. 2. Cravett. 27, 6.* in pr. Grammat. decif. 77, num. 12. & alii, quos refert Menoch. lib. 3, *præsumt. 91, num. 42. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 768. num. 10.* Idem num. 65 ita pergit:

*Differentia Status Imperij
generalis.*

SE generatim Status Imperii constituantur in duplice differentia. Alii enim sunt ecclesiastici; ut Elector Coloniensis, Moguntinus, & Trevitensis; itemque Abbates & Prelati; Alii sunt seculares; ut Electores & alii Principes seculares, itemque Comites & Barones. Omnes hi absque differentia subsunt Imperatori ratione bonorum feuduum, eademque Regalia in suis terris obtinent Episcopi, quæ Principes, Marchiones, Duces. *Mod. Pist. cons. 49, num. 3,* *vol. 2.* Vnde à sententia Archiepiscopi vel Episcopi devolvitur appellatio ad cameram. *Geil. 1. obs. 30, num. 2.* & condemnantur ob fractam pacem, *ibidem. Geil. lib. 1 de pac. pub. cap. 1,* *num. 13.* Sane illud constat, seculares Principes & Status Imperii plus iuris habere in suis territoriis, pleniorique administratione frui, quam ecclesiasticos; ut qui suos Ducatus, Marchionatus, Comitatus ad primogenitos deserunt, ob constitutionem Friderici, quadividi prohibiti sunt. *cap. Imperialem, §. præterea, de pro-*
hib.

bib. stud. alio. per Frid. & iti DD.
 Licet moribus nostris Germanicæ in-
 ter liberos dividantur. Henn. Goed.
 cons. 19, n. 163. Gail. 2, obs. 153, n. 2.
 ut unusquisque in sibi obtenta
 provincia iurisdictionem iurisque
 Imperii in solidum habeat & exer-
 ciceat. iurisdictione quippe tanquam
 res incorporalis per se dividi nequit;
 adeoque ad plures successores in soli-
 dum transit. Hieron. à Monte de fi-
 nib. reg. cap. 11, num. 13. Hart. Hartm.
 lib. 2. obs. tit. 1, obs. 15, num. 1. Andr.
 Knich. in com. ad ius Sax. verb. Du-
 cum Saxonie, cap. 3, per tot. Covar.
 tract. q. 40. in pr. & num. 1. Schneid.
 in §. 20. num. 30. seqq. Inst. de eccl. &c.
 Ex quibus patet, seculares Principes
 & Seatus Imperii transferre Ducatus
 & Comitatus suos ad liberos succe-
 sores; quibus non nisi legitimis cau-
 sis privati possunt. At secus est in
 ecclesiasticis, qui, quando renun-
 ciant Capitulo, sive morte deceidunt,
 protinus in eorum locum aliis eligi-
 tur; quia tamen non electione tali fit
 Episcopus, nisi quatenus Regalia
 ab Imperatore obtinuerit, ut honia-
 gium sive fidelitatem praestiterit, &c.
 Quin etiam seculares feuda habent,
 ac plenius administrant: Ast eccl-
 esiastici

siastici v̄ere nudi sunt tantum dis-
pensatores & fructuarii. Chopp,
de dom. lib. 3, tit. 13, num. 7. Dilect,
de arte testandi, tit. 1, caust. 3. Knich,
ad ius Sax, verb. Duc. Saxonie, cap.
2. &c.

*Differentia Statuum specialis iuxta dis-
positionem classitum.*

ATQV B hæc est generalis diffe-
rentia Statuum. quorum series
specialis ex parte (uti idem Steph,
ibidem etiam ponit) hæc est:

Primo septem Principes Electores.
Ex Archiepiscopis tres : Moguntinen-
sis, Trevirensis, Coloniensis. Ex Prin-
cipibus politicis quatuor : Rex Bohe-
miæ, Comes Palatinus Rheni, Dux
Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis.

Secundo præter Electores quatuor
Archiepiscopi: Magdeburgensis, Saltz-
burgensis, Bremensis, Vesontinus.

Tertio Episcopi: Augustanus, Basi-
leensis, Brixiensis, Constantiensis,
Cameracensis, Eichstadiensis, Freisin-
gensis, Hildesiensis, Halberstdadiensis,
Leodicensis, Lubecensis, Metensis,
Mindensis, Monasteriensis, Osnabur-
gensis, Passaviensis, Padebornensis,
Papæbergensis, Ratisbonensis, Spiren-
sis,

sis, Strasburgensis, Schuerinen sis, Tul- liensis, Tridentinus, Wormatiensis, Witzburgensis, Verdunensis, Ver- densis; &c.

Ecclesiasticis hisce Principibus ex veteri Prælatorum ordine ascripti sunt, Abbas Fuldensis, Abbas Hirsel- den sis, Abbas Murbacensis, Abbas Campidönensis, Abbas Corbeiensis, Abbas Putmensis, Abbas Stabulensis, Magister ordinis Equitum Teutoni- corum sive Marianorum, Magister or- dinis Equitum divo Ioanni sacro- rum, Præpositus Elhangensis, Præpo- situs & Archipresbyter Berchtelsga- densis.

Quarto Principes politici: Archi- ducum Austriæ utraque linea, Au- striaca & Burgundica: Ducum Baya- riæ itidem utraque linea, Bavaria & Palatina: Duces Saxoniæ, Marchio- nes Misniæ, & Landgravii Thuri- giæ: Marchiones Brandenburgenses, Duces Brunswicenses & Luneburgen- ses, Duces Iuliacenses, Duces Pomo- raniæ, Duces Megapolitani, Duces Wirtebergenses, Landgravii Hassiæ, Marchiones Badenses, Duces Saxonie- inferioris sive Lavenburgenses, Duces Holsatiæ, Landgravii Lichtenbergen- ses, Duces Sabaudia, Principes Anhal-

tini, Duces Lotharingiæ, Comites Arnbergii ab Imperatore Maximiliano inter Imperii Principes suscepiti.

Quinto Prælati: & primo Abbates & Præpositi secundum matriculæ ordinem: Reichenaviensis, Weissenburgensis, Præpositus Weingarten sis, Salmons-Weilen sis, Walckentiedensis, Weisenaviensis, Schussenritensis, Roggenburgen sis, Ochsenhusanus, Gen genbacensis, Marchalensis, Odenheimensis, Elchingensis, Irsinensis, Wett husanus: Præpositus Petershusanus, Keisersheimensis, Heimerani, Ratis bonensis, Monasterii Vallis Gregorianæ, Munchenroden sis, Monasterii Corneliani, Werdensis, Vsipergensis, S. Ulrici, & Abbas Arta, Augustanus, & alii adiecti.

Abbatissæ sunt, Quedlenburgensis, Essensis, Herverdensis, Monasterii inferioris Ratisbonensis, Monasterii superioris Ratisbonensis, Lindavien sis, Gerentroden sis, Rotmünsteriensis, Heckbacensis, Gutten-Cellensis, Beintensis.

Prælatis annumerantur Commendatarius Provincialis Confluentinus, item Alsatiæ & Burgundiæ.

Sexto loco sequuntur Comites & Barones, de quibus agit *act. Ste.*

bz. 2 de iurisd. part. I, 6, num. 110, usq.
q[ue] ad finem.

Septimum & ultimum locum occipant liberæ Imperii civitates, de quibus mox inferius agemus plenius.

Enumeratio autem hæc statuum. Dn. Stephani non est vere secundum ordinationem Imperii & matriculæ dispositionem absolute composita, nec omnes in plena enumeratione continent status; veluti alicuius matriculæ docet copia, quam in Atlante minore descripsit suo aucto rille, pag. 352. Quippe Episcopi numerantur 47. quoni Dn. Stephanus tantum 28. recenscat. Ita etiam matricula 26. Duces & Principes continet, quū hec solum 22 ponat. Sic & in serie reliquorum ecclesiasticorum, quibus dignitas *Illustris* adiecta est, ultra 83. abmerantur, quorum vix dimidiam parte hic recenset: Velut eodem modo in ordine Comitum & lib. Baronum (qui in duobus subfelliis Imperii, Suevico & Wetterovico, sessiones suas habent, & suffragia publica duos suggerunt) ultra 144 nomina in matricula continentur, quos obiter hisce tantum terigit, dum suo loco eam certam reservavit. Conferatur his.

Reinh. Konig. olim amicus meus sum-
mus, in pol. sua, part. i, cap. 25, pag.
428, 429, &c.

De Civitatibus, tanquam tertio mem- bro.

QUOD autem ad tertium mem-
brum matriculæ attinet, in quo
describuntur civitates liberae; eatur
numerus quidem ponitur ibi 33. Ve-
rum, quum in iis non exigua sit con-
fusio; & multæ ab Imperio secessum
fecerint, ut sunt maxime Helvetiae,
& finibus Galliae adiacentes; atque
ad annum 1525 non exiguis error
refertur; Nicol. Reusnerus in *Elogio*
suo liber. civit. & urbium Germanie
tantum 65. concessit, quas ordi-
ne ibidem recenset. Interim tamen
nos ductum matriculæ merito sequi-
munt: Ac, quum duo in sessionibus
publicis habeantur subsellia, scamna,
sive latera; quorum prius dicitur
scamnum Rhenanum; alterum, sub-
sellium Suevicum: iuxta eorum dis-
positionem ita recensebimus, uti pri-
mum locum in scanno Rhenano ha-
bemant.

*Enumeration Civitatum iuxta subcellia
Imperiij.*

Colonia Agrippina, Aquisgranum, Wormatia, Spira, Turckheimium, Hagenovia, Weisbergium Sebusfium, Argentoratum, Ober-Eberhæmum, Roshæmum, Selestadium, Colmaria, Altachium, Basilea, Cæsaris Mons, Mulhusium Suntgoviæ, Monasterium S. Gregorii, Metis, Toul, Verduna, Landavia, Kaufmans Sarpruckia, Besancona, Camericum, Francofurtum ad Mœnum, Fridberga Wetteroviæ, Gelnhusa, Wetzlatia, Ala, Lubecca, Hamburgum, Dortmundia, Mulhusium Thuringiæ, Northusium, Goslatia, Gottinga, Brakelium, Wartburgum, Lenigovia, Duysburgum, Dantiscum, Elbinga.

In latere Suevico sequuntur istæ Civitates : Ratisbona, Norimberga, Rotenburgum ad Tauberum, Weisburgum Norici, Donawerda, Windeshæmia, Schweinfurtum, Wimpina, Heilprunna, Hala Sweviæ, Nördlinga, Dunckelspüla, Ulma, Augusta Vindelicorum, Gienga, Boptinga, Gemunda Swevorum, Eslinga, Reutlinga, Wila, Pfulendorfium, Kauf-

beutuni, Northusa, Vberlinga, Wan-
gena, Ysui, Leukircha, Memminga,
Campidonum, Buchorna, Ravens-
burgum, Bibracum, Lindavia, Con-
stanria, Rotwila, Offenburgum, Gen-
genbachium, Cella in Hamersbach,
Schafhusium, S. Gall, Buchavia.

Maximus est ita quidem amplissi-
matum & opulentissimum in Ger-
mania civitatum numerus; sed hoc
omnino observandum est sedulo,
quod matricula non omnes conti-
neat; sed patet, *ait recte Matt. Steph.*
in lib. 2. de iurisd. part. 2. cap. 1. num.
62, in Imperio Romano Status repe-
tiri, qui iuxta stylum & observan-
tiam Imperii atque camerae indubi-
tanter Status sunt; sed tamen ad con-
ventus Imperii non vocantur, licet eo
ipso, quem Statum Imperii esse, di-
ctum sit *supra*, *lib. cod. cap. 4, num.*
46.

*Veradiviso Statuum ex dignitate privi-
legiorum desumpta.*

QVOCIRCA omnis Status Imperii
recte dividitur in Statum privile-
giatum & non privilegiatum. de quo
late in consul. collegij Ictorum Tri-
boniensium, nuper Typis excuso. Er-
ror

ror maxime tamen inde iudicatur,
quod mutatio matriculæ anno 1525
facta sit.

*Civitatum vera divisio, iuxta moder-
nam Imperij Germanici formam.*

Deoque cōstat hinc, nō simpliciter
duo, ut vulgariter antehac factum
est, sed tria genera maxime civita-
tum dati ; quum iuxta modernum
Imperii Romani Statum etiam civi-
tates distinguendæ sint. Alia enim
& nova existit Reipublicæ forma à
tempore Imperii in persona Caroli
Magni ad Germanos translati; *asseve-
rante id ita Steph. lib. 2 de iurisd.
pag. 2, cap. 1, num. 17.* Proinde aliæ
civitates sunt liberæ Imperiales &
francæ, aliæ Imperiales tantum, aliæ
mixtum statum obtinentes. Imperia-
les liberæ sunt, quatuor aliæ solum
Imperatorem immedieate recognos-
cunt, & ab eoplenam & omnem
concessam vel præscriptam iurisdi-
ctionem habent, neque quenquam
alium præter Imperatorem Domi-
num suum agnoscunt. Imperiales ve-
ro quæ sunt civitates, & iure exem-
ptio quodam gaudent, partim Im-
peratorem quoad Regalia, quæ ab eo-

dem habent, partim Electores, vel
Duces Imperii, quoad territoria, in
quibus sunt sitae civitates, recognos-
cunt, quas tamen à principaliori ci-
vitates Imperiales rectius dicimus.
Geil. 2, *obs.* 54, *num.* 10, & *obs.* 57,
num. 8. quum non nisi certis cum
pactis territorialium Dominis sub-
sint. *Myns. Resp.* 13. *num.* 10. Mu-
nicipales autem, seu mere provincia-
les, sive Ducales, sunt, quæ in totum
territorialium Dominis parent & sub-
sunt. *Myns. d. loc.* & *Matt. Steph. d.*
loc. Quæ distin^ctio civitatum illu-
sti præiudicio Caroli I V Imperato-
ris confirmatur inter Dukes Holstie,
& civitatem Hamburgensem. ut no-
tat ex *Crantzio Hotom.* in *disput.* de
Feud. *cap.* 24. ceu litem hanc direm-
ptam dicit Crantz. *lib.* 10. *cap.* 2. Qua-
le præiudicium quoque Camera Im-
perialis exercuit in causa Brunsvi-
censi contra Ducem Henricum Ju-
lium, anno 1599, die 27. Septem-
bris, in *decreto aperto.* Quemadmo-
dum idem in civitate Magdeburgensi
videre est, quæ sua Regalia solum-
modo ab Imperatore recognoscit, nec
ulla in parte alligata est ad Archie-
piscum, nisi quod iuramentum emen-
dæ, propter singularem casum anno

1333, inque Butcharium commis-
sum, præstet ei tum, quum Regali-
bus Imperii sit investitus, & ab Im-
peratore receptus, ut ita commissa-
rium Imperii agat. Ex quibus & si-
milibus satis luculenter convincitur,
non imperfectam modo hanc esse di-
visionem; sed & sacræ Cæsareæ Ma-
iestatis & Imperii supremam auctori-
tatem ea convelli; atque acceptas iu-
rium theoreticas de Regaliis, à sola Cæ-
sarea Maiestate dependentibus, ever-
ti; nisi tertium, de civitatibus mix-
tum statum obtinentibus, membrum
addatur. *Matth. Steph. d. lqc. num. 46.*
Velut etiam Nicol. Reusnerus, in *d.*
lib. de Eleg. civit. Imp. pag. 24, id se-
dulo inculcat, ita id secundum gra-
dus in omnibus disponens: Ex civi-
tibus vero, ait, quædam sunt muni-
cipales, quæ suis Dominis parent: ve-
luti, quæ Principum, Ducum, Mar-
chionum, Comitum aliorumque
Procerum ditioni subiectæ sunt; de
quibus alias dicendi locus. Quædam
vere civitates sunt liberæ, & à juris-
dictione alterius, præterquam Imper-
atoris, inimunes; quæ in ditione
ac potestate sunt Imperii Germanici;
unde & Imperiales dictæ. Ex his rur-
sus aliae sunt liberæ, quæ suis utun-

tur legibus ad morem rerum publicarum; cuiusmodi sunt civitates plerique Helvetiae, & Saxonie in extremis orae illius partibus Oceanum usque. Aliæ vero sunt Imperatoriae, quæ sunt veluti quoddam patrimonium Cæsaris & Imperii, statimque creati Imperatoris ditioni subiectæ esse intelliguntur. quarum sane numerus seculo superiore hanc parum est immunitus: non paucis ex his vel à Cæsaribus magna vi pecuniae oppignoratis: nonnullis etiam vel bello devictis, vel alio modo à ditione Imperii Germanici alienatis, ut vix ulla spes earum recuperandarum reliqua esse videatur. Sunt ex earum numero præcipuae Metis, Vesontia, Constantia, Verodunum, Tullum, Cameracum, Bodobriga, Noviomagum, Vesalia, Darentia, Swolla, Brifacum, Rhenifeldum, Neoburgum Rheni, Mosbachium, Oppenhæmia, Ingelhæmia, Cæsar Lotharia, Lavingia, Groninga, & aliæ nonnullæ. Hactenus Reusnerus. Sic etiam Boterus, *lib. 2 cosm. fūe, cap. de Imp. Rom.*, luculentiter ostendit, unde orta sit tanta mutatio, quod tempore Rudolphi prope tota Italia in viribus suis surrogandis defecerit ab Imperatore, adeo

adeo ut illi nihil nisi nomen prope remanserit. Atque quum alii Domini aut Principes Vicecomitesque sibi sua raperent dominia; tamen maxime civitates, precio licet interdum satis exiguo, libertatem plenam redemerunt; velut Lucensibus non plus quam decein millibus aureorum, Florentinis sex millibus, ea constat. Quamvis autem ita partim vi., partim clavicularie, partim titulo aliquo specioso, tam Principes quam civitates Imperio se subtraxerint, ita ut Imperium praesenti tempore fere in Germania conclusum sit; tamen, per leges fundamentales & interna iura sua ac potentiam communicatam invicem, ita arte per membra sua cohæserit, ut non tantum solidum corpus iusle referat capiti suo devinctissimum, sed & propter religionis conscientiarumque libertatem unice ferme & solummodo veram reipublicæ Christianæ forinam representare præ cunctis aliis appareat; licet hodie Belgium & unitæ Provinciæ Imperio Germanico prope palmam in hoc summo bono præcipere, & proinde omnem fortunam prosperitatemque in se derivare videatur aut cupiat, modo non nuper inutili discordia

cordia ab hac laude patum devias-
sent.

*Optima & boni Imperij nota, ex Distin-
gavio.*

ETENIM regnis alias & imperiis aut
rebuspubl. nihil æque inimicum
est , quam conscientias mortaliū
contra mandatum Christi constrain-
gere velle , ait Distinguivus ; quum
Christus solus pastor sit anima-
rum unicus , & ille sibi soli iudi-
cium cum pleno dominio in eas re-
servarit . ut aperte id declarat erga dis-
cipulos suos , quum nimis fervidos
evulsores zizaniæ præstare se cupe-
tent . *Matth. 13.* ideoque inhibitio-
neseria illis hoc imponit , ne colli-
gendo zizania , eradicent simul cum
eis triticum . atque propterea vult , ut
utrumque simul crescat usque ad
messem , quum ipse tunc iudicium
condemnatorium cum executionis
mandato sit exercitaturus ; ut habet
v. 29, & 30. Sicut & ipse Christus ple-
nius id ita expressis explicat verbis ad
petitionem discipulorum , eodem in
loco , *vers. 37, 38,* usque ad 44. ubi di-
scertam interpretationem talem addit ,
quod filius hominis missurus sit an-
gelos

gelos suos , qui ex ipsius regno omnia offendicula ; & eos qui dant operam iniquitati , colligere debeant , ac pœna aeternali eosdem mactare , &c. quod adeo verum quoque pronunciat , ut nec ipse pater cœlestis quemquam propterea iudicare velit ; sed omne iudicium filio commiserit , *Ioh. 5, vers. 22, & 23.* ideoque eum honorem non concedit alii ulli : sed , quin discipuli ex Samaria reverterentur , & de infructifero doctrinæ suæ labore conquererentur , vindictamque peterent , propter duritiam populi , ut ignis cœlestis consumeret tales incredulos ; revocat eos ad pacem & mansuetudinem , dicens : An nescitis cuius Spiritus filii sitis ? *Luc. 9. vers. 54. & segg.* filii enim secundum Spiritum , *Gal. 4, vers. 29,* sunt filii pacis . *Luc. 3, v. 6.* & Christus nemini cupit perdi , sed ut omnes serventur ad vitam ; *Luc. 9.* velut propterea vitam suam impendit pro cunctis , *Matth. 20, Marc. 10, Luc. 22.* Unde nemini mortalium hec alia iurisdictio , quam doctrinæ competit ; non iudicii . velut ipse Christus sedulo & serio id præcipit , inquiens : Nolite iudicare , nec iudicabimini . *Matth. 7, vers. 1.* Nolite condemnare , nec con-

demna-

demnabimini, &c. Quippe Christi regnum non est huius mundi; *Matt.* 26. sed est regnum occultum & spirituale; in quo Spiritus Dei in suis fidelibus operatur suo modo sancto. Proinde Ioh. Notdermannus, *in disser. sua de mire Principatus*, talibus verbis hanc formavit questionem, *ib.* 26; ubi ita eam ponit: Ergo, inquis., Princeps habebit imperium in conscientias? Nequaquam. Nulla enim maior tyrannus est, quam quæ hominum conscientiis sibi imperare præsumit. Iudei ad Pilatum contra Iesum ita clamabant *Ioh.* 19, *vers.* 12: Quicunque se regem facit, contradicit Cæsari: Multo inag' s igitur is., qui conscientiis imperare cupit, se Dei: loco constituit, ac se Deum facit. An non igitur Deo & Christo contradicit? O absit talis idololatrica vis ab humano corde! Quilibet se potius potens Christo inferiorem agnoscat, ne similis sit Nebuchadnezari. Conscientiae enim libertas Dei & Christi opus manet in operatione Spiritus Dei. Mentiū enim rex, Deus est. *Curt. lib. 8.* Quis mihi imponat necessitatem credendi (*inguit Laßant. lib. 5, cap. 14. Institut.*) quod nolim, vel non credendi quod velim; Fides sua-

suadenda est, non imperanda; & magis tollitur vana opinio, quæ sensibus insidet, docendo, quam iubendo; monendo, quam minando. *Aug. in Epist. Mons. de Lansac. in orat. sua, habita nomine Caroli IX Reg. Gall. in Trid. Concilio.* Nulla commodior est via, *inquit Carolus V Imperator in proœm. legum publ. iud. §. 7,* à fide Christi alienos, aut in avia delapsos, in viam reducendi, & ad spontaneum Dei cultum revocandi, quam si verbo & spiritus potentia hæreses convincantur, errantes sanabilesque cum mansuetudine tractentur. Minime vero quisquam vi, carcere, tormentis, flagris, ferro, fune, flumine, flammis ad colendum nūmen, cui non nisi voluntaria mentis nostræ & labiorum ac pectoris victima, non thuris neque hecatombes sacrificium probatur, à nostris iudicibus cogetur &c. Vide *infra, thes. 27, lit. b. ubi reliqua verba Imperatoris citantur.* Errat, (*inquit Rex Navarre, in epistol. ad Ordines Galliae Chastelraud, 41. Martij anno 1589 data,*) ita me Deus amet, & res ipsa clamet, si quis credat, vi & minis à nobis aliud extorqueri posse. Sæpe me religionem meam mutare voluerunt; sed quomodo? Adhibitis semper

per minis, tanquam sub carnificis manu. Etiamsi meæ conscientiæ nullam habuisset rationem, honor istamen mei respectus, quo minus id facerem, deterruisset. *Quis unquam fando audivit, Turcam vel Ethnicum aliquem, propter religionem, prius quam an posset converti tentatum esset, occisum fuisse? Non puto, hostium quenquam esse, qui me longius à vero Dei cultu & cognitione, quam Turcæ abesse existimet: Severius tamen inecum, quam cum barbaro agitur.* Iam pridem edoctus, vetam & unicam rationem populos ad cultum Dei conciliandos, piatem stabilendi, esse clementiam, pacem, salutaria exempla: non bellum, neque omnium rerum promiscuam confusionein, ex quo omnium scelerum & flagitiorum propago redundat. Huc etiam referri potest Constitutio Imperii sub anno 1555, §. *Setzen demnach. §. und damit solcher. §. damit auch obberührte. i. e. So soll die Geistliche &c.* De illo igitur qui simpliciter errat ex humano morbo, non loquor. Hic enim initioribus remediis, ut convalescat, curandus. *I. 3. C. de apost.* Hunc itaque inisercorditer corripiat ut hominem, & id quod.

quod potest lugeat. *August. lib. 3. cont.*
Parmen. Cyprian. ad dictum Christi
Matth. 13, 19. Calv. lib. 4, cap. 12. sect.
11. Inst. D. Lutherus de formula Mis-
sa, tom. Ien. & in adser. omnium artic.
per Bullam Leonis X. damnatorum, fol.
326, a sert. 33. Neque de infidelis-
bis, qui sunt extra Ecclesiam, aut hy-
pocritis, vel etiam hereticis latentibus,
(qui omnes Dei iudicio sunt re-
linquendi;) sed qui blasphemant im-
pietate, Dei maiestatem & concor-
dian Christianam violant, penas
sancte licet. Constitut. Imper. sub anno
1530, §. Darouff ordenen. v. und ob
zum dritten mahl. & in d. proœm. con-
stitut. crim. Carol. V, §. 9.

Velut igitur Christus sui interni &
 æterni sive spiritualis Regni Impera-
 tor est adsiduus & unicus, atque ma-
 net; Ita quoque in externo Christia-
 nus Imperator & corporeo huius
 mundi regno, quod alteri habitacu-
 lum suum tutum præbet, dominus
 viget: unde Imperatoris gloria eo
 maior est undique, & apud omnes
 terræ incolas habetur, ut nemo eum
 dignitate vel auctoritate haec superet.
 Et quidem, ait Steph. lib. 2 de Jur. part.
 1, cap. 1, memb. 1, num. 3, debet Impera-
 tor, & ita Imperio præesse, & con-

D sulere,

sulere, l. 2, §. novissime. ibi, reipublicæ,
conf. D. d. orig. Iuris, eiusque curam ge-
rere, & subiectorum commoda ad in-
star tutoris investigate, d. i. qui fund.
7, §. si tutor 27. l. tutor 27. D. de ad-
min. & peric. tut. l. interdum 56. §. pen.
D. de furt. C. monemus. ibi. ne Ecclesia
Dei ad nihil redeat, 12. q. 2. ut impe-
rii utilitas maxime incorrupta persi-
stat; ut eleganter Fridericus Imperator
prefatus est in tit. de prohib. feud. alien.
per Freder. Videatur heic Bened. Carpz.
in pulcherrimo libello suo de leg. Reg. Ger-
man. cap. 3. num. 17, 18. usque ad. 23.

*Imperium Rom. Germanicum unde in
Circulos divisum.*

SE D ut ad descriptionem ordina-
riam revertamur, id ulteius heic
observandum est, quod, quum cura
Imperii huius summa sit, & eius li-
bertas in singulis membris cum tanta
amplitudine dispersa, ut prope cuique
provinciæ suæ mores in regalibus
competant, & nihilominus ad mu-
tuam Germaniæ defensionem ac pa-
cem constringantur, divisæ sint Pro-
vinciæ in ditiones aliquot, quas Cir-
culos appellant, inque iis instituta
sunt particularia Imperii consilia.

Circuli

Circuli sive Provincie quæst.

ATQVE primo omnium totum
hoc Imperium Germanicum sex
fuit descriptum provinciis, ait *Rouen.*
lib. de Urb. Imp. quas Orbis sive Cir-
culos vocant: Nimirum in Franco-
niam, Bavariam, Sueviam, Saxoniam,
Westphaliam & Rhenoniam. Quod
factum est anno Christi 1500 Augu-
stæ in Comitiis, imperante D. Maxi-
miano I Cesare. His finibus omnes
ubique Principes ac Civitates in Im-
perii comitiis antiquo more censem-
tur: post, eodem Imperatore regnante,
Coloniæ anno 1512, §. *darauf hæ-*
ben, cū §. sequent. Saxonia superiori per
divisionem in Superiorem ac Infe-
riorem, ac deinde adiecta Belgica pro-
vincia sive Burgundia & Electorali
Rhenana, & Austria, decem Regio-
nibus seu Circulis Imperium circum-
scribi cœptum: quod & à Carolo V
Imp. in comitiis Wormatiæ anno
1521, & Norinbergæ anno 1522,
consentientibus omnium Imperii
statuum suffragiis, confirmatum est.
Erklärung des Landfridens zu Nurm-
berg, anno 1522. Ex his Imperii Ger-
manici Provinciis Senatus sive Con-

silium Imperii xxii viorum, quibus summa Reipub. ob conveniendi difficultatem coimissa est, subinde legitur singulis trimestribus fere Norimbergæ (nisi aliud suaderet rei necessitas) haberisoliū hactenus: Cuius Princeps est Imperator eiusve Legatus: senatores sive adfessore's sex Electores: principes Imperii duodecim partiū ecclesiastici, partim seculare: Ita scilicet, ut singulis trimestribus ex Electoribus singuli, sex Principibus bini, per vicis intersint Consilio. Additi sunt his ex cæteris statibus Imperii Senatorēs duodecim: Imperatorii duo: duo item Austriae & Burgundiæ provinciæ nomine Legati. Præterea ex quatuor Prælatis delectis singuli, singulis trimestribus more Principum invicem sibi succedentes: Comes itenī, vel Baro unus nomine Comitum & Baronum Imperii: Bini quoque Senatorēs ex octo liberis civitatibus, similiter per trimestria mutuas vices subeuntes. Denique sex Equites aut Doctores ex totidem Imperii Circulis singulariter destinati; Nempe ex Franconia, Bavaria, Suevia, Rhenana, Westphalia & Saxonia. Qui autem Principes, Episcopi, Prælati, Comites, Barones, Civitates, qui-

bus Circuli Imperii subiecti sint, sequens docebit recensio. Namque in dignitatum dispositionibus is nunc ordo observatur, ut Const. habet Na- rimberg. Paurm. lib. 2. de Iur. cap. 2.

Circuli cuiusque contenta quæ?

1. SVB Circulo Austriaco sunt, Austriae Exarchatus, & Titolis Comitatus; cum omnibus subditis regionibus ac Episcopatibus, Tridentino, Brixiano, Viennensi, Secavien- si, Labachien si; Comitatibusque Har- deck, Wolkensteyn, Losensteyn, Ro- gendorf.

2. Burgundico subsunt tota Bur- gundia, cum omnibus ditionibus subiectis ultra Mosam citraque; ac provinciæ Belgii, & Comites Eg- mundt, Nassau, Breda, Latine, Isel- steyn, Bergen, Walen.

3. Rhenanus superior Electoralis continet quatuor Electores ad Rhe- num, cum Praelatis, Comitibus, Baro- nibus, & Civitatibus sub iisdem se- des suas habentibus.

4. Saxonius superior complecti- tur duos Electores, Saxonicum, & Brandenburgicum; Episcopos septem, Misnensem, Mersburgensem, Naum-

bürgensem, Brandenburgensem, Havelsbergensem, Libusiensem, & Caminensem: Principes, Saxoniæ, Pomeraniæ, Anhaltinos; una cum Prälatis, Comitibus, & Baronibus hominum ditionibus subiectis. Abbates sunt, Salveldensis, Walkenridensis, Abtissæ, Quedlinburgensis, Gerindensis. Comitatus, Schwartzburgensis, Mansfeldensis, Holbergensis, Hohensteinensis, Regensteinensis, Barbyensis, Gleichenensis. Barones, Schonbergerensis, Tautenbergensis.

5. Saxonius inferior habet sub se Archiepiscopos Magdeburgensem & Bremensem. deinde Episcopos: Hildesheimensem, Halberstadensem, Lubecensem, Ratzeburgensem, Suerinensem, Mindensem, Werdensem, &c. Duces Brunsvicensem, Lunæburgensem, Megapolitanum, Holsatiæ, & Lowenburgicum; una cum Prälatis, Comitibus, Baronibus, & Civitatibus, Lübecka, Mulhusia, Northusia, Goslaria, &c. usque ad Mare Balticum.

6. Francicus continet Episcopos tres, Bambergensem, Wurtzburgensem, Aichstadiensem: Magnum Magistrum Teutonicum: Burggravium Noribergensem: Prälatos Cambergenses: Comites Hennebergensem,

Castellanū, Hohenloensem, Schwartzenbergensem, Erpachensem: Baronēs, Civitatesque liberas eius circius, Nurnbergum, Rotenburgum Taub., Winsheimum, "Schweinfurtum, Weissenburgum Neccariz.

7. *Bavaricus* ambit Archiepiscopum Salisburgensem; Episcopos tres, Ratisponensem, Frisingensem, Passaviensem; Duces Bavariæ utriusque; Landgravios Leuchtenbergenses; Prælatos; Comites Ortenburgenses; Baronēs; & Civitates liberas, Ratisbonam, &c.

8. *Suevicus* complectitur Episcopos tres, Curiensem, Constantiensem, Augustanum; Duces, Wirtenbergensem, & Teccæ; Marchiones Badenenses; Societatem S. Georgii; Equestrem Ordinem Hegaviae; una cum cæteris Prælatis, Comitibus, Baronibus, & libertis Civitatibus maxima ex parte vigintisex, quuin hic Circulus sit amplissimus.

9. *Rhenanus inferior* habet Episcopos, Wormaciensem, Spireensem, Argentinensem, Basileensem, Lusadensem, Metensem, Tullensem, Verdunensem: Abbates Fuldæsem, Hirschfeldensem, &c. Duces Bipontinos & Simmerienses; Ducem Lotharin-

giæ ; Landgravium Hassiæ ; Comites Austrasiæ & Wetteraviæ ; una cum cæteris Prælatis, Comitibus, Baronibus, Civitatibus liberis circum circa ibi iacentibus , numero viginti duabus.

10. Westphalicus habet sub se Episcopos quinque , Padebornensem, Leodiensem, Traiectensem, Monasteriensem , Osnabrugensem ; Duces Iuliacenses, Bergenses , Clivenses , Geldriæ ; Comites Nassovienses , Seinen-ses , Viernburgenses , Isenburgenses inferiores ; & cæteras regiones usque ad Mosellam ; una cum cæteris eiusdem ditionis Prælatis , Comitibus, Baronibus & liberis Civitatibus.

*Ordinatio Circulorum in quibus
consistat.*

I V X T A eam constitutionem , qua hæc Circulorum ordinatio inventa & in suas classes quasi distributa fuit, æquum quidem esset, ut ordinarie singulis annis semel, vel etiam sèpius , si necessitas id flagitaverit , in aliqua Imperiali aut magna alteri subiecta civitate convenirent , ac de concibutionibus , monetis probandis , vel reprobandis , præsentatione adfess-

adieſſorum Cameræ, executionibus contra contumaces à Statib⁹ facien-
dis agerent: i quibus duo Principes
vel Duces, qui conventus indicunt
per litteras, vulgo *Kreysdags auß-
ſchreiben*, præſciuntur; vulgo *auß-
ſchreibende Fürſten*; quorum alter ec-
clæſticus alter ſecularis eſſe debet:) Vetus,
quum in aliquot locis res
negligentior habita ſit, multum de-
crevit iſte imos. In comitiis autem,
quando circulariter quid deliberan-
dum concluditur, in ſex tantum con-
traſhuntur. *Cammergerichtes Ordnung
zu Conſtentz*, anno 1507. Rutg. Rut.
par 1 de Commis. lib. 5, cap. 4, num. 54.
Knich. ad ius. Saxon. pag. 71. Matt.
Steph lib. 2. de iur. part. 1, cap. 4, num.
48. Atque ſi alicui Circulo bellum
inferatur, hoc peculiare iſpis ius eſt,
ut præfectum quendam generalem
ceu dictatorem ſibi conſtituant; &c,
ſi non ſufficiat unus Circulus, tenen-
tur proximi aut viciniotes, ad ſollici-
tationem alterius, ſtatim in periculis
hærenti omni ſubſidio ſuccurrere, ne
facile alicuius partis diſmembratio
fiat, & ita eo promptius Salvati poſ-
ſit. Ad cuius rei expeditionem faci-
liorem illis confeſſum eſt, ut contri-
butiones particulares exiāt à suis

statibus: Ac, si quis in mota sit, statutum est ab Imperio, & approbatum, quod debitor possit ad tertium monitoriale emanatum vi aut representationis cognitis pro solvendo eo, quod ipius loco fuit expositum, cum integrum esse & sumptibus additis.

De conventibus & Comitiis Imperii.

DVIN heic de conventibus certis publicis agimus aut comitiis, necessum est, ut paucis etiam hunc ordinem Imperii perexamus; & monobimus paucis, quid comitia, & quotuplicia sunt.

Comitia quid & quotuplicia.

Generaliter autem Comitorum verbum accipitur pro omnium, tam universorum Ordinum, quam partis eorum, ad consultandum aut decernendum de Republicæ salute, conventu. Atque is conventus aut est generalis, aut particularis, pro dispositione & necessitate rerū ad quas pertinet.

Universalis Conventus sive comitia in quibus consistans.

Generalis, est Principum & Optimatum pro salute & incremento Reip. convocatio & conventus ; unde etiam universalis dicitur , & vulgo *ein Reichs-dag oder gemeyne Reichs-versamlung* . Quæ in constitutione & dissolutione sua consistit. Constitutio continet solemnitates & res tractandas sive negotia ; quæ aut ordinaria sunt, aut extraordinaria.

Causa & negotia comitiorum ordinaria.

Ordinaria autem negotia, quorum caussa coinitia haberi solent , hodie sunt omnia , circa quæ potestas politica ordinatie versatur : legum nimirum ferendarum , belli gerendi, fæderum faciendorum ; solvendorum tributorum , iniungendorum ; iudiciorum exercendorum , & rerum imperii alienationum caussæ : item de formanda & constituenda pace, & tranquillitate publica, de monetis, de matriculæ Imperialis redintegracione, ac ayulsis ab Imperio provinciis, civita-

RESPUBLICA
civitatibus, & ordinibus recuperan-
dis; aliisque pluribus negotiis ad
conservationem Imperii & salutem
publicam pertinentibus.

Extraordinaria comitia quae?

Extraordinaria autem haberi solent
propter caussarum controversiarum
cognitiones aut decisiones, item sup-
plicationes, aut Statuum investitu-
ras, vectigalium novorum conces-
siones, aut protogationes veterum ad
certos annos, &c.

Conventus particulares.

Particularia autem Comitia sunt,
quibus pars Principum & Optima-
tum convenit. Suntque duorum ge-
nerum. Namque aliquando ex uni-
verso Imperii collegio quidam selecti
conveniunt; aliquando vero certa
pars aliqua vel classes, vel certi loci
ac regiones Imperii. Ex universo Im-
perii collegio selectorum & deputa-
torum olim *conventus* erat *Regimenti*,
de quo est tit. i decreti August. Von
den zweyzigsten zwey Konigl. May.
und des H. Reichs Regiment geordnet:
item tit. vñ des H. Reichs Regiment, &c.

Quum

Quum eqim universi ordines Imperii absq[ue] ingenti sumptu ac molestia commode pro necessitate occurrente convenire non possent , placuit in comitiis August. anno 1500 Maximiliano & Ordinibus , ut præter Imperatorem & eius Legatum viginti personæ ex Ordinibus eligerentur , qui essent loco Senatus Imperialis. *d. decret. Aug.* Et his ab Imperatore & Ordinibus coniunctim plena potestas data fuit , ius & iustitiam administrandi , ac de quibuscumque subditorum querelis plene cognoscendi ac statuendi , pacem ac tranquillitatem publicam tuendi , &c. *Ordin. Regimenti August. anno 1500, tit. 1, 2, & 10.* Hæc Regimenti constitutio crescente Caroli auctoritate in desuetudinem abiit. *Paur. cap. 2, n. 48, &c.*

Ex eodem genere hodie conventus Deputatorum & Visitatorum Cancræ est , ex Decret. Aug. anno 1551 institutus. qui itidem ordinarius aut extraordinarius , &c. *Paur. d. loc.*

Conventus Electorales.

CERTÆ classis, est Electorum Conventus. cuius cauſſa habetur & modus in aurea bulla Caroli I V. Qui itidem aut est ordinarius, & propter electionem Imperatoris habetur: vel extraordinarius, iuxta dictam auream bullam. & dicuntur etiam comitia Imperatoria, quæ aut libera aut coacta habentur.

Conventus Circulares.

SED demum ex certis locis ac regionibus cōgregatorum ordinum sunt cōventus Cicularū; vulgo, ut dicunt, *Kreyfage*. Cicularum vel regionum prima mentio in ordinatione Regimenti August. Maxim. I, anno 1500, tit. *vvi cū vva n̄ig p̄ſonen &c.* §. fin., ubi sex circuli constituti sunt, Franconicus, Bavanicus, Suevicus, Rhenanus, Westphalicus, Saxonius. quorum simul quisque binorum ad secessorum Cameræ nominationem habet. *Ord. Cam. Maxim. I Constant.* anno 1507, §. 1. & *Ord. par. 1, tit. 1, §. deßgleichen.* De horum autem conventuum auctoritate & iurisdictione

ne ac modo exequendo iam ante dictum est. Vnde vere profert hæc Boerius *part. 2 Cosmogr. tit. de Imp. Rom.*, quando ait: Necessitate exigente, contribuit Imperium maximas pecuniarum summas, colligunturque extraordinarie. Ut ex contributiones facilius colligi possint, est Germania in decem Circulos divisa, in quibus sunt conventus particulares, pro executione edictorum, quæ in dictis Imperii facta sunt, & aliis similibus incidentibus. Sic etiam in *idem part. 1, tit. de Germ.*, integrè describit processum comitiorum universalium & electionis in Imperatore novo constituendo. pag. 95. additque solemnitates, quæ in actu coronationis atque festivitatibus aliis observantur; uti tales ipse oculis annotavi, quum anno 1612 D. Matthias II cum coniuge coronaretur.

Officii publica Electorum in consilio Electoralibus que.

VERUM ante omnia hoc loco metito annotandum est, quod officium cuiusque Principis publicum in hisce actibus maxime queat observari; utsi unusquisque Electorum deputatum

tum inuimus tam tempore interregni,
quam electionis cogitur exercere.
Namque Moguntino tanquam Archi-
cancellario Germaniae intra mensis
spaciū indictio & cōvocatio cōven-
tus, nō aliter quā ex Principis Electo-
ralis potestate, competit; utpote qui
archivum Imperii totius sibi concie-
ditum habet ita, ut pr̄ses eius &
conservator sit perpetuus: unde etiam
aulæ Imperiali Vicecancellarius ad-
est qui nomine huius Electoris, actis
Imperii publicis subscribat. Trevi-
rensis & Coloniensis quidem itidem
Cancellarii sunt; sed non Germania.
Quippe Trevrensis Galliæ, & maxi-
me Arelatensis regni, ad quod Sa-
baudia & Burgundia referebatur,
olim erat; & Coloniensis Italiam
quorum officium tum erat in Impe-
rio, ut, quoties Imperator Italiam
ingrediceretur, Coloniensis diplomati
Imperialia subsignaret, eiusque no-
mine & consensu ederentur: quoties
vero se conferret Imperator in Gal-
liam, tunc idem ius esset Trevrensi.
Quæ potestas huc usque à Friderici II
temporibus fermè acquiescit; nihil
minus officii huius dignitas retine-
tur, ut veteris iurisdictionis vestigia
adhuc declarant & monstrant nota-

da in memoriæ testimonio. Atque, quin constet, hosce Principes comitiis à tempore Caroli Magni interfuisse, Electuræ dignitas illis merito mansit; adeo ut in votorum collatione priorē tueantur locum. *Aram.* ad a. bul. p. 125. Ideoque aurea bullā, cap. 4, vocem priam Trevitensi deputat: secundum vero suffragium Archiepiscopo Coloniensi attribuit; qui etiam hoc simul obtinet officium, ut diadema regium regi Romano imponat primus.

Inter reliquos Electores antiquitus Comes Palatinus Rheni primum locum metebatur, quum præter eligen-
di Regis & Imperatoris potestatem eximium hoc ipsi ius esset, quod, va-
cante Imperio Romano, Comiti Pa-
latino Rheni, nec non Electori Saxo-
niæ, incumberet, ut vices Imperato-
ris Romani in omnibus & per omnia
sustinerent. *Aur. bul. t. 5.* Velut etiam
hic usus firmiter adhuc observatur;
Quum Vicariatus non aliunde, quam
à vi & iure praefecturæ Palatii veteris,
sive Maioratus domus, sub regno
Francorum descenderit; & præ aliis
duo Palatini, Rhenensis, & Saxoni-
cus, (quippe & ipse Palatinus olim
appellabatur, ut ex veterum auctis apud

Magdeburg. constat) totius Imperii
viçariam administrationem , divisi
inter se limitibus , meriti fuerint.
Nam Imperium Romanum tum di-
visum erat in duo regna , Lombardi-
cum , & Teutonicum. Istud vero
Teutonicum duplii iure regebatur,
Francico , & Saxonico. Hoc gentem
Saxoniam, usque ad Mare Balticum,
& Sarmatiam , sive Poloniā : illud
aractum Rheni , Franconiam , Sue-
viam , Bavariam , Austria , ad Alpes
usque , complectebatur. Conveniens
itaque visum fuit, ut duo illi Palati-
ni , ceu proximi à Cæsare , eo absente,
vel mortuo , vice sacra Regnum to-
cum Teutonicum gubernarent. Hoc
à maioribus institutum Carolus IV
in comitiis Imperatoriis Norimbergæ
confirmavit , & aureæ bullæ inseruit;
sc Cæsares tam ante , quam post il-
lum , peculiari bus diplomatis , ut &
alia regalia , Palatinis Principibus
confirmare consueverunt. *Hædenus*
Clas. in *syll. rer. cot. th. 24, lit. L.* Quam-
vis autem olim Rex Bohemiæ esset
novissimus , *Krantz.* lib. 4. *Sax.* 28. ac
Palatino dictas ob causas primus ,
Saxoni medius deberetur ubique lo-
sus ; tamen Carolus I V , quin vide-
get , Imperii salutem , nisi in usum
Othonica

Othonica sanctio revocaretur, constare minus posse, transmutavit ordinem; & Marchioni Brandenburgensis primario, quia filius, ultimum tribuit. *Clut. d. l. & Ioh. Baptiss. Egnat. Ven. lib. 3 Rom. Princ. de Ott.* 3. Tertium itaque in electione suffragium per auctæ bullæ constitutionem Regi Bohemiæ, ea de causa, quod is inter seculares ex Regiæ dignitatis fastigio iure & merito primariam obtincret, adsignatur est. Qui enim maiorem dignitatem habet, iure quoque non tantum priorem vocem possidebit, *Fab. de Anna, conf. 40. num. 28. Marzur. conf. 26, num. 4.* Sed etiam Regi Bohemiæ privilegium datum est ab Imperatore Philippo, in comitiis Moguntiæ anno 1200. Alias fuit hæc Otthonica constitutio, ut Rex Bohemiæ præminentia quadam prævaleret quidem, & sessuaria reliquos anteverteret, atque una cum Coëlectoribus electioni interesset, sed tantum, si paria essent vota, ipse arbiter & Palatmon existeret. Quo nomine etiam Rex Bohemiæ sibi votum reservavit in præfata aur. bullæ. *Clut. d. syll. L.* Dehinc quarto loco succedit Comes Palatinus, qui votum suggetit secundum juramentum

formain. Quinto loco Dux Saxonia
sive alter Palatinus. Sexto vero Mar-
chio Brandenburgensis rogandus est.
Talique ordine votis omnium per-
quisitis, dicti Principes Moguntinum
vice versa requirunt.

Præterea in Curis solemnibus, ut
& in coronatione Regis vel Impera-
toris, comitiis Imperii & aliis pane-
gyricis Conventibus, aliud illis secu-
latibus est munus. Vnde Rex Bohe-
miæ Archipincerna sive Pocillator;
Palatinus Pomifer, & Dapifer; Saxo-
niæ Dux Archimareschallus & Ensi-
fer; Marchio Brandenburgicus Archi-
camerarius & Sceptrifer dicitur. Ete-
nim Rex Bohemiæ in celebratione
Curis Imperialis ptimum potum
Imperatori afferre tenetur; quem ta-
men sub corona regali, nisi libera
voluntate voluerit, non tenebitur
ministrare. *Hartm. Maur. lib. de cer.*
Car. V. Palatinus Rheni ponum seu
globum aurum crucigetum in pro-
cessu solemnî Imperatori præfert;
quod est Imperii insigne præcipuum,
& ab omni fere antiquitate globus
ille signum universalis imperii; quem
etiā Augusti statua manu tenēs Romæ
visitur, notat *Vid. Cl. d. l. th. 24, lit. L.*
In Curia vero cibum afferre tenetur.

Elector

Elector vero Saxoniæ Portitor ensis & Mareschallus , in processu regio ensem nudatum & strictum Imperatori præfert , in signum iustitiae ; cuius etiam insigne sunt duo gladii decussati compositi ; uti olim apud Byzantinos fuerunt Spatarii & Protopspatarii , atque ceu præfectus prætorio , gladium Imperatori præferebat in signum meti imperii. Dehinc quoque officium Mareschalli exercere tenetur , avenam in conspectu Imperatoris metiendo. Ast Elector Brandenburgicus , ceu cubiculi regii custos , fiscique præfectus , sceptrum (olim etiam clavem) in argumentum gubernationis , Imperatori , quando coronatur , præfert ; & etiam in insignibus suis notam hanc gerit ; ad mensam vero aquæ exhibet ministerium.

*De vicariis Electorum , qui
sunt .*

SI vero Elector aliquis absit , absensis officium is , qui vices eius gerit , administrabit : quod etiam novissime in coronatione Augustissimum Imperatorum Matthiæ & Ferdinandi II factum est , ut vidi ipse .

E ; Sunt

Sunt autem hodie vicarii & sub-officiarii Principum Electorum: Bohemi R. Pincernia de Limpurg: Palatini Dapifer de Walpurg: Saxonis L.B. de Pappenheim: Brandenburgici Comes de Hohenzollern.

Ex his patet quidem aliquo modo, quanta sit Electorum dignitas, & quæ iura illis præminentiae competent. Sed & alia privilegia obtineant, quæ huius loci non sunt.

De origine Electorum Imperii Romanico-Germanicæ.

SALTEM non prætereundum est, quod multi Politici & Historici se intelectueant de origine huius statui, quum tamen non adeo difficile sit, si recte id advertatur, & quis ad veram historiæ Saxonice cognitionem recurrit, ritusque antiquos Germanicæ secum rite reputando examinet. Evidentia rei id facile suggerit, ut non sit opus, adeo sollicite inquirere, quod temporis momentum primam Electoribus originem dederit. Velut Aenescus in *relect. pol lib. 2, cap. 6, n. 9, 10, 69, 70, 73, & 74*, in hoc sibi contradicentia statuit: dum mutationem iurium & legum Imperij in

eo potissimum momento quaten-
dam esse asseverat , quo invaluetic
auctoritas Electorum; *num. 9,* & *41.*
Et quamvis *num. 74* expresse con-
fiteatur , tempore Catoli I V divisum
esse Imperium inter Imperatorem &
Electores; quum Catolus I V *cap. ult.*
aur. bull. illos in patrem sollicitudi-
nis constitutos aiat ; item eosdem
columnas & lateta Imperii vocet , *in*
d. c. ult. , quibus basis totius ædificii
nitatur; item palmites Imperiales , &
septem candelabra lucentia in uni-
tate spiritus septiformis, *in Prefat. au-*
rebullæ, vociter , &c. quibus tribue-
rit potestatem in ipsam Curiam Im-
perialem , ut iis incumbat cura & fa-
cultas errores Imperii corrigendi : &c.
Tamen *num. 69* in præcedentibus po-
nit pro certo , Electoru[m] potestatem
modo invaluisse post Carolu[m] I V.
Etenim quæ mutatio iurium & le-
gum Imperii maior dari potest, quam
si is , qui supremus est , & caput re-
rum omnium refert, auctoritatem &
potentiam suam ita penitus exuat aut
imminuat , ut iura sua summa cum
minoribus dividat, iisve se æqualem
constituat? Nihilominus addit, quod
amplitudine auctoritateque magis
per patientiam sequentium Impera-

totum creverint; quum tamen contrarium verum sit, quod ante ea & in iis temporibus magis eorum potentia & auctoritas florerit, quam nunc, aut in sequentibus seculis tunc potesta, ubi maxime legibus adstricta est. Namque quænam maior potestas? num quæ libera, aut legum vinculis impedita? Sic quænam amplior dignitas illis obferri potuit, quam quum ab ipso Imperatore in dimidiatis Imperii iuribus celebrarentur & confirmarentur æquales? Tum etiam quis sublimior locus & potentia illis obtingere potuit, quam quum duo, inter eosdem, vicarii ipsum locum Imperatoris, tempore interregni occuparent? adeo, ut tam absolute, iuxta consuetudinem veterem utriusque Palatinatus, etiam ante auream bullam, quam ipse Imperator, gubernatent. quæ potestas in multis per intervalla aliquo modo decrevit in posterioribus temporibus. Longum foret exempla allegare. Quicquid vero sit, ait Koning. in pol. sua, part. i, cap. 3 i, num. 14, illud in confessio est, vacantis Imperii administrationem vicarius iure Comitibus Palatinis, ex antiqua & invecerata consuetudine, etiam ante auream bullam,

hullam, competuisse. ut etiam constat ex confessione apud Crispin. in vita Ludov. ubi Ludovicus I V Imperator in Comitiis Francofurtensisibus de anno 1339, ante constitutionem A.B. Caroli IV, ita loquitur : Longa & approbata consuetudine inconcusse à maiorum ordinatione hactenus observata, vacante Imperio, ius administrandi Imperii, iura, feuda conferendi, & negotia cætera disponendi, Palatino Rheni debetur. Cuius verba privilegii quoque extant apud nob. dom. Goldast. in *constit. Imper.* tom. 3, de anno 1339; & Iohan. Wolf. cent. 16. lect. memor. fo!. 650. Privilegiumque hoc vicariatus confirmavit non solum Carolus I V in aurea bulle; sed etiam Maximilianus I, &c. Quod etiam merito M. Freherus *de orig. Palat. lib. 1, cap. 15, pag. 109,* adnotat; quum Elector Saxoniæ non minor fuerit vicarius ex veteri Palatinatus dignitate in suis territoriis, ubi Saxonica iura servantur, ex Bohemia usque ad Balticum mare, quam Palatinus Rheni; quamvis studio quasi nonnihil heic *ex textu aureæ bullæ*, quod ita nude loquatus, Getl. Buxt. *ad cap. 5 A.B. th. 56, l.B,* hæc rere velit. Velut etiam Arnilæus, *d.l. num. 48,*

E s ipū

ipſi Palatino Rheni ſuam auctoritatem ſatis arcte conſtringit ad vetuſta tempora. Aſt ipſa naturalis recum & historiarum ratio id dictitat , quod tum longe abſolutior fuerit potefias Vicariorum & Coelectorum , quum nondum conſtitutionibus legum eſſet alligata , quam poſtquam determinatum modum ipſis præſcripſerint leges. uti id *ex tit. 5 A.B.* appetet, quod quazdam regalia iuta ſoli Imperatori ſint reſervata exercenda , velut in vexillari investitura , & aliis. Videat igitur Arnifæus, quam belle hæc conueniant. Si mutatio iurium & legum Imperii in eo moimento quaerenda fit , quando invaluerit auctoritas & potentia Electorum ; ut *dict. l. num. 9* aſſerit ; atque ea vires tum deum ſumpferit poſt Carolum I V per patientiam ſequentium Imperatorum, uti *eod. l. num. 69* expreſſe afferit: quo loco haberi debet ipſi autea Imperii bulla , & Electorum origo cum auctoritate eorum ? quum tamen egegie confeſſus fuerit antea, *num. 42*, & *44*, quod ætas Electorum ante Caroli I V imperium, & quidem in ſepetnatio numero , longe retro excurrat. Obſecro , an non tum mutatio iuris veteris & monarchiæ Imperii certa reddita

seddita est potius ; quum Electorum numerus ad certum & quidem septendarium numerum redactus esset, quam circa illud tempus, quo invaserunt eorum potestas post Carol. IV; ut tunc modo vera eorum origo sit statuenda ? sicuti *ipse num. 42* ponit. Aut quur non magis origo Electorum possit referri ad ea tempora , quibus cœpit electio invalescere , & successionem suppressare? Alterutrum enim tempus debet constitui , aut quo abrogata per electionem successio , aut quo septem Electorum constitutio subordinata sive introducta est; quum ante Caroli IV æratem septem Electores prerrogativa dignitate usos fuissent præ ceteris Principibus, ipse confitetur *num. 48.* Nec quid prodest ea distinctione, quam ponit, quod ab initio non iidem extiterint Electores, (quod tamen satis evidenter acuteque Schardius in *tractatu suo de Orig. Elect. c. 6. & 7* refutat;) quum sufficiat scire , quo tempore desierit successio , & quo primum electionis substituta sit forma. Ibi enim vera mutationis novæ origo absque difficultate statuenda est , ubi Imperium statim in primo actu formam successionis depositum & electionis continuationem in-

induit, ut absurdum merito habeatur, si quis prius ad momentum, quo Electorum auctoritas post' Carolum IV invalidet, recurrere, & cum demum exinde eorundem originem censere velit. Tam inanis est hæc subtilitas, & subtilis scrupulositas, quæ temere rem clatam involvit, & nondum vanum in scirpo nos querere docet: ut res controversa æque dubia reddatur, ac si nunquam in disputationem fuisse protracta; nisi quoque magis dubia efficiatur, uti ipse tandem post longas logomachiārum ambages concludit. Quemadmodum etiam frustra Bellarmine ibi pertinet: & tamen *num. 37* expresse ponit, Pontificibus relinquī laudem introductæ Electionis: quæ tamen rectius Ottoni III sic adscribi posset; quuin is ab avo Ottone I didicisset hanc promulgationem, ne Imperator elegretur, nisi ex Germanis & ab iisdem. *Sigon. lib. 7 hist. Stal. Arn. d. l. num. 19.* Mira sic quidem fuit interruptio formæ in Imperio Romano, ut nunc successio hæreditaria, inox vero eleccio prævaluerit. Heic vero quæstio est de originali illa electione, quæ adhuc per Electores continuatur, ex tot seculis, donec numerus plutium in

in certitudinem septenarii redactus sit ; quuin antehac omnes omnino principes æqualiter elegerint. *Otto Frising.* lib. 6, cap. 27, & 28. quæ electio , cœn legitima consuetudine ex naturæ stimulo innata , æquivalenta in legam sortita est, adeo ut nullatenus cum tumultuaria electione illa antiqua militum , qui ne quidem partes erant Reipublicæ , sed precio ad defensionem loci conducti erant, confundi queat.

Quum vero electio, quasi peculiare ius quoddam , apud Germanos ab antiquissimis usque temporibus fœdit, in qua tunc, quum illis, & maxime Saxonibus, nondum rex esset, sed ex satrapatum nutu viverent omnes, unice acquiescerent ; semper huic consuetudini optimæ , sub cuius directione maxime virtus se exercere & magis vigescere solet, addicti manserunt. Testis est heic nobis Aminianus Marcellinus , lib. 13 , & 18, pag. Allemann. Vti quoque de Conventu & electione tali Wernerus Rolevin . *suo tractatu de laudibus antiquæ Saxoniae* ita scribit : Regem antiqui Saxones non habebant, sed per pagos (id est, tractus ditionum , vel regiones alicuius populi) satrapas constitutos : Morisque etac,

erat, ut semel in anno generale consilium agerent in media Saxonia, iuxta fluvium Weseram, ad locum qui dicitur Marklo. Solebant ibi omnes in unum satrapæ convenire; ex pagisque singulis duodecim electi nobiles, totidemque liberi, & laici. Renovabant ibi leges: præcipuas causas adiudicabant; & quid per annum essent actuti, sive bello, sive in pace, communi decreto statuebant. Vnde versus in historia Caroli Magni:

*Sed variis divisa modis plebs omni,
habebat*

*Quot pagos, tot pœna duces, velut
unius artus*

*Corporis in diversa ferent hinc inde re-
vulsi:*

*Sed generalis habet populos divisio ter-
nos, &c.*

Quod itidem Cornelius Tacitus, libro de *meribus Germanorum*, his verbis approbat: Eliguntur in iisdem conciliis Principes, qui iuta per vicos pagosque reddunt, &c. Quæ ratio & forma electionis usque ad Caroli Magni tempora posset deduci; ubi ecclesiastici simul secularibus sunt additi; nec præteriri potuerunt, quin semper comitiis interessent: ut inter alios ostendit *Guth. lib. i in Ligur. de elec-*
tione

Hans Friderici agens; & Guilhel. Britto lib. 3 Philippidos, dicens:

*Est etenim talis dynastia Teutonica-
rum,*

*Ut nullus regnet super illos, nisi prius il-
lum*

*Eligat una nimis cleri procerumque
voluntas.*

Quod idem Arum. sentit in dis. 3 ad 4. B. th. 8. nec non chronicon Scabinat. Magdeburg. , & quidam annales manuscripti, quos Crusius & Dresserus allegant. Col. de iure Imp. Germ. th. 46. Proinde hic mens amicus recte statuit, quod sensim Electores cœperint; ceu idem ex ipso probat Dressero. Quemadmodum quoque ante Ottoneum II Henricus Auceps anno Chr. 920 Fritslariæ in conventu Principum Franconiarum à Moguntino & Saxonum Duce, Peuc. lib. 4, fol. 468; Otto I ab ordinibus Imperii Franconiarum & Saxoniarum; Otto II Wormatiæ anno Chr. 961, electi sunt. Tanta omni, inquit Heig. quest. 4, num. 61, lib. 1., veterum Principum in Religione devotio fuit, ut sine Sacerdotibus & Episcopis nihil magnum feliciter absolvete se posse sperarent; & ita demum omnia recte processutacederent, si religionis antistites suis confi-

consiliis præsentes haberent. adeoque zelo religionis in tantam evesti sunt potentiam , ut non tantum amplissimorum ditionum domini sint , verum etiam Archiepiscopi Electores omnibus privilegiis , ait *Lupold. Babenberg. cap. 10 de Zelo Germ. vit.* *Principum* , consuetudinibus & singularibus honoribus , quibus cæteri Principes seculares , in electione Regis seu Imperatoris Romani ius habentes , qui præ cæteris Principibus Germaniæ multis specialibus privilegiis , consuetudinibus & honoribus sunt muniti , perfici ac gaudete noscantur. Omnes quoque alii Archiepiscopi & Episcopi ecclesiarii , & Abbes monasteriorum Germaniæ , à regno & Imperio Regalia tenentium , eisdem privilegiis , iuribus & honoribus perficiuntur , quibus cæteri Principes seculares Germaniæ , in electione prædicta ius non habentes , communiter perfici consueverunt ; &c. Sic consuetudo una peperit aliam , ut tandem Ecclesiasticis Electoribus dignitas Electuræ , non ut Ecclesiasticis , sed tanquam Principibus præcipuis Imperii attributa sit. *Arum. disc. 3 ad A. B. th. 8.* Sicuti pati ratione consuetudo talis insensi-

lis ius : certum est familiis illius anterioribus acquisivit ; quod ad suis actibus in usu conservat unitate regere. Quæ, si per imperium aut violentiam introducuntur ; vix unquam illud robur attrahere possint : si vero cum gratia instillentur, velut arbor , occulto a longe in foriores excrescent vires. Quæ enim paulatim irrepere solent ; vix unquam percipiuntur ; secus, si conversio fuerit subsecuta ; ait Haig.

Quum igitur Carolus I V. in Aus. B. tit. 2, §. Und die uveil &c. & tit. 4 in fine, & tit. 5, §. Und uuevool &c. item tit. 9, ac pafim alias , fundamen- tuin consuetudinis inveteratae pre- supponat, nec de alia sit sollicitus basi aut origine primordiali ; supervacaneus labor tam operosæ huic sollici- tudini & digladiationi impenditur, qua tot scriptores se mirè divexant invicem. Sufficit enim satis abunde, quod consuetudinis ius dignitatibus & familiis acquisitum , pro evitanda discordia multiformi , & mutatione periculosa ulteriori , per Carolum IV taliuide sit confirmatum , ut in co- secundum Haig. merito sit acquiescen- dum. Quippe Consuetudinis hoc proprium est esse, ut temporis diutur-

nitate, & quasi latentibus incrementis, introducatur; unde legis vigorem sortitur. *l. 3. ff. de ll. Eichrod. de iure non script. th. 6, 7, & 42.* Initium enim huius non solet constare eo, quod in vetustis origo ignoretur. *l. si arbiter 28, ff. de Prob.* Vnde regulatiter in consuetudine non consideratur, unde sit orta, *VVcfemb. in par. de ll. num. 9;* quum eius natura sit, ut ignoretur, *Conn. i iur. civ. c. 10, num. 3.* Quin iam habemus firmam originis certitudinem, quum legis fundamentali naturam in Imperio per constitutions A. B. & auctoritatem Imperatoris induerit; quæ absque convulsione Imperii & eius statuum infringi nunquam poterit. ut iam essentialis, in hoc regnum, consuetudinis & rationis sit concursus. Velut alius D. Constantinus Imperator ex qua-
tionem atque comparationem pa-
tium ita instituit inter consuetudi-
nem, legem, & rationem, ac rescriptum
non esse maiorem vim consuetudi-
nis, quam rationis & legis; ut vide-
licet intelligeremus, illa, quibus a-
quitas ac ratio contrariantur, & quæ
lege induci nequeant, neque consue-
tudine confirmari posse. *Eichrod. de iur. non script. th. 303.* Sed tantum

hac vice de Electoribus ; de quorum origine , quum tam mira sit inter scriptores digladiatio , hæc paucula inserere volui , ut agnoscant multi vanitatem scrutinii non necessarii , dum proprietatis nimiris studient glorie.

Vetum ut tandem ad scopum perveniamus , Ducum secularium reliquum status ordine paucis subiiciam. Proximum igitur heic ab Electoribus locum in tali serie merito potentissimi Archiduces Austriae obtinent ; veluti etiam à dextra eorum proximam habent sessionem in comitiis ; ut priumi sint inter Duces ; qui etiam ob id Archiduces appellantur , quasi supra Duces locum sumnum & principalem ex singulari privilegio sibi concessum possideant ; sicuti Archiepiscopus est supra Episcopos . Mæz. in tract. feud. t. de bis qui feud. dar. poss num. 16. Den Gars. Mant. de Magist. lib. 4, cap. 4, num. 15. Atque hæc dignitas regalis Domus Austriae adeo propria est , ut Duces alii , licet id serio ambire aliqui studuerint , ad eundem præminentia gradum nunquam eveneri , aut ab Imperatoribus impetrare potuerint . Sixtin. de Reg. cap. 4, num. 31. Quippe habent quædam privilegia ita peculiaria , in

quibus ex parte superiores sunt Ele^ctoribus ; quum nova vestigalia pro-
pria auctoritate instituere, & non so-
lum nobiles, sed etiam Comites &
Barones creare, iisque insignia date
possint : veluti etiam ius Archivi ha-
bent. *Rutg. Rul. de Commiss.* cap. 3,
num. 23. Quod privilegium verbo-
renus in cosmographia Munsteri re-
censetur, lib. 3, cap. 99, & seqq. *Gym.*
Recess. Cam. lib. 2, decis. 54, num. 59.
Atque, uti famæ. quem restituere,
spurios legitimate ; ita quoque om-
nes dignitatibus concessis abutentes
privare iisdem possunt. Sic & exem-
pti sunt à iurisdictione Camera Imperialis.
Munsterus d. l. Thom. Michael.
de iurisd. concil. 23. Fuit autem Au-
stria olim Marchionatus, quum es-
set eo commodissimo loco sita, ut tu-
telam Germaniæ exhibere posset. De-
inde vero à Friderico Imperatore de
anno 1158 Ducatus titulo est deco-
rata. Tandem, quum ad tantas opes
& fortunam adscendisset, ut cœteros
omnes Ducatus exuperare videretur,
dignitate Archiducatus Fridericus se-
cundus eam insignivit. Si tamen Emilio Veronensi lib. 3 *histor. Franc.*
credimus, ait *Don. Gars. Mastril. d. l.*
Opus. 8, nomen hoc Archiducis pri-
mum

mum Brunus frater Otttonis I Imperatoris adsumpsit; & id deinde Principes Carinthianorum usurparunt; quibus extinctis, ad Austriam primariam familiam una cum ditione pervenit; & inde successu temporis ad Rudolphum I Imperatorem & Comitem Habsburgensem, qui, dum Provinciam predictam Alberto filio (qui post Imperator factus est) dominasset, & Imperiali dignitate fulgeret, Ducatum Austriae Archiducatum nominavit. Et ita communiter habetur ex multis, & precipue Mart. Cromer. in hist. Polon. lib. 9, in fin. Ioh. Candid. in hist. Aquil. l. 5. Carol. Sigon. de Reg. Ital. lib. 12. Et novissime Dn. Camil. Borel. de præstant. Reg. Cath. cap. 46, num. 237, & seq. Arund. in disc. 4 ad Aur. Bul. num. 16, pag. 201. Unde etiam Regem Hispaniarum, quum recta linea ab Alberto suam repetat originem, hoc titulo gaudere & uti, affirmat Gars. Mast. d l. num. 12. Habentur etiam alias Magni Duces, *Grands ducz*, ad imitationem huius dignitatis regalis, quam Cosmus Medicus quoque Florentiae Dux olim in Italia cum habitu, insignibus atque corona regia, cum titulo Serenissimi, a Pontifice Pio V accepit, salvo tamen

Post Archiduces ponuntur regulatiter Duces; à gubernando exercitum ita dicti; velut etiam Germanica vox sonat *Hertzog*, quasi *Dominus copiarum* aut *exercitus bellici*, *cyn-Herr des Zeugs*. Inter quos non quidem est differentia, nisi quod ordo in sessionibus teneatur; unde alii *Duces Imperii*, alii vero simpliciter *Duces* vocantur. Schenbor. §. Pol. cap. 38. Gloss. ad art. §8. iur. Sax. De Ducum dignitate cognoscatur. Don. Gars. M. lib. 4, cap. 5 de Mag. Catoli Magni tempore Duces erant, quibus duodecim Comites subessent. Heig. part. 1, q. 2, num. 38. At nunc res aliter se habet, quantum inerita in Imperium accreverint. Vnde Ducum dignitatis quoque participes sunt Principes Silesiæ; qui in quatuordecim Ducatus dividuntur; quorum singuli nomen à Metropoli sui impositum gerunt: 1. Ratiborniensis, 2. Tropaviensis, 3. Teschnicensis, 4. Oppoliensis, 5. Brigensis, 6. Niessensis, 7. Vratislavensis, 8. Olsnicensis, 9. Lignicensis, 10. Monterbergensis, 11. Suenidensis, 12. Taurensis, 13. Glogovicus, 14. Sagadensis. Ex quibus tres tan-

tum familiarē sunt superstites; Lignicensis, Teschnicensis, & Monsterbergensis. *Tob. Paurm. lib. 2 de iurisdic. cap. 9, num. 9. Dan. Ott. de iur. publ. cap. 18.*

. 71

N O T A . Sed hodie quoque Marchiones Brandenburgici Crossonensem & legerdorfiensem Ducatus obtinent, & familiam ibi fovent. At Sagavenensem Ducatum propter virtutes & merita summa invictissimus Imperator noster Ferdinandus II non tantum in Heroēm excelsum & inclutum Albertum ex familia celeberrima Walsteinianoruin oriundum transtulit, sed etiam Dūcem Friedlandiæ ipsum creavit, ut ita auctus sit numerus Ducatum in Silesia.

Dehinc sequuntur Principes. Et quamvis nominis huius varius sic usus in descriptione dignitatum summatur; quum in Latina lingua arduum sublimitatis mereatur locum; & dicatur *Princeps* ex eo, quod regum omnium *primus* sit; *Tacit. 1, annal. Tob. Paurm. lib. 2 de iurisd. cap. 9, num. 1*; aut quasi *primas partes capiens*; unde Germanicum illud *Fürst*; quasi *Führsther*: tunc κατ' ἔξοχων ipse Imperator ita vocatur *in proœm. Inst. §. sed. sis. de iur. nat. gent. &c. l. 1. 1.*

ff. de leg.: Et licet proinde transferatur
in omnes dignitates eminentiores us-
que ad statum Comitum sunt omnis
Elector, Dux, Marchio, Landgravius,
quoque Princeps quidem sit, sed non
est contra: Tamen observandum est,
quod ex eorum numero sint, in quos
speciali nomine & titulo. Hac digni-
tas absque regali officio collata fove-
tur. *Landrecht lib. 3, art. 58.* Tales
sunt in Imperio Principes Anhaltini,
Principes Rugiæ, quod titulo nunc
Marchiones Brandenburgici, Duces
que Pomeraniæ salutantur, familia
illa extincta. *Ioach. Cint. syll. th. 26,*
litt. C. Erant & Principes Henneber-
giæ; Et Ernestus Schawenburgicus
hac dignitate donabatur ab Impera-
tore ante aliquot annos; cui se Rex
Danicæ opponebat propter Ducatum
Holsatiæ, ne iuribus eius inde quid
esset periculi, &c. Sunt quoque Co-
mites Palatini, sive Praefecti Palatii
Imperialis; quum Palatia ædes Impe-
ratori consecratæ dicentur. *l. Unica,*
C. de Pal. & l. 3, C. de privil. cor. qui in
sacra Pal. &c. l. ab omnib. C. Theodef.
cod. t. Vnde Germanicum Pfaltz, &
in vetusto idiomate Pfallenç, in Spe-
culo Saxoniæ est; quod sedes solius
Imperatoris eo nomine salutaretur.

Atque

Atque hiūc Comites Pālatini dicebantur, qui in Palatio Imperatorio militabant, ac sacri Palatii constitutiones publicas pro Imperatore conservabant. *Chass. de glor. mundi; part. 5, consider. 24, num. 125.* *Matg. Freb. lib. 1 de orig. Pal. cap. 2.* *Kirch de rep. diss. II, th. 4, per. tēt.* Velut olim Imperatores Palatia sua potiora Romæ & Constantinopoli habebant. Ita quoque in Germania Magdeburgi & Norinbergæ principaliora erant. Vnde Palatinatus Saxoniæ cum iuribus suis: quæ Speculum Saxoniæ declarat. *VVeichb. art. 44. &c. 47, &c.* Alter vero Rhenanus cum iure Franconico in Speculo Franconix. Post hos sunt Landgravi sive Comites provinciales; qui prefecti erant provinciæ alicuius & iudices. *Pcuc. Chr. 5, pag. 998.* Saxonibus *Griffiudex* est. *VVeichb. Sax. art. 12.* *Landk. lib. 2.* Ad sunt ita quoque Marchiones, sive Comites lūitanie, quod finibus tuendis Imperii prefecti essent; quemadmodum *Marck* Germanice limitem denotat. *Heig. part. 1, q. 2, num. 57 Crantz. lib. 3* *VVandal cap. 16.* Sic etiam Burggravii aut Comites castrenses, erant prefecti sive iudices alicuius urbis, arcis aut praesidii, quibus taliū custo-

dia commissa erat. Clut. syll. th. 26, l. G. Comites vero simpliciter ita dici nomen habent à comitando & sequendo. Item quid Labeon. §. Comitem. ff. de iniur. Turneb. advers. 28, lib. 12. quod ipsi essent in comitatu Principium; cœu Turnebus logisitur. Principes provictoria ; Comites pro Principe pugnant. Postea omnibus magistris datum est hoc nomen, sacrum comitatum observantibus, aut qui negotio alicui arduo præponerentur. Chiac. ad tit. C. de off. Com. Sac. larg. Alias Germanis erat Graef sive Grave nihil aliud quam iudex; &c, quum variis rebus adhiberentur, appellationes variae hinc deducuntur sunt, ut Centagraef, Gograef, Freygraef, Dinggraef, Rangraef, Holtzgraef, Salzgraef, &c. Knich. de iur. territ. cap. 4, num. 68. Clut. in syll. th. 26, l. G. Sed quoniam Imperatorum temporibus, non tantum ad singulas provincias, sed etiam civitates Comites ablegantur; iurisdictio & territorium, cui præficiabantur, Comitatus appellati cœpit. Hi postea hominii & fidei nexu, ita ut administratio fruenda etiam ad hæredes pertineret, quibusdam tributi sunt. Vnde in consuetudinibus feudorum verbi Comitis significatio

ficiatio sumitur pro eo , qui de Comitatu investitus est. *Clut. dict. loc. Vid. Don. Garf. Mast. de Mag. lib. 4, cap. 7.* Sunt & Vicecomites , quibus vices aliorum demandatæ erant. *Schrad. in Lex. verb. Vicecom. &c. Don. Gar. l. 16, cap. 9.*

Tandem in hoc ordine Barones & Nobiles supersunt. Barones, qui proximo nobilitatis gradu sunt post Comites habendi, & alias olim *liberi homines, Freyherren, quasi liberi domini,* dicebantur , quod eorum maiores nullam serviissent servitatem, nomen maxime fortiti sunt inde , quod in suo genere vitæ innataum quasi libertatem gravitate & animo ostendent . Ceu non inconvenienter Christophorus Besoldus , *in dissert. sua de Comit. & Baron.*, vocabulum hoc à vetutissima formula loquendi Germanorum deducit , *Bar;* quod pro *libero, franco, frey, ledig, &c.* frequentissime usurpatum demonstrat; ut non opus sit ex Græcismo eius operosam elicere derivationem ; præsertim quum Germanicum hoc cum Hebreo *Bar*, quod *filium* denotat, aut *Tara*, quod *liberum* pronunciat, tanquam cum antiquissimo concordet. Et quamvis Barones apud Germanos variis

Variis nominibus appellantur; tamen nullam esse differentiam, quum Comitibus non sint inferiores, afflant Dd. *passim*. *Sixt.* in *Reg.* cap. 4, num. 39, & seqq. *Paurm.* cap. 11, num. 32, & seq. *Ciut.* in *Syll. th.* 26, l. 1. *uji plurimos allegat Dd.* Sunt tamen alii Imperio immediate, alii mediate subiecti, pro forma infeudationis; quod alterius loci est, si plenius explicati debeat. *V Vehm.* in *obs. litt. F.*

Nobiles denique hec supersunt, qui dicuntur quasi *Noscibiles*, & præ reliquis inter mortales propter virtutes maxime *notabiles*. *Tiraquel.* de *Nobil. Kirch.* in *Rep.* de *Nob.* disp. 12, th. 1, l. 8. Nobilitas enim olim etiam apud Romanos quasi seminarium officiorum, munerum & magistratum togatorum militarii inque habebatur; unde etiam tribus gradibus distincti erant, patritii, equites, & in specie nobiles dicti. Ita Serenissimi, Illustissimi, Illustres, Generosi, Strenui, à Nobilibus privatis discernebantur. quem ordinem inteturbare sacrilegii instar putatur. l. 1. C. ut dignit. Germani vero in Ethnicismo olim nō dissimili ratione vivebant; quuin haberent suos liberos, libertos, & servos; qui illorum lingua *Edlings*, *Erlingi*, &

& *Lafsi* vocabantur ; quod *nobiles, ingenuos, & serviles* sonat. Pro d: verso idiomate nomina erant nobilium , *Adalinge, Athalinge, Eibelinge, Edelinge, Edilinge, Edlinge, &c.* ut paſim in *gloss. ſpec. Saxon. notatur* , & *D. Christ. Beſol. in diſcurſu ſuo de ordine Equeſtri rechte notavit.* Si vero ad ho- dicnum Imperii Romano-Germanici ſtatutum reſpiciamus, quidam direcťe Imperio patent ; alii Principibus & Ordinibus ſupradictis & conſimili- bus ſubiiciuntur ; ac dicuntur uni- versali nomine *Landſaſſii. Caſſ. Zieg- ler. in concl. ad prax. Calv. §. Landſ. num. 14.* Et inter hōſce, ſecundum varias conſuetudines regionum, differentiæ quoque vatiæ exitant. Sic quoque in Electoratu Sax. alii obediunt Prin- cipi immeđiate, alii immeđate illos *Schriftſaſſios, hos Ambſaſſios* dicunt. d. l. *Ziegl. §. Ambſ.* quia Topatchis & Prefectis ſeu Quæſtoribus, quos *Schof- ſerios* vocant , ſubiiciuntur. Liberi vero nobiles ii censentur , qui nulli ſtatui, ſed immeđiate Imperio ſunt ſubiecti. *Recess. Imp. Auguſt. de anno 1555. & Ord. Cam. part. 2, tit. 5.* Ac tales à loco, ubi degunt, in tres claſſes diſtribuuntur ; Franconicam, Suevi- cam, & Rhenanam. *Recess. Imp. Aug.*

de

*anno 1500. Item Spirens. de anno
1542.* Equites vero Franconicæ in se-
loca communiter dividuntur. 1. O.
denwald. 2. Steigerwald. 3. Ge-
bürg. 4. Althemüll. 5. Buchen vel
Baunach. 6. Köhn sive Wahren. Sue-
vi in quinque quaterniones separan-
tur. 1. Hegow Bodensee. 2. Ad Da-
nubium. 3. Ad Köcher. 4. Ad
Schwartzwalt sive Neccarium. 5. Im
Kreichgow. Sic est quoque Rhenana
Wetterovica nobilitas, ubi Gonethi-
natus viget. Frui autem illos pe:vile-
giò, quo liberæ civitates; affirmit
Geilius, 2 ols. 6 2, num. 3. Vnde etiam
facunt statuta sibi propria de succe-
dendo & consilia. *Rul. de com. par.*
2, lib. 5, cap. 4, num. 49. Bisol. dicit,
disc.

Sed tantum de his. Hæc autem &
tales dignitates maxime ita ab eo
tempore distributæ sunt in Germania,
quum Imperium à Carolo Magno ad
Germanos esset translatum; ut iam
ex tot seculis tam vacia dignitatum
munera sunt inventi, quibus iura
maiestatis & superioritatis sunt com-
municata; ita tamen, ut iura cliente-
larum Imperio salva & illibuta per-
manserint, & adhuc salva constent.
Ius. Pfleg. de repub. Germ. Velut hanc
senten-

sententiam transmutationis : satis commode ita explicat Arnoldus Engelbrechtus , in *disq. de iuri d. Imp. th.* § 9 , dicens : Cæterum translato postea per Carolum M. in Germaniam Imperio , diversa iurisdictionis forma incepit. Illud quidem communem Romanis habuit , quod distinctiones in provinciæ formam redigeret , & certis Magistratibus gubernandas daret. Quod autem ab ipso , in primis vero subsecutis Imperatoriis , hi , qui antea Magistratus erant , cum provinciis & omni territorii iure hereditarie investirentur ; id quod antea officii erat dignitas , quo tempore perpetuum fieret : id vero longe aliam iurisdictionem & totius Imperii rationem successu temporum invexit. ut taceam , postea simul increuisse Ecclesiasticam Pontificis iurisdictionem , rem superiori ævonomini auditam aut cognitam. Item *thesi 61* : Carolus itaque Magnus provinciis à se devictis Magistratus præposuit , Episcopos & Duces ; utrisque adiunxit Comites , sed ad tempus tantum , & ad arbitrium ; quod iam latius ab aliis monstratum est. Item *thesi 62* : Posteriores Imperatores , Ottones præsettim , (*Sigen. lib. 5*

96 R E S P U B L I C A
*de Reg. Ital. De Gallia & Anglia vid.
Camden. in Brit. tit. Ordines Anglie*
rēgalia & iuta quædam superiorita-
tis communicare cęperunt : &, que
antea ut Magistratus in Provinciis
vice facta ius dicere voluerupt, iis
dignitate Ducatus, Comitatus, &c
easdem sub fide vasallitica hereditati
& perpetuo concesserunt, atque indi-
iura territorialia orta sunt. Ab his
vicissim iurisdictio in inferiores, &
sub feudi lege, ut communius, vel
alio modo, transflata fuit.

Vnde evidens est, Imperatores
fontem esse & originem omnis poe-
statis, iurisdictionis & superioritatis
adeoque ea omnino salva in patet
follicitudinis adsumpsisse procua
suos ; quod & investituræ lex mani-
festius ostendit. Percepsit namque in-
vestituram, est signum devotionis &
recognitionis. *Bretta conf. 28, na-*
3. Cravet conf. 61, num. 6.

Quomodo vero hisce officiis pe-
blicis & summe arduis Ordo Eccl-
esiasticus successu temporis, postquam
etiam simili modo iura territoria-
& regalia ab Imperatoribus, mundi-
norum negotiorum plusquam stolidi
prætextu pietatis obtinuissent, insi-
tus fuerit, id nimis iam longum
operi

operosum, forte etiam nostræ intentioni haut adeo gratuum foret: tamen hoc aliquousque satis, ubi cuique sit constitutus dignitatis locus, manifestat series classium superius posita. Quæ hac vice sufficient, ne in immensum compendiosa hæc disquisitio excurrat. Forte de his, & similibus summe necessariis, præsertim de origine officioque talium, ac iurisdictione Ecclesiastica, alibi ageandi patet campus, Interim ad Civitates convergimus.

N O T A. Hæc, quæ ex amici scriptis sumpta sunt, introductionis loco in principio statim pro maiori rerum informatione huc referre volui, ut unde dignitas, altitudo, & præminentia cum potestate summa S. Romani Imperii Germanici censi offset. Nec sane uno tempore tam accurate ardua huius formæ constitutio adornata fuit; sed eam ipsa regum necessitas, durationi perpetuæ annitens, ita^zcompte elaborata in octocavit, & præ cunctis terræ regnis in amplissimo decore, cum successu temporis nicide splendidam reddidit, secum ut excelsæ mortaliuin famiæ, pro temporum & actionum occasione aut forte varia, mutationibus

obnoxiae sunt; ita cum iisdem saepius ipsa regna varios patiuntur patoxy-
mos aut concussions : quod etiam nostrae similiter in hoc grandi mo-
tuum tumultu Germaniae accidit.
Namque, quum Fridericus V, Palati-
nus Rheni, contra Imperatorem Fer-
dinandum II coronam Bohemiae
subiisset; atque in variis ac multipli-
cibus confestationibus Imperator
Maximilianus, Bavariae Dux, auxi-
lium adsiduum & succursum presta-
tisset; gratitudinis ergo Ferdinandus
Imperator in Conventu Ratisponensi
anno M D C XXIV, 23 Februarii, post
varias deliberationes de condonatio-
ne & restituzione Friderici Palatini
inter Electores & Legatos habitas,
zandem Electoralem dignitatem Ba-
vatico Duci tanquam agnato Palati-
ni, optimè de se merito, adsignavit;
qui etiam postea 25 Febr. Elector
S. Romani Imperii investitus est.
Quemadmodum simile exemplum
habemus in Electore Saxoniae Mauri-
tio. Nam, licet Imperator D. Caro-
lus V, devicto prope Mulbergam ad
Albim Iohanne Friderico Electore, &
dignitate Electorali privato, Mauri-
tio, qui ab agnato suo jam dicto, gra-
du tertio, in linea æquali, quum duo-

tum fratum nepotes essent, distabat, provinciarum Iohannis Friderici maximam partem attribuisset, & Electoratum 4 Junii anno 1547 in castis ante Witzbergam in villa Blefern in eundem Mauritium contulisset; tamen sequenti anno M D XLVIII, 24 Februarii, in Conventu publico Augustano, solemnni ritu is ab Imperatore Carolo investitus, ac quasi in possessionem cum fratte Augusto, qui vices suas cum plenipotentia Comiti Mansfeldensi Hocico obtulerat, missus est, totum actum inspectante Iohanne Friderico; quo animo, facile quis diiudicare poterit. Veluti deliberationes tales Electorum atque eas solemnitates integre Sleidanus, lib. 20, *mik: pag. 625*, describit. Sic etiam nuper Ferdinandus I I, Imperator noster gloriissimus & victorissimus, anno praesenti 1629, die 5 Ianii, stylo veteri, Viennæ Ducatum Megapolitanum Ducum, propter bene meritam, in Generalem exercitus sui Ducem Albertum Friedlandiæ solemniter transstulit; quod litteræ inde scriptæ ita attestantur: Hodie no die simul, circa horam nonam antemeridianam, Imperator Ferdinandus noster Generalem totius Cæsareæ mi-

litiæ Ducebat Albertum Friedlandiæ
in Antecamera sua Ducatu Megapo-
len si solemniter investivit; sed tamen
unicam eius & singularem ita recepit
personam. Ducis huius Mandatarii
erant, Comes Maximilianus Walstey-
nensis, agnatus eius proximus, qui
medium genibus flexis occupabat lo-
cum; deinde supremus exercitus
equestris Praefectus, quem hodie Co-
lonellum dicunt, Dn. de Sanct-Iu-
lian, qui dicto Comiti à dextris adsi-
debat; à sinistris vero Iodocus Till-
man I. V. L., qui oratione supplex
infeudationem petebat. Imperator &
Majestatis nomine autem, & loco Vi-
ce cancellarii, respondebat Dominus
à Nostitz. His confessis, iuramentum
fidelitatis iuxta morem usitatum à
Mandatariis præstitum fuit, & per-
acta simul gratiarum actio, &c.

Sed in libero Imperatoris arbitrio
est possum, quibus solemnitatibus
& quo in loco conferre feuda velit
illustria cum dignitatibus; quum ipse
teruin caput sit & dignitatum origo.
Omnia enim pro commodo Imperii
ex necessitatis ratione disponit libe-
re, & officiis bellicis præficit idoneos
Germaniæ defensores; ceu quoque
Carolum Magnum id factitasse olim
legi-

legimus: quod ita recte adseverat Ans.
Col. Sess. de iure Imper. Germ. th. 28.
Usque dum Monarchia Romana ad
Germanos devoluta est, officiis bel-
licis viros strenuos, qui incursions
hostium acriter repremerent, fibi de-
victos tenuit; velut olim hoc sem-
per egit, ut certos regni limitibus Ca-
rolus primus Germanorum Impera-
tor præficeret. Quum enim, ait,
heros ille Sorabos devicisset, Panno-
niam superiorem constituit limitem
regni sui versus Orientem, contra
Hunnos & Avares. Quumque Ger-
maniam Galliæ coniunctam in duo
distinxisset regna; illud, quod ad Gal-
liam pertinuit, nominavit Westreich;
quod ad Orientem., Ostreich; (unde
Austria;) additis præsidibus limitum
seu Marchionibus. Sed limitis seu
Marchiæ nomen mutatum postea
fuit in Ducatum, multo scilicet post
à Friderico I Imperatore. *Pens. lib. 4.*
Chron. in pr. f. m. 445. Sic Bavariæ no-
men quoque compositum dicit idem
Peucerus ex Bojis & Avaris, quos Ca-
rolus, devictis ac depulsis Hunnis, te-
gioni Boiorum adiecit. Vnde & Ba-
variam tenuerunt ipsius Caroli M.
posteri usque ad Ottobenem I; qui eam
Henrico fratri tradidit, priuimumque

Ducem Bavariæ constituit. Fuerunt autem Avates sive Avari reliquæ quasi Hunnotum; qui populi, Noticis pulsis, in ea terra considere. Vnde littera adiecta dicitur, velut *Boiaris*, hæc terra, à Bojis Cisalpinæ Galliæ populis, qui hoc loco aliquando sedes habuisse leguntur. Et dividitur hæc regio, præter alias divisiones, in Cis-Danubianam & Trans Danubianam; ut hæc Bavaria Noriscorum ora sit, illa vero Norgovia dicatur; quæ earum Palatinatus superior appellatur, ad differentiam eius qui ad Rhenum est Palatinatus, & inferior vocatur.

Verum ne in alium hæc prolabatur discutsum, redimus ad id, à quo exordium sumptum erat, quod sat is ex superioritate Cæsaris Maiestatica, concessione privilegiorum, iuriumque exemptiorum, attributione dignatum cum plena potestate impendi, adeoque ex ipsis membris Imperii summis, præminentia eius colligere licitum sit: Velut in eiusmodi testimonium luculentissimum, metito locum insignem Georgii Schonbor., *ex pol. eius lib. 5, cap. 5,* adducimus, qui ita se habet:

De præminentia S. Rom. Imperii.

Cnilibet à φθόνο: iudicanti obviā esse existimō, S. Romanū imperium maiestatis & dignitatis suę apice, ceteris omnibus regnis, quæcunque latissima Christiani orbis orbita continentur, esse sublimius. Hoc rēvcrā quartum illud est, quod Daniel propheta, *capite secundo*, de statua agens, collocat in tibiis ferreis, & pedibus ex ferro & luto mixtis: de bestiis vero tractans, *capite septimo*, depingit prægrandis & robustæ belluæ imaginē, quæ dentibus suis ferreis longe lateque sit graffatura. Sicuti igitur ferrum robore & duritate omnia metallæ superat, omniaque frangit & comminuit: & ut bestiæ, quo robustiores habent dentes, eo sunt formidabiliores & nocentiores: Ita quoque hoc imperium reliqua regna fortitudine ac perpetuitate longe vincit: eiusque maiestas hactenus invicta semper mansit, nec ab ullo enervari penitus potuit. Neque ulli hominum accepto ferenda est huius imperii conservatio: sed solius Dei benignæ prvidentie, à qua dependet illius dignitas. *lib. 1, cap. de veter. iur. empl. Nov. 28, cap. 4.* Neque assertionem Zanetti admiserim, *tit. de Rom. Imp. num. 24*, dicentis, Imperij Romani verti-

ecm & cerebrum esse Pontificem. Præiudicio, quod alias omne tollit iudicium, bonus ille vit laboravit; neque aliter potuit, quia, exemplo Baldi, in ditionibus Pontificem pro nomine colentibus hanc sententiam defendet. Similiter illorum oculorum glaucoma obsedit, ut pariter non videant, qui ideo Romani Imperii gloriam conantur deprimere, quod alia regna sint ampliora & potentiora; veluti Turicum, Hispanicum. His responsum velim, sumum Imperii axionia non estimandum esse ex regnum quantitate: sed ex iure partim successionis, partim gubernationis. Successit nostrum Imperium Romano-Germanicum in locum pristini illius Imperii, cuiusque iutibus, præminentias, & privilegiis omnibus fruitur. Gubernatio aut divina est, aut humana: Illa incomprehensibilis & admitanda: hæc prudens & legibus atnisque probe minuta; nullumque superiorem recognoscens, nisi D E V M & censem; uti communis Electoruni Imperii decreto, anno Christi 1338, tempore Benedicti XII P. publicato, pronunciatum est.

Aventin. lib. 8. Præminentia itaque Romani Imperii in eo veritutur, quod

omnes exteri intelligunt, debere se
comiter Romani Imperii observare
maiestatem: neque enim ullum est
in universo terrarum orbe nomen
sanctius, *l. fix. 1, cap. 1 de legibus*, nul-
lum vel ipsiis remotissimis barbaris
venerabilius: &c. Haec tenus ille.
Quibus hoc addendum, in quo vel
solo huius maiestatis radium longe
eminentissime in Imperatoribus no-
stris Romano-Germanis coruscantem
in haec usque tempora vidimus, quod
etiam vicini Reges aliquot ex eorum
munifica liberalitate se coronatos
esse gaudeant. *Vid' exempla? ait*
Ken. in pol. par. 1, cap. 23, num. 131.
Respicere ad Hungariam; Nonne huic
Regno tempore Ottonis III regia
dignitas tributa fuit, & postea ab
Henrico II Imp. confirmata? *Pcucer.*
in comp. lib. 4 chron. Car. in vita Ot-
tonis. Ken. pol. par. 1, cap. 14, num. 35.
Nonne Poloniam idem Imperator
Otto III similiter ad regium culmen
eyexit? *Alex. Guagnin. tcm. 1 rcr.*
Pol. in vita Boieslai. Pchc. d.l. Etenim
Otto Ruffus, tertius eius nominis
Imperator, (*dicente ita Salo. Neuge-
bau. de Codano, in vitu Princip. & Reg.*
Pol. in vita Bol.) reliquias novi Mat-
tyris Adalberti à Prutenis occisi visi-

106 R E S P U B L I C A
tans, hunc Boleslaum Regem solemniter creavit, sociumque & amicum Romani Imperatoris, à tributo & omni iurisdictione Imperatorum cum postris immunem declaravit. Et quo arctior inter ipsos & posterorum ipsorum esset necessitudo, Richsan Erenfridi Comitis Palatini ad Rhenum filiam, sororis suæ Mechtildis neptem, Mietzislae Regis filio despedit, &c. En quoque Fridericu[m] I, Barbarossam cognomento. Is Petru[m] Danicæ Ducis regia stemmata dedit, ac regali potestate levavit. *Tritkeim. cap. 17.* Velut etiam Otto Friburgensis hunc ita loquentे introducit: Hominio ac fidelitate nobis facta, coronam de manu nostra Petrus Danorum Rex suscepit: iis tamen legibus regios honores est adeptus, ut in fide ac obsequio perpetuo Imperii Germanici permaneret: &c. Eodem modo Praefecturam Bohemiarum Fridericus I Imperator regia appellatione subornavit: eatamen lege, ut nihil de maiestate ac iure Imperii Germanici detraheretur. *Bcdin. lib. 1 de rep. cap. 9, num. 144. Peuc. lib. 4 chron. Carion. in vita Frid.* Quin & Sigismundus Imp. Adolphum Secundum Cliviz, & Amadæum Sabaudiz Comites, in subli-

sublimiorem Dacum Imperii sedem collocavit. *Peuc. lib. 5 chron. Car. m
vit. Sig. Bod. d. cap. 9, num. 127.* Etiam à Maximiliano I , anno 1497 , in comitiis Wormatiensibus Comes Eberhardus Barbatus Wurtenbergensis creatus est primus Dux. *Cuf. in vit. Max. Matth. Dress part. 4 isag. Histor. de Duc. VVurtcb. &c.* Vt eis his & similibus satis constet , in quanta potentia gloriae semper præ cunctis terræ regnis Imperator Romano Germanicus floruerit. Quippe duplii auctoritate magis iam potitus est , quam quum olim populus Romanus in Principem summum omne imperium suum & potestatem contulisset. § 5. I N . G . & C . I . 1 , ff. d. *Const. Prince. §. sed & hoc. vers. quum enim. ff. de concept.* Namque & Germani , cum Sarmatis , suos habuerunt semper reges , ex quo à Tuscone , qui primus Germanorum Mercurius sive Nuncius & interpres deorum , à Tuſchen , sive Deutzen , interpretari , dictus fuit , propagationem sui generis acceperunt ; velut per annos 175 regnasse , & filium suum Mannum Sarmatis ac Germanis ad Rhenum regem reliquisse , circa tempora Belochi Prisci & Abrahæ , in historiis est ; cuius filius

208 R E S P V B L I C A
Ius postea Trevir Treviros sive Ger-
manos primos in Gallia Belgica con-
dedit. *Chronel. Alst. der reg. Germ.* Et
postquam Mannus per annos 66 re-
gnum tenuisset, Ingævon per annos
45 ipsi successor fuit; veluti sic vi-
ginti unus Reges, usque ad tempora
Davidis, anno mundi 2890 & circi-
ter, ante Christum natum anno 1081,
ab Alsted. *d. l. chron.* numerantur;
quorum postremi fuerunt tunc Kels,
Gall, & Hyllit, tres filii Wolfheinii.
Verum, quinam hinc per quinque
prope secula ad tempora Nebuchad-
nezaris & captivitatis Babylonicæ,
quæ incidit in annum mundi 3365,
ante Christi nat. 606, quum siuul
Tarquinius Priscus apud Romanos
regnum teneret, in Germania guber-
naverint, de eo nihil certi affirmare
quis poterit: quamvis constet Galliam
& Germaniam uno coiuvisse tunc re-
gno. *Alsted. chron. tit. 52, pag. 202.*
Attamen hoc testantur historiæ, quod
Landinus, Germanorum Orientalium
rex, Darium Hystaspim per suos Scy-
thas, Sacas & Getas evicerit; nec cura-
verit Darium, quamvis eius filiam
in matrimonium petiisset. unde iste
monarcha Persarum vindictam sui
contemptus querens, in Darium se-
ptiæ-

ptingentis in illibus hominum irruere ausus fuit, pontem Danubio impo- nens. Quo tempore Consules Romæ, electis regibus, rerum primas tene- bant. Sic etiam de Brenno, filio regis Anglorum in Suevia, hoc constat, quod ille circa annum mundi 3584, ante Christi nat. 387, ianuero Germanorum & Gallorum exercitu Italiani ingressus sit, & Romanos, qui à Clusianis in auxilium advocati erant, prope fluvium Allianum evicerit, posteaque ipsam Romanum occupatis; ac, nisi Camillus, quem tamen antea in exilium ingratu ciecerant, patriam fortitudine sua salvasset, & hostem septimo mense repulisset, sedem pro- cul dubio figere constituisset. Vnde Romani, Germanis & Gallis infen- siores redditi, sibi admodum fer- vido semet invicem depugnatunt bello, in primis tempore Fabii Maximi & Scipionis. Nihilominus, quum Ger- manorum reges ita fortiter pergerent etiam longinquas adoriri terras, tan- tis Germanici nominis terror undique fuit, ut etiam reges non lacescendi ultro pacem ingenti pecunia merca- rentur ab illis. Quis fuerit Ariovistus rex, Germanice Ehrnvestus alias di- gius, id historici testantur; & ipse C.Iul.

-C. Iul. Cæsar, in libro suo de bello Gallico, cum in plurimis sibi gestis describit; eidemque simul, quamvis sitis elatum legatis suis responsum dedit, quod in consulatu suo rex esset a Senatu Romanos salutatus, & tamen ipsi colloquium denegaret, exprobiat. It, ut illum circumveniret, proelio suu astute follicineque omnia dissipavit; unde victoriam quoque reportavit ita, ut Aliovillus vix fuga claberetur. Et quamvis etiam Belgas, cum Germanis Transrhenanis vindicias agentes, dissiparit; tamen Eburones Germani Cisrhenani inter Mosam & Rhenum legates Cæsar: s & legionem cum quinque cohortibus interfecerunt. Hac itaque clade audita, quum Cæsar competitum haberet, Germanos esse invictos, neque Gallos sine corrui favore in officio quietos contineri posse, trans Rhenum in Germaniam misit, qui animos Germanorum, quos ferro non poterat colibere, auro sibi conciliaret. Quod quin ita satis feliciter muneribus largis obtinuisse: ab ipsis equites peditesque stipendiis accessivit suis, quorum opera Galliam perdomitam felicissime in provinciam rededit. In bello indecibili Cæsar opera Germanorum semper

semper usus est in Græcia, Hispania, Europa, Ægypto, Asia & Africa. Nihilominus post mortem Cæsaris semper Germani lacerare ausi sunt Imperatores. Duos quippe perpetuos hostes, Parthos atque Germanos, hinc Occidens, illinc Oriens, Romanæ maiestati velut obices fataliter obdident; quam præfertim Germanis virtute ut plurimum præpotentes reges ducesque præcessent; ceu fuit Cottonus, Marobodus, Harminius, Vodenus, Vectius, Vecta, Wetillus, Hengistus, &c. Item Odoackerus, Hermenfredus rex Thuringiarum, Alboinus, Bertoldus, Sighardus, Ditericus, Edelhardus, Warnekindus, &c. Et quamvis variis modis, nunc connubio, nunc muneribus, nunc fœderibus, Romani Imperatores Germanorum Principes, quorum tunc duodecim erant, ex quibus rex eligebatur, *Bant. chron. Brunsf. pag. 14,* sibi devincent studerent; tamen Germani semper ad ingenium reversi, non potuerunt ferre iugum Romanum. Hinc varia orta sunt bella, & admodum dura; puta Dacicum, Gothicum, Saxonicum, & similia, usque ad annum Christi 772. Quo tempore Carolus Magnus cum Rege Witekindo for-

fortissimo prium congresus est, & priam victoriam apud Osnabrugam reportavit: indeque ad Eresbergam, fine Venerationis Montein, contendit celeriter, ut famosissimum illud cultuare & commune idolon gentis huius mensulam destrueret; quod rite perfecit, & idololatricos cultus omnino abolevit. Quamvis autem Wedekindus ex eō tempore & loco semper arma repararit, & ubique vires usque ad annum 786 recuperarit suas, a deo, ut illum variis & intermixtis factis ambiguis preliis suppresserit; tamen tandem, quoniam solus ex sui Wedekindenburgi obsidione clam aufugisset, & Imperatori Carolo dedere coactus est, pace prius confecta. Quod factum est prope Mindum, ad Visurgim; ubi adhuc rudera arcis monstrantur, & Mindam inde ita nominatam dicunt, quod Witckindus Carolo M. dum statam eam arcem hac voce, quasi *Mecum-Tuum, Men-Dein*, esse deberet, tradiderit. Non solum ita Carolus M. Imperator gloriofissimus variis bellis attritos Saxonas tandem in ordinem redegit, & ex nimia feritate ad mansuetudinem & humaniorem vitam retraxit; sed etiam eorum iusta sum regali sceptro in se se transstulit.

In cuius rei apertum signum & memoriam æviternam de novo Witekindum dignitate Ducali donavit, & insigne clypei eius, equum videlicet nigrum in album, convertit, memoriae & testimonii caussa, quod se ad Christianæ Fidei confessionem convertisset, ethnicissimumque priscum penitus abiecerat. Insigne hoc equi albi semper Ducum Saxoniæ sollempne fuit, ultra 400 annos; donec tandem, Heinticus Leo, Dux Brunsvicensis, tanquam principale clypei decus, galeæ frontispicio imponendum rectius censuit. *Bunt. in chron. Brunf. pag. 16.*

Ex his igitur liquet, quanta gloriæ autoritate & iure, quam o maiori effulserit Carolus Magnus: Eadem quoque hodie merito splendent successores eius omnes.

Conclusio Proamq.

Verum, quum iam ex supradictis satis appareat, quæ constitutio sit Imperii Romano-Germanici; iam ad scopum nostrum nos convertimus, ut reliqua, quæ ad conservationem & durationem huius Imperii pertinent, in munimentis & ornamentis

114 REPUBLICA HANS.
cius necessariis , quæ in Civitatum
aut Vrbium cultura & eacum iun-
ctura consistit , plenius percensi-
queant. Quantum igitur boni in par-
ticulari & famosissima ea civitatum
Hanseaticarum Societate , & cius Re-
bus publicis lateat , id sequens
libellus sat is luculenter , pro
temporis iam ratio-
ne explica-
bit.

P A R S

P A R S P R I M A

De

C I V I T A T V M

H A N S E A T I C A R V M

Fœdere celeberrimo, &
eius fundamentis re-
motioribus po-
liticis.

C A P . I.

*De Universitate, Communione & ori-
gine civitatum. Vbi insignis ex hac occa-
sione locus Platonicus ex symposio ciuis,
uxta Teutonicum, ex-
plicatur.*

Ti Duo maxime sunt,
quaæ cuiusque regni aut
reipub. salutem in dura-
tione sui firmiter con-
servant ; videlicet mu-
tua subditorum & gubernantis affe-
ctio,

Etio, atque civitatum solida mun-
tio: ita quoque in Imperio nostro
Romano-Germanico hæc duo ubi-
tim præ aliis terræ regnis florere, et
introductione superius allegata con-
flat. Quæ etiam rapta cum cui
semper prudentes Imperatores obser-
varunt, ut nihil æque magna sollici-
tudine animi displexerint, quam quæ
ad duo hæc fundamenta recte dispo-
nenda ficerent. In primis semper ho-
anxie egerunt, ut animos subditorum
sibi singulari cultura & beneficium
variis conglutinatos tenerent, & se-
quaces usque sibi per quamvis sortea
traherent. Vnde etiam tot dignitatum
& honorum ac liberalitatum in dis-
tribuendis bonis exortæ sunt. com-
municationes. Maximus artifex præ-
cunctis in talibus fuit sunimus ille
heroium Carolus, qui etiam propterea
tot inclita facta heroica vere Magnus
dictus est. Quippe quuni tanto la-
bore & conatu sibi vincendos esse
Saxonas fortes cerneret, Witikindus
eorum regem statim à principio pos-
obtentam victoriam, redditæ Ducis
magni auctoritate & dignitate, sibi
ita cenuo devinxit, ut per eundem
etiam Saxonum animos emolliret, &
eo tempore sibi constringeret. Ac nis-

Ducem eorum in tanto habuisset semper precio ; seque præbuisset illis placidum, vixdum eos imperio cohiberet, quamvis viginti sex præliis acerrimis gentem fortissimi cordis debellaverat. Tandem tamen illis consuetudines eorum ad Christianitatem reductis confirmavit. Ita homines , incondita alioquin prædicti austernitate , flexibiles redduntur maxime , si in tempore clementiam autem comitatem adhibeat potentior & caussæ victor. Velut autem Carolus Magnus hoc artificium sedulo observavit in omnibus gubernationis suæ actionibus , ita etiam eius exemplum sancte sequuntisunt Ottones illi augustissimi , qui propter ea ad tantum fastigium evexerunt auctoritatem Germanici Imperii , ut ex sancto subditorum studio & amore sibi invictam conciliarint gloriæ & perpetuitatem. Habent enim (*recte dicit Boter. lib. i de orig. urb. cap. i*) humanares se invicem ut catenæ circuli , qui mutuo amplexu hærent , seque invicem sequuntur : quod si unum ex eis quemcunque tandem attrahas , tota catena cum suo principio consequetur : Ita etiam in vita negotiis tibi sumas ; reliqua necessario sequi

118 R E S P V B L I C A
ordine continuo succendentia depre-
hendes. Verbi gratia, si quis agricul-
turæ studeat. an non oportet prius
haberi artem fabrorum lignariorum,
& ante illam ærariorum? Quam rur-
sus metalla fodientium ars precedat,
opus est. Item qui fodiuntur vacant, ru-
ri ut degere possint, corpore tegantur
necessæ est, ad quod textores ac do-
minus structores requiruntur. Simili-
ter & alia omnia, si queras & scruta-
teris, inter se connecti reperies. Qui-
bus verbis optimus auctor non tan-
tum conglutinationem humanae so-
cietatis aut conversationis indicat,
sed etiam id intendit, ut inde cognos-
catur, quam arcto conexu inter se
constringantur mutuae cohabitatio-
nes mortalium. Cuius vinculi tripli-
cia requisita ponit Thol. in *republ. lib.*
i, cap. 3, num. 12, licet ad duo capita
reduci commode satis queant. tamen
audiamus cum. cuius verba sic se ha-
bent : Tria necessaria in summa col-
liguntur ad conservationem humanae
societas & rerum omnium condi-
tarum, quibus omnis civitas & con-
gregatio humana vinciatur & colli-
gatur. Primum dilectio & amor,
quo omnia animalia se & suos tu-
cantur, generent, & edificant. Et hoc

complectitur σογγίας φυσικάς. Retinet conjugium amor: idem facit ex duobus corporibus unum quoddam. Erunt duo in carne una. (*ait sacra Scriptura.*) Et, Masculum & fœminam creavit hominem Deus. Ex homine mulier facta à Deo. Ut fieri non possit, quin inter huiusmodi personas non sit quædam naturalis, eademque summa amicitia: quum nemo seipsum, aut suam carnem odio habeat; sed diligit & foveat. Ut etiam in ænigmate expresserit Plato, *In Convivio*, *vel de Amore*; tria hominum genera olim fuisse, non solum quæ,, nunc duo, mas & fœmina, verum,, etiam & tertium ex utrisque compo-,, positū, cuius nobis nō extat nōmē,, quoniam periit. Nā in Adamopri-,, mū duplex genus erat, quia ex illius,, costa Eva sumpta est mulier. ex his,, progenies, quæ non potuit non a-,, mari. hincque primacivitas & cœ-,, tus, qui postea in universum mun-,, dum diffusus. Alterum, quod neces-,, sarium, & pariter datum à Creatore,, fuit huic civitati, sive cœtui univer-,, so hominum, ad colligationem & vinculum firmissimum, sunt no-,, tiones de moribus, de æquo & bo-,, no, de honesto, omnium hominum

120 R E S P U B L I C A
rum insculptæ , ut societates crea-
turæ rationalium cum propria
natura vivere possent , non temere
aut instinctu corporearum affectio-
num, more brutorum. Tertium fuit
prudentia indita quædam , qua pro-
spiceret sibi , & necessitatibus quoti-
dianis , præsentibus , & futuris. Et
heic constitutum est ius , quod dici-
tur ius gentium & commune : ut na-
turale. cui & C. Coita addebat , iuris
quoque naturæ esse , & commune
omnibus rebus natis , vivere & mori.
communis etiam omnium possessio ,
acquisitio eorum quæ terra , mari ,
cælo , occupantur , & similia , fidei ,
consensus , voluntas , &c. Ex hoc iu-
re gentium cœperunt seorsum fieri
alii cœtus , aliæve civitates , & simi-
liter ex illis alia iura , quæ & civilia
à seorsum factis & positis congrega-
tionibus seu civitatibus legitimis di-
cta sunt , &c.

Admodum illustris est locus iste ,
quem Tholosanus heic ex Platonis
symposio adduxit . Sed quum ipse
non intelligat , ut ex dictis apparet ,
quid allegat , operæ precium opinio-
no faciemus , si ex Teutonico cum
explicatur deinceps . Plato certe inter
omnes Philosophos , quorum scripta
ad huc

ad huc integra extant , solus & unicus est , qui veritatis professionem ethnico more quam proxime secutus est ; ut tota logomachia Stagirite vix nomine digna sit præ huius studio ; quum semper realis in sapientiæ cultura deprehendatur ; alter vero nil nisi summi vendat pieta imaginis specie . Quippe Plato sapientiam Ægyptiacam Magorum , qui ducti in Abrahami & Trismegisti sequebantur , penitus perspexerat ; unde longe sapientius naturam rerum usque ab origine prima percensere potuit . Quoties ille de mente divina , (quam semper in suis scriptis spirare videtur ,) de angelis , anima hominis , spiritu mundi , &c. verba facit , longe altiora intendit , quam ut possint profanæ mentes eius adsequi sensum . Marsilius Ficinus , qui fidelis Platonis superiori seculo sectator fuit , & prope ad unguem eius sermonem calluit , ipse sapius confitetur , quam atduus sit in discursibus eiusmodi . Proinde cum toties mysteria locutum esse exclamat . velut etiā de libris illis duobus , quos Symposium & Phœdrum appellavit , & in quibus de amore agit , quid & unde sit , asseverat , quod meta mystica ibi pertractatit , quum

in Amore talia admiranda consti-
tuat , quæ omnis generationis mo-
dum exuperent. Huius enim Amoris
officium esse , ait , ut inter Deum &
homines interpretis & quasi portito-
ris fungatur munere : medix autem
illius inter diuinam & mortalem
naturæ originem , adhibita imagine,
repræsentet : Illum videlicet paterno
& materno genere longe latequedi-
verso natum , &c. In his & simili-
bus , dum tam mystice loquitur Pla-
to , nil aliud ostendit , quam ut re-
currat ad illam primam generatio-
nem & propagationem sui , qua Adam
ante lapsum & conditam fœminam
donatus erat , ut non ita per coniu-
ctionem externam sui simile ex se
procrearet , sed ut magice ex semet-
ipso , iuxta modum paradisiacum , cui
à principio creationis deputatus erat
in æternum , progeniem suam ederet.
Quia rationi exterræ mundi in falsa
& phantastica philosophia munda-
na , iuxta elementa eius inservit , hac
vix capiet , quum tantum suo tenebra-
rum & occœcationis spiritu agite-
tur. Sed potius iuvat , & rectius est ,
ipsum audire Teutonicum . cuius
verbis *libello de incarnatione Filij Dei*,
cap . 4 , sic se habent : Ratio mundi
externi

externi hoc omnino obtinere cupit, quod Iehova hominem in creatione ad externum regimen destinavit, iuxta stellarum complexionein & quatuor elementorum. Si hoc verum, idem creatione sua quoque dolori & morti destinatus esset, quippe cœlo stellato suis constitutus est terminus: atque, si hunc affequatur, desitet eam creaturam, cuius ductor erat: atque tunc diffuit regimen & substantia creaturarum, quæ externo huic cœlo subiectæ sunt. Ita cernimus nos satis, quam caduci sumus, & morte absorbeamur, si nos cœlum externum cum suis elementis defterat, ut etiam infans in utere materno fatigatus ad moriendum consecutus sit, atque saepius dissolvatur; quum etiam adhuc absque vita & congelatione regiminis externi corporea sit, priusquam centrum naturæ ignem animæ exusciteret. Veluti sic omnino mortem & obitum in Iesu Adami agnoscimus, quod Adam statim, simulac terrenam imaginem induit, paradiſo sit demortuus, atque regno Iehovæ se per mortem privat. Proinde etiam necessitas ipsa regenerationem nobis imposuit, alias impossibile faret, ut vitæ restitucremur. Quum

vero

¶ 24. R E S P V B L T C A
Vero Ichova Adamo terrenum, qui
submixtus erat, fructum interdiceret,
ne illum tangeret; atque solummodo
unicum crearet hominem, virili &
fœminina proprietate in utraque Tin-
etur, videlicet ignis & lucis, in amo-
re, eundemque est vestigio in paradi-
sum traduceret, imo ipse in paradise
crearetur: ideo nullatenus ratione id
concedere possumus, quoties ex in-
stinctu diaboli ita claimat: Quod ho-
mo terreno modo creatus sit. Nam
que omne quod ex terrena qualitate
solummodo uniceque creatum est,
illud animale est, principium finem-
que habet, nec consequitur æterni-
tatem. Quodcumque igitur non ex
æterno productum est, istud corrumpit
& saltem speculum aliquod
refert, in quo æterna sapientia se, tan-
quam in figura & similitudine cce-
ando depinxit. In tali re nihil am-
plius remanet quam umbra absque
qualitate & essentia: transitque sicut
ventus, qui se ostentavit, atque ite-
rum mox evanescit. Propter eiusmo-
di creaturam Verbum Iehovæ non est
caro factum. Æternum illud non
propter corruptibilitatem introivit
in corruptibilem essentiam. Non ita
terrenum adsumpsit, ut terrenam

corruptibilitatem in potentiam maiestatis evahere & introducere veller: sed propterea, ut illud, quod ex potentia maiestatis erat progressum quidem, ast in malitiam & terreitatem prolapsum, aequa ita quasi immortale abolitum fuerat, inde iterum vita restitueret, resuscitaret, & ad potentiam maiestatis denuo extolleret in ea possessione, veluti erat, antequam erat creatum. Ideo alia ratione homo agnoscendus, quam hactenus factum est, dum mere animalis indicavimus. Animalis quidem redditus est secundum proprietatem mundi, quum moreretur in Adamo: proinde vivebat huic mundo, & nullatenus Deo. Quod si vero spiritu voluntatis suæ in Ichovam ingredetur, tunc in nova creatura & spiritu voluntatis iterum nobilem imaginem obtineret, & in Deo iuxta eam. imaginem viveret, nec secundum animales proprietates huius mundi. Ita homo in morte erat, & tamen vivebat: Atque propterea Verbum Dei homo factum est, ut Deo hunc rursum aduniqueret, atque denuo totus in Deo crearetur. Sic quoque paradi-
ficiæ imago nobis consideranda est. Dicimus & agnoscimus, quod Adam
bonus,

bonus, integer & omnis expers maculatus non minus ac Lucifer cum exercitu suo creatus fuerit. Ille donatus erat oculis purissimis, atque hec dupli modo. Quippe utruinque insé continebat regnum, videlicet Dei atque huius mundi. Verum quenadmodum Iehova dominus est potens omnium rerum, ita etiam homo in potentia Dei debuisset in mundum extendere dominium suum : Veler Iehova dominatur in omnibus, & omnia pertransit insensibiliter ; ita quoque homo internè divinitis atque cœlestis omnia permeare poterat & perspicere.

Homo externus quidem in extensis vivebat; ait dominium accepit in extera, & erant ipsi subiecta cuncta ; nilque ipsum subiungabat. Is potuisset scopulos confringere proprio motu & viribus naturalibus. Tincturam terræ plane perspectam cognitissimamque habebat : omnia miracula terræ penitus exploraverat. Quippe in eum sinein ad hæc extera creatus erat, ut quodlibet figuris suis manifestaret, atque in actum produceret quidquid in aeterna sapientia prævisum fuerat. Etenim virginem possidebat sapientiam. Autem, argenteum,

tum, & pretiosissimum metallum, est quidem ex cœlesti magia cum inflammatione ita inclusum : est aliud quid tamen, quam terrenum. Homo quidem hoc amat, & eo utitur a l vitem suum ; verum eius fundamen-
tum & originem minus intelligit. Non frustra id ab animo ita amat : eius origo ardua est , si id recte per-
pendamus. Sed merito in hoc iam
muti sumus , quum homo alias eius
natura tenet desiderio , & se à Spi-
ritu Dei per id separaret. Neminem de-
cet corpus posteriori fovere amore quā
spiritum, quia spiritus est, & parit vi-
tam. Saltem in similitudine vobis
id censendum propinamus ; silentio
tamen præterimus matris cum
fundamento eius & origine. Nihilo-
minus hoc noscatis , quod homini
Iesus & ornamenti caussa concredi-
tum fuerit : Ipse ex iure naturæ id
possidebat : ipsius erat proprium. Sed
subintellige corpus externum ; quia
illud cum sua Tinctoria, & metallica
tinctoria, inter se arctissimam fovet
cognitionem. Quuni vero externi
corporis tinctoria desiderio satanico
inficeretur, tunc quoque retro ceden-
do se metallica tinctoria ab homine
abscondebat , & hostili odio erga
cum

et in afflictionibus. Quippe longe per
tempore, quam corrupta in homine na-
tura. Hæc vobis, vos persecutores
metallicæ tintæ ræ, dicta & detecta
sunt. Si vestrum quis lapidem philo-
sophorum querat, is se ad regenerationem
in Christo præparet; alias invi-
centur vobis minime facilis erit. Tin-
etur enim hæc communicationem
ingenteum habet cum cœlesti essentiæ;
quod si hæc à fixib' suis timoribus
turbæ liberaretur, & perduceretur ad
fixationem iuxta crystallinum splen-
dorem sive perfectionem sui, facile
maternia illa agnosceretur. Splendor
sive illuminatio eius denotat ali-
quid. Quod si nobis paradisiaci es-
sent oculi, id omne quam facillime
agnosceremus. Mens quidem nobis
aliquid indicat; ast intellectus & ple-
na cognitio mortua est parado: at-
que id propter ea maxime, quod ima-
gine eius nobili in Iehovæ ignomi-
niam & nostri ipsius perniciem abu-
tamur, neque per hanc Iehovam co-
lamus, aut nostro spiritu in Iehovæ
ingrediamur spiritum; sed linquamus
spiritum, & in externa hæreamus ef-
fentia: inde nobis metallicæ tintæ
in mysterium evasit.

Homo creatus erat, ut esset domi-

bus Tincturæ; atque ipsi ad obedien-
dum adstricta erat: ast servus eius fre-
bat, & quidem alienigenus. Atque
ita quærit aurum, sed reperit terram,
propterea quod Spiritum deseruerit, &
spiritu suo ingressus sit corporeita-
tem. Inde corporeitas eum captivum
trahit, & morti inclusit; ut ex hoc
tinctura terræ exclusa jaceat usque
ad iudicium Iehovæ, nisi à corporei-
tate excedat, atque in Deo regeneren-
tur. Namque quum diabolus domi-
nium absolutum cum turba & matri-
ce æterni sui ignis in cœlestem essen-
tiam, appeteret; propterea ipsi poten-
tia occludebatur corporalitate cle-
mentorum in creatione, quæ propter
infectionem eius in terræ crassitatem,
& lapides metos, tanquam in partem
venenatam evasit, ut ita nullatenus
dominus, sed captivus itæ suæ perma-
neat. Atque ipsi nihil prodest esse in-
tialitas, quia spiritus est, atque sper-
nit cœlestem essentialitatem, matr-
emque naturæ venenatam incendit,
quæ matrix omnia statim è sensibili
& corporali produxit materia, unde
talia Spiritus Iehovæ in huiusmodi
creationem convehebat. Homini au-
tem ea erant sat cognoscibilia. Quippe
tincturam solvere poterat, & no-

850 R E S P U B L I C A

bilitatem eius producere ad lusum & gaudium suum , atque simul in honorem Iehovæ & miracula eius, modo in statu permansisset innocentia.

Quod vero ad hominis cibum & potum attinet, quibus ignitæ animæ suæ nutrimentum & essentialitatem præstaret ; hæc ita se habent : Duplex in sese fovebat ignem , videlicet animæ ignem , & exterritum solis atque stellarum. Nam vero qui vis ignis suum requirit sulphur aut essentialiam materię ; alioqui subsisterè non potest, id est , urete nullatenus valet. Exinde satis percipitur , quodnam hominis nutrimentum fuisset iuxta divinam essentialiam. Etenim , velut supra dictum est , animæ nostræ ignis Dei amore , mansuetudine & essentialitate cibatur, cum unoquoque eo , quod Deitatis centrum procreat. Quia anima ex æterno igne magico edita est, quæ propterea etiam Magicum expedit cibum, veluti imaginationem. Si imaginem Dei in se continet , imaginationem quoque unice in Iehovæ dirigit amorem, cu in essentialiam Dei , atque inde cibum Dei attrahit , quo cibo etiam angeli vescuntur. Si vero minus ; tunc ci-

HANSEATICA.

hoc eo delectatur, in quem imaginatur, aut imaginationem suam proiecit; nimirum terrena & infernali qualitate fruitur, atque in eandem matricem se precipitat: quanvis non cum substantia in eam irruat; tamen illa matrice repletur, cuius qualitates ebullire cum illo incipiunt, perinde ac venenum quoddam in carne operantes. Sic etiam externi corporis cibus satis cognitus est. Homo externus quidem erat; sed homo iste externus quasi ab interno prope absorptus erat. Quia interius totaliter per universum obtinebat imperium. Atque ita unaquaque vita, suo fruebatur nutrimento proprio, ex quo vivebat. (Vnde Christus vere ait; *Matth. 4.* Non vivit homo tantum ex pane; sed ex unicquoque Verbo, quod per os Dei transit. qui textus nunquam absque huius rei informatione vera intelligi potest.) Videlicet imago Dei in homine, sive anima spiritus & Effigies, comedebat celestis essentiarum divinitatem; atque corpus exteruum extra crassitudinem manducabat paradisi acuin fructum ore tenus, nec in corpus transibat. Namque veluti externum corpus quasi ab interno prope absorptum latebat, ita

132 R E S P V B L I C A
quoque fructus paradisiacus ad id
proportionatus erat. Essentia divina
per terrenam evirescebat, atque terro-
nam illam in paradisiaco fructu ab-
sorptam tenebat, ut ita fructus ille
nullatenus terrenus agnosceretur. At-
que inde paradisi nomen est, quod
pulchre per turbam eviresceret, ubi
amor Iehovæ in media ira effloresce-
ret, & fructus ederet lautissimos, ve-
luti lingua Naturæ absque ulla inter-
pretationis phantasia opinabili satis
aperte hoc percipit. Ex quo ulterius
hoc conficitur, ut intelligamus, quo-
modo Iehova hunc iuicolat mundum:
& mundus in ipso tamen quasi ab-
sorptus est. Mundus in eo est plus-
quam impotens; ipse vero omnipo-
tentissimus. Ita quoque erat homo,
& ita simul suum terrenum come-
dendo nutrimentum convertebat in
cœlestem cibum. Vnde etiam hoc
novimus, quod ita in regenerationem
nobis sit redeundum. Velut nec ali-
et fructus paradisiacus ex ira proge-
nitatus erat essentiæ cœlesti: vel
quemadmodum cernimus, quod
optime dulcis herba ex terra acerbis-
sima repullula scat, quam solis calor
alia qualitate perfudit. Ita conco-
quebat homo sanctus fructum para-
disiacum

dissacum in ore suo , ut ita terreitas absorberetur quasi in nihilo , nec hominem uspiam afficeret sensualiter : Ceu quoque agnoscimus , quod mundus hic in ultimo termino suo absorbitur , nec amplius extabit sensibile corpus . Ita simul externus se habebat cibus hominis : ille ore comedebat fructum , nec tamen dentium ipsi opus erat attritione , aut dentibus ipsis . Namque in ore statim ipsi aderat separationis & concoctionis vis . Duo contra virtutes in ore Adami existebant , utrumque appropriatum suum attrahebat : terrenum in cœlestes transformabatur qualitates , veluti inde compertum habemus , quod secundum corporis nostri constitutionem transformari debeamus in novum cœlestis virtutis corpus . Par modo transmutatio in ore erat , atque corpus eius sanctas excipiebat vires . Namque regnum Dei in potentia consistit . Velut etiam homo in regno Dei consistebat : quippe immortalis etat , & filius ipsius Iehovæ . Quod si vero cibum visceribus ita abliguisse debuisset , atque tantum secum in ventre portare fœcorem , velut iam gestamus , merito quereretur ratio ; An hæc paradiſus sit ? & num Spī-

citus Dei in ea habitat? quum tamen Spiritus Dei in Adamo habitare debet, tanquam in Iehovæ conditoris creatura.

Labor eius paradisiacus simpliciter puerilis quidem erat, sed tamen divinæ sapientiæ plenus: Concessum ipsi erat plantare arbores, & alias herbas, omniaque ex sancta laxitia peragere: In omnibus ipsi germinabant & cedebantur paradisiaci fructus; singulaque ipsi pura erant. Quicquid ille agebat aut actitabat, in omnibus erat iustus: nec ulli subiectus erat legi, nisi legi de imaginatione aut libidine, quam cum spiritu suo defigere debebat in Deum, atque sic mansisset in æternum. Ac licet Iehova terram mutasset, nihilominus ipse mansisset absque necessitate & morte: Omnia ipsi saltem in cœlestem essentiam fuissent transfigurata.

Simili modo hæc percipiatis de eius potu. Homo internus hauciebat aquam vitæ æternæ ex Dei essentiâ; externus bibebat aquam terræ. Verum quemadmodum sol & aër aquâ in se abliguriunt, nec tamen ab ea adimplentur; sic etiam colliquebat ea in ore hominis. Vt raque recedebat in mysterium, veluti id cognitione adsequi

adsequi possumus, & certo novimus, atque idem ipsa veritas est, quod Iehova omnia ex nihilo fecerit, saltem ex virtute sua; ita quælibet terrena per os hominis reverti debebant in hoc, quod erant ante mundi creationem. Hominic competebat enim spiritus & eius potentia, & non terrena moles corporis. Namque Deus ipsi semel addiderat corpus, quod æternum durare debebat. Non indigebat ulterius illa creatione. Thronus erat principalis; intellige Adamum ex cœlo & terra confectum, nec non astris & elementis: tum ex ipsa Dei essentia, ut esset dominus mundi, & filius Dei.

Annotate hoc, ô Philosophi; verum est hoc fundamentum & ipsa summa sapientia. Cavete ne litem ullam scholasticam heic submisceatis. Satis hæc manifesta sunt. Opiniones nihil ad rem faciunt. Verum Spiritus intelligentiæ verus, qui ex Deo progenitus est, ille veritatē novit. Quælibet opinio absque huius cognitione in terrenam abit stultitiam, & terram solū aut quatuor vix Elementa percipit; Imo quatuor in eo latent occultata: Nec tamen quatuor in Adamo regimen obtinere, sed

ix⁶ R E S P U B L I C A
ab unius imperio quatuor coegeri
decebant; nimicrum elementi illius
coelestis, dominio cogentis quatuor
mundi elementa: Atque sic ad idem
reduci cogemur, si paradiſi possesso-
res, quam ob causam Deus est homo
factus, evadere cupimus. Dictum hoc
vobis sit, ô Scholaſtici, vos litigato-
res: Lambitis vos circulum, nec in-
gredi eum valetis; Non aliter, ac si
felis pultem nimis ferventem at-
bit: dum aduertionem ciuius timet;
ata ignis Ichovæ vos metu & pudore
repellit. Et velut felis pultem talem
proſsus attingere nequit; quam fal-
tem oras subolfaciat eius: sic multo
minus etiam talis homo fruitur fru-
tu paradisiaco, niſi prius Adaini co-
rium, quod usque adeo diabolus cor-
ruptionē devastavit, exuat, & ad
Christi regenerationem ſe recipiat.
Circulum hunc ingredi oportet, &
xationis abiicere obvelamentum; ſic
hominis veri accipit intellectum &
divinam agnitionem. Nil prodest
doctrinalis habitus, ſed regeneratione
nova, &c.

In his quidem ex singulari revelatione Teutonicus ſatis commode in-
telligentibus primi amoris vim in-
cipit auctu. cum roro hominis primi

statu delineavit. Sed , quum etiam dilucidius in *mysterio magno* , & *commentario suo in Genesios caput 18*, de regno paradisiaco, &c. idem explicet ; etiam cum hac locum , gratiotis informationis gratia, in tam illustri arduæ sapientiæ lumine , quod vix aliquibus cognitum est, adducemus . & præfertim quum sanctam primi regiminis faciem , quomodo ea constituta, fuisset , nisi Adam in lapsum incidisset miserabilem , in mundo patadisiaco depingat.

C A P . 1 I .

Ulterior explicatio loci Platonici de fundamento origine societatis ; & , de mysterio regiminis paradisiaci, sancta ex Teutonico informatio .

V Erba eius sunt : Adam (ante lapsum videlicet) & vir erat & femina; nec tamen quid horum , sed virginea quædam persona , castitate, honestate , & puritate plenus , velut ipsa Dei imago. In se continebat utramque Tincturam, ignis & lucis , in qua coniunctione

amor verus, tanquam virginale censum, consistebat, quasi pulcherrima paradisiaca rosa & hortus amoenissimus, in quo se metipsum diligebat: Veluti in resurrectione mortuorum tale quid denuo erimus, sicut Christus, *Matth. 22, vers. 30*, ait, quod in resurrectione neque uxores ducamus, neque nuptium demur: sed angelis Dei similes simus. Taliter homo, velut Adam erat ante Heyam suam conditam, resurget, & paradi sum denuo occupabit atque possidebit in eternum. Non mas aut fœmina erit; sed, velut sacra Scriptura loquitur, ipsi virgines sunt, & Deum atque agnum sequuntur, similes angelis Dei. Ast neque mere spiritus, ut angeli, sunt, sed in corporibus cœlestibus, in quibus spirituale angelicum corpus habitat.

Quandoquidem igitur Adam in imagine Dei creatus, & inde æternæ vitæ paradi si destinatus erat, atque Iehova ipsi vitam per spiritum suum inspiraverat; licet nobis erit, ut eius describamus conditionem, qua induitus fuerit in innocentiae statu, & quomodo lapsus, ac quis indo nunc sit, qualisque denuo futurus. Quod si Iehova illum creatione sua,

terrenæ , fragili huic, miseræ, desolatae, morbidæ & laborosissimæ vitæ destinasset , non certe eundem in paradisum introduxisset. Quod si animalium concubitus impressionem & propagationem eius exspectivisset , statim à principio Deus marem & fœminam creasset , & sic uterque sevus in verbo F i a t in separationem utriusque tincturæ abiulissent , velut in aliis terrenis creaturis id videre est. Vnaquaque creatura indumentum suum ex utero materno secundum afferre in mundum : At homo miserrime nudus & defectus prodit in extrema paupertatis & imbecillitatis constitutione, nec ullius est facultatis ; sed in suo ingressu huius mundi miserrima & pauperrima creatura, inter omnigenera eius, existit , quæ sibi non ipsi auxilio nullo esse potest. Hoc nobis satis indicio est , quod nullatenus huic miseriæ in creatione sua deputatus sit à Deo ; sed quod alia eius fuerit perfectio, velut etiam reliquum in suo genete creaturarum; quam tamen omnium primus homo per libidinis suæ falsam imaginationem amisit. Vnde eum postea Iehova in somno suo denum ad vitam naturalem in maris & fœminæ figuræ juxta omnium

omnium terrenarum creaturarum proprietates in externo illo F I A T plasmavit , atque ipsi cadaverosum corpus cum brutalibus membris ad propagationem sui adglutinavit ; in cuius rei ignominiam etiam adhuc anima pudore afficitur, quod brutali hac mole corporis affecta sit.

Dux constantes & fixæ essentiæ fovebant Adamum ; nimirum corpus spirituale , ex amoris essentia cœli. lius interni , qui templum erat Iehovæ; atque corpus externum, tanquam limus terræ , quod corpori interno spirituali domunculam & habitaculum exhibebat , quod nullo modo iuxta vanitatem terræ erat manifestum , quia limus erat purissimus, extractum videlicet optimæ partis terræ , quod in terra in iudicio extremo ab omni vanitate carnis & corruptione diaboli separabitur. Istiusmodi dux essentiæ , nimirum cœlestis interna, & externa corporea, inter se quasi firmo connubio combinata, unque corpore consociatae erant, in quo ter sancta Tinctura ex divino igne & lumine , tanquam lætabunde voluptuosi amoris permagnum desiderium , erat orta quod inflammabat essentiā eam ita ut duplices illæ substantiaz

stantiæ plusquam ardentissime in amoris desiderio inter se met invicem mucua affectione coirent, & sese flagrantissime foverent. Internum illud ardebat innense externum, tanquam sui manifestationem & perceptibilitatem : Similiter externum ardebat internum, tanquam ingentem suam dulcedinem & voluptuositatem, ceu margaritam nobilem & amabilissimam coniugem. Nec tamen duo erant corpora ; sed unum ; attamen binæ essentiæ ; nimirum interna, cœlestis, sancta ; & altera ex temporis progenita essentia ; quæ aternitatis coniugio consociatae vigebant.

Interne autem in hoc igneo desiderio mutui in sece amoris consistebat magicus conceptus seminis sancti & partus eius. Namque tinctura penetransbat utramque essentiam, per internam & externam commeando, atque ita desiderium excitabat, optime id fovendo: ac desiderium illud sanctum erat per illud F I A T , quod amoris voluptatem concipiebat, inque substantiam producebat. Atque ita æqualitas imaginis in substantia ista concepta manebat, tanquam spiritualis imago iuxta primum hominem ; quemadmodum illud τὸ ΦΙΑΤ primam

l:imam: imaginem in Adamo conce-
cepserat , & efformata ex preseferat:
Nec aliter & jualis temperies primum
ad propagationem sui concipiebatur;
atque in eo conceptu statim aderat
magicus partus, ubi in ipso partu edi-
tum simul spirituale corpus, confe-
stum in externum exprimebatur. Hoc
ita percipite : Quod si Adam in pro-
batione sui ita subtiliter, tunc pat-
tus magicus ea ratione se exeruisse;
non tamen per singularē naturae e-
gressum ex Adami corpore, cui iam
fit : sed quemadmodum Sol ignem
perlucet, & tamen nequaquam huic
pertumpit ; pari mo^{to} i^{ps}ituale cor-
pus, uti partus eius proprius , egri-
sum fuisset, atque in editione sui sub-
stantiam induisset, absque illo labo-
re & angustiis. Quod in mitifice sis-
cera voluptuositate & delicio factum
fuisset, iuxta eum modum , velut
utriusque feminam , viri & mulieris, in
coniunctione sua deliosum occur-
sum sibi invicem praestat. Sic etiam
magicus conceptus & partus fuisset
virginea imago iuxta primum homi-
nem omnino perfecta , quæ postea,
quum Adamo veneris matrix erupta
& in fœminam transformata esset ,
in dolorū anxietates & labores, cru-
ciatus,

viatus, & tormenta, redacta fuit; uti Iehova ipse hoc Evæ imponebat, dicens : Tibi multos creabo dolores, quum grava facta fueris : In dolore edes tuos liberos, atque tua voluntas subiecta erit marito. Quare autem hoc? Propterea; quia ex voluntate mariti procreata erat. Atque Eva erat dimidiata pars mariti; velut ea pars in qua Adam se amare & concipere debebat. Hæc ipsi ita, quum subsistente requireret, in somno etipiebatur, atque inde mulier formabatur. Ideoque, quin eam evigilans adspiceret Adam, aiebat : Vocabitur illa virago inde, quod ex vita educata sit.

Homines quoque in terra nudis ambulassent. Quippe cœlesti illud pecttransibat externum, quod ipsi loco vestimenti fuisset. In summa semper fortisitate, gaudio, & lætitia exultaret, sed in filiali simul animi ardore erga Deum. Magico quoque more comedisset & bibisset, non quidquam corpus absorpsisset, veluti nunc fit; sed in ore ipsi erat concoctionis separatio: quia fructus paradisiacus eodem modo accommodata ipsi erat. Omnia ipsi prolusu suo inserviebant; Nullus eum capiebat somnus: Nox ipsi velut dies erat.

Namque

Namque oculis transfigurate pellucidis omnia perspiciebat in proprio luminis intuitu. Homo internus tanquam oculus internus prospiciebat per externum; sicut in altero mundo haud ullo solis lumine indigebimus. In aspectu enim divino & eius lumine omnia nobis erunt obvia per lucem naturae eius. Calor nullus, nec frigus ullum affecisset illos. Nec erat hyems in terris manifestatus: Quoniam in paradyso aequalis erat temperies; atque terræ tintacula lusos eius erat. Metalla omnia lusui ipsorum se exposuerunt ad illud usque tempus, donec Iehova mundum externum mutasset. Nihil illis timori augetui fuisset, neque lex ulla alicquid faciendo aut omittendum. Adam omnium fuisset princeps magnus; ac vixisset in mundo quidem, sed simul in cœlis, atque ita in utroque habitasset mundo. Paradyssus quoque per totum floruisse mundum.

Quum vero providentia Ichoris fatis agnoscere, quod Adam non esset constans permansurus; quum terra in perniciem pridem ex malitia principis sui prioris abiisset; ex quo ita Dei se concitaverat: ipsam, ac essentiam eius, in comprehensione conclusas compactas;

compacta. Proinde Iehova omnigenos fructus & animalia, etiam omnivaria pharmaca aut remedia contra futuros morbos hominum crebat; tum quoque varios cibos, ut homo in hoc mundo quietum & amictum inde sūneret. Namque decteverat, quod alius in esset missurus Principem, per quem ex morbo & morte hominem liberaret, terraque per ignem Dei probaret & purgaret, atque illam in sanctitatem eam reduceret, in qua erat constituta, quum Lucifer adhuc angelum ageret lucis, priusquam in talem abiret creaturam. Adam ita creatus erat in imaginem Dei, ut aeternus esset. Atque licet in ita Dei præcognitum erat, quod homo lapsus esset commissarius; attamen in amore Iehovæ prævisa erat regeneratio, cui hierarchia hec in regiam possessionem loco Luciferi tradi deberet. Ne autem lapsus ex divina ordinatione initium sūneret suum, propterea Iehova hominem perfectum creavit, & in paradisum depositum atque constituit; nec non simul severo mandato ipsius libidinem falsam, quam Diabolus per limum terræ in Adami externo corpore cum mendaci sua imagine.

346 R E S P V B L I C A B
zione & esfienti desiderio concita-
rat, cohibuit. Atque sic Adā per qua-
draginta dies ante conditam Evan-
tuam in paradiſo vixit in tentatio-
ne, priusquam Iehova mulierem ex
eo conderet. Si probam hanc super-
gressus fuisset, Deus æternitatis ad-
dictum consecrationi confirmas-
set.

Quod vero, contra reliquorum
scriptorum morem & sententiam,
heic quadraginta dies interponam,
cūs rei cognitionem & ratiōnes ha-
bemus, non ex sola opinione, sed
maxime ex certa quadam scientia.
in quem finem typos eius figuræ vo-
bis demonstrabimus. I. Apud Moi-
ſen, in monte Sinai, in traditione
Legis consumebantur quadraginta
dies, & tentabatur Israēl, num in
obedientia erga Iehovam conſan-
ter perseverare vellent. Qūm vero
vitulum & idolon sibi conficerent,
atque à Deo deficerent, cogebatur
Moïſes priorem Legis tabulam cor-
fringere; quod Adamum primum in
Lega divina denotat, à qua deviata,
hinde etiam ipſi hæc abrumpebatur,
& incidebat in corruptionem ſuī cor-
poris, veluti Moïſes tabulam eam
discerpebat. Ac ſicuti Iehova Moïſi

aliud

aliam scripturam in globo exhibeat, quæ indicat secundum Adam Christum, qui primum restituere deberet, & suam legem in cordis eius globum tanquam in vitam humanitatis introducere atque inscribere vivifico Spiritu in dulcissimo nomine Iesu: Ita quoque secunda lex scripta erat, quemadmodum Iehovæ amoritam constringere cuperet, cuius sedes in Lege imaginem representabat, cœn postea in Moysis explicatione detegetur. I I. Secundam figuram Adami in paradyso referunt quadraginta dies in eremo, quin Israel in Lege per cœlestem mannam tentaretur, num Iehovæ obedientiam præstare cuperet, ne tam multos ita absorberet. III. Tertia figura veram exprimit imaginem; ubi Adami durus status cum Christo in eremo comparatur, quamvis loco Adami coram diabolo & ira Dei in probatione subsisteret, & per quadraginta dies magico vesceretur cibo, videlicet verbo Domini; in quo etiam Adam tum tentabatur, an ille penitus in voluntate Iehovæ demissus permanere posset. Christus in Adami temptatione tentabatur, & in omnibus singulatim, in quibus tentabatur Adam; uti postea dicitur.

K 2 IV. Quarta

I V. Quarta figura consistit in quadraginta horis Christi in sepulcro, quum Adamum ex primo resuscitaret somno. V. Quinta figuram significant quadraginta dies, postquam resurrexisset Christus in ultima proba, quum humanitas ultimo tentaretur, num satis tandem subsistere, & in Deo demissus esse vellet, quum mors contracta, & interna hominis vita in Deo regenerata esset.

Hæ quinque figuræ pertinent ad quinque gradus Naturæ, à primanaturæ forma usque ad quintam, tanquam ad centrum sanctum amoris parturientis. Nisi res foret nimis ampla, posset satis clare demonstrari quod suo explicabitur loco. Per hosce quadraginta dies Adam experimento temptationis fuit expotatus, num vellet & posset sufficiens esse, ut Luciferi sedem possideret tanquam hierarcha & princeps Iehovæ. Sed quum Iehova prævidisset, quod nequiret id adsequi, decrevit per profundissimum amorem in hac Adamica angelica imagine interni sancti hominis, qui in Adamo expirabat, se communovere, atque illius de novo regenerare, velut in semine mulieris, (percipit hoc,) in amoris desiderabili semi-

femine, in quo Adam se magice concipere atque parturire deberet. In semine isto promissus terminus fœderis cum Christo constituebatur, qui imaginem angelicam reduceret, & divinum hominem; uti factum est. Per quadraginta istiusmodi dies Adam, vel potius anima Adami, in carne inter tria principia tentata est. Etenim unumquodque principium trahebat animam in carne, & imperium appetebat: Quodvis supremam sibi gubernationem vendicabat. Atque in ea vera perspiciebatur probatio, quid libera voluntas animæ perficeret; dum cuperet in divina subsistente harmonia; an vero in sui amorem ingredi studeret. Sic ergo in anima & corpore simul ille tentabatur, atque ab ipsis tribus principiis attrahebatur, dum eum singula stratagematis suis vincere conarentur. Non quidem lucta inde erat, quod principia ea in mensura & pondere inaequali viguissent; quum cum omnino aequali foverent ponderis temperie; extra illum tamen non eadem etat ratio: tum & diabolus falso suo desiderio aut libidini iuxta iram Dei in primo principio plusquam omnem impendebat conatum, imagina-

150 R E S P V B L I C A E
tionem suam introducens in ani-
mam carnemque externam , utpote
in lumen terræ , atque in primum
principium velut in animæ igneum
proprietatem & æternitatis naturam;
ut inde primum principium in ani-
ma coinoveretur , & se in diaboli
imaginatione contemplaretur , quasi
se in magico partu informaret , quo-
modo & quidnam in alium bonum-
ve ibi esset ; quomodoque id essen-
tiam inæqualem saperet & se habe-
ret. Vnde libido animæ exsuscitata
est. Atque sic in externa parte animæ
se exerebat terrena libido , quæ multi-
varias proprietates qualitatum man-
ducare satagebat. In interna ignea
vero parte animæ se exerebat super-
biæ libido pro cognitione boni &
mali , ut eam probaret in æmulatio-
ne Dei : velut diabolus idem factica-
bat , quum artificem agere cupierat in
magico partu. Quod idem Adam
heic desiderabat. Attamen Adam non
cupiebat primum tangere princi-
pium , quod Lucifer factitarat. Ete-
nimcius libido id intendebat , ut bo-
num & in alium olfaceret atque pro-
baret in vanitate terræ. Externa ani-
ma exsuscitabatur , ut esuries in ma-
gicem suam ingredieretur , unde pro-
tracta,

tracta, & in aliam qualitatem introducta erat. Quum itaque esuries ista in terram se ingereret, ut ex bono & malo cibum caperet, tum desiderium sive appetitus arborem tentationis in F I A T producebat, atque eam Adamo in adspectum opponebat. Inde quoque strenuum à Deo edebatur mandatum, ut ita alloqueretur Adamum : *Genes. 2, vers. 16, & seq.* De fructu quidem omnisi arboris huius horti libere comedes : De fructu vero arboris scientiæ boni & mali, de isto ne comedas : Nam quod die comedoris de illo, utique moriturus es. Nec Adam quidquam de eo comedebat in ore, aut in imaginatione aut appetitu desiderii de eo comedebat. ex quo Cœlestis Tinctoria abolebatur, & in principium sui centri recedebat ; quæ alias ignito amore in ipso fervebat, & terrena libido in animæ proprietate sese exsuscitabat ; unde cœlestis imago Dei occultabatur. Ecce ita misere extinguebatur magicus partus in homine, nec amplius se exercere poterat. licet Adam adhuc in paradyso esset constitutus, tamen nihil ipsi proderat. namque in imaginatione, aut boni & mali desiderio, iuxta libidinem homo ex-

ternus evigilabat, & imperium regi-
nisi obtinebat. propterea eximia
illa imago veri Adami in impoten-
tiam sui incidebat, & à propria quie-
te sua prolabebatur in somnum. Cœ-
lestis enim illa Tinctura à terrena li-
bidine captivabatur. Quippe externa
illa libido ex vanitate mundana ve-
nenum hauriendo sibi imprimebat,
unde homo obtenebrabatur, & cla-
zissimi eius oculi verum amitterebant
visus lumen; videlicet id quod ex di-
vina essentia depromptum, cuius ope
antehac in omni lucis vigore omnia
perlustravisset.

Merito igitur nunc inde sic ait
Moises: Iehovam dixisse: Non est
bonum quod homo iste sit solus; fa-
ciemus ei adiutorium, ut circa eum
sit. Quum Iehova omnes res creatas
quidem cum tota creatione absolu-
visset prius, ait Moises: Et Iehova ad-
spiciebat omnia, quæ fecisset, & ecce
hæc omnia erant admodum bona.
ut ita unumquodque confirmaret in
sui generis propagatione. Heic vero
ita loquitur de homine; Non esse bo-
num, ut solus sit. quia adspiciebat
supra modum miserabilem eius la-
psum, quod penitus nequirit se ma-
gice propagare, unde dicbat Iehova;

Conf-

Conscicimus ipsi audiutorium, &c.

Hactenus ille B. Teutonicus. Quæ
tunc non absque singulari revelatione,
aut stimulo altiore agitatus pro-
tulit. Profundissima est locutio qui-
dem; sed videat lector pius, ut abs-
que præconcepta opinione eam co-
gnoscat & cōfessat., ne inde quid,
pro sp̄iori informatione, offendici-
ali in suū p̄sū p̄judicium gravius
percipiat. Vacuum igitur non nihil
vanis aut veneratis animi perver-
bationibus aut cogitationibus si Spi-
ritus Ichovæ se tradat, & eidem tran-
quillum submittat, proculdubio in-
tentem in his reperturus est sapientiæ
thesaurum, quæ ipsi postea in cun-
ctis aliis lucem clariorem iudicii
preferre possit.

De tribus autem Principiis quod
inseruit, in eo consistit fundamen-
tum omnis cognitionis sacratioris.
de quo eius extat scriptum. hoc vi-
deat quisque ut sibi rite comparet;
aque sic syncerius iudicium forma-
te de sublimioribus poterit. Veluti
etiam de triplici vita hominis insi-
gnem inter alios plures conscripsit
libellum, ad quem, cum Mysterio
magno, remittant pluri lectorum, &
iaducentem veræ sapientiæ. Inte-

154 R E S P U B L I C A E
tim obiter hoc quivis noscat, quod
in tria principia ipse reponat omnem
veritatis cognitionem, & quod hac
tia semper in unum recurrant. Vnde
Trinitas sacra sancta Deitatis pernos-
citur, & triplex mundus in suis na-
turis. Etenim Natura alia est æter-
na, & alia temporalis, & ex æter-
na profuit & inde originem sumit.
Natura vero æterna in se duo con-
tine principia. quorum primum mun-
dum tenebriosum constituit, in fer-
vido calore & frigore consistentem,
ceu in Saturno, Marte, & Mercurio,
id est, Sole, Sulphure & Mercurio.
Hic tamen mundus nihil aliud in se
est, quam dura & obscura quædam
æternitatis acrimonia, in igne suo
omnis luminis expers, & in suadini-
tate sibi sepulta latens. Alterum au-
tem principium mundum æterne so-
larem & lucidum cum luce consti-
tuit, in spirituali lumine Ichovæ &
angelorum consistentem; unde &
mundus Angelicus dicitur; qui nihil
nisi meram ponit mansuetudinem,
& regeneratos suos fovet ministros,
Venerem, Iovem, & Lunam, ex Soli
æterno quam candidissime proluce-
res. Tertium denique est principium,
quod mundum visibilem in macro-
cosmo

cosmo & microcosmo constituit, qui ex iam dicto spirituali mundo, tanquam ex profluxa Deitatis potentia, per Tincturam suam productus est, atque obiectum & oppositum recipiens, exhibet spirituali mundo. Spiritualis enim in externo visibilifundamentum exhibit internum; velut etiam visibilis-hic mundus subsistit involutus spirituali. Namque mundus hic tertius initium sumpfit cum tempore, quum Iehova utrumque internum mundum commoveret, hunc nostrum visibilem ex eo in formam temporis procreavit. Vnde iste mundus nihil aliud est, quam profluxus septem proprietatum cœlestium ex virtutibus earum per tincturam editus: quia ex sex proprietatibus operantibus creatus est, atque in septima, nempe in paradyso, consistendo quievit; qui eternum quietis Sabbathum conficit, in quo operatio divinæ potentiarum quiescit. Vnde Moyses ait, Iehovam sex dierum spacio cœlum & terram cum omnibus creaturis creasse, & septimo quietuisse die, & quietem hanc nobis prescrivisse. In quibus verbis vera latet occultata sententia: quippe uno die omnia sua absolvere potuisset.

opera:

opera: cum dici nullus prolatio propriæ esset, antequam Solis esset existentia; namque in profunditate abyssi unicus tantum & perpetuus est dies. Verum sententia propria in verbis latet. Proinde in operibus dierum creationem sive manifestationem septem proprietatum cœlestium intelligit, &c. ut suo loco explicatur ab eodem.

Sic etiam paucis his notetur vocabulum *trinarius*; quod denotat distinctivum illud verbum, ex quo septem dictæ proprietates in emanationem profluunt, quum in eo tempore universale lateat omnium proprietatum, per quod potentia Dei mysteria sua rebus communicat cum characteribus litterarum, in distributione quatenus septem exercunt proprietates. Veluti T exhibet triplex I, quod patrem Iehovam denotat. I, est progenitum illud I in nomine J E S U. N refert triplex I in spiritus operatione. C significat aperte Christum in receptione gratiarum. T secundum, in quinto spacio, est apertura amoris, in quo pater cum Christo regnum gloriæ recludit. V, est Spiritus sancti character in tribus apicibus, ubi lux & vita in amore per Christum

flum vivide confluunt. R deinceps representat regium thronum, propter quem luci cum tenebris pugna est, dum Christus & Satan inter se commiscant prælium ingens. Lux vero vincit tenebras. unde Christus sanctissimo nomine suo se effundit in mysterium magnum, ex quo mundus ita se visibilem exeruit, ut ait Teutonicus in explicatione Schematis sui.

Sed quæ hucusque in gratiam Platonis & Tholosani nonnihil ubertius enucleata sunt, non carent usu evidenti, ut ex sequentibus patebit. Etenim non tantum factum est, ut illi, qui nimis falsa adamant principia rerum ex communione & admodum vulgari Stagirensis opinione, errores suos agnoscere tandem & veritati sanctiori suum honorem cedere discant; sed ut etiam inde pateat, quam absurde plurimi Politici in suis disputationibus, relectionibus, systematibusque aut disputationibus variis, a scopo vero deflexerint, & saepius pietati veritatisque confidentius nonnihil contradixerint, axiomata talia conserendo, quæ scandala horrenda actionibus civilibus pepererant; ut inde potius verba opinionum distorta;

quam

158 R E S P U B L I C A E
quam vita integrata elaborata fu-
rit. Proinde nos ad scopum conve-
tamus.

C A P. III.

Membrum I. *De Societate univer-
sim, quid sit; & eius veris sive genui-
speciebus. & quomodo interscē differant,
opinione via prius remota, &
re ad veritatem compla-
nata.*

EX quo in tam perplexam corporei-
catis sux corruptæ obscuritatem
incidit homo, cogitur ex solissen-
tibus suum mutuari de rebus iudi-
cium. Atque quum illi ministri in
facultatibus suis undique adeo hu-
tales sint, ut nihil vere apprehenderi
possint, quod non tegumentum ali-
quod externum depravato appetui
denunciet, & ita cœcis animis in-
volvat deliciis; sit proinde, ut in om-
nibus tenebrosa opinio imperium
obtineat, & nuspia in prope veritati
locus in mundo amplius concedatur.
Dolendum igitur est, quod potius ei
opinione, quam veritatis informa-
tione vivatur. Fuerunt quidem no-
dilli mortales, qui sibi præ reliqui

scutiorem arrogare voluerunt indo-
lem, ac multos perquisiverunt obscu-
ritatum anfractus : sed viarum late-
bras aut latebrarum vias invenere in-
vias. Quod adeo anxie quoque agi-
tatum fuit, ut nequirent acquiescere,
donec tandem communis omnium,
maxime Stagikenium, error, subtili-
tates terminorum inutiles & vanas
approbavit ; quæ tot secula hucusque
misericorditer serunt, & variis opinionum
dissensionibus distractaverunt animos
mortaliū. Res certe miserabilis &
perniciosa est opinio; quum non mo-
do torus mundus in sui usque con-
fusionē regatur opinionibus ; sed
etiam prope tot sint opiniones, quot
homines, ut ipsum Ius Canonicum
conficitur, t de consecrat. dist. 4. Ni-
bilominus non tantum volunt Icti,
quod communis opinio excusat,
inxtal. 3, 4, & 5, ff. de SC. Macedon. ;
sed quoque tam pertinaciter eidem
patrocinantur, ut ipsa ius faciat, l. 1,
C. de testam. & pro lege habeatur.
Arg. l. si idem. ff. de inrūd. O. Iud. Vnde
& communis opinio aliquid vere
probare dicitur, l. si mater. C. ne de stat.
defundit. quuin vim consuetudinis ha-
beat, *Bald. c. ne invitari. de Const.* &
ista causa sit credendi, *Bart. in l.*

cum

160 R E S P U B L I C A E
cum quidam. §. quod dicitur. ff. de re.
guir. *Spec.* Velut Speculat. in lib. ;
eandem illam facit cum credulitate.
Imo & iudex communē opinionē se-
qui iubetur, l. 1. ff. de off. quest. quum
ea in iudicando prevalere debeat. e.
novimus. de v. sig. l. 1. de off. quest. quod
eo usque extendit, ut hanc rite ve-
ritati ipsi præferri, pronunciet Specu-
lator, propter autoritatem rei iudica-
tę, *Spec. de sc̄nt. §. 9. v. circa hoc.*; quum
co*n*mininis opinio quoque magis
quam veritas attendatur, favore pu-
blici instrumenti. *Bald. l. 1. C. de test.*
sicuti opinio simul, quæ est in favo-
rem contrahentium, prevalere veri-
tati, quæ est in odium, pronunciantur.
Innoc. c. fin. de rescript. Quod adeo
firmitum quoque habetur ab aliqui-
bus, ut velint, opinionem Doctorum
multorum excusare etiam quem in
foco conscientiae. *Cast. conf. 19;* ; ad.
Ast vix iudicantibus, aut foro praeli-
dentibus illis, qui potius opinione
& favore, quam veritate nisi cupiunt;
quum opinio nullam non tantum a-
nimō addat & confirmet scientiam,
sed etiam sibi vulneret conscientiam,
nendum quod excusationem ei
parere queat. Et testatur ipsa S. Scri-
ptura, quod opiniones & cogitacio-

nes hominum frequenter sint erro-
nax. *Levit.* 10, 1. *Num.* 15, 39. *Deut.*
12, 8. & 29, 19. *1. Sam.* 15, 9. *2. Sam.*
6, 5. *Proverb.* 12, 15. & 14, 12. & 2,
2. *Esa.* 5, 21. & 7, 12. & 14, 15.
& 55, 8. *Matth.* 3, 14. & 16, 22.
Marc. 8, 32. *Iohann.* 11, 4. & 13, 8.
Ac licet quis vehementius quid op-
inetur, tamen non est id scire proprie;
ut babet gl. l. 2, §. pen. v. sciant. ff. de ag.
pluv. arcend. *Rom.* conf. 235. quum ne-
mo quid vere scire possit, aut ullam
sibi scientiam arrogare aut attribuere
valeat, nisi ex ipso veritatis dicta-
mine id profluat. Namque ille sal-
tem opinatur proprie, qui verisimili-
bus coniecturis credit, *Bald l. cum an-*
tiquiorib. 39, *C. de iur. deliber.* Proinde
etiam opinio motus animi dicitur,
elicientis sibi aliquam conclusionem
ex aliquibus principiis, *Bal. l. scire. ff.*
dell. At veritatis fundamentum fir-
mum est, & à se omnes excludit er-
rores, nec mentem sinit in tenebris
ambulare, sed eius splendorem & ra-
dios luce donat. Vnde nec decet, ne-
que pat est, ut opinio præiudicare
possit veritati: c. cuius *Bertoldus de sent.*
& re iudic. Sed opinio cedat veritati.
C. veritate. diff. 8. Ceu semper op-
nioni præferenda est. *C. nuper. de bi-*

gam. non ordin. Veritas enim per nos-
trum negare vel affirmare non im-
mutatur: *i. assumptio 6. ff. ad municipal.*
Quomodo igitur subsistet opinio Spe-
culat. quæ rei iudicatæ potiorē vult
auctoritatem; quam veritatis, ut iam
dictum est? Quale namque iudicium
foret illud, quod præferret opinio-
nem communem veritati? Si omnes
homines veritatis studiosi esse tene-
tur, quomodo non magis in eo om-
ne consistat iudicium, quod velut
patrocinium prohibetur veritatis?
Frustra foret omnis actio, omnis rei
ventilatio, omnis loquela & locu-
tio, si veritati detrahatur victoria
in hac contentione iusticiæ. Aperi-
starent omnes portæ & fores omnis
generis iniuriis & calumniis, nec
opus esset, ut leges Rebus publicis fi-
gerentur tanta cura, si opinio plus
quandoque valere deberet aut favor
contrahentium, quam ipsa veritas.
L. 15 qui putat. ff. de acq. hered. & In-
noc. C. sin. de rescript. Christus ait:
Non iudicate secundum adspectum,
sed iustum iudicate iudicium, *Ioh. 7,*
vers. 24. Quod si ne quidem secun-
dum adspectum quidquā sit iudican-
dum, quomodo iuxta opinionem;
licet ea sit communis admodum,
quid-

quidquā determinandum erit? Fallit igitur sententia Dd. & fallitur, qua docetur, quod opinio, quam nutrit consuetudo, sit servanda. *Decian.* *conf. 6, num. 13, cont. 2.* Non enim tam eius, quod communis consensus opinio & auctoritas fovet, quam veritatis ubique tenenda sunt vestigia; quam neque ex meru veritas sit reticenda. Recte igitur suos opiniastros exagitat cum Fichardo Knichius ille in lib. de *vestiturar. passionib. part. 1,* cap. 3, num. 164, & seqq. ubi e regie demonstrat, quod sapissime gravissimi errores sub praetextu communis opinionis lateant. quam ita quoque reicit pluribus; dicens: Regulam hanc postquam animadvertis Fichardus non receptam solum ab omnibus, sed etiam canonisatam; confudit eo, ut adserat communem opinionem sapissime erroris convinci, & à vero quandoque longe abesse; Vnde & hanc sub incudem veritatis revocandi putat, num. 4. & seqq: Quod sane & nos non imus inficias: Siquidem Pythagorici contenti & securi aucte^ritate præceptoris, etiam si- nectatione quid affirmantis, iam olim à Cicerone & eruditis irrisi sunt. *Eder. Scot. resp. 32, num. 5, lib. 5.* &

164 R E S P Y B L I C A E
et quæ anter resp. 21, num. 6, lib. 6, tit. 1,
Ioseph. de rustic. an & quando lib. in
condit- posuit. voc. cap. 2, num. 55, cum
figg. lib. 1. Ita etiam irridendi sunt
Communopinistæ, apud quos, &
quidem ignorantes, magnum ver-
bum est, dicere, *Hæc est communis opi-
nio. ex Rip. & Caroc. Ioseph. Ludov.*
decis. 28, num. 75, &c. Auctoritas
itaque Dd. etiam popularis & rece-
pta non prævalet sententiæ in elogi-
bus suffulæ rationibus; quo casu
contra communem opinionem &
consulere & iudicare possumus &
obligimur. d. 1, §. sed neque. C. de
vet. iur. encl. c. Capellan. v. subtil. rat.
de feriis. Soc. iun. conf. 158, num. 71,
vol. 2. Barb. conf. 18, num 23, fol. 676,
& col. 1. Steph. Bertram. conf. 171, num.
15, vol. 1. Surya. conf. 294, num. 19.
Fab. Turret. conf. 6, num. 37, lib. 1.
Decian. resp. 83, num. 34, vol. 4. Franc.
Viu. decis. 402, num. 3, & decis. 440,
num. 15, lib. 3. Paul. de Mont. Pich.
conf. 1, num. 33. Schard. de Feud. p.
9, cap. 7, num. 95, t. 1. Ioan. Bapl.
Merches. commiss. 6, cap. 2, num. 29, f.
192, p. 1. Petr. Dom. Magd. de num.
test. in testam. requis. cap. 16, num. 14,
& 51, par. 1. ubi infinitos colligit Sic
passum in iure nostro sententia co-

rum, qui validioribus niterentur rationibus, semper comprobata fuit. §. i. *Inst. quib. mod. tut. fid. §. item pret. de empt. & vend. l. fin. de contrah. empt.* l. i. *C. de sc̄nt. pass. l. si quis te. C: de condit. in aeb. cum sim.* Horum itaque administriculo Dd. auctoritas vilescit, caditque. *Soc. iun. conf. 1, num. 144, vol. 1.* præterim concurrentibus qualitatibus egregie. *Id Soc. conf. 83, num. 28, vol. 3.* Vnde contra communem opinionem pro veritate sc̄pissime consuluerunt maiores nostri; *inquit idem conf. 4, num. 21, vol. 4.* Expendendum igitur, quibus fundamentis Pichardus destruat communem opinionem. Pinellus enim aut omnino aut funditus evitendas esse receptas sententias, aut relinquendas intentas, dicere solitus fuit. *Garz. de exp. cap. 10, num. 22.* Hactenus Knichius, qui cum aliis syncerioribus Ictis Opiniastrorum pertinacix indignatur metito, si veritati, quæ simplicitate gaudet, & eius amica unica est, cedere nolint. *C. veritatis de iure inrand.* Vnde recte dicitur, quod speciem falsitatis committat, qui veritatem occultare conetur. *l. presbyteri. C. de Epif. & cler.* quiuni præstigiatas subtilitates vincat omnes. *Acad. In-*

golſt. conf. 24. num. 57. tom. 5. nec
ſucum querit verborum. Coraſl. ſi.
palaſio. num 3, ff. de verb. cblig. veiuſ
ſyncera eſſe debet, nec involuta. C. &
nobis. de ſaint. excom. Quippe veritatem
qui ſequitur, Deum ſequitur. c. qui-
quid 11, g. 3. Nec clarius habetur, niſi
ex verbo Dei. Verbum enim tuum
eſt veritas, ait David in Psal. 119. &
Lucerna pedum. Proinde merito in
ze nebriſ ambulant ſuis, & fruſtrator
indequaque cogunt colliguntque ar-
gutias, qui ulla in te, ſive externa ſi-
ve interna, abſque ſpiritus Ichovæ
ductu & verbi cœleſtis dictamine
quidquam ſapere cupiunt. Namque
niſi quis individuam habeat comi-
tem, ait Chockier in theſ. fol. lib. 1, c. 12,
atque ſociam, veram illam ſapien-
tiam, quæ non aliunde, quam à Pru-
dentia illa incorruptibili quæritur,
vana erit & infelix omnis humana
undecunque quæſita prudentia. Et
enim Deus dat mortaliibus ſapien-
tiam, & ex ore eius prudentia & ſci-
entia. Proverb. 2. Apud ipsum eſt
ſapienția & fortitudo: ipſe ha-
bet conſilium, & intelligentiam.
Job. 11. Hinc virtutum omni-
um ſumitur maniſta cognitione;
hinc ſapienția ſapore veritatis
con-

conditur. *Cassiodorus 6 variarum epistolarum 19.*

**Membrum II. Verbum Iehova
minime à politicis negotiis sepa-
randum, quum unice veras iūs sup-
ponat conclusiones.**

Quid multa? Ut omnis opinio er-
tores gignit; ita dicterium Græcorum
non inscite id comprobat, quando
dicunt, Ηδόξα Κιάζετη όληθεα,
Opinio vim infert veritati. Quippe
omnes inventiones ingenii humani,
quæ non in vitæ actionibus ducuntur
fundamento Verbi cœlestis, in suas
abeunt vanitates & crimina, nec
tangunt ea, quæ voluntati divinæ
conformatatem apponant; sed homo
suis se involvit subinde tricis, nec
peruenit ad scopum veritatis iustum.
Proinde non mirum est, quod in tot
falsitatum anfractus incident Politici
illi, qui, contemptis sacræ Scriptu-
ræ principiis, se Christianismum
quam optime profanis in politia sua
axiomatibus illustrare putant; quum
tamen falsa eiusmodi rerum & ver-
borum axiomata sèpius insipientem
reddant, qui vel prudentissimum se

somniat. Maxime autem hoc contingit, quoties in scopulos principiorum impii impinguunt: ubi ut plurimum impii evadunt, quum tamen se omnino pios venditent. Accidisse hoc illis video, qui absque penitiore cognitione & veritatis exploratione solidam tam furiose in Rem publicam Platonis invehuntur, & propterea quoquenamvis acriter eius defensores vel adstipulatores perstringunt calumniis, inversionibus, cavillationibusque latius absurdis & in honestis. Si quis forte in calumniatorem agere dedita opera velit, is quoque ipsius Iehovæ sacrosancta eloquia carpere in omnibus non verebitur: ac facile inveniet, quod in ipsa oratione Dominica, in qua omnis Christianismi thesaurus tamen latet, convellere queat. Fcustra omnes id impugnant, quod non intelligunt. Veluti certe Plato longe diviniora disquirit, quam pseudophilosophi illi terminales, qui nudis vaniloquentiis omnem suam paganicam venditant sapientiam, sequi possint: imo tametsi inultoties eum relegant, quum tot præconceptis opinionibus nugari repleti sint, non valent tamen quidquam eorum vere percipere quæ in fundamentis Platō attin.

attingit ; sicuti etiam recte hoc stauruit ille Peliticorum antesignanus Bodinus, quod Stagirenses sectatores magis contumelia verborum illorum lacerent , quam synceti quid ex eius hauriant fontibus ; quum mentem à proprio illius genio prorsus alienam ipsi affingant. Sed moribus suis ita innutriti sunt omnes , qui potius gloriam sui intendunt , quam ut vera cognoscere satagant. Platonis quidem rem publicam, lib. 2. *derep. cap.* 1, p. 185, nec aristocratiam nec democratiam, esse ait; sed ex utraque mixtam appellat πολιτείαν. Ac veteres Academicci tradunt , id , quod reipsa compertum habemus , Aristotelem Platonis sententias alter, atque scripsisset, protulisse ; atque etiam de industria (N. B.) obscuritatem rebus perspicuis attulisse. quo sit , ut , qui ex Aristotelis opinione Platonis sententiam metiuntur , saepissime cum alios , tum seipso fallant. &c. Proprium hoc est vitium eorum omnium, qui nimia gloria in anis ambitione fervent & turgent, ut etiam recte dicta factaque nimia vehementia persistingant , quo vana in distinctionum & confusionum eruditione tanto subtiliores suis asseclis videantur.

Sunt quidem varii , qui satis graviter
 Marsilium Ficinum, Cypræum, Cor-
 nelium Agrippam , Mirandulanum,
 Ramum, & alios saniores, in hoc cul-
 pate ausint ; ex omnibus tamen fer-
 ventissimum sc̄e exeruit ante ali-
 quot annos auctor Relectionis poli-
 ticiæ ; qui summo studio præ reliquis
 id agere videtur , ut inversionis &
 contradictionis vānæ palmam cun-
 ctis præripiat . Scandalum igitur
 quum multi eruditionis veræ cupidi
 inde sumpserint , quod tam studiose
 veritas dilucida supprimatur , ipsius
 candor necessitatem cuique bono
 hanc imponit, ut, quicquid sit trica-
 rum , nonnihil clementius dissolva-
 tur : quod etiam nos pro nata occa-
 sione in his perfunctorie aliquo mo-
 do perficiemus , ne patrocinium iu-
 stum veritati denegasse videamur, ubi
 opus fuit. Etenim ad veritatem pro-
 moydant omnes tenentur morta-
 lcs , quotquot ingenuitatis alicuius
 cultu gaudemus . Veritatē enim
 non libere pronuncians , proditor
 veritatis dicitur , cap. 11 , quest. 5 ,
C. nolite timere. Ac veritas quum
 non defenditur , opprimitur. c. **ir-**
ror 8 ; . dist. Vnde & mortaliter
 eum peccare affirmatur , qui verita-

tem occultet. C. *qui quis* ii,
quest. 3.

Membrum III. *Summaria Societatis enumeratio.*

Ne igitur nobis idem accidat, quod iis, qui in primo limine aberrant, ut eo longius à scopo devient, quo majori passu pergunt in sylva progre- diendo: id nonnihil luculentius ex- plicatum dabimus, quid inter socie- jatem, collegium, & universitatē, &c. ex quibus primitus, tanquam ex causis originatiis, res publica conflatur, intersit, & quid propriè in suo deter- minent ambitu: unde quævis con- traria opinio per se evanescet, aut conticescere cogetur.

Inter omnes autem, qui hodie po- litica conscripsere themata aut syste- mata, nemo est, qui rem acutius & concisiustangat, quam Christo- phorus Besoldus *in polit. sua, cap. 12,* §. 2, & Schonhoretus, *lib. 1, cap. 4.* ubi sic eorum se habent verba: *Quemadmodum ex personis fami- liae, collegia, pagi, municipia: sic ex rebus imminobilibus, earumque uni- versitate, territorium: Et denique ex his omnibus civitas sive res publica con-*

172 R E S P U B L I C A H
constituitur. De quibus singulis
breviter aliquid dicendum erit.

Simplices societas (*γαμήλια οντότης*,
πατερική, *κοινωνία πατέρων*) si adu-
nentur, societas exurgunt ortæ: quæ
vel sunt particulates, & cœtus pau-
corum; vel universitas. Particulatis
societas, familiam, & synagogam seu
fodalitatem, quæ proptie & imagis
communiter collegium dicitur, com-
plectitur.

Schonbornerus autem itare in ean-
dem proponit: Dixi, naturaliter ho-
mini esse inditum, ut simili cohabi-
tet: Nunc videndum, quomodo cer-
tis gradibus Societas illa creverit.
Primo omnium sola fuit maritalis
coniunctio: deinde tota domestica
societas coaluit: ex illa integræ fa-
miliæ gentilitiæ: quibus extraneæ
accesserunt. sic ut distinctis locis ha-
bitantes, primo vicos, deinde pagos,
post oppida, & urbes, denique pro-
vincias & regna constituerent. Vici
est communio ex paucioribus domi-
bus collecta: pagus ex pluribus: Ex
multis vero pagis oritur civitas, in
uno loco collecta, & communidatati-
bus maioribus ac ampliori securitate
instruta & munita. Ex pagis & ut-
ribus longo intervalllo inter se distis-
ta

constat distinctus sive territorium. Sic & Danicus, in *pol. Chr. lib. 1*, c. 3, pag. 23, eadem prope habet; quæ facilioris cognitionis gratia, &c, ut inde quoque eorum deinceps, qui fecerunt utrum maxime naturalem faciunt, crassissimus patescat error, paulo fusi per species & exempla deducendo explicabimus, ut factis credant, si non sint alteri alicui evidentia adhibere fidei.

Membrum I V. Plenior Societas & solidior explicatio.

Socii putandi sunt, quos inter res communicantur, ait Cic. s. aet. in *Verr.* Item: Tecti ad alios esse possumus: Socium vero si invenimus, ius officii habemus. Vnde maiores cum, qui socium fecellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi opportere. *Pro Rosc. Amer.* Adeo enim amabile atque amicabile nomen est Latinis *Socius*, ut individuae fortunæ comitein, quem omnis facultatis, incerti, laboris, & periculi nostri participantem facimus, denotet. Proinde *Sociare pro Adiuvare* dixit Iustinus, in epist. *Dig. preposita.* Atque hinc

174 R E S P V B L I C A E
est quod Societas ita late accipiatur i
Ctis, ut alia publica, alia privata illis
sit. *Florent.* in l. 3 de iust. & iur. *Vulni*,
ad pr. *Inst.* num. 3, & 4. *Heig.* num. 2,
3, 4. *Man. par.* 4, dist. 4, num. 3, &
confil. 5, num. 1. Quæ tamen rectius
in naturalem & civilem sive con-
gregativam dividitur. Naturalis ite-
rum vel communis & communiter
ita accepta est, vel privata (ut ICo.
rum verbum retineamus) sive magis
propria est & conventionalis. Nau-
ralis communis, quæn alias ICo.
improprie publicam faciunt, ea est,
quam' natura inter omnes homines
constituit, ut nihil aliud sit, quam
naturalis omnium hominum cogni-
tio. Vnde egregie potest ostendi, quo-
modo propter communicationem re-
rum introductory sint omnes conra-
ctus, omnia commercia, omnesque
actiones, ac totius iuris sanctio, quæ
non alio spectare debet, quam ad
conservandam inter homines natura-
societatem. Vnde etiam merito & re-
ctius Naturalis Societas dicitur, cu-
jus conventio inter omnes morta-
lium functiones ad naturalem illam
charitatem proxime accedit. Illa et
enim exprimit typum cognationis
inter nos, quam Deus inter nos con-
stituit,

stituit, ut res nostras alter alterius gratia communicemus, nihilque proprium existinemus: sed esse κοινὰ τὰ τῶν φίλων πάρτα. *Briß.* & *Schar.* in *lex.adverb.h.* 501. Qualem societatis communionem maxime in sua expertit & requirit republica summus ille sapientum Ethnicorum · Plato; quicquid heic calumniosus eius discursibus de rep. & lib. taxare conantur inventores honestatē mentis, aut inter eos quispiam luscus sive myops, cum naso crispante. Non enim optimus ille philosophorum tam absurdus fuit, ut i cavillatores eiusmodi ipsum sibi somniant; quum omnia ex mutuo amore in publicam salutem profluere & devolvī cupiat, ut harmonicus ille membrorum omnium consensus corpus solidum integrē suis partibus constans constituat; uti mox in sequenti aliquo capite patet. *Quo nomine etiam recte Ficinus præ cunctis aliis hanc formam regimini commendat, quod omnes partes quasi fraterno amore in ea cohætere videantur; quasi imitamen singulare Christianismi syncerioris heic nobis præfigurare voluerit.*

Membrum V. De Societate pri-
vata.

Privata seu potius propria & con-
ventione submixta, iterum duplex
est; bonorum scilicet vel vitæ. Illa
non plena, sed limitata & a i bona
resticta est: Hæc vero plenior ad vi-
tam & quæcunque ad illam necessa-
ria. *Alth. in dīcol. lib. 2, cap. 48, num.*
 3. Conventionalis proinde hæc bo-
norum (quæ sic jam propter modū
dicta sequatur) societas est, quæ civi-
li hominum auctoritate in quandam
contractus formulam producta gi-
gnitur, imitatione communis aut na-
turalis societatis: ut, quin duo pla-
resve sic contrahunt, ut lucrum &
dannum inter eos commune sit,
de una re, aut negociatione, vels
omnibus bonis presentibus & futu-
ris, ut questus aut damnum ad
unumquemque eorum communiter
pertineat. Quam Græci *κοινωγ-
ξίας* vocant. Et hæc societas con-
ventionalis, seu contractus bonæ f-
dei est, dicitur. Hisc differunt quo-
cuc in jure, *societas, communio, & as-
sortes fratres.* Namque hi propriæ sunt
fratres

fratres cohaeredes, de quibus Cuiac. §. obf. cap. 10. Communio autem sit sine contractu, ut est inter cohaeredes & collegiatarios ; quæ quasi contractus est. vulgo *Gemeynschaft.* §. item. Inst. de obl. quæ ex quæst. cont. naf. Cuiacius, 10. obf. 25, vocat illam necessariam. Ast societas hæc & socii non sunt nisi interposita conventione ; unde etiam Voluntariam Cuiacius, ibidem, dicit. Societas igitur bonorum quæ sit, ex his iudicis sat constat. ubi tamen notandum, quod in eo contractu duplex se exerat obligatio, ad quam socius socio obstringatur, ut prior sit de communicatione, altera de separatione rerum communium. l. 67, l. 74. & seqq. l. 4, §. 1. l. 14. l. 63. ff. pro socio. de quibus alibi.

Vitæ autem societas est, qua *cooperatio* contrahitur, & res, operæ, ministeria ad symbioticam conversationem sive cohabitationem illam conservandam conferuntur à sociis. Hæc societas iterum vel est domestica simplex, aut publicè orta. Simplex ista, quæ & privata nunc rectius, iuxta Alth. d. lib. 1, cap. 79, num. 2, quam antea, dicitur, est, quia inter quasdam certas personas domestica *cooperatio*

178 · R E S P V B L I C A E
Bis & contrahitur : Estque vel con-
iugalis, vel familiæ.

Membrum V I. De Societate Coniugali.

Coniugalis societas rutsus aut pri-
matia est & principalis, aut proximè
consecutiva. Illa est, quæ inter ma-
rem & foeminae contrahitur , de
mutuo coniugii officio præstando,
& coniunctione in unam carnem
pro generatione sobolis. Gen. 2, v. 23.

1 Cor. 7, vers. 4, 5. Vocatur matrimo-
nium, cōsociatio, 1 Esra 10, v. 14. ar-
tissima coniunctio duorum, & vin-
culum, Matth. 19, v. 5. consortium
vitæ, l. 1, ff. de rit. nupt. fœdus, Prov.
2, vers. 17. Malach. 2, vers. 14. tropi-
ce etiam nuptiæ , contubernium,
connubium, torus iugalis, &c. Do-
mel. lib. 13 Com. cap. 18, 20, & 21. Quæ
vero & quales aut cuius conditio-
nis personæ hæ , quæ contractum
hunc inire queant iuxta dispositio-
nem legis divinæ & civilis, esse de-
beant, unde coniugium legitimum
aut illegitimum pronunciatur ; id
suo loco docetur : non id iam huc
pertinet. Saltē hoc constet, quod
matito

marito potestas in uxorem iure divino, naturæ, & positivo competit: quum non tantum in statu primævo, marito mulier, ut capiti, subiecta fuerit; sed etiam ratione originis Tinctura ignis in vito, in fœmina vero aquæ Tinctura manifesta sit, ut superius ex Teutonico annotatum est. Vnde etiam naturalis amor, Tinctura ignis sui succensus, aqueam illum generationis sociam ardenter appetit. Veluti quoque post lapsum inde maledictio, mariti dominatio- ni subdidit uxorem. Gen. 3, vers. 16. Attamen maritus sive paterfamilias in se imaginem & similitudinem ha- bet non tam Regis, quam civis & confoc. i potius. Kicker. diss. pract. 28, prsb'. 8. unde & verbum domi- nus à nomine *domus* Henr. Alstedius deducit in lex. theol. f. 115, quod in unius domus cohabitatione amabile hoc dominium exercere debeant. Et quia nullum imperium sine potesta- te cogendi existit; facile inde colligi- tur, quod viris quoque facultas con- cessa sit vel invitata in ordinem sedi- gundi. Ast tyranicum est, si quis vi- ta & necis in has sibi velint sumere austri; velut apud quasdam gentes in usu fuisse Forsterus, in hist. Rom. ad

180 REPUBLICAE
l. Romuli 5, refert, & Lyclam. 7, cap. 27.
Namque vir nō aliud sibi ius, nec vel
per naturam (si ad fontem verum hu-
ius coniunctionis maritalis recutta-
mus) in coniugem suam vendicare
potest , quam ipse status originalis
in paritate concedit. Quippe , quum
homo ante lapsum utramque igni-
& luminis Tincturam in se se conti-
neret, atque ita esset (iuxta Teutoni-
cum) creatus, ut viveret in virginico
perfectionis statu , atque inde in sel-
fum reflecteret sanctum amorem,
qui magicum ipsi exinde ederet pat-
tum ; ipse vero imaginatione sua se
ad terrenam animalitatem ex vero &
sancto amore Iehovæ converteret, &
penitus à Ichova recederet : in hanc
sui incidit ita ditemptionem , amissa
penitus imagine Dei , ut diviso nunc
iure in generatione & conservatione
sui generis uti cogatur , quum ani-
male regnum cum vita tali pro cœle-
sti sortitus sit. Factus itaque est in
compare sui ipsius alter compos. Va-
de duo nunc in carne una esse de-
bent, nec in se mutuo sœvite : velut
sancte id inculcat Sacra Scriptura,
quod nemo propriam suam carnem
odio unquam habuerit. Ephes. 5.
Nam Deus ipse inter Adamum &
Eva,

Ebam, primum illud societatis humanae vinculum instituit. *Gen. 1, v. 13. Dan. in pol. Chr. lib. 1, cap. 3.* Ex quibus facile convincitur, quam straneus sit ille auctor *in relect. suis polit. lib. 1, sect. 4*, ubi decisionem suam interponit vanam & inutilem inter Ictos, qui potius ex iure naturali quam ex iure gentium matrimonium descendere volunt: & ipse tamen decernat pro more, quam animalia bruta, suæ libidinis relicta, nullius honesti, sed utilis tantum, rationem in instinctu naturali habeant, & ab honestate aliena sint, quod à iure naturæ minus id derivari queat. Verba eius sunt: Proinde, ait, matrimonium proprie acceptum, pro eo, quod vocabulum præ se fert, seu pro legitima iustave maris & fœminæ coniunctione, ex iure gentium derivandum est. *cum Paul. Castrens. quoniam consensus, in quo consistit essentia matrimoniī, l. nuptias. de R. I. ex iure gentium traducitur. c. tuæ fraternit. de sponsal. in. 6.* solus autem instinctus, qui libidinalis nomine in brutis à Cicerone indigitatus fuit, communis est homini & brutis, &c. An sanos satis iudicii modo Relectiones tales relectæ sint, vix homo vere

Christianus, cui posterior est sacræ Scripturæ quam profanorum auctorum dignitas, mecum credat. Etenim ubi tunc ullum reperiri potuit ius gentium, quum Adam cum sua Eva esset solus, & non tantum ex sopore resuscitatus conditam ex se Evans agnosceret, sed etiam confessim in eius coniunctionem à Iehova oblatam consentiret? An non dicebat; Hac demum vice adest os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: Hæc vocabitur vita, eo quod ex vita defumpta est. Idcirco relictus est vir patrem suum & matrem suam, & adhaerabit uxori suæ &c. & erunt in carne una. Gen. 2, vers 23 & 24. Tantus fuit Adami consensus, & ex eo omnium posterorum, quum insita natura utriusque & inter se dicimur Tincturæ id ita exigat, & homini ex generationis virtute & necessitate imperet, consensumque hunc imprimat. Mitum igitur, quod Icti penitus rem ponderando inspeixerint, quam Medici tales, qui tandem naturæ indagatores se semper fortes & adsidui proclamant. Sed quicquam ex falsis principiis Stagiræsum quis vera agnoscat, quin in erroribus suis vix Tincturæ nouæ admitt.

admittant? Sic etiam egregiè idem non tantum fallitur eodem in loco, sed quoque sibi contradictorius est, dum brutis omne ius adimit ex auctoritate Ciceronis, quum ratione & oratione careant: & tamen, cap. 1, sect. undec. num. 20, confitetur ex Seneca, Quod ferat quoque ipsæ Veneris evitent nefas, generisque leges inscius servet pudor. Unde constat, quod ferat turpis & honesti discrimine non adeo destitutæ sunt, ut ille, contra Galenum suum in princ. Exhort. ad disc. art. , statuit. Quin ipse, ex hist. animal. Arist. 9, cap. 47. Ælian. lib. 4 & 5 hist. animal. Plin. lib. 8, cap. 42. Nic. Lyra in Matth. cap. 19, aliquot exemplis comprobat; ac, iis recensitis in zelo camelorum & elephantorum, in eqno Scythico, & alio, cuius Ioh. Lupus in tract. de matrim. meminit, qui genitalia sibi mortu abruperit, luiturus in ea parte pœnam, qua peccaverat; tandem hæc verba expresse addit: Fluxit igitur in generalioribus animalibus facula quædam eius iuris, quod expolite & ad perfectionem suam deducere debuisset humana ratio, nisi infra brutorum conditionem degenerasset, &c. Conciliet iam quis dicta,

184 R E S P V B L I C A E
& videat, quomodo hæc conveniant
inter se, quod nihil iuris cadat in
bruta, & tamen facultati iuris simul
ipsis adscribere propter caretiam ra-
tionis non vereatur. *Nihil & ali-*
quid simul eidem inesse, nescio sane
quomodo hæc inter se conveniant,
nisi novus sit modus, & forte Stagi-
rensis. Rectius longe Galenus sentit,
qui in *dict. lib.* rationem ita recondi-
tam in animalibus adserit, ut etiam
ex natura artes quasdam callere tite
statuat. Velut quoque omnium Me-
dicorum antesignanus ille Crollius
luculentiter id in *libello suo de Signatu-*
re internis rerum demonstrat, quod
homines quam plurimas suas signa-
tutas vitiorum & virtutum multa-
rum ex ipsis animalibus sumpsetint.
Pag. 75 & 78. uti simul illustre ex-
emplum castitatis, fidei, & constan-
tis auctoris coniugalis, in palumbis
& columbis proponit. ubi ex Aelia-
no adseverat, quod mas & foemina,
tanquam nuptiis alligati, mutua con-
fessione adeo stabili, certo conubio
per sanitiam castitoniam adha-
rescant, ut neuter alienum cubile at-
tingat: si impudico amore capti, ad
alienam uxorem oculos adieccrint,
quod eos reliqui circumsedentes
discer-

discerpant, & fœminæ fœminas, &c. ut animalia inter se quoque lingua propria uti clarum sit, quamvis non articulata voce, ut homines, eam exprimant. quod idem in ciconiis verum esse, nobis cercus nuper retulit amicus, & naturæ ad modum Crol- lii acutus indagator. unde merito in pudorem sui coniicit Spinæus homines ex meliori brutorum informatione. lib. de transq. animi. Tanti est, ex opinione vel affectibus quid iudicare, & Naturæ ignorante arcana, quæ sane cunctos latent, nisi mature aniles terminorū opiniones exuant, & ad verum philosophandi modum, cum Theophrasto se recipiant. Sic longe aliud est, quod coniugio ex iure gentium adhæret, quam isteputat: de quo suc loco. Sed hæc de societate coniugali primaria monuisse sufficiant.

Sequitur nunc secundaria, sive ex antecedentis fine principali orta societas, quæ propagationis intuitu ita ex coniunctione mariti & uxoris exurgit, ut *cum ciuitate* cum liberis procreet parentibus.

Membrum VII. De societate paterna & filiali, & utriusque officio.

Quum matitale coniugium (*et Besold. in pol. 5, d. l. §. 2.*) sic natura sit comparatum, ut humano generi perpetuitatem largiatur, & ex filiorum procreatione iugiter maneat genera renovata, Dei clementia, quantum possibile est, immortalitatem donante naturæ: recte parentibus hoc incumbit, ut in hac societate regia sui sint officii memores. Naturalissimum quidem est, sibi simile procreare; sed non tantum eo reverenter utendum, (*Lemn. i de mirac. nat. cap. 3,*) ut in ipso matrimonio castitas sit observanda; verum etiam sedula educationis & paterni imperii aut officii cura ubique tenenda est, atque ita exemplariter vitae sanctimonia conservanda, ut liberi nupsiam scandulum accipiant. Vnde vœ, *ait Christus*, qui uni ex istis pusillis scandalo erit; rectius foret, ut in profundum maris appenso ad collum eius inlari lapide submergetur. *Matth. 18.* Parentes enim sunt, à quibus liberi nati

nati sunt secundum Dei dispositio-
nem vitam, & sustentantur, ac qui-
bus liberi vicissim debita obedientia
obstricti tenentur. Liberi vero sunt,
qui omnia naturalia accepta paren-
tibus ferre, iisque debitam observan-
tiam in pietate vera prestat debent.
Parentum igitur nomen tam san-
ctum est, ut simul dominium ali-
quod includat in liberos, determini-
netque potestatem quandam, quam
patriam sibi dicunt. Ac licet ipse
amor ex natura sanguinis insitus li-
mites sati constituat, quomodo pa-
rentes cum liberis suis conversari, eos
alere atque defendere debeant, veluti
non datur amor ferventior & soli-
dior quam parentum in liberos,
quum ii sint pars parentum, *ut reffe*
Imper. Iust. exclamat, l. ult. in pr. C.
de cur. furios. : quis talis affectus ex-
traneus inveniatur, ut vincat pater-
num? Et è contra, quum neque fi-
lium patre meliorem amicum inve-
nire posse, aiat gloss. *in l. guidam. ff. de*
bered. inst. : tamen, quum natura
hominis adeo sit depravata, ut natu-
rali huius storgæ aut ignorantia aut
effervescentia saepius maxima crecent
incommoda, adeo, ut prope eam extin-
guat; ideo ipsis tam parentibus
quam

quam liberis toties ad sua recuntem
dum erit officia. Sæpius enim acci-
dit, ut ira modum superet vindictæ;
& velut amor paternus coniugalem
longe excedit, ita sit quoque, ut et
summo amore summum nascatur
odium; velut & secundo nubente
plærumque obliviscuntur liberorum
& proprii in eos munericis. Officium
autem utriusque partis in mutuo
consistit iuris debito. A parte pare-
tum alii id triplex, alii quadruplex
alii quintuplex faciunt, prout quæ-
que principalia dicunt considerati in
homine libero; ut sunt, bona quæ
possidet, operæ, corpus, libertas, &
vita. Vetus rectius hæc ad tria ab
aliis retrahuntur puncta; non ut
Stagirensis vult, qui ad genera-
tionem, nutritionem, & institutionem:
omnia adstringit; quum ex genera-
tione iam liberi in lucem sint editi,
& ad ampliora vitæ necessaria hæc
sint extendenda. Consistit itaque
munus parentum proprie in educan-
do, defendendo & imperando. Pri-
mum officium iterum triplex rite
statuitur; in educatione naturali,
quod alimenta postulat; morali, ut
bene vivat; & spirituali, ut religiose
vivat, & pie educetur, nec minus pro
iisdem

jisdem preces effundantur. Secundum est defensionis, quod dilectionem & evitatem scandali requirit. Tertium est imperii, quod correctionem, elocationem, & procurationem necessariatum rerum aut patrimonii exigit. Proinde imperium hoc nequaquam est absolutum, sed certis suis cancellis circumscriptum viger. Solus enim Deus absolutum habet imperium, quin lex inferior merito cedat superiori; ceu Deo semper magis obediendum est quam hominibus. Vnde non competit parentiis vita & necis in liberos, ut barbarorum mos fert. Non etenim in atrocitate, sed pietate & humanitate consistit patriæ potestas. *l. 2. ff. adl. Cor. de Sic.*

Sed nuspianam rectius quid hac de re, quam in ipsa sacra Scriptura legitur, que omnes huius officii partes absolute satis depinxit. *Sic quomodo erudiendi sunt liberi, habetur in Exodo & Deuteronomio. Prever. 13. 24. & 19, 18. & 19, vers. 15, 17. Hebr. 12, vers. 8. 9. Exemplis Iacobi, Genes. 33, 5. Iosephi, 48, 9. & passim. Quomodo diligendi, Genes. 42, vers. 36, 37. 2 Sam. 12, vers. 16, 17. 1 Reg. 3, 26. Tob. 5, 23. & 10, vers. 1, 2, &c. Quomodo in*

190 R E S P V B L I C A E
in pietate infermandi , Exod. 12, 27. &
13, 8, &c. Deut. 4, 10. & 6, 7, 20. &
11, 19. & 32, 46. Ios. 4, 6, 7, 21, 11,
& 22, 24. Psal. 78, 4, 5, 6. Esa. 38, 9.
Ioel. 1, 3. Ephes. 6, 4. Quemodo con-
gendi , 1 Sam. 3, 13. Proverb. 13, 4.
& 23, 23. & 29, 17. Hebr. 12, 7. Co-
loss. 3, 21, &c. Possent heic quan-
plurima de profana educatione filio-
rum Christianorum , qua non lie-
gravissimo æternæ salutis pericolo
tam studiose in Ethnic. sinum abi-
piuntur , monetier , atque simul de-
monstrati , quam detestabile malum
sibi parentes concilient , & ex amo-
te Iehov. e ac pietate vera se exclu-
dant ipsos: ex quo fons omnium cor-
ruptelarum , calamitatum , & majo-
rum in mundum horribilis proflui-
verum , quum calamitas h. ec epidem-
ica maior sit , quam ut paucis
queat iam deploari ; & quoque hu-
ad reformationem publicæ educatio-
nis pertineant: in his modo acquir-
scimus , & nos ad liberorum para-
convertimus.

Officium autem è contra libero-
rum , quo parentibus adstet: Et i n: v:
rali iure tenentur , maxime conûl*s*
in obsequioso honore iis exhibenda,
ut ex decalogo facile constat. Homo-

tis hoc verbum quidem breve est, sed tam multa in se se complectitur, ut omni amoris & obedientiaz fide vix id asscqui possint liberi. Etenim eorum longe maior est obligatio & affectior, quam parentum, & tamen vix amor ita vivide adscendit cum gratitudine debita ad parentes. Nihilominus utrumque nonen, quo & filii & liberi dicuntur, qui ex nobis sunt nati, satis manifeste indicat, quo vinculo naturali adstricti hinc teneantur. Veluti filios & τέλεσθαις sive amicitia non incite dictos aliqui volunt; quum omniamentis cogitata & cordis motus nihil aliud in filiis ostendere debeant, quam amabilem decentiam, & suavitatem, quibus parentes suos unice cum reverentia foveant. Nec minus inde libeti appellantur, quod in libertate paternæ affectionis acquiescere, & ipsi liberali ingenio præditi esse debeant, omni libertatis favore digni, si parentes fideli amore honorent: alias barbari sunt & servi, id est, barbato & servili ingenio præditi, imo & μαρτυρα τέλεσθαις, hoc est, naturæ monstra appellandi sunt. Parentes enim maxime post Deum sunt honorandi, unde de honore Ichovæ,

tabula

192 R E S P U B L I C A E
tabula prima ; de honore autem per-
tentum , tabula secunda statim in
principio agit. Idecirco si eveniat , ut
in eadem causa ad contraria vocen-
tur, cum Deo magis quam parentibus
obediendum est: sicuti etiam alias in
omnibus officiis honestas limitem
ponit , nec turpia mandata exaudi-
enda sunt ; quum nihil in præjudi-
cium, Dei , iuris d:vinci , & natura,
torqueri possit aut debeat. Quod a-
iam in ipso Rege ita verum est. Nam
licet Rex quidem sit Princeps Reipu-
blicæ ; tamen civis & subditus est
naturæ, ac multo magis servus Ieho-
væ. Qui hoc ignorat, se omni im-
perio indignum reddit , & se mecum hunc
hostem Dei , ac tyrannum sic deci-
rat.

Sed quodnam filiorum erga para-
tes in cunctis officiis sit , id quæ
optime verbum Dei explicat. Gau.
9, 23. & 22, vers. 7. & 27, 1. & 3,
7. & 37, vers 14, 15. Exod. 20, 11. &
21, 17. Levit. 19, vers. 3, 32. & 20, 9.
Deut. 5, 16. & 21, vers. 15, 18. & 17,
16. Iud. 4, 1. 1 Sam. 2, vers. 11, 13.
& 3, 1, 7. & 8, 1. & 18, 5. 1 Reg. 1,
10. 1 Reg. 2, 23. & 12, 2. & 22, 1.
2 Paralip. 34, 3. Eccl. 3, 7. 1, 8. & 6, 9.
& 7, 29. & 8, 7, 11. & 22, 3. & 21,

18. & 25, 10. & 32, 24. *Tob.* 4, 1. &
14, 5. *Job.* 1, 4. & 8, 4. & 32, *vers.* 4.
6. *Trouerb.* 1, 8. & 4, 1. & 6, 20. &
10, 1. & 13, 1. & 15, 20. & 19, 26.
& 20, *vers.* 11, 20. & 22, 15. & 23,
19, 21. & 28, 24. & 30, 17. *Ierem.* 35,
16. *Ezech.* 22, 7. *Matth.* 4, 20. & 10,
35. & 15, 4. & 19, 19. *Marc.* 10,
19. *Luc.* 2, 4. & 18, 20. *Affor.* 7,
14. & 22, 3. *Ephes.* 6, 1. *Colos.* 3, 20.
1 Tim. 5, 1. *1 Pet.* 5, 5, &c.

Quamvis autem hæc & similia officia perpetua sint, & cum natura durent; cum ex eius iure profluant: tamen, quod patriam potestatē concernit domesticum, ea quinque modis expitat: morte, amissione civitatis, servitute, quæ mortuo adsimulat aliquem, emancipatione, & magistratus dignitate, quin rem publicam representet. Alias violationi huius officii filialis, pro diversitate delicti, suæ destinatæ sunt pœnæ. ut pote, maledicentes morte mori cogebantur. *Exod.* 21, v. 7. sic & particidæ gravissimo supplicii genere mactabantur. Velut etiam in iminorigeros apud Romanos parentibus vita & necis potestas competebat. At hodie, si delictum est leve, parentibus castigatio incumbit; si gra-

194 R E S P U B L I C A E
xius , ex hæredari possunt.

Membrum VIII. De Societate familia, & eius notatione.

Atque ita se habet coniugalis &
paterna Societas, sive consecutiva eis
ex iure naturæ unicorrcta : sequitur
nunc ea, quæ est de familia, & ius
naturæ imitatur, vel æmulationem
ipſi, adſociando annexit ex iure gen-
tium. contrahiturque dupli modo:
aut adoptione ; aut conductione ser-
vorum vel inimicorum ; quæ heriliis.
dicitur.

Antequam autem de duabus isti:
speciebus societatis agamus, necesse
est ut vocabulum familiæ, quomodo.
id accipiatur, & ea quid sit, hoc loco
rite explicemus. Famuli origo , is,
gnit Pomp. Festus , ab Oscis dependet
(populis Campaniæ ,) apud quos ser-
vus famel. nominabatur: unde & fa-
milia vocata. Addit & hoc: Famu-
lietum dicebatur, quod nunc servi-
tum. Ceu quoque debil apud En-
nium legi & ſubtil. , affirmat Taub-
mannus in annot. ſuus ad Plaut. pag 351.
ubi dupli modo id , famel , & famili,
pronunciatum fuisse dicit. Unde recte:

Alciat.

Alciat. *all. l. 195, ff. de V.S.* secundum antiquam Oscorum locutionem, quidem familiæ vocabulum à *familiari* derivat; attamen usum eius tam late ICtus Vlp. *in d.l.* extendit, ut sex significations ipsi applicet, (quas ordine *in commentario suo* Goddæus explicat,) quum tam rebus in familia herciscunda, & corpori, possessorisque iuri, quam personis accommodetur. Ad personas autem nomen familiæ relatum, quatuor sortitur significations, *ait Godd.* Aut enim ad singulares personas dirigitur, aut ad plures. Si ad plures referatur, tripliciter id iterum fit ordine. Primo, quando ad liberas personas & servos. siue mancipia pertinet; ubi simul corpora dupli modo exprimi, auctor est Goddæus. Namque & servorum est familia; & ipsi servi sunt in familia. *l. 40, §. fin. ff. de V.S.* Deinde ad solas liberas personas refertur, quæ sub eiusdem potestate sunt naturali aut legitima. Demum ad universam agnitorum gentiliumque cognationem, seu ad omnes ex eadem domo, & gente prodeentes excutit. Heic vero penultimam atque antepenultimam maxime retinemus in hac distinctione, quatenus partes integrantur.

196 R E S P U B L I C A
tes herilis imperii in una domo p:
trifamilias personæ subiectæ consti-
tuuntur. Alias enim familia totum
corpus unius domus , id est , caput
cum suis membris collectivè com-
plectitur ; quum talis familia imag-
nem quandam reipublicæ privatæ
repræsentet , & æque ac collegium
per unum principalem conservetur :
diciturque proinde societas mixta , &
composita ex diversis membris ; ut po-
te quæ effectum primariæ & origina-
lis societatis exprimit , si coniugialis
societas tanquam simplex cum herili
coniungatur . Ex quo patet , quan-
tum illi aberrent in politices tracta-
tione , qui exordium eius à familis
declaratione , tanquam caussæ expli-
catione sumunt ; quum per natu-
ram rerum fieri non possit , ut effec-
tus producat caussam ; sed contra-
est , quum caussa sit origo , ex qua re-
sultet effectus . Quod ideo heic mo-
netur , ut inde constet , quam dupli-
modo peccet & se præcipiter Arn-
staus in suis relect pol. cap. i, sect. 6,
dum tam temere Vlpiatum in d. l.
195 perstringit , & methodi sua ra-
tionem inutiliter deducit . Non una
vice enim Vlpiatum iniuria afficit ,
dum aliis persuadere conatur , quasi
illæ

ſtated. l. §. 3.) definitionem familiæ inſtituere voluerit ; quum tamen du-
dam tantum ſignificationis interpretationem in acceptatione talis vo-
cabuli indicare voluerit ; ut ipſe
Godd. d. l. n. 3, ſatis manifeſte id de-
clarat. An indicatio ſignificationis idem eſt quod definitio ? Patrem-
familiæ quidem paulò poſt definit,
at non familiam. Deinde non can-
didè cum ICto agit in eo, quod tan-
tæ ignorantiaꝝ reum ipsum convin-
cere laborebat, quaſi neſciverit inter-
materiam & formam diſtinguere, &
personas loco depravati generis con-
tra omnes bonæ definitionis leges
poſuerit : quum tamen de pluribus
personis hanc ſignificationem prædi-
cat, quod unius potestati aut natura
aut iure ſubiecta ſint. Quid vero
aliud hoc eſt, quam si tales personas
potestati unius ſubordinet, & loco
ſubiecti habeat personas tanquam
materiam, quibus forma potestatis
unius ſit ſuperinducta ? Quæſo quid
clarius à ICto poſuit dici aut pro-
nunciari ? An non igitur ille po-
tius ſententiam Vlpiani depravata
mente accipit, & diſtaſiat ? Tum
quoque ICtuſ non ebumerat partes
huius ſignificationis omnes, ſed tan-

Y98 R E S P U B L I C A E
tum exempli · causa subiectit nota-
tionem patrisfamilias , matrisfami-
lias, &c. velut quoque expresse id in-
nuit, dum adiicit verbum , Et dein-
ceps. Quare in hoc etiam paulo ini-
quior est ICro , quasi definitionem
latiorem definito protulerit. Simili-
modo frustra preoccupate studet ac-
cusationem , qua illi potest obici,
quod omnino contra bona methodi
dispositionem egerit , effectum cau-
se praemittendo . Etenim causa un-
dique prior est effectu; velut ipse qui-
dem confitetur , sed tamen oblique
illud quod contrarie commisit , di-
luere studet in acceptione generali
familiae. Ait : Exurgit enim ex so-
cietatibus, tanquam ex partibus; quz,
dum conspirat in unum , producunt
novam societatem ; reliquas omnes
sub se complestantem. In quibus se-
metipsum captivum ducit, atque ex-
presse declarat, quod totum hoc ca-
put *Defamilia in genere* non suo iusto
collocariit ordine ; quum familia ex
societatibus tanquam ex partibus er-
urgat. Ergo societates merito priori
loco ponuntur, quum effectum ex-
dolet familia , etiam secundum pro-
priam eius confessionem. Nec quid-
quam ad rem facit , quod hunc ero-

rem obtegete cupiat aut dissimilare
nova societatis plenioris productio-
ne: quippe si unumquodque secun-
dum caussatum & principiorum ra-
tionem ordinari debet, ut eo rectius
intellectui & rerum cognitioni in-
seriat; inconveniens est, si effectus
caussæ præponatur; quam tamen se-
riem se in his sequi ostendit. Simplex
enim natura prius est suo composito
aut mixto. Et ipse confitetur *scilicet*,
num. 6, quod origo nominis familitæ
comprehendat tantum famulos &
servos. que tractatio anterior esse
debuisset; tamen si *capite tertio*, & in
pol. syst. cap. 4, eam postea subnecet.
Longe rectius Timplerus, & Chri-
stianus Matthæus id prestiterunt;
quorum hic iustum procedendi mo-
dum in simplicioribus explicandis &
principio observavit quidem; sed al-
ter adhuc perfectiori modo, & inter
politicos scriptores omnium optimæ
rationes cognitioniunque gradus, pto
facilitate & doctrinia, ordine tradi-
dit, ut sat concinnam declarent con-
nectionis seriem. Vnde *capite quarto*
ad partes compositas populi (qui vere
& propriæ subiectum politicæ exhi-
bet, non civitas, ut idem erraticice
canaliis docet, & infra mox *cap. 4*

200 R E S P U B L I C A E
explicabitur plenius) partē familiā,
partim collegia refert. Alii nec in-
ſicite, secundum partes constituentes
Rēpublicam, ex quibus conſtar,
doctrinam politicam disponunt,
quumque ſit potestas imperandi una,
& altera ſubditorum aut parentium
numerus; & ex capite rectius digno-
ſcantur membra: eius methodi du-
tum in tota compositione ſequunt-
tur. *cen ex Beſoldi & Kirchneri diſtri-ſtionebus id luculentius appetet.* Sed
hæc dictas ob rationes obiter inſere-
re voluimus, ut iuniores eiusmodi
ſcopulos rectius evitare diſcant, ne
illis multorum vaniloquentia quid
imponat erroris. Iam redimus ad
ſcopum, unde paulò ante digrediſſi ſu-
mus; quum conſtet iam, quid per
familiam hoc loco maxime intelli-
gamus.

Membrum IX. De Societate herili, & eius potestate.

Herilis autem ſocietas, que inter
dominum & ſervum intercedit,
quum ſit frequentior adoptione, me-
ritò eam præponimus; quum etiam
tertiū gradum iuxta communem
opinio-

opinionem in hac societatis necessitate, qua coniugium in conservacione sui indigere dicitur, mereatur; quum pater familias habere & possidere debeat, qui manus ipsi commodent. *Arn. lib. i rel. cap. i, sect. 4,*
num. 12.

Dominus igitur, est persona servis sive ministris imperans, in eosque potestatem exercens. Veluti inde dominatio, potestas cum iure imperandi iubendique dicitur, dominantis competens, cui ius alium regendum & defendendum subiecit. qui ideo dominus appellatur, servantis respectu, l. i, §. i. l. 2, ff de his, qui sunt &c. *Exod. cap. 21, vers. 10.* qui dominium in subiectum eiusque iura exerceat: *Matth. 18, 25, & seqq.* *2 Reg. cap. 4,* 1, 1, 3. *Exod. 21, 7, 8.* & 22, 4, 29. *Dant. 15.* *Levit. 25, 39.* *Genes. 29, 18 & seqq.* consistens in gubernatione & directione pia & fidelis; i *Pet. 2, 13.* cura & providentia pro subiecti bono & felicitate; *Rom. 13, 4.* *1 Tim. 5, 8.* cum facultate inobedienti infligendi paenam, coercitionem, castigationem; *Proverb. 20, 30. tit. C. de-
cimend propinq.* *1 Pet. c. 2, 19, 20. tit.
ff. de paen.* *Alth. pol. cap. i, num. 13,* & seqq.

Potestas autem hæc, & talis quam
homo in hominem sibi in regno iste
Dei arrogavit, duplex est: privata &
publica. *l. 2 i. 5, de verb. sign.* Potestus
hæc publica quum ex universitate
& totius populiconfluxu & eius iure
exurgat, hac vice de ea iam non age-
mus; sed alius ipsi deputatus max
locus. Proinde nos ad alteram con-
vertimus. Privata igitur potestas,
quum ratione originis quoque pri-
sit, & publicæ imitamen, aut praef-
gurationem aliquam proponat, ei
hoc loco attendi debet. Dicitur quod
ea, quæ privatam dominantis privati
utilitatem & onus respicit. Estque
duplex: prima, quæ tribuit ius & po-
testatem in personam & rem cui-
dem: altera, quæ tantum jus in per-
sonam. Priorem rursus domesti-
cam vel administratori iuri tite facit
Alth. *in die lib. i, cap. 27, num. 5.*
Domestica est, quam Princeps & ca-
put familiæ habet in personas domes-
ticas familias, cui præest. *i Tim. i,*
v. 8. Prov. 27, 23. l. 195, & l. 196,
ff. de V. sig. Dicitur potestas familias
l. 10, C. de suis & leg. b. habetque su-
commoda & onera in præstandis ali-
mentis. Hæc vero iterum vel plena
vel minus plena est, respectu absoluti

zlicius dominii. H̄ta autem, quæ in moderatione aliquo iuris & æquitatis consistit, eiusmodi est usus personarum domesticarum, ut iuxta conductionis modum herus sive parentes familiæ earum obsequio & operis utatur cum quodam iure proprietatis. *Inst. de noxal. ad l. 1, §. 1, de rei vind.* Obsequia consistunt in obedientia, exhibitione honoris, in reverentia, observantia & pietate, &c. *Eph. 6, 5, & segg. 1 Tim. 6, 1, 2. Colos. 3, 2, 3, &c.* Operæ vero consistunt in servitio & ministeriis præstandis, &c. Vnde dominus, tanquam onus, pro modo facultatum, eos, quos ita conduxit, alicet tenetur, disciplina domestica regere, & nomen familiæ ac ius civitatis suæ cum defensione communicare. *l. 19, ff de stat. hom. Genes. cap. 30, 4, 5, &c.* Continet autem hæc minus plena potestas iterum in sece ius herile sive patris familiæ, & ius patronatus.

Membrum X. De iure patrisfamilias & patronatus.

Ius enim sive potestas herilis, sive patrisfamilias, in eo maxime differt à iure patroni, quod illud sit generalius, & conductione-locazione consistat, atque circumscriptum tempus habeat, quo omnis generis homines pro usu loci & facultatis quid conducere possint, & pro operis præstitis tunc teneatur paterfamilias solvere mercedem aut precium, quod inter illos convenerat; nec amplius tunc illis in libertate sua derogatum possidet, sed cum ipsa dimissione aut temporis expiratione plenam libertatem ipso recipiunt, quam eousque cum operis suis elocarant domino. Vnde etiam rectius famuli, vel famulæ, ministri seu ministræ, mercennarii ministrantes, ancilla, &c. quod ministrando famulitium suum praestent, quam servi aut servæ, vocantur; quoniam libertati nihil æque imminenterum sit, quam in duriori acceptione ad servitutem tenerier.

Patroni vero ius specialius quid sub-

subiecto suo imprimis, & versatae
circa libertum. Atque dicitur patro-
nus is, qui servum suum manumi-
sit. *Libertus autem, qui servus fuit,*
& sui ipsius potestatem à domino seu
patrono suo accepit per manumissio-
nem. *tit. C. de ing. & manum.* Vnde
manumissus appellatur; quum ma-
numissio nihil aliud sit, quam liber-
tatis datio. *tit. Inst. de libert.* *Cuiac. in*
parat. C. de man. vindict. & C. de La-
tin. libert. tollend. Velut etiam apud
Iudeos olim manumissi plenam li-
bertatem consequbantur. *Exod. 21,*
2,3. Deut. 15,12, & seqq. Levit. 25,
40. Ier. 34, 14. exceptis deditiis.
Ios. 9, v. 21, & seqq. item, cap. 2, 3; &
seqq. 1 Reg. 9, 20, &c. Nehem. c. 7, 60.
Quamvis autem libertus ita egredie-
retur potestatem domini, & suus si-
bi in libertate communi restituere-
tur; tamen manebat respectus obliga-
tionis, in iure patronatus; ut patrono
eiusque libertis in bona defuncti, aut
tota, aut dimidiata, aut partem, pro
ratione dispositionis, & eius operas,
competerent, atque teneretur pro
modo facultatum ipsi, liberis, & pa-
rentibus eius præstate. *l. 5, §. 10, &*
seqq. l. ult. ff. de lib. agn. & alend. Vide
etiam *tit. Inst. de success. libert. & tit de*
bon.

206 REPUBLICAE
bor. libert. Plena vero potestas domes-
tica est, qua quis dominium uni-
versum in hominem & eius bona-
exercet. l. 4, §. 1, & l. 5, ff. de stat. hom.
Levit. cap. 25, 44, & seqq. §. 1, *Inst. de*
iure pers. Dicitur servitutis domi-
nium, l. 7, l. 8, l. 9, l. 23, l. 24, l. 41,
ff. de lib. caus. possessio servitutis, l. 1,
l. 12, §. 1. l. 25, §. ult. *ibid.* Vnde ho-
mo talis, qui ita subiectus & liberta-
te sua omni privatus est, dicitur ser-
vus, à servando, vel serviendo; quod
ita utrinque servetur ad servitum
obligatoriè in servili statu, omniex-
clusus libertate, praestandum. Cui
nomini agnatum est mancipium.
tit. C. de mancip. & colon. lib. 11. Nam-
que domino in tali servum etiam
ius vita & necis competebat, ut in-
terdum quoque levissimam ob caus-
am occiderent. *Senec. lib. 2 de ira,*
cap. 40. *Tacit. lib. 14.* *Cic. pro Rosc.* Ve-
rum crudelitas illa, quum vindicta
privata ea maxime sit, merito rejici-
tur, nec in Republica honesta tole-
randa est. Nihilominus in pleno do-
minio, proprietate & usufructu do-
mini, servus esse dicitur. l. 4, ff. de
stat. hom. *Exod. 21, 1, 2, 3, & seqq.*
Levit. 24, 45. l. 10, ff. de acq. rer. dom.
§. 1. Inst. de iur. person. §. 4, per quas:
pers.

perf. l. 21, ff. de usu fr. veluti inde & iervus in commercium ita incidit;
Exod. 21, 7, 32. & Levit. 24, 17, 25, 44, & seqq. ut estimationem recipiat,
Exod. 21. 32. l. 32, ff. de minor. qui nihil proprii habeat, Inst. de stipul. serv.
quadrupedi æquiparetur, l. 2, §. 2, ff.
ad l. Aquil. Genes. 30, 43. c. 47, 25.
imo & mortuo comparetur, l. 209,
ff de R. I. & l. 32, ibid. qui nullam iur s.
habeat communionem. l. 20, §. 7, ff.
qui testam. fac.

Membrum XI. De servitutis speciebus apud Romanos.

Tam apud Iudeos, quam Ægyptios.
 Græcosque olim, maxime tamen.
 apud Romanos, multiplex servorum.
 species fuit; ut alii bello capti, alii
 testamento relieti, alii ære redempti,
 alii alia ratione aut prætextu iuris.
 acquisiti dicerentur. Qui ex servo &
 ancilla prognati erant, verba voca-
 bantur. Omnes tamen sub nomine
 mancipii comprehendebantur simul.
 tit. C. de nud. iur. Quirit. toll. Deditii.
 servi erant, qui se ex obsidione dede-
 tant in potestatem victoris; quorum
 alii libertini, alii peregrini nomina-
 bantur.

208 R E S P U B L I C A E
bantur. Nec à servis multum distin-
bant adscriptitii, *Cuiac. ad tit. C. de*
agr. & cens. & lib. i 2 obs. cap. 35. servi
cōditionales, *l. 7, C. de iur. fisci. censi,*
glebęque adscripti; qui cum agro una
domino serviebant; & una cum fun-
dis mancipabantur, alienabantur.
Pignorius de serv. fol. 1, 2, & 252. Sic
erant olim coloci Palæstini, coloni
patrimoniales, saltuenies, emphyten-
ticarii, burgarii, colonarii, inquilina-
rii, coloni rei privatæ, dominici, fi-
cales, servi tamiai, marileguli, mo-
netarii, &c. *tit. C. de col. Palæst. Terc.*
cens. Illyrican. lib. 11 de mancip. de fu-
git. col. patrim. &c. Ac veluti priisci suis
necessitatibus vitæ inservientes ha-
buerunt; sic etiam rebus sacris & cul-
tui sacro peragendis habuerunt addi-
ctos. ut Levitæ; *Exod. 19, 22, & 24, 5.*
Num. 8, 16. & 18, 5. nazarei; *Num.*
6, 2, 3, & seqq. 1 Sam. 1, 11, & seqq.
Jud. 11, 33. homines talliabiles; *Fab.*
iurisp. tit. 5, illat. 7. Alth. dic lib 1, cap.
27, num. 15. Nec minus Romanis
deliciis & luxuriosis admodum con-
viviis habuerunt destinatos servos,
qui dicebantur structores, scissores,
diribitores, chironomantæ, travezo-
nomi, &c. *Sen. epist. 47. Com. Rosin de*
ans. Rom. lib. 5, cap. 29, in paralip. Alii
sunt

sunt servi lautiores , alii attienses; sed tamen servi æquè actu. *Cic. in par. Borch. ad §. servi, Inst. tit. 3.* Nulla est differentia, ait *Imp.* Ita libido imperandi, quæ omnibus innata est hominibus, yacia sibi effinxit servitia, ut ditiiores luxuriem vitæ suæ rectius pro voluptatis nutu explerent. Quæ perniciies in publicam quoque proflaxit calamitatem , ut inde misericordia humanæ variis aduersitatibus fuerint modis , donec etiam progressi sint violenti superiores usque ad conscientiarum persecutionem , ut simul ipsas hominum animas Iehovæ imperio eriperent, & sibi redderent sevas.

Membrum X I I . *An servitus sit à natura ?*

Verum quum ipsi ethnici & gentes barbaræ ex conscientiæ stimulo in ipso tenebrarum suarum regno tandem deprehenderent , quod iustum naturæ dictamen nimis inveterandum ac crudeliter convulsissent ; sed tamen ut auctoritate aliqua se ex eo summæ detestationis vicio exolverent; varios remissionis & moderationis huius servitiae modos excogita-

tunt pridem antea. Quorum praecipuus est, cuius mentionem paulo superius fecimus, manumissio. Donec, lib. 2, cap. 15. Proinde Florentinus Ictus, postquam definiverat libertatem, quod sit facultas naturalis: recte invehitur in servitutem, quod constitutio iuris gentium sit, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur: l. 4, ff. de stat. hom. quum iure naturae non solum homines, §. ius ante. I. de iur. nat. gent. & civ. sed etiam res quæque, quas rerum natura gratia hominum comparavit, l. 18, §. 1, ff. de usur. §. in pecudum. ff. de rerum divis. libertæ sint. Etenim homo ab origine à Deo in integritate sua iuxta regnum gratiaræ ad liberum dominium conditus & in hunc inmundum creatus erat: utpote qui eius imaginem sanctam in omnibus exprimeret, seu microcosmus. ac postquam lapsus est Adamus, omnes in eadem paritate constituci sunt. & manent; ut, quoad naturæ conditionem, nemo sibi quid potius in vigore naturali arrogaret aut vendicare præ altero queat, quam quod sit servus peccati redditus, Rom. 6, 17, & sub peccato venditus, ibid. Dicitur indeque morti corporali, ac quoque æternæ destinatus; unde nemo sele
batur

betare aut extricare potuisset , nisi Christus Iehova nos ex regno hoc iræ & mortis liberatione sua gratiola & restitutione meritorum suorum ex-solvisset , Patrique Iehovæ mirabiliter reconciliavisset ita , ut nunc filii libertatis æternæ & regni cœlestis dicantur . Quainvis autem consque non pervenient ethnici , ut talia secum rite examinare , aut dijudicare potuerint ; tamen quasi conscientiæ in sinu hanc ob causam convictos se sensere : atque proinde libertatis modos constituerunt secum . velut id in primitiis apud Romanos videre est , qui id manifestis relaxationibus servicatum demonstrarunt . Status libertatis igitur varius olim apud illos fuit . Maior videlicet sive iustus , minor , & infimus . Erant enim cives Romani , Latini , sive Iuniani , & de-dicti . de quibus agitur § . 3 , Inst . de Li-bert . Gai . lib . 1 , tit . 1 . & Ulpian . tit . 3 . Conna . lib . 2 , c . 6 , & seqq .

C A P . IV.

*Deservitute; quomodo libertatis sit op-
posita natura, quod exemplu-
- declaratur.*

I. *Romanorum.*

Respublica Romana, iuxta com-
munem opinionem, uti erat liber-
tima, ex libero populo, ita quoque
merè liberos continebat cives. nec
civis verè dici poterat, qui non esset
in libertatis statu constitutus. velut
etiam Carolus Sigonius, lib. 4, cap. 1,
de antiquis iur. civil. Rom., incolas eius
sic describit, quod sint homines li-
beri, qui urbem agrumve Romanum
inhabitant. Et post: Optima, in-
quit, lege is mihi civis Romanus vi-
detur, qui domicilium, qui tribum,
qui bonorum potestatem est adeptus.
Etenim civis Romanus multis pri-
legiis erat donatus: esset cuiuscunque
ordinis vellet, unam ex triginta quin-
que tribubus habere cogebatur, nec
de capite ciui nisi in centuriatis co-
muniis agebatur, ut neque iniussu po-
puli Consules sententiam talem fette-
rissent: candidis vestibus incedebant,
quous

quoties solemnitatem peragerent : alias togati, &c. gestare aureos annulos illis licitum erat. *l. penul. de jur. an. aur.* Ius habebant suffragii & ingenuitatis : quibus licitum erat ea peragere & possidere, ad quæ libertus nullus poterat adspicere. *Rosin. lib. i de antiqu. Rom. cap. 20, in paralip.* Et *ix principio huius capituli* ait : Sæpe mentio fit in veterum scriptis libertorum, libertinorum & ingenuorum: quorum tamen vocabulorum propriæ significations non omnibus obviæ sunt, &c. non eodem (tamen) semper modo hæc vocabula accepta sunt. Primitis enim temporibus ita fuerunt distincta, ut *ingenius* diceretur *is*, qui ex duobus *ingenuis* sive *libertinis* natus esset : *libertinus*, qui ex duobus *libertis*. *libertus*, qui aliquando servitutem serviisset, & ex illa manumissus esset. Aliquanto autem post Appii Cæci Censuram, *liberti* & *libertini* pro iisdem accepti fuerunt; & tum *ingenii* dicti, qui vel ex *libertis* vel *libertinis*, id est, iis, qui aliquando servierant, & manumissi erant, fuerunt nati. Vbi tamen hoc discrimen inter duo ista *liberti* & *libertini* vocabula observatum fuit, ut *liberti* diceredur respectu patrono-

rum; libertini, respectu ingenuorum: & ita vocabulo liberti privatus quidam respectus: libertini. autem vocabulo publicus respectus, videlicet hominis conditio, significaretur, &c. Ita accurati erant in distinctione graduum & ordinis, ut non omnia omnibus in libertate plena competerent. Poteant quoque libertini ius annulorum petere; quod signum ingenuorum erat; sed tamen non poterant natalibus restituvi. Proinde donati annulo imaginem solam ingenuitatis, non autem statum habebant. *I. i C. ad l. Vescekkiam.* Annulorum quoque distinctio h.ec erat, ut ferreis servis, argentei libertinis, aurei vero ingenuis attribuerentur. *Ibid. lib. 19 Ezym. cap. 32.* Præterea liberti non admittebantur facile in curiam, quod tamen concessum erat certo respectu libertinis: nec ad publicum illis munus aut officium erat accessus, nisi apparitoris aut coauctoris. Sic & libertini filius aut liberti nepos iure meliore uti poterat, quum ipsi suffragium in tribu rustica concederetur: ast pronepos adhuc meliore iuris conditione fruebatur, utpote qui Eques Romanus effici valebat. Nihilominus liberti ad maiorem libera-

herratis statum admissi dicebantur , quum publica solemnitate vel testamento manumissi essent , cuius tres modi erant , *ceu notat Sigan. d.l. & Rosin. d.l.* ac numero Civium Romano- rum , cum patroni tamen respectu , ac- censebantur . Latini autem Iuniani solummodo minorem assequebantur libertatem ex lege Iunia Norbana , quum minus publice aut iudicialiter in prætorio , sed vel per mensam , aut epistolam , aut inter amicos , à patro- nis obtinuissent manumissionem . quos tres modos Icti naturales di- cunt . Dediticius vero libertus , ex le- ge Ælia Sentia , infamam accipiebat libertatem , nec dignus censebatur al- tiori gradu , si forte servitutis tem- po- re propter delictum aliquod in car- ceres publicos fuisset coniectus , aut stigmatis alicuius nota in fronte per- uultus . *Cuiac. lib. 5 obs cap. 13. & lib. 7, cap. 20. Reward. lib. 4 variar. cap. 9. & lib. de auctor. Prud. cap. 7.*

Sed neque hoc prætereundum est , quod libertate donati vestitu omni- no ab ingenuis & patriciis non tan- tum fuerint discreti ; utpote qui ute- rentur prætexta , ac raso capite pileum gestarent , ceu insigne libertatis : sed intexim quoque auribus pertusis .

O 4 signa .

Signa ferre coacti sunt; vcluti Romæ
venalium servorum notæ fuerunt;
sub corona starc, octeatos habere cal-
ceos, &c aures perforatas; strobilis aut
rotulis aureis ornatas pro vendibili-
ti modo, &c. Ros. in paral. d. l:

Eousquenimia semper & invidio-
sa aceréverat Romanorum superbia,
ut civitatis sue iura, libertatis ad-
modum duro, immò durissimo laboris
& virtutis precio communicarent sec-
vis, nec etiam facile alios vicinos in
libertatem natos reciperent. Civis enim
nemo ipsis erat idoneus, qui non aut
Romæ esset natus; aut in tali muni-
cipio, quod non modo munere ho-
noratio cum Populo Romano utere-
tur, sed & civitate & suffragii ratio-
ne ad æquatus. Qui mos ad annum
662 duravit, ubi populi Italici, pri-
mum Asculani, Vicentes, Vestini, Mar-
si, Latini, Peligni, Umbri, Marrucini,
Lucani, Samnites, coss. Sex, Julio Cæ-
sare, & L. Martio Philippo, bellum
vehementissimum contra senatum
populumque Romanum, inde, quod
lege Licinia ius civitatis & eius di-
gnitas, pro qua tot labores & certa-
mina plenis periculis sustinuissent,
denegaretur, suscitabant. Quum
enī multi ius Romanae societatis
appe-

appeterent, L. Licinius Crassus, &
Q. Mutius Scævola, Coss.; legem tu-
 lerunt, qua a cavebatur, ne deinceps
 ulli civitati Italix tribueretur ius
 Romanorum civium; sed ut singulæ
 suo iure essent contentæ. Quod quum
 in contumeliam suam & extremum
 contemptum vergere putarent Itali;
 detestantes tam inauditam super-
 biam, noluerunt indignissimo servo-
 rum loco haberi; & sociali conve-
 niente fœdere ac bello, & tam diu con-
 tinuo certamine enerxarunt super-
 biam Romanorum, ut non tantum
 exercitus eorum multis in locis fun-
 deretur, sed etiam usque ad sagas ite-
 tur, paulatimque oblinieretur, quod
 petebant; proinde quoque maximæ
 partii Italix civitas aperta data fuit.
 Tandem innumerabiles peregrini se-
 natores facti sunt. Quippe C. Cæsar
 quosdam è semibarbaris Gallorum
 recepit in curiam. de qua re vide Ske-
 tonium de bello sociali. vide Flor. lib. 71,
 & seq. Appianum lib. I de bell. civ.
 Plin. cap. 6; 75, de vir. ill. Aug. de ci-
 vit. Dei lib. 3, cap. 23. Plin. cap. 1, lib.
 3; natur hist. Eutrop. lib. 5, cap. 1.
 Oros. lib. 5, cap. 18. Strab. lib. 5. Plut.
 in Sylla. Ioh. Ros. in virt. Rom. p. 152, &c.
 Ex hac & aliis pluribus historiis con-

O S Stat,

113 R E S P U B L I C A E
Stat, quam insatiabilis libido subiu-
gauit gentes semper tenuerit Roma-
nos, quantum etiam vicinis, qui ta-
men quam optime de illis meriti
fuerant, opimiorum libertatem cum
dignitate inviderent. In omnibus
terræ partibus, ubi victores erant, ho-
mines penitus libertate exuebant, &
servituti destinabant satis crudeli.
Vestigia eius suppressionis adhuc pa-
sim extant, ut, ubi modi non fuerint
ulli ita inconvenientes, tamen mox
vari & mire excogitati prodierint
ad ipsorum informationem. Quod
si saltem Germaniam, relictis aliis
regionibus & provinciis, in exem-
plum pertrahere velim, satis manife-
ste apparebunt vestigia huius infe-
ctionis.

I I. *Germanorum mores, antea
semper libertati addictorum,
à Romanis infecti.*

Etenim Germaniam nostram ve-
ros servos nunquam priscis illis tem-
poribus habuisse, satis ex vietustatio-
ne & facie regiminis constat, ve
testis est Cornel. Tacit. de morib. Germ.
quum tamen apud cæteras gentes
omnia

omnia servorum essent plenissima.
Vult. ad § servari. Inst. num. 3. Quod etiam rite ad finem Knichius, de ve-
ficit. *Pact. part. 2, cap. 3, num. 3, & seq.*, dicens: Germaniam servitutis à Ro-
manis inventæ nesciana fuisse, veluti
per manus traditum, nostates adser-
tant. Eisi enim servi quoque domini-
nis addicti fuerant; attamen tanta
non erat potestas, tantusque nexus:
verum ipsis agricultura, nec non ar-
mentorum pecorumve greges de-
mandabantur veluti colonis, quo-
rum conditio adhuc in usu. *Jacob.*
*VVill. in Tacit. p. 1, cap. 33. quem sequi-
tur Beuth. in eund. cap. 43.* Quod au-
tem Tacitus tradit, vietum alea ser-
vituti fuisse mancipatum; per vicacia-
ja indicium est, & ipsi victori quo-
que probossum extitit. Subiiciens
enim se servituti spontaneè, indi-
gnus libertate existimatur. *I. 3. ff. qui-
bus ad lib. proclam. non lic.* Eiusmodi
fecinam per vicaciam referunt hodie
Sclavi ad tricennium ergastula con-
demnati, qui, dum ipsis quandoque
liberum permittitur abire, alesse
committunt, vietusque ad illa redit.
Constat itaque caritas servitutis apud
Germanos, eaque erat sat tolerabi-
lis. Numerus vero Romanis reperi-
tur,

tur, ut fideim nostris moribus furci-
let. *Lipf.lib. 3 annal.Taciti, f. 17a.* *pli*
ex Plinio notat, Cœlio cuidam Isidoro
quinquies mille servos tributos; & ex
Athenaeo, viginti millia, imo plures,
quosdam habuisse.

III. Franci maximè primi ser- vitutis introductores in Ger- maniam.

Cæterum Clodovæus primus Fran-
corum rex, quum Alemannos, id est,
Helvctios, Suevos, Bavros, Tyrige-
tas, Cattos, Misnenses, ad Tolbiacum
in Vbiis, circa annum Chr. 499, de-
bellasset, non solum hi, modo ne
perirent, servitutem polliciti sunt
perpetuam, *Trith.lib. 1 annal.Franc.f.*
40, ad fin., veruin etiam ille, ut nu-
quiam resistere possent, arma ipsis ad-
emit, servitutique mancipavit. *Paul.*
Æm. Clodov. I Reg. lib. 1 f. 7, cum
segg. Iohan. Tilius, chron.de Reg. Franc.
ad diff. ann. 499. Gulsel. Paædin. annal.
Burgund. lib. 1, f. 8.1. Nicol. Vignier.
chron. Burgund. ad ann. 499, fol. 18.
Iohan. Stumpf. chron. Helvet. lib. 3, cap.
57, & lib 4, cap. 27. Munst. cosma. lib. 3,
cap. 17. Et licet postinodum pluri-
mi

mi libertatem pristinam consequiti sunt meritis, prece, precio; atcamen aliqua ex parte remansit servitus. Reges siquidem Francorum aliis concesserunt non tam pro donato, quam beneficiario titulo fiscalinos, hoc est, Regis homines proprios re & corpore, des Konigs geeygnete knechte, deren lab und guet Koniglicher kamer unterz verffen Stumpf. d. cap. 27. In cuius testificationem unum referre sufficit: Ludovicus Caroli filius Einhardo Cancellatio pattis sui contulit praedia Michlenstad cum servis Regis proptiis quatuordecim, & uxoribus suis & liberis tredecim. Chron. Laurish ad ann. 805, fol. 64. Cuius sanctione Aldiones vel Aldianæ simili lege vivere tenentur in Italia in servitute dominorum suorum, qua fiscalini vel lidri vivunt in Francia. Ansègis lib. 4, cap. 102, &c. Quamvis autem proptii homines quoque vocitentur vasalli feudatarii, vel etiam subiecti feudi Regis, qui ejus ditioni subiiciuntur; d. auct. de paci. hū vest. cap. 5, num. 64: Atcamen nemo est, qui nesciat, vasallagium, cuius intuitu vasalli sic dicuntur, à mancipiis prælibatis longè lateque discerni; ut puta, quæ annexa sunt fundo, ciusve partes. censentur,

sive sit compositum; *die freyen anken*, id est, liberi coloni: sive simplex ut *frey & franck*, quod liberum significat.

Quod vero Clodovæus hunc modum subiugandi ex Romanis didictrit, non solùm ipsa res & tot diversæ servitutum species in eadem similitudine monstrant; sed etiam testatur Lehman, in chron. Spir. lib: 2, cap. 10; ubi ait: Quandoquidem Clodovæus apud Romanos observarat consuetudinem; quod illi vieti servitutem imponerent, atque hoc modo omnia illis belligrandi media abscederent; simili ratione severitatem & atrocitatem hanc suscepit, & Alemanno omnibus armis suis privavit, nec non loco eius, quod mares, feminas & liberos corum vita donaret, simul omnes in servitutem redigit, atque cum vita & bonorum potestate sibi appropriavit. Vnde ex antiquissima illa Germanorum libertate in tantum ruinari eos præcipitavit, ut nec ipse vindictam exercere bellicam, dum vel ad officia bellica apti amici stratus ullius munere dignificari possent; sed servi & libertati armorumque jure profus exuti cogarentur. Plena fuit servis & servitutibus

viritibus Alemania nostra , cuius magna pars hodie Helvetia est. nec est, quod sciam, montanus pagus aliquis Helveticus , qui , rebus Franco-ram florentibus , ducissimam illam servitutem non servierit. Extant enim tabulae veteres , quæ hanc rem clarissime testantur. *Vad. in epist. apud Goldast. tom. 2 antiqu. Alem. fol. 84.*

Ex. implum hoc postea Carolus Magnus secutus est , *Æmyl. lib. 2, sub Carol. M.* quum Saxonas & Westphalos evinceret; quorum regionibus servitutem hanc sic propriam fecit, ut non tantum disarmaret simul , sed etiam pro diversione novæ conspirationis nobilissimos eorum ultra triginta millia. è Saxonia extrusserit , & usque ad Coloniam Belgiumque expulerit , ibi sedes quæsitoros sibi atque constitutatos.

Ex Clodovxi temporibus , & circa annum Chr. 500 , durissimæ & improbissimæ servitutum hæ species magis magisque accrevere , ac se latissime pederentur effudere . Veluti etiam inancipati tales servi ingeniti multitudine ultra Rhenum transplantati sunt ; alii donationis mune- se aliis oblati , & undequaque in servitutem adeo distributi , ut oppida;

216 R E S P V B L I C A E
urbes, pagos & villas expleverint, &c;
Haec etenus Lehmannus ille.

A. V. *Historica deductio, quomodo
Saxones per aliquot secula liberta-
tem conservarint suam contra
quamvis vim fortim annus cum
correctione aliquot Hi-
storicorum.*

Non igitur Saxones quoque ab hoc
maliveneno, tam latissime serpentis,
cuti esse potuerunt. Namque licet
populus iste ita obstinate subiectio-
nis iugum excuteret à se, ut ad liber-
tatem quasi natus diceretur ; iuxta
Crantz. lib. 1. Sax. cap. 7 : tandem ta-
men idem, post tot exantlatos labo-
res & damna, eiusdem sortis rigorem
subire coactus est. Mira fortitudine
libertatem suam tam contra exteror
quam vicinos per aliquot secula de-
fendere non desierunt : subierant
ctiam pro vicinis multifaria pericula
boni publici & communis libertatis
Germanicæ caussa. Ante tempora
Ariovisti septies se Cymbris (qui ve-
teri Gallorum lingua Latrones voca-
ti sunt, quasi ex Vandalis, Danis &
Saxo-

Saxonibus collecti, *Krantz*: lib. i *Sax.* cap. 8, & 9.) submiserunt, & transcederunt Alpes; totamque iuvaserunt Italiam incredibilem exercitu. Iul. Cæsar ipse describit satis, qualem defensorem patriæ & adiutorem vicinorum se Ariovistus ille cum suis Saxonibus præstiterit: sic & Harmenium heroem expertus est Quintilius Varus astucum & fortissimum inter Amesin & Lippam fluvios. *Bunting. in chron. Brunsv.* p. 6. Qualem Samsonis opus invicto animo Swertingus Princeps Saxonum, quem ex motte Hanehi vestigales Danis Saxonnes redditi essent, pro libertanda patria ex servitute subierit, ut se simul & Regem Frothoneum Daniæ paratus omnibus ex composito quo conflagrandæ domui inservirent, fortiter combutendos tradidet, id constat ex historiis. *Crantz*. lib. i *chron. Sax.* cap. 11, & 12. *Bunt. d. l. p. 8.* A qua parte Germaniæ hostis ingueret aut immineret aliquis, illi socios se contemnissuis fideles obtulerunt, adeo, ut propterea quoque ferme per etia secula, ceu homines integræ solidæ que fidei, simpliciter, & nullius gloriae cupidi, qui solummodo publicam communis patriæ salutem in conser-

.228 .RESPUBLICÆ
vatione sui liberi status respicerent,
atque in bonum hoc omnem confa-
rent opem , absq; privato ambitioni
aut commodi respectu , suis nomine
etali vicinis & congenilibus adscripti
fuerint , velut etiam plerumque sub
Cattis simul sunt comprehensi; ut re-
Et hoc annotat Krantz. d. l. cap. i.
Namque aliâs , quoties in quiete vi-
tam illis transigere datum fuit , mo-
destè in summa castitate absq; luxu-
rioso vestitu & æquitati unicè addi-
cti interfese vixerunt. *Buntin. d. l. p. 4.*
Vigilantissimi tamen interim suæ li-
bertatis semper fuerunt vindices , qui
omnino nequirent jugum alterius
ferre Domini. Proinde , quum rato
essent absque motu , & congeniles
lubenter eorum uterentur auxilio ,
paratos se exhibuerunt iis ex omni
parte , maximamque coluerunt cum
amicitiam cum Francis. Vnde tem-
poribus Diocletiani , Imperatoris il-
lius ultra mortalitatem truculentissi-
mè superbi , circa an. Chr. 300 , Franci
cum Saxonibus mare per Armorics
& Belgicæ tractum infestarunt. *An-*
Elares sunt Eutrop. lib. 9. Oros. lib. 7,
cap. 25. Dehinc cum Francis partim
Romanorum beneficiis deleniti , par-
tim cladibus fracti , continuerunt se

intrat fines suos usque ad Valentinianni Imperium circa anno Chr. 370. Tum enim, cum Francis renovata societate pristina, coniunctis vitibus terra marique Galliam depopulatam suat, quod Alemani & consortes illorum ex ea parte mite infestantur ab Imperatore. ubi & Saxonum nomen iterum inclatescere cœpit ob fortia facta, ut prima irruptione Saxonum in Romanos limites ducta fnerit. *Ammia. Marc. lib. 27.* *Bucholz. chron. p. 218.* Sic etiam quum Attila ille, Hunnorum Rex ferocissimus, totius orbis terrarum imperium mente conceperisset, & ex oriente circa an. Chr. 451 in occidentem venisset, nec non Germaniam spe predæ & subiugationis obruere totam tentaret, exercitu ad septingenta millia militum coacto, prope careretque in Galliam, quam prope occupasset, nisi fortissimus ille Romanorum Consul Aetius, auctoritate Theodosii Imperatoris, inserat alios Theudoricum Gochorum Regem quoque in auxiliu contra communem omnium regnum hostem advocasset; tum maxime Saxones Attila & Hunnis, tanquam potissimi zelotes & vindices libertatis, in prima acie oppositi fuerunt.

220 R E S P U B L I C A E
Bunt. Krantz. l. d. cap. 23. Bunting.
d. l. p. 10. Clodovæus Rex Franciæ,
anno Chr. 514 mortuus erat; & qua-
enam reliquerat filios; Theodoricum,
qui Metis regnabat annis 27; Clodo-
mirum; Clotarium; & Childebertum
Faciliis gubernasset: quippe divise-
rant inter se amplissimas regni pro-
vincias. Primus horum Theodoricus
alèbat discordiam cum Rege Thuri-
go Ermengrido. quem, quum non
iusti facile expugnare posset, ac, ne Sa-
xones in societatem belli Thuringis
accederent; ex consilio Procerum
Saxones ante omnia cum magna
agrorum promissione in suas partes
perstraxit. qui nec difficulter iavitati
promissa quidem arripuerent: at, si noa-
cautiores fuissent, clanculariam pa-
cem in exitium eorum cum debellato
Ermengrido iniisset. Nihilominus
Theodoricus promissam Saxonibus
terram cedere coactus est; & urbem,
quam expugnaverant, perpetuo habi-
sandam donavit: ubi postea arcem
ad montem eum, quem Unstruda al-
luit, in perpetuam rei memoriam, &
ut ea termini discriminati utriusque
regionis indicarentur, erexerant; quia
adhuc Elector Saxoniæ tanquam per-
fectuam in ditione sua possidet.

Dum

Dum in hoc retum statu (*ais Krantz. d.l. cap. 29*) Saxones age-
rent, Franci pacati, Thuringis (qui-
bus Franci præerant) non molesti;
quod terras à Franci permissas inco-
lerent; Albinius Longobardorum rex,
iam diu in Pannoniis sedens , per
Narsensem Italiæ Præsidem, quem So-
phia Iustini Imperatoris coniux in-
signi eunuchi iniuria affecerat, voca-
tus fuit.. Atque is ex Saxonibus, Lon-
gobardis, Gepidis, Bulgaris, Sarmatis.
Pannoniis & Suevis quum ingentem
exercitum anno Chr. 568 collegisset,
felicique successu Italiam prope to-
tam excepta Roma occupasset, Saxo-
rum ope potissimum floruit , & re-
gnum novum sibi ibidem , quod per
206 annos usque ad Caroli Magni
tempora duravit ,: quidem consti-
tuit. Verum Saxones (*verba sine
Krantz. cap. 30*) quum aliquandiu-
sub Longobardis in Italia milita-
sent, pertæsi alieni imperii, qui se ad
libertatem natos arbitrarentur , in-
patriam respexere. Accessit Franco-
rum Regum non obscura suggestio:
Quid vellentir Italia servire, qui in-
libertate nati . siam aliis (si satis ni-
terentur) imperarent. Vrebatur quidem
Francos gloria Longobardorum, quod:

occupavere provinciam, & dominium gentium tam facile cœpissent, imminerentque terrore vicinis gentibus. Quocirca volentes Longobardorum Franci potentiam minuere, tale aliquid Saxonibus per submissos instillavere. Facile persuaseris homini libero, suo iure vivere. Non surda auro Saxones accepere, in quod sua sponte propendebant, &c.

Interea autem, quum per 15 annos absuissent, ex conniventia & approbatione Regis Francorum totam proprie Saxorum sedem occuparant & suis posteris destinatæ Suevi cursus; & sui quoque redditus iter omne illis præcluserat armata manu Ennius Mummulus Romanus. Vnde, prius repulsi ex via, coacti sunt fœdus inire cum Sigeberto Regem Francorum Merensi sive Austrasiæ, ut ita non sine difficultate ad suam redirent per tot aspergadama patriam. Imo quum Suevi ita plane cedere nollent, ut etiam a filio titulo Sueviæ Saxoniam nominaret, & confictioni acerrime succubuerint Saxones, donec tandem adiumento novo Regis Francorum non sine oppignoratione libertatis expulerint Suevos; exanco're se converterunt ad novas leges patræ con-

fingebras, quibus inter alia muliebri
 sexui imposuerunt, ne ullacuiquam
 ex Suevorum natione nuberet. sub
 pœna exclusionis è paterna hæreditate.
 Vnde Saxonici iuris aut speculi ori-
 go pro parte emersit. quod postea ex
 consuetudinibus Francorum, quum
 ipsis tandem quoque vectigales redi-
 derentur, variis modis adauctum &
 demum ex variis opinionum anfra-
 ctibus conflatum fuit. ubi simul
 mulierum conditio in multis dete-
 rior facta est. Qui certè primus la-
 plus, quod cœperint à libertate de-
 viare, & posteros suos ad gradum ali-
 quem servitutis proptia adstringere
 culpa. Atque ista heicem in finem
 monentur, ut iuris Saxonici, quod
Speculum dicunt, & *Landrecht*, vera
 origo, in qua omnes prope Commen-
 tatores, ac Historici, ipse quoque
 Elissator, ut refensit Krantz. d. l.
 in fin. cap. 30, mire hallucinatus est,
 clarius percipi queat. Quamvis au-
 tem ex eo tempore novæ successionis
 suæ in patria firmiorem sedem nova
 constitutione Reipublicæ per 50 an-
 nos prope adornata studuerint: acci-
 dit tamen, ut, postquam Clotharius
 Rex Franciæ, quem' alii Lotharium
 recte vocant, Dagoberto, an. Chr. 624,

234 R E S P U B L I C A E
regni· sui eam partem quæ Austrasia
dicta fuit, maximam Germaniæ par-
tem complectens, ex Metensi Regia
tradidisset regendam ; Bertoldo, sive
Beroaldo, quem etiam Regem Frisiae
alii dicunt, (*vide. Seth.. Calvis. in Chro-
nol. b. an.*.) Duci Saxonum , vicini
Regis potentia , utpote qui etiam
Thuringiam possidebat , suspecta vi-
deretur , atque occasionem omnem
imminuendi vires eius quereret.

Ortum est igitur bellum anno Chti-
sti 630 inter vicinos de finibus , ve-
lut quoque antehac discordiæ fue-
rant ex terminis Thuringicis. Dago-
bertus copiis validis in Metenli re-
gione peratimatis Rhenum traicit ,
ducturus eas in hostem. Nec segnis
Bertoldus Saxonum Dux , ad arma
vir impiger , jamdudum quoque bel-
lum sitios , iuveni Regi Dux vetera-
nus occurrit. Conseruntur manus , &
gredi utrinque prælio multi cadunt.
Dagobertus acri certamine premitur
ab opposito Saxone , ut , decussagalea ,
partem cutatam capitis cum adha-
rentibus capillis interram demitte-
ret , &c. Ergo attritus exercitus sui
viribus , paulatim se retraxit Dagobertus , victoriam permittens hosti.
Krantz. d.l. cap. 31. Mittit igitur ad
patrem.

patrem Clotharium, qui auxilio ad-
venit filio, & ad Ingelheimum acer-
bito prælio cum hostibus pugnans,
Beroaldum Saxonum & Frisiæ regem
obtruncat; Adeoque pertinaciter per-
secutus est victoriam, ut omnem Sa-
xoniz provinciam igni ferroque va-
staret; nec abiit donec prodeentes ob-
viam proceres de pace agerent. Sum-
ma fuit, ut Saxonie, annuo Francis
penso tributo, dominos ac maiores
suos agnosceret. Regnaverat Bertol-
das annis sexaginta. cui, beneficio
Clotharii, Adgillus successit in Frisia:
at Saxones sibi postea elegerunt Re-
gem Sieghardum. Verum, quod ita
Franci tributarii redditi essent, mor-
debat acriter Saxones. Proinde capta
occasione, quum Winuli ex gente
Vandalorum, quos alii Winnidos di-
cunt, tum in ea habitantes provincia
quæ hodie Brunsvicensis est, in Thu-
ringiam irrumperent, Saxones mise-
runt ad Dagobertum, se se offerendo,
quod essent Thuringiam ab omni in-
cursione liberaturi, si ipsi à tributo
liberi & amici Regis in reliquum
tempus scriberentur. Quum itaque
Franci per Saxones reddita esset sua
Thuringia, Saxones non tributarii, sed
Franci foederari habiti sunt anno.

Chr.

Chr. 640. Tum vero Saxones iterum, quum tot periculis edocti essent, ut correctius suuni stabilitent regnum, ad comportationem legum, iuxta consuetudines Francorum ac Lombardorum, ex quorum plurima dicerant moribus, se converterunt. Etenim necessitas hoc exigebat, ut correctius cum Suevis, qui non penitus expelli potuerant antehac, convenirent. Namque Suevi iam pridem moribus Francicis se accommodaverant, & introduxerant multas talium iurium consuetudines, à quibus olim penitus Saxones abhorruerant, utpote qui semper magni libertatis filii & vindices dici expecebant. Quare, velut inter alia multa, etiam heic errat Pomarius, in *chronico suo Saxoniae*, pag. 14, quod sub Iustini annos, circa annum Christi 526, statim post obtentionem partis Thuringicæ terræ, Etmenfrido interempto, Saxones suum ius in tranquillo vitæ statu confec-
runt. Quamvis non incompte iisdem honestam adscribat vitam, quod se-
quendum legem naturæ adeo decen-
ter vixerint, ut interfese unice aqui-
tatis normam respexerint: Attamen statim idem inculcat, quod nimium studio Romanæ divinationis & ido-

Iolariæ addicetus ipsorum fuerit genius: Vnde etiam ipsorum admodum corrupta sint iuræ, & leges, quas sibi in ea vanitate confinxerant. Intercessit autem totius seculi spaciū , & ultra, priusquam ad tranquillitatem aliquam pervenerint: Quām tot à tempore Theodorici Regis Franco-rum Austrasiæ , & longè plures, quæ ob defectum Scriptoris non annotata sunt , intervenierint historiæ.

Error Chronicī Buntingi.

Sic quoque Buntingus non levem errorem *in chronicō suo Brunsvicensi* duplici modo committit ; dum ita inconsideratè in annorum supputatione Saxoniarum Reges Sieghardum & Theodoricum connectit , ut alterum anno 630 à Saxonibus, continuo post cladem à Lothario & Dagoberto Regibus Franciarum acceptam , electum, & hanc tanquam eius filium substitutum , qui anno Chr. 723 à Carolo Martello captus sit , faciat : quasi hibini Reges totius seculi cursum in gubernationibus compleverint. Testatur autem historia de vita Suitberti Episcopi Westphalorum & Ultraiectensis , quod Saxones Duce Brunone ad-

238 R E S P U B L I C A E
admodum atrociter vicinos suis
Bructuarios persecuti fuerint, gravi-
terque eosdem affixerint, quod reli-
gioni Christianæ nomen dedissent.
Velut quoque ex suis, tempore Chil-
deberti, quum Justinianus I I cude-
lis Imperium, auxilio Bulgarorum,
recuperasset, circa an. Chist. 708, ex-
pulere diuiniis, quotquot Christi
nomen professi fuerant. Vnde Sui-
bertus, quum locum nullum am-
plius propagandi religionem haberet
relicuum, Coloniam ad Pipinum
Caroli Martelli patrem reversus est.
Constat igitur ex hoc, quod alius ad-
huc Bruno fuerit ante Warnekindi
filium Brunonem; qui frater fuit Wi-
tekindi, & ante huius ex Wigberto fi-
lium Brunonein, quem huius nepos,
Bruno videlicet quartus, secutus est;
qui inclitam urbem Brunsvicensem
anno Christi 861 condidit, & eideat
ex se nomen dedit: quū solummodo
Buntingus trium mentionem faciat.
Sed ipsa computatio annorum sit
cius errorēm dēregit. Forrassis hoc
ipsi imposuit, quod Krantzus, lib. i
Sax., cap. 32, inter histōriam Thu-
ringiae Dagoberto Regi Franciæ à Si-
xonibus restitux, & Caroli Martelli,
tam exiguum relationis interstitium
inser-

interponat , atque omnia tam conci-
se constringat , nec non statim capite
ultimo tam insignis Herois , quem
malleum hostium vocat , facta stu-
penda subne^ctat ; quum tamen à Da-
goberto I , quem Magnum dixer^ere po-
puli , usque ad Theodoricum Dago-
berti II filium , decem Reges Francie
mortui sint , & pene totius interea
consumptum sit seculi tempus . Nec
omnia de Saxonibus constare potue-
runt , quum eorum non fiat mentio ,
nisi us motus cum talibus fuerit vi-
cinis , qui clariores consecuti sunt
scriptores . Paucis itaque persequitur
hoc quod ad continuationem faciat
eius discordia , quæ prope Saxonibus
perpetua fuit cum Thuringis . Ait :
Assiduum deinde bellum Saxonibus
intercessit de Thuringia , Francorum
Provincia ; in cuius finibus iam , quia
Saxones non nihil iuris elaborando
quæsietant , cotidiana de terminis
erat quæstio . Sed & Francis Chri-
stianis Principibus odiosum erat Sa-
xonum nomen , quod adhuc gentili
sorderent errore . Quocirca Carolus
Martellus , Pipini Brevis filius ex Al-
piade licet pellice natus , (quem me-
rito Krantzus , lib . I , cap . 33 , vitum il-
li seculo felicissimum vocat ; qui nisi
cont-

240. R E S P V B L A T C A E
contigisset, actum fuisse de Gallis,) aulæ præfectus, (qui Maior etiam donus dicebatur,) pacatis in occidente rebus; quum Saracenos suis & Romanis provinciis expulisset; conversus in alterum latissimæ ditionis angulum, etiam illum purgate sordibus constituit. Saxones erant ea tempestate dæmonicolæ, & qui Christianam religionem adsperrarentur, ait *Krantzius*. In eos conversus Matellus, bellum instituit, & bellum inchoavit, quod demum nepos eius ex filio Caroli Magni peregit. Tanta molis erat, Saxoniam gentem à patris ritibus avertere. Magno tamen tum bello pressi Saxones, & exhausti, Carolo quidem Matellocum manus dedere, componentes cum illo per quilibet conditiones pacem; sed leges Christianas accipere nequum consenserunt, &c. quæ peracta sunt circa annum Christi 740. Ita quoque post obitum huius patris sui Carolmannus, Princeps religiosus, circa m. 745 in Saxonias exercitum duxit, & eos quidem tam perdonauit, ut legibus seculi parerent ad æquabilitatem: Sed Christi religionem neque verbis suadere nec armis inducere poterat. Proinde etiam Pipinus, simul.

ac Coronam regiam obtinuerat , anno 751 , pro prima expeditione hoc suscepit , iuxta Krantium , ut arma in perfidos Christo Saxones verteret . Migno igitur in eos apparatu ducens , bellum iis gravissimum intulit ; sed tanta fuit gentis moles , ut non statim ad mutandam religionem armis cogi posset . Ea igitur expeditio frustra fuit , licet repetitis vicibus idem tentat . Peracta talia sunt sub Duci bus Theodorico & Edelhardo ; qui , strenui & fortes , adeo sc̄e communi accommodare populo , ad iugum alterius ferendum prorsus insuero , ubique cogebantur . Qamvis igitur recte dicat Krantzus , *d.lib. 2, cap. 21,* (ubi merito compilatorem & glossatorem speculi Saxonici , propter ignorantiam temporis & suggestionem plurimum falsitatum , quæ evidentiam suam undique produnt , reprehendit & exagitat) quod exigua satis civilitas gentis huius fuerit , nec tempore Caroli Magni leges ab initio quæscint ; utpote qui contenti iis vivere poterant quæ universo orbi satis essent : tamen res ipsa loquitur , & tam multiplex fortisque reluctatio , quod nullatenus in confusione vixerint , qui toties dissipati tā faciles potuerint

Q *recole*

242 R E S P V B L I C A E
recollegere vires , & bono edere sem-
per ordine. Quin & tacitis moribus
imbibabant ex tot calamitatum &
persecutionum informatione, ac con-
versatione Francorum, Longobardo-
rum & domesticorum Sueorum,
quod non diu potuissent inter se rite
convenire, aut servitutem toties ipsis
destinataam a se propellere , nisi ordi-
nationum & legum & hominum ob-
servassent. Ita enim pridem inter eos
convenerat, ut essent inter se se bipar-
titi : quum alii dicerentur Nobili,
qui primarii erant in expeditioni-
bus , incursionibus aut defensioni-
bus ; alii Ignobiles. Distributi vero
omnes erant in duodecim ditiones
vel pagorum provincias; atque unus
quisque locus designatus suum habe-
bat Directorem aut Principem , qui
bus demandata erat boni publici cu-
ratio. Ideoque singulis mensibus, aut
quoties rerum necessitas hoc exigeret,
inter se conveniebant deliberationis
ergo, ut ea in tempore disponerentur,
qua ad status conservationem face-
rent. Cui conventui olim, velut ei-
iam universo regimini, unus quis eo-
rum per anni spacium alternatum præ-
sidebat , & iudicabant etiam ipsis ei.
Adelungis adiuncti lites controversas.

Quod

Quod si vero hostilitate aliorum pre-
miceretur, ut: luridum ille, sub cu-
ius præsidio Saxones infestarentur,
atque quicunq; maximè virtute animi
prævalere noscerent, elgebatur in Re-
gem, ut Dictaturam quasi & expedi-
tionem totam p. riceret, quam diu
duraret periculum, aut res in dubio
erant politæ. Vnde factum est, quod
non faciliis mutatio sit admissa, pro-
pter experientiam rerum, & clarita-
tem nominis. Quod tamen diversi-
mode Buntingus in *chren. Brunsf. pag.*
14, f. 2, & Poncianus in *Saxonia
chronico, pag. 50,* & libenter ipsi
contradicione recensent. Sed quod
mutatio non adeo facilis fuerit, ipsi
in antecedentibus, & familia Theodo-
rici, confitentur: velut etiam ciu-
modi more in Saxonice genti in li-
bertatis suæ administratione, in signis
ille & historicorum Germanorum
antesignatus Reynerus Renecius,
*in comment. suo ad Annal. Poet. de Ca-
rrol. Mag. lib. 1, pag. 13,* adscribit. cuius
verba notatu dignissima hæc sunt:
Duces provinciis præterant, & rem
militarem curabant; Comites ius di-
cebant, & Ducibus parebant. Docu-
menta omittere. Interim utrique ex
Adelings creabantur. Hac voce No-

bilitas intelligenda; ea, inquam, quæ
nunc die Herrschaft. nam Equestris,
quæ vulgo Ridderschaft, aliis olim ap-
pellationibus veniebat. quæ ex anna-
libus, diplomaticis, aliisque id genus
instrumentis & monumentis peten-
da. Neque vel Duces vel Comites,
ulla hæreditaria successione gaudie-
bant, sed pro Regum arbitrio crea-
bantur, sic, ut dignitates illæ Nobili-
tati communiter paterent, nec ad fa-
miliaς restringerentur. Atque inde
tot in annalibus Comites, plerique
etiam Duces, absque locorum men-
tione relati, et si metica interdum
huic consuetudini derogarunt. quæ
de re Agilolfingorum è Lege Boiaica
exemplum in medio. Eadem multa-
rum aliarum Domorum fors extitit,
donec κεφήλαι exempla in legem ver-
sa. Vnde ius feudale, & inde rursus
hæreditariæ successiones, tandemque
hæreditarii tituli, qui per Germa-
niā hodie in usu. Nam ut exter
gentes varient, notum est. Hactenus
ille. Mos sane eiusmodi non impro-
bandus fuit; quum hoc modo omnes
vix, portæ, & fenestræ ad virtutem
apertæ steterint cunctis simul mor-
talibus istius nationis, & quisque
stimulo actioni conceitus fuerit ad
hanc

honestateni vitæ rectius decurrentiam. At nunc vix amplius locus patet pietati, iustitiæ, integritati, fidei, & veritati; dum sic præclusæ sunt iis fores qui ex ingenuitate & candore pio vitæ normam sibi conficerent gestiunt; atque vix ita veriori culturæ quid restat: ut omnia ad scopulos adstricta hæreant suos, & inde libertas vera servituti captiva ducatur. Vnde tum quoque apud Saxonas ea magis decresc: recæpit, quum nimium affectu moribus alienis sese accommodarent, & plures servitutum species, Romanorum imitatione, induerent.

Locus notabilis Reyn. Renecci.

Quare idem Reyn. Reneccius, *d.l.* 4, *p. 59. fol. 2, & 60*, in illos proprium tetorque detectum, quando tacitam sic insinuat exprobationem iisdem. Quatuor, ait, differentiis Saxonum gêns consistit, Nobilium, Liberorum, Libertorum, & Servorum. Totidem lege Saxonica inculcantur; sed pro Libertis Liti memorantur. Totidem à Witichindo Monacho, *lib. 1*; nisi quod is denominaciones omissit. At Nithardus, in *historia de dissensionibus filierum Ludovici Pj*, tantum tres ad-

Q. i stuit:

245 R E S P U B L I C A E
struit : Edlingos , Frilingos , Lazzos .
Res tamen eodem re i. t. Ut enim re-
ticoam , Lazzos (*die Lassen*) etiam ab
auctore Speculi Saxonici , *lib.* 3 , art.
44, non ignorari ; Lex Boiaica , *cap.*
11, *tit.* 10, derivavit inde Fridlatzos .
Sunt itaque Lazzi Servi ; Fridlatzi Li-
berti sive Liti . Quanquam de his no-
va ~~ercentur~~ nascatur . Sed definitores
legis Ripuar. *tit.* 64, §. 1. Vbi Litus
tributarius exponitur . Hinc Litus
concipio servos manu missos , sed in-
terim patronis certis con litonibus
obligatos . Stabilit eam conjectum
talis Ludovici Pii Constitutio apud
Ansgisum lib. 4, c. 102 : Aldionesyd
Aldianæ ca. lege vivant in Italia in
servitutem dominorum suorum , qua
Fiscalini vel Lidi vivant in Francia .
Stabilit lex Saxonica ; *tit.* 10, §. 1 :
Quicquid Servus aut Litus iubente
domino perpetravit , dominus emen-
det . Stabilit Frisorum , *tit.* 11 : Si li-
tus semet ipsum propria pecunia i
domino suo redeinerit , &c. Attexa-
mus dehinc cetera , ad scholam hanc
pertinentia . Nobiles eodem modo
assignantur Frisiis lege ipsorum , Bur-
gundis Gundobadi , Longobatdis
Rotharis & Luitprandi legibus . Nam
Paulus Diaconus , *lib.* 1 , *cap.* 14 , Lon-
gobat-

gobardicos Adelingtonos dixit. Et idem nomen de Anglicis invenias in Anglorum & Thuringorum lege. Re autem & veritate Nobiles sive Adelungi hi erant, de quibus Comites nonnulli in hunc usque diem vocantur *die edlen Herren*. Etenim ut Saxones ex iis Magistratus suos, id est, Principes, legebant, & belli tempore e Principibus sive Regem sive Ducem defuncebant; ita Franci, Saxonum domini facti, ex iisdem Comites & Marchiones designabant. Exempla subministrant quæ sequuntur. De libertis id ἀπλάτως teneatur, qui quartuor mansos (hac appellatione certus iugerum numerus veniebat) possiderent, ipsosmet militare: qui pauciores, certa proportione coniungere se coactos. Consulenda ad Longobardorum legem Caroli magni appendix, cap.; Prodiere igitur hinc, qui οἱ ξοχλοὶ dicti Liberi, seu Liberi domini, ut speculum Saxonicum, lib. 3, art. 45, die Freyen, vel Freybern. Prodiere Milites, die Ritter: & inde Militares, die Ritterschaft. chronicis Saxon. Aet Gutemann, hodie propriæ Nobiles; die Lonckern. et si hoc nomen alter eadem chronica usurpet. inde, qui voler, repeat. Postremo de servis

Q 4 adda;

243 REPUBLICÆ
addo, eos lege Lombardica duplices
indicari; Ministeriales, & Rusticos.
De illis agit tit. 32, & seq. de his tit. 44.
Et Rustici quidem servi etiam nunc
in Westphalia superant; ii videlicet,
qui vulgo die *Eygene* vel *Eygene leut* di-
cuntur. Ut Litos quodammodo re-
presentent, qui tam per Ostvalorum,
quam per Westvalorum Saxoniam,
vicos & oppida incolunt, &c.

In his satis luculenter monstrat
optimus Historicus Reneccius quis
status Adelingorum sive Nobilium
fuerit à principio, & quomodo suc-
cessu temporis etiam is in varios gra-
dus diremptus sit. Ita quoque gradus
servorum ordinat fuerunt quidem:
verissimum tamen est & manet, quod
quacunque servitutis appellatione
omnes omnino species subiectionis
veniant vocandæ, quæ juris aliquid
ac potestatis in persona producunt;
sicut & Libertatis appellatione om-
nis conditio accipienda est, alieno
iuri non subiecta. Secundum ex pto-
re fluit, &c. *Frid. Husanus de him,*
prop. cap. 2, n. 35. Quum itaque servi-
tute nihil durius, neque hominis na-
turæ quid magis in ingenio contra-
titum sit; proinde quidem tam spe-
pro calamitatum & temporis ratione

Saxoni

Saxones tum cum Carolo Magno pacem inierunt. at propter aversationem & metum servitutis, quod ignobile onus & contemptuosum sibi putabant, sapienter ruperunt vinculum hoc, & pristinam anhelarunt libertatem; quamvis neque eam amplius, ut iam dictum est, integrum obtineant. Vt plurimum igitur quum ducententur inclinatione in suos genuinos, & quos ipsi sibi electione sua prefecerant, Principes & Reges, exinde minus adfuefieri poterant exterritum iugo, praesertim eorum, quos ita impensis semper odio persequebantur, ut superius notatum fuit. Ac nisi Carolus Magnus se ingegno populi huius accommodasset paululum, ac Witekindum sibi reconciliasset prudenter, æmulationes sustulisset, & separationem atrociorum instituisse; inclinationem maioris partis vulgi non ita facile, neque vi extrema, lucratus fuisset. Sinedubio enim (ait itid. Renec.) tanti viri exemplum non modo apud Abbonein, sed & apud ceteros Proceres valuit plurimum. Sic paulatim illis placatis, condi etiam Episcopatus per Saxoniā cœpere, &c. Interim ut æmulos & invidos rei belligerens nemo effuge-

Q. S. rit;

250 R E S P U B L I C A E
rit; ita & in Saxonum Principib[us]
reperti sunt, qui Wittekindo invide-
rent. de quo argumento supra. Cum
iisdem multorum capitum bellum
multitudo facere, in primis pertin-
citer adversari, atque in armis perse-
verare, quibus bello belliique licen-
tia opus est, solita fuit: donec Cato-
lius Transalbinos, vel, ut alii, utram-
que Albis ripam accolentes, cum
uxoribus & liberis in Franciam mi-
grare coegit, seu, ut Eginartus in vita
Catoli loquitur, huc atque illuc per
Galliam atque Germaniam multi-
moda divisione dispersit, pagosque
corum Obotritis Sclavis attribuit.
Eadem severitas forsitan reliquos te-
belles fregit, & ita fregit, ut com-
muni consensu anima depositent,
iisque, quæ partim Catoli Bremeri
diplomate, *apud Albertum Stad.* pag.
81, & seq., *Adamum Brem.* lib. i, cap.
10, *Crantz. Sax.* lib. 2, cap. 15, *Me-
trop. lib. i, cap. 7*, partim ab auctore
Annalium, exponuntur, conditioni-
bus compositione admiserint. Tem-
pus non, ut auctor ille iam dictus,
annum DCCC III, sed DCCC V, ap-
pono. Quum enim bellum adversus
Saxones decretum & inchoatum sit
anno DCCC LXXXI; duravit annos

XXXIII; quod utrumque ab auctore
Annalium adseritur, repetiturque
 alterum ab *Aimone*, l. 5, cap. 4, *Ada-*
mo Brem. lib. 1, cap. 12, *Crantz. Sax:*
 lib. 2, cap. 9: finis cadat, necesse est in
 annum DCCC V. Huc usque *Glossa*
Reneccii in auctorem *Annalium*.
 Catina vero eius sic se habent, lib.
 4, Indit. x:

Tunc sub iudicibus, quos Rex impone-
ret, ipsis,

Legatusque suis, permisi legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore.

Hoc sunt postremo sociati fædere
Franci,

Ut gens & populus fieret concorditer
unus,

Ac semper Regi parens aequaliter u-
ni, &c.

Hac igitur pacis sub conditione fide-
les

Se Carolo, natusque suis, stirpique ne-
potum

Ipsius iura & cives per se clausures.

Quos per ter denos & tres tam duri-
ter annos

Linguere protracti penitus conamina
belli

Pius Regis pietas & munificentia se-
cit,

Quam

Quam terror. Nam se quisquis comisera-
cious
Egregia fidei, ritus spernendo profa-
nos,
Hunc opibus ditans ornabat honoribus
amplius.

C A P. V.

De callida & secreta quadam servi-
tutis dura suggestione, & e-
ius effectibus diris.

Quod igitur Romanorum nemo
 aut Imperator aut Heros omnium
 contra Saxones vi & armis à tempo-
 ribus usque Ariovisti (quem tanti
 censet Iulius Cæsar ipse in lib. i detell.
Gall. anno ante Chr. Sal. nost. nat. 58)
 obtinere potuit ad annum 805; ut
 ita in lucta libertatis, priusquam ad
 servitutem abripi potuerunt, 86; an-
 nos consumpserint Saxones: id tan-
 dem post tot secula non sine ingenti
 labore & artificiis variis perfecit ma-
 gnis ille heros Carolus. Vnde illi
 merito quidem insignis adscribitur
 æternæ laudis gloria. Nihilominus
 tamen speciem aliquam & vestigia
 adniendum dura truculentiae alicuius
 in eo raliquit, (ut aiunt historicis)
 quod

quod nova protus inauditaque forma contra ius & æquitatem naturalem constituerit quoddam Iudicium occultum in Westphalia & vicinis ei locis, quod ita inhumano protus modo erat conceptum, ut absque ullius causæ cognitione homines suspecti, tanquam consci, obtorto collo statim, cum iniectione laquei, à Scabinis (iudices sub præsidio aliquius Comitis ita vocabantur) ad patibulum vel potius depucatam aliquam arborem abriperentur. Namque tum demum cuiusque criminis iudicio illi rectegebantur, quum præpostere in executionem essent rei abducti, & è medio pridem sublati; & simul à Freygravio sive Comite libero pronunciata est sententia talis absqueulla vera propositione criminis, quod secundum in ea solida occulti bani, homo ille malitiosus rite, iuxta meritum, suppicio iusto affectus fuerit. Vocabatur autem iudicium illud cruentum *Veem-gericht*; velut propter hanc crudelitatem subditi cogerentur illum Germanicum dolorem *Vee* exclamationibus indignis exprimere, quasi *væ væ*, nobis ex hoc iudicio quod ortum est. Pomarius, in *Chrem. Sak.* pag. 19, & alii, ex suggestione

stione Leonis Pontificis id ita institutum aiunt. Vnde & Iurisconsulti dixerunt judices eos Bansellos, & Viennaros. Quod etiam Visurgim transferat; & per aliquot secula dirissime exercitatum fuit. Propter moderationem vero administrationis non tantum Archiepscopo Coloniensi eius inspectio est concreta, sed etiam Fridericus III Imperator castigationem & correctionem adhibuit. Nihilominus avaritate hoc flagellum crudele adeo torsit homines, ut non desierint Banselli sub ea specie tyranidem exercere suam. unde publicæ querelæ in Comitiis Imperialibus alij quoties propterea in statuæ fuerunt, quum iurisdiccionem non verius sint illi iudices ultra terminos extendere, & ad suam ex alieno territorio retrahere executionem. Ex quo factum est, ut etiam alijs confusiones iudiciorum introducerentur, quæ multis concusserunt terriculamentis subditos Magistratum. Iniquitatem & vehementem atrocitatem vide apud Pom. d. l. & Munst cosm. lib. 3, cap 45. Ut vero tandem remedium aliquod inveniretur, & confusione iustitia rite applicaretur; aliquot civitates sua cōportarunt grayamina, &

in magno illo & diuturno distracto-
que satis Concilio (quod D. Impera-
tor Sigismundus , Caroli filius , Con-
stantiae instituerat, anno 1414, cir-
ca mensem Maium , ac per integrum
quadriennium duravit) cum supplici
singullatione exhibuerunt libello. Fa-
ctum itaque est , ut civitates tales
singulare privilegio donarentur , quo
interdicebatur cunctis magistrati-
bus , ne cives aut subditi civitatum
talium in alienum trahi aut avocari
deberent iudicium , excepta Camera
Imperiali , aulicaque. Velut etiam
tum temporis Italicae sic vigilavunt
civitates. Quin , vero pluribus hi-
storiæ ac privilegia huiuscmodi in-
cognita sint , & , ex ignorantia mul-
tos in ea peccare aulicos & Principes ,
coruque consiliarios , ipse viderim;
exemplum Brunsvicensis Privilegii
huc referam , quod ipsa urbs , anno
1597, in Exceptionibus repetitis , ar-
tic. 70, in causa Homagiali , contra
Ducem Henr. Iulium Brunsvicen-
sem allegavit , & Spiræ in Camera
Imp. 21 Ianuar. an. dicto copialiter
produxit.

*Privilegium Sigismundi Impera-
toris contra nimiam subin-
gationem iudicio-
rum, &c.*

S I Q I S M V N D V S, Dei gratia Ro-
manorum Rex, semper Augustus, ac
Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiarum, &c.
Rex; Ad perpetuam rei memoriam.
Licet circa universorum quietem
promovendam quodam fervore regio
nostra continuo versetur intentio,
ad illorum tamen libertates amplian-
das, & novas gratias concedendas
nostris culminis adspicant interna,
quos in nostris & Imperii Sacri fide-
litate & constantia novimus singu-
lari affectione perstuisse, ut tandem
ipsorum fidelitates regio benigno re-
spectu preventi, etiam pro Reipubl.
cura, per vigili meditatione sollicito-
se exhibere possint & fructuosos. San-
pro parte honorabilium proconsu-
lum, consulum, incolatum, & uni-
versitatis oppidi Brunsvicensis, Hil-
denseinensis, & Halberstadiensis di-
cessios, nostrorum & Imperii Sacri
delium dilectorum, nostræ Celsiu-
dini oblata petitio continebat, qui-

tenus ipsis , Ne in ulla causis mere
civilibus, vel etiam criminalibus, ex-
tradictum oppidum Brunsvicense ad
alia forensia & secularia iudicia, siye
publice sive privatim, in specie vel in
genere , excepta nostræ Maiestatis
Curia & Iudicio , evocari vel trahi
possint , de speciali nostræ Maiestatis
clementia indulgere & auctoritate
Romana regia concedere clementissi-
me dignaremus. Nos igitur dicto-
rum preconsulium, consulum , inco-
lorum & universitatis sincerae fidei
affectionem , adprobatae constantiae
integritatem , & sedulæ devotionis
puritatem , quibus dicti proconsu-
les, consules & incolæ ac universitas
in nostræ Maiestatis oculis propitos
sibi meruerunt suffragari favores, de-
bita consideratione revolentes; pfo-
rum supplicationibus favorabiliter
annuentes ; eisdem proconsulibus ,
consulibus , incolis & universitati
Brunsvicensi, animo deliterato, non
per errorem aut improvide , sed sno
& maturo Principum , Comitum ,
Baronum , Procetuni & Nobilium
ac aliorum sacri Imperii fidelium no-
strorum accedente conilio , ex certa
nostra scientia , Ne in ulla causis
mere civilibus, vel etiam criminali-

R bus,

258 · R E S P V B L I C A E
bus , extra dictum oppidum Bruns-
vicense , ad alia forensia & seculatia
iudicia , quæcunque seu qualia con-
que ea fuerint , publica vel privata ,
in specie vel in genere , excepta no-
stre Maiestatis audientia , trahi seu
evocari queant : quin imo ibidem in
dicto oppido , si , & in quantum , acto-
ri vel actrici iustitia manifeste dene-
gata non fuerit , iuxta dicti oppidi
municipalia iura & Imperialia sta-
tuta , iuri & definitioni stare debet:
ant , indulgemus , & autoritate Ro-
mana Regia de plenitudine Romanarum
Regis potestatis concedimus per pra-
sentes . Volumus tamen , & eadem
auctoritate decernimus , ut unicuique
coram sibi competente iudice & non
suspecto ius , prout :xquitas & ordo
dictaverit rationis , administretur , ob-
staculis semotis quibuslibet , nostri
& Imperii iuribus semper salvis .
Mandamus igitur universis & singa-
lis Principibus Ecclesiasticis & Secu-
laribus , Comitibus , Baronibus , No-
bilibus , Militibus & Clientibus , a
quatuorcunque Civitatim , Oppido-
rum & Communitatuni Rectori-
bus , cæterisque nostris & Imperiū
subditis & fidelibus , Ut ne dicti
proconsules , consules , incolas & uni-

versitatem Brunsvicensem, contra nostras concessionem & gratiam, ac indultuin supradictum, alio pacto coram ullis iudicibus, nullisque in iudiciis, seu publicis seu secretis, extra dictum oppidum ad causam vel litem trahere presumant; sub pena indignationis nostræ gravissimæ, & quinquaginta marcatus anni purissimi; quas ab eo, qui contra fecerit, exigunt, earumque medietatem Imperiali xratio sive fisco, residuum vero patrem in utram passorum usibus, volumus applicari. Et id quidem sub nostræ Majestatis sigilli litterarum testimonio. Datum Constantiæ, anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinto decimo, prima die Februarii Regnum nostrorum anno, Hungaræ vigesimo octavo, Romanorum quidem electionis quinto, coronationis vero primo.

Eodem modo & iisdem quoque verbis simile privilegium ab Imperatore Sigismundo obtinuerunt Magdeburgenses quidem; sed quum iudicij illius rigorosi auctorem Papam Romanoscerent, noluerunt in hoc acquiescere; quin etiam ab ipso Pontifice Ioanne XXII, quum adesse Constan-

260 R I S P U B L I C A E
·tix , tale eodem tempore obtinuerunt , quod ita se habet :

Iohannes episcopus , servus servorum Dei , dilectis filiis , proconsulibus , consulibus , & communicatis civitatis Magdeburgensis , salutem & apostolicam benedictionem . Quotiens à nobis petitur quod paci & honestati convenire dignoscitur , animo nos decet libenti concedere , & devotorum petentium desideriis esse cum congruum impertiri . Hinc est quod propter amorem & fidelitatem quam erga nos & Romanum getitis Ecclesiam , vestris in hac parte supplicationibus nos inclinati , vobis (quibus , ut asseritur , dudum feliciter recordationis Alexander Papa quartus , predecessor noster , per quasdam suas duxerat indulgendum , ut locorum ordinarii & delegati , subdelegati , executores , seu conservatores , in sede apostolica vel eius legatis dati , vos consules qui essent pro tempore civitatis Magdeburgensis , & vos communitem , extra muros vestrum civitatis , ad ecclesiastica iudicia evocari non presumerent , absque mandato sedis ; eiusdem speciali de hac re iudicato , plenam & expressam ac de verbo ad verbum mentionem facies :

ee ; dummodo ipsi consules ac communitas parati essetis coram Archidiacono vestro, qui foret pro tempore, omnibus qui de vobis conquerentur, iusticiæ plenitudinem exhibere; Decano Ecclesie Magdeburgensis, qui esset pro tempore, cum undem literarum per ipsum prædecessorem ex eccloto deputato : quas quidem literas, cum omnibus & singulis clausulis in eis contentis , quondam Bonifacius Nonus submisse copellatus, etiam per suas literas ad singulares personas prædictæ civitatis extendit; prout in ipsis literis plenius dicitur contineri) ex abundanti cautela, authore apostolica , tenore præsentium indulgemus , ut ordinarii , nec non delegati, subdelegati, executores, seu conservatores prædicti , à sede vel eius legatis dati & dandi pro tempore, vos proconsules, consules, officiuni ciusdem civitatis , successores , nec non easdem singulares personas qui erunt pro tempore , & vos communitatem , extra ipsos muros ad supradicta iudicia nequeant evocare , absque mandato dictæ sedis speciali , de indulgentianistra huiusmodi plenis & expressis ac de verbo ad verbum mentioneui facienti ; dummodo vos,

262 R E S P U B L I C A E
aut prædicti successores & personæ
quæ sunt & erunt pro tempore in ea-
dem civitate, parati sicut coram co-
dem Archidiacono iis qui de vobis
conquerentur stare iuri, ac iustitiae
plenitudinem exhibere, non obstan-
tibus quibuscumque literis seu indul-
gentiis à sede prædicta impetratis aut
etiam impetrandis, per quas huius-
modi iuris concessio valeat quomodo-
libet impediri. Decernimus etiam ir-
ritum & inane, quicquid contra
eiusdem concessionis nostræ ten-
tem, à quoquam, quavis authorita-
te, scienter vel ignorantiter, continget
attentari; omnisque excommunicati-
onis suspensi & interdicti senten-
tias, siquæ contra dictam concessio-
nem nostram, etiamque privilegium
foisan, suppeditabunt, nullius esse
firmitatis. Nulli ergo hominum li-
ceat hanc paginam nostræ concessio-
nis & constitutionis infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare præsumperit,
omnipotentis Dei & beatorum Petri
& Pauli apostolorum indignationem
se noverit incursum. Datum Con-
stantiæ, anno 1415, nono kalendas
Januarii, Pontificatus nostri anno
quinto.

Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati in Berga extra Magdeburgenses, & sancti Johannis extra Halberstadenses muros, ac in Litzka, per praesides solitorum gubernari Brandenburgensis diocesis praepositis monasteriorum, salutem & apostolicam benedictionem. Hodie dilectis filiis proconsulibus, consulibus, & communitati Magdeburgensiun, nostras literas concessimus in hæc verba : Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, proconsulibus, consulibus, & communitati civitatis Magdeburgensis salutem & apostolicam benedictionem. Quotiens à nobis petitur &c. Datum Constantia, anno 1415, nono kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno quinto. Vobis itaque ut praedictæ literæ nostræ debitum sortiantur effectum, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, ut vos sive ambo, sive alteruter vestrum, ipsisim et vel per alium aliosve, supra nominatis proconsulibus, consulibus, singularibus personis, & communitatibus, super dicto privilegio contra ciudem concessionis nostræ tenorem à quoquani inimicito vim inferri prohibeatis.

nullare cunctis quæ in iisdem literis nostris expressa sunt obstante, quidquid tandem à sede predicta aliquibus indulatum sit; ita ut arcessi, suspendi, vel excommunicari non possint, literis apostolicis non facientibus plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulgentia huiusmodi mentionem: contradictores per censores, ecclesiasticis appellationibus postpositis, compescendo. Datum Constantiæ, anno 1415, nona kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno quinto.

Ex his & eiusmodi exemplis varia & multa quidem possunt colligi, quæ ad rerum & historiarum veritatem penitus intropiciendam faciunt: Sed nos in presentiarum duo hæc maxime respicimus. Quorum primum est, quod Imperator ipse nimiam libertatis suppressionem agnoverit, & propterea privilegii huius concessionem indulserit fidelibus suis subiectis, ut inde culminis sui celsitudo & dignitas magis resplendesceret, si auctoritatem quædam, vel, sicuti ipse loquitur, ampliatio libertatis illis accedere possit qui pro reipublica sua cura sollicite vigilarent. Deinde maxime improbat & detestatur;

hoc,

hoc, quod iustitiae sanctæ pretextus in tantum abceptus sit abusum, ut potius libidini mortalium, quam causatum solidæ inspectioni patrocinari cogatur. Proinde non tantum secreta illa absurdissima, sed etiam quævis alia, quæ fascinationem tantam exinde sumpserunt, acriter taxat, & repudiando severe prohibet; adeo, ut pœnam, quæ tamen longe graviori pondere digna erat, pecuniam abutentibus imponat. Vere itaque conqueslus fuit Lehman, *chr. Spir. lib. 2, cap. 20*, ut supra ostensum est, de nimia Caroli Magni libertatis privatione, & servitutis durissimæ propagatione; quum tot & tanta mala inde tot seculis post cum propagata fuerint. Idem privilegium aliæ quoque tum civitates obtinuerunt, inspruni Magdeburgensis; qui hanc simul adhibuerunt prudentiam, ut impetracint una protectores & executores illius. Etenim, quum unicuique legi aut privilegio ab invidis plenumque sua fraus aut maligna interpretatione annexatur, ut vigor genuinus derogetur eius observantia; secundum illorum petitionem Imperator Sigismundus Episcopo Halberstadiensi, Abbatii Bergensi, & Principi-

266 R E S P V B L I C A E
bus Anhaldinis, iniunxit, ut au&tori-
tatem & vigorem huius Imperialis
concessionis non tantum conserva-
rent, sed etiam eiusdem perpetuo es-
sent defensores ; & Magdeburgensibus
contra quoscunque violatores huius
privilegii auxiliatricem præstarent
manum. Quod officium protec-
tum etiam inviti nuper imploranti
civitati Magdeburgensi in diversis
actibus anno 1612 & 1613 , contra
Hildesheimensem & Halberstadien-
sem præstare coacti sunt , quum ali-
quot cives , quibus crimen corrupti
monetæ imputabatur, ibi incarcerated
detinerentur : velut quoque huius
privilegii metu petulantiam tum alii
cum Helmestadiensis quidam Poly-
phemus , quum clandestinam incat-
ceratoriis litteris à Principe Guelpho
obtentis vim bono alicui vito
intentaret , ipse cohibere coactus
est. Quamvis autem omnis iustitiae
abusus per se condemnabilis ; tamen
maxime natura ipsa abhorret tale iu-
dicium occultum banaliticum,
quum metam importet tyrannidem.
Ideoque ex consilio Iustini Gobleri,
Icti optimi , recte illud tandem in
suo Ducatu Ericus senior Dux Bruns-
vicensis penitus abolevit. Etenim no-

tantum plane barbaricos mores & fævitiam talis absurditas gignit; sed etiam omnino contra naturam humananam pugnat, & plusquam irrationale servitutis iugum denotat, quod auctori suo summum addit dedecus. Nihilominus tantæ molis fuit, ut absurditas hæc tyrannica vix in tot erui potuerit seculis. Memini, quænam hec aliquot male politicorum frivola & incomptæ soleant esse excusationes, aut effugia vanissima, quod interdum necessitas, propter gentis duritiem aut feritatem nimiam, id postulet remedium, quod alias populis mature in viam redemptibus non esset applicandum, &c. An vero mala propterea sint facienda, ut inde bona eveniant? • An cruenta crudelitas & vis tyrannica procreet justitiam? An iniustitia mater iuris sit & æquitatis? An hoc necessitatis extremitas est, quod mansuetudinis exigit moderationem? An talem processum exigit Christianismi propagatio? An iubet Christus ita informari & institui suos, ut cyclantur? An non potius omni petitionis modo cupit eos adduci (*Luc. 14*) ut impletatur dominus Jéhovæ? Non sane Christi regnum sanguinis effusione truculenta, aut si homi-

258 R E S P V B L I C A E
homines simul anima & corpore pri-
vencur, implebitur. Ipse iudex suum
perficiet in extremo die iudicium.
Ideoque hominibus , sive maxime
Christianis suis , nullam aliam hoc
amplificandi potestatem concessit,
quam amotis , charitatis mutua &
adificationis, & doctrinalis communi-
cationis aut adhortationis , & ut ab-
stineant deum ab eorum conversa-
tione , si proterius nequeant converti.
Quæ etiam vera & genuina solum-
modo Ecclesiæ Dei sunt Regalia;
quum hæc unice ex operatione Spiri-
tus sancti profluant ; veluti quisque
in Regno Christi , sive supremus sive
infimus sit , perfectionem eam , quæ
in dilectione proximi & mansueta-
dine consistit, ambire debet; ut Chri-
stus ipse tot nobis præceptis *Matth.*
§, 6, 7, &c. inculcat. Atque sic vece
infranè populam religionem contine-
ti , si armis placari non possit, oport-
et. *Krantz. lib. 2 Sax. cap. 23.* licet eo
loco aliter id accipiat, sibi contrarius:
Ecclesia enim , sive Regnum Christi,
quum civitatem illam Dei beatam,
iuxta Apostolum , in his terris repræ-
sentet, nullatenus sanguinis conspu-
çanda est effusione ferociori. Sept-
ciam præciditur ita iniquissime &
crudel-

studelissime animæ alicui terminus, quæ longe mitiori via potuisset ad Christum deduci. Videant igitur sanguinolenti illi consiliarii & sufflatores truculenti, quas clades æternæ damnationis suis suggestant dominis, dum se saluti publicæ maxime succurrere arbitrantur. Extra verbi cœlestis expressam auctoritatem, & genuinum eius intellectum, nullum verum, etiam in politicis negotiis, subsistit consilium.

Sed ad servitutis durissimæ conditiones, cum natura & libertate hominis ipsa pugnantes, quibus tota Germania tot seculis exposita & flagellata fuit atrocius, revertimur. Huius status difficultissimus, *ait Lehm.* *¶ l. 2 chron. cap. 20, pag. 96.*, ex sequentibus articulis percipi potest: 1. Vir & fœminacum liberis & omni suppelleotide ac sumptu una cum operis venales fuerunt, & ita ad possidendum emptori & successoribus traditi sunt. 2. Non licebat servo aliquam sibi matrimonio copulare, nisi coqualem, hoc est, servam; nec quamlibet, sed eam solam, quæ eiusdem dominii esset, nisi aliud conventione paciscentium dominorum licuisse. 3. Quæcumque labore & su-

dore

270 R E S P V B · L I C A E
dore suo comparaverant, ea omnia
domino eorum facerant lucrati, ita ut
nihil propterea in iis possiderent; & li-
citum erat dominis impune illista-
lia eripere. 4. Sic nec colono aut fi-
calino licitum etat traditiones facere,
aut per testamentum iustum aliquid
in liberos, nepotes, aut Ecclesias trans-
ferre; sed competit ius dominis
optimum quodque prius ex bonis si-
bi scilicet & appropriandi. 5. Ita
quoque quotannis cogebantur ca-
tas pensiones ex hottis, arborum fru-
ctibus, panibus, piscibus, carnibus,
pullis, gallinis, & cunctis generi-
bus, quasi pro usufructu solvere, qui
reditus in dominos redundabant.
6. Quod si quapiam persona seca-
nimitiam obturbationem, aut tortu-
ram, aliquam ob causam in alium
concessisset locum, non tantum in
quovis revocari poterat, sed etiam
Magistratus statim, ad indicium fu-
gæ factum, expellere eam ultero coge-
batur: unde lex hæc: Servi fugere,
latitare, statum dissimulare, in famam
nota & amplioris pœnæ interrogatione
vetantur. *Vad. de colleg. & monast.*
Germ. fol. 75. 7. Quod si quoque vir,
mulier, famulus, aut ancilla, à domi-
no aut heros suo esset imperfectus, quo-

cunque modo id quoque fuisset perpetratum, exilem solvit multam : at si non statim post facinus obiisset, sed ante obitum aut expirationem læsi intervenisset spacio diei, nulli pœnit subiectus est herus , quum tanquam proprium possederit, &c.

Hem, quo redacti sumus ? merito quis cum Comico exclamat. Quis enim ex celso animo ac forti mortem oppetere non malit , quam ita turpi-
ter servire ? *ait Bod.lib. i de rep.cap. 5.*
Germania nostra , iuxta C. Tacitum de moribus Gerw., nunquam quidem antea veros servos agnoverat ; nunc tamen tanta distrahitur libertatis ia-
ctura , in ipsa libertatis glotiosa ven-
dicatione & iactantia vana. Quam-
vis enim iuta veteris servitutis , in
quinque illis generibus, quæ Bodin.d.
l. cap. 5 in principio ponit , inter Chri-
stianos hodie abolita prorsus censi-
quacant, *iuxta Bod. & Christ. Besol. pol.*
cap. 10, num. 54, quum Christianismus, postquam aliquo stitus paganis in externis depositus , maius quid humanitatis & æqualitatis con-
secutus sit, *ut idem Bes. affirmat*; atta-
men passim per orbem Christianum
vestigia adeo eius manifesta super-
sunt , ut vix servitutis conditiones
tantæ

Quippe attestatur Bodinus, d.l.
pag. 66, quod Lusitani in Hispaniæ
ad huc Mahumetistarum exempla se-
quantur, quinque venalitios ex Afri-
ca religionem Mahumetis eiurare, ac ni-
hilominus Christiana imbutos cum
liberis & nepotibus perpetuam servi-
tatem servire coimpellant; ita ut sa-
vorum greges tota veneant Lusita-
nia, & quidem publice, pecudum in
morem. Ac tametsi Carolus V Im-
perator servos omnes Americanorum
insularum liberos esse iussisset, anno
1540; nihilominus, seditione coor-
ta, propter avaritiam ac libidinem
potentiorum, Gonzalam Pizurum,
regionis Præsidem, à Carolo de-
cisse.

Muscovitæ non cupiunt ultimi
inter Christianos dici: attamen ba-
barica servitus nuspiam magis floret
quam tota gens ad nutum sui Princis
pis ita brutaliter adstringatur, ut
etiam aliquando nefanda, detesta-
da, & execranda adorent & exalte-
rentur; sic omnes iuxta politicos &
spirituales durissima servitute sibi
subditos atque subiectos habent. In
vero (ait Mich. Neand. in expl. al-

ter. p. 220) talis tantaque est, ut nulla gens in genere humano similem servitutem sustinere existinetur. quæ præstatam illam gentem facit & promptam ad omne Principis arbitrium imperata faciente; etiam cum, si dicat, Abi cito, (quod apud Comicum scriptum est,) & suspendete. quum tanta præterea sit acinus auctoritate, potentia, tanto militum robore, tanto satellitum atque prætorianorum numeruero, ut ne, si velit quispiam refragari eius cruentæ voluntati, facile possit, &c. Intam profunda subditæ servitute sepulti jacebant ante pauculos annos, ut tempore Basiliæ nemo sibi proprietatis quidquam in villa re, etiam vilissima, adscribere auderet: Si quis queretur; Cuius hoc vel illud est? nisi respondebat; Est in dominio & possessione Dei ac Ducis; ille putabatur ingens commissarie crimen Iæsa Maiestatis. *Heinz, Rötelius in vita Basil. par. 3.*

Sic & Lithuaniae duxissimam conditionem describit Alexander Guagninus, *tota. 2. rer. Pol.* Ut quisque dominus famulorum catervæ stipatus, domum coloni alius ius creditur; impune quidvis facere, res quascumque rapere, absuovere, & co-

274 R E S P U B L I C A E
lonum etiam verberibus crudeliter
cædere potest. Nec colonis ad do-
minos suos sine muneribus adiu-
patet : & admissi illico ad officia
reiiciuntur ; qui , nisi donis mitiga-
tur , nihil iuste decernunt . Et profe-
cto in Lithuania quodlibet iudicis
verbulum , aurum est . (ubi non a-
iam alibi ?) Præterea singulæ septi-
manæ in operas ita distibui solent ,
ut coloni quinque aut sex dies nego-
tiis dominicis impendant ; die vero
lunæ res privatas current ; & sic ple-
ruimque diebus solis (nam ne fessit
quidem diebus sunt feriati) quodvis
opus absolvant , atando , occando ,
runcando , pastinando , metendo , tu-
turando , & id genus . Adcoque ,
quis Roxolani interrogaverit ; Qua-
re Dominico die laboras ? continet
is respondebit ; Quia & Dominico
comedere oportet . ut post Gangi-
num refert Lansius *in consult. de Piu.*
Europæ. & affirmat simul , quod No-
biles in servos , quos kmethones
cant , iusvitæ & necis habeant pœ-
nem , & , si quis ex his forte capi-
damnatus fuerit , tum de seipso , i.
bente domino , supplicium summa
suisque manibus se suspendere , &
nis , letis & fustibus impellatur .
Si

Sal. Neugeb. lib. i rerum Polon.

Poloni quoque Nobiles olim, duin
itter faciebant, diripiebant villas ru-
sticorum, & eorum sumptu profici-
cebantur. Sed Casimirus I illud cor-
rexit, anno 1180, & possessiones kne-
thorum tutas à vi dominorum redi-
didit: ex quo cōperant bonis suis
pro arbitrio, salvo iure domini, uti,
& possessionem ad hæredes transmit-
tere. *lib. i Stat. Tol. cap. 17, art. 3.*
Crem. lib. 6. hist. Pol.

Eandem esse conditionem rusticorū
apud Russos, Sigismundus Baro
in hist. Muscov. refert: quum non tan-
tum sex dierum operas perpetuo de-
ceant heiis suis, & tantum septi-
mum suæ vitæ necessariis impendant;
sed etiam ita adstricti hærent cōtie-
di Dominorum, ut neque alio se
confesse, nec libertam voluntatem in
contrahendo matrimonio exerete
queant. &c.

Nec Germania ab istis vestigiis di-
xit servitutis huius proflus libera est,
quum reperiantur quidam alijs stri-
ctiore iure devinetti, ad servorum pro-
prios, quam liberorum conditionem
accidentes; qui quum revera servi
non sint, novo nomine homines pro-
ptii, *Leibzgente*, appellantur. Quoruta

176. R E S P V B L I C A E
tamē omnium non eadem est ratio.
Quibusdam enim in locis, ut in West-
phalia, & Holsatia &c. deteriori iure
habentur, quam illi, quorum hi pro-
prii sunt, his ipsis defunctis succe-
dant in semissim, & extra consor-
tium propriorum hominū hi liberos
suos elocare nequeant, nisi ab illis,
quorum utilitati parent, impetrave-
rint. Sic aliquot exempla tyrannica
quoque ante paucos annos vidimus
in Holsatia, ubi Nobiles mite-
torquent suos proprios. Velut et-
iam in aliquot locis Marchiæ Van-
dalicæ tales vivunt servi. Alibi sunt
paulo conditionis melioris, qui hanc
secus, atque reliqui proprii, minus li-
beram bonorum suorum habent ad-
ministrationem. Acque ut defundi
quodammodo videantur fuisse pro-
prii, liberi aliquid solvunt ex bonis
quod consuetudo aut pactum fecit.
Quare Gœddæus *de contr. stip. cap. 1.*
concl. 6, num. 76, Germaniæ eiusmodi
servos non proprie servos, sed insti-
colonorum conditione sua cole-
tium & adscriptiōrum esse tradidit.
And. Geil. de pig. obs. 7, num. 1. plexis
Hus. in tract. de hom. prop. In Galli-
sanc adhuc hodie plebs pene seruo-
rum habetur loco. Non tantum op-

ras ab iis domini exigunt, sed etiam si
domicilium originis sine domini
venia mutarint, capistro donum re-
ducere sibi licere contendunt. *Bodin.*
i de repub. cap. 5. Quales historias
cruelitatis etiam in Holsatia vidi-
mus nuper dire perpetrare Nobiles.

Apud Wandalos in superiori Lus-
tia rustici nobilibus suis corpore for-
tunisque toti sunt additi, usque
adeo, ut quoscunque labores illis
gratis exantlare, agros colere, peregre
excurrere, fruges demetere, & omnia
alia, quæ ad rem familiarem & eco-
nomicam pertinent, negotia expedire
teneantur, neque soium commutato
pactum sine consensu voluntateque
suum Nobilium audeant, ut referte
Meland. in Idea sua, fol. 27.

Quin & Bohemæ Ordines & No-
biles rusticos suos (*scavos*; quos &
klappen vocant) pro mancipiis ha-
bent: nec in alterius territorium vel
occasione matrimoniij se conferre eis
integrum est, nisi impetrata *venia*
dominorum, & litteris dimissoriis.
Sed & ad cæteros annos seu tempus
domini invicem eos locant, perma-
tant, & donant.

In Ducatu Brunsvicensi paulo li-
beriorem agunt conditionem; vita
S. 3 quidem,

quidem, ut propria bona possidere
& emere, atque testamenta facere
queant; sed tamen ad operas pre-
standas per certos aliquot dies sin-
gulis septimanis tenentur: Melius ve-
ro tempore cotidie alligati sunt al-
quævis necessaria praestanda. Erat in
aula Guelpfica quis principalis Wo-
beren nomine, quem nimirum filio-
minus dux servitutis huius libertas
occulte mordebat; a quo audivisse,
minime illam rusticis aut civibus,
quum plane indigni essent etiam mi-
nutissima possessione, competitae.
Omnia enim, aiebat, ad unicunq[ue] no-
bilitatis statum sunt referenda, adeo
ut nemo ulterius quid in villa re pro-
prietatis sibi vendicare debeat, qui
extra hunc equestrem vivat ordi-
nem. Reliquis igitur mortalibus cum
etis adsignabat sola tria &, quibus
tria hæc verba notabat, *cyn knip,*
kittel, & knauf broot, id est, quod nihil
proprii in bonis terræ huius exterrit
unusquisque, qui non esset nobilis
ulterius possidere deberet, quam al-
tillum, tunicam, & frustrum panis, ut
de vivere posset. Atque, quum
Principis cor quasi in manu teneretur
ita tyrannico plane conatu & imme-
nitate insatiabili subditos iterum exire

extremam satagebat redigere servitutem, ut ita antiquum servitutis ius in vigorem revocaretur. Sed Iehova posterior fuit in excelsis, & miro genere mortis illum ex terra suscepit.

In Germania tamen nusquam clementiore servitute tractantur rustici, quam in Misnia & Thuringia; ubi pactitii habentur subditi ea ex gente, nec amplius obligati tenentur domino aut nobili suo, quam quotannis ad tria potissimum anni tempora, ut sationem & messem conficiant, & certam lignorum vecturam praestent. Si quis ulterius quid postulet precastrio aut cum aliquo rigore, continuo ad eorum petitiones inhibitione iudicij provincialis retrahitur, & in ius vocatur: quales actiones sepius subire coactus sum: namque omne precarium illis suspectum est.

Ita uadique mortalibus notum servitutis detestabile & horrendum appetet, ut nemio omnium id lubenti animo sustinere, nemo humeris onus hoc imponi suis velit; quum id contra naturam libertatis, cui quisque se natum dicit, pugnare recte putetur:

Quare non haec penitus circa annum

S 4 Christi

Christi 12; o, aut paulo ante sub Frederico Imp. II, qui anno 1210 clementer est, servitus antiqua sublata est; ut *Besol. d. l. pol. cap. 10, num. 54;* in mente *Theom. Smith. 3 d. rep. Angel. cap. 10;* & *Lyclam. 4 memb. eccl. 11;* Bartol. in *l. hofis, ff. d. capte. & postl.* & *Laur. Pignor. d. servū, fol. 195,* & alij, affverant: quamvis ita non amplius venalitii haberentur, ut olim ante aliquot secula, quam Christianorum mutua dilectio & humanitas religionis consortes à servitute proprius liberare inciperet. Defebuit enim iste zelus pietatis adeo, ut quisque ferme ex proximo servum facere satagat suo magis, quam ut liberum cernere velit. Exempla sunt odioſi.

Priusquam vero ulterius progrediamur, necessario inserenda heic veat quæſtio, quæ ſæpius Imperatoris & ICTis de servitute contra naturam inovetur, quaquum illi tam misere dilacerentur, paucis id enucleandum erit. Res quippe digna eſt notatu.

C A P. VI.

*An iuste Imperator in Florentino resu-
tur ab aliquibus, quod servitu-
ter contra naturam
statuit?*

Amodum heic acre se ICtis aut potius Imperatori ipsi movisse præ cunctis bellum, auctor ille Relectionum polit. existimat, si illis negat, Quod servitus non sit contra naturam; quum eam sententiam non immixto cum Florentino, l.4, ff. de stat. hom. omnes defendant. Nec nūnus hoc sibi plane persuasum habet, se perquam nitenter abstulisse victoriā, si eos vanis vel captiōs Stagirensium eluserit terminis. Sat ambitiosa eius sunt verba: Iuvat incipere à primordiis naturæ, & cum ICtis manus conserere; An non servitus iustissima prodeat ex iure naturæ? in Relect. pol. lib. 1, cap. 3, sect. 3, num. 1. Atque ut ICtos omnes, cum Imperatore in Florentio suo, & Cothimannum, penitus in ruborem cogat & confundat, Florentinianam servitutis descriptionem, quam ille exactam facit, hic mitifice exagitat:

S 5 quam

282 R E S P V S L I C A E
quum in ea quidem definitione verbum nullum sit , iuxta cius effatum , quod non possit vellicati . Nam irum hic Stylus est communis Stagiten- sium omnium , quod etiam natura eorum insitum est adeo fitimenter , ut nihil nisi vellicationes & maledictiones consuere adaint , quoties vident , quod terminali illi futuratum magistro suum infringatur alicubi censorium tribunal . Etenim singuli eius alumni in hoc unice omnes impendunt mentis , cordis & virium labores ac natus , & hoc carent maxime , ne alicubi ipius flagelletur auctoritas . Si quis sit , qui non nihil huic contradicere velit , & veritatis limen proprius pandere exoptet ; is certe non sine leoninis unguibus notatus abibit : ad minimum haud iam mortibus iniuriosissimi erit liber . Vbi nec parcunt iis , quibus omniste- verentiae honores debent ; quum se pro aris & focis fortem hanc depu- gnare luctam arbitrentur , si Stagiten- sis uspiam sint diluendae culpationes aut distractionum suggestiones . Sic etiam servitutis naturalis nimis ope- rosum amatoriem hunc non pudet inverecunde ipsum perstringere Imperatorem , quem in Florentino agno- scit

scit præsentem sibi: nec dubitat hunc
terre d.omi: atorem potentem cum
vanitatum vend:atore suo conferre
inconsidératus, *d.l.num.* 16. Multum
illi de cognitione naturæ gloriantur
quidem, & hanc sibi totam perfipe-
ctam putant, quum omnia in sub-
stantiam miseram & accidens diri-
munt, simulque huic fuso pallium
terministicum conceptivum super-
inducere didicerint; At in quantum
ipsi ab omni naturæ perlustratione
absint, id notorie constat; quum nil
nisi in:nes terminos loco scientiæ
confingere noscant. Ac ne quis cau-
tior h.ec introspiciat, vah quanta te-
la syllogistica cum calumniis fer-
ventissimis in hujusmodi fuci dete-
ctorum evibrant? Cerebrofus autem
quilibet facile invenit, quod sugillet.
Vnde etiam hodie in medio Chri-
stianorum numero, titulo hoc ceu-
g'orioso tumentes inveniuntur, qui-
bus minus peccatum vitiumve vide-
tur esse, si in gratiam Stagitensis sui
sacræ Scripturæ, adeoque ipsi Spiritui
sancto, etiam directe contradicere
queant. Iehova vero verbi sui vin-
dex severus & potens quum sit, ab
istoc peccato cavere sibi prudentiores
opto. Sed quomodo hac res sese ha-
beat,

Agit ille suatum opinionum Re-
dator ubertim de hac materia in no-
vem sectionibus . quæ sane omnes
erroribus , nec paucis contradictioni-
bus , abunde scatent . uti hoc admo-
duin affine cunctis , quibus nun-
quam verum principii fundamen-
tum attingere , multo minus pene-
trare conceditur , esse solet . Sic etiam
heic temere flagellat definitionem
Imperatoris ; quam tamen potius de-
cisionem eius cum reverentia agno-
scere deberet . Definire enim in iure
nil aliud est , quam in genere iuxta
legis modum quid constituere . l. 4. §.
proto. ff. de hered. instit. l. regula, ff. de
iur. & fact. ignor. Vide Erenb. 2 de fact
cap. 1 , num. 2, 3, 4 . Nihilominus pec-
cendum argutias hominis , & vide-
bimus , an non potius semetipsum
quam Imperatori⁹ verba tam inique
perstringat . Primum omnis illusio
consistit in terminis aut vocabulis
istis , libertatis , dominii , facultatis ,
licentia⁹ , potestatis , servitutis , vio-
lentia⁹ , & natura : quæ ita , temere ,
sive studio , inter se se convolvit , ut
vera significatio aut acceptio secundum
auspiciam recte applicata videatur .

Velut

Velut autem talis philosophiæ sectatotibus usitatum esse solet, ut communiter distinctiones faciant inter vocabulorum noëmata sive acceptiones, ita quoque heic factum ab illo oportuisset nonnihil evidenter, quam in antecedenti sectione id præstiterat. Titulus quidem *2 seſt.* hanc habet inscriptionem, quod monstrare velit, *Quid sit libertas,* & huic opposita servitus; sed si quis totam sectionem perlegat, nihil potius in ea & in proxima sequenti inveniet, quam quod verba Imperatoria, l. 4. *ff.* de *ſtatu hom.* cum glossatoribus & Dd. suis cavillatorie perstringat; nimicum illud egregie præstat, quod in se perquam animose non sine exagitationibus susceperebat. Mos alioqui vulgaris est eruditorum, ut verbis aliquius ambigui significata, statim à principio disquisitionis, exacte, & cum perspicua declaratione quid in iis determinatum velint, explanent. Velut in philosophiæ suæ exordio id facere solent. Vbi vocabulum istud duobus modis accipi affirmant; *ἀκύρωτον* vel *κυρίως.* & *ἀκύρωτος* vicissim in duplice modum abripiunt; ut alter late, aliter anguste accipiatur. Latissima eius significatio, aiunt, in

286 R E S P U B L I C A E
eo consistit, quando pro omni doctrina & scientia , quæ homini non innata, sed studio & industria acquisita est , habetur. atque ita non tantum philosophiæ partes reales, verum etiam intentionales , immo omnes facultates superiores, theologiam , iurisprudentiam, med. cinam, &c. adeoque omnes artes mechanicas complectitur ; *sicut videre est apud Stagiritam . eth. cap 7.* Postea angust accipitur quintuplici modo ; ut etiam pro sola metaphysice venditeretur interdum. *vid. Gecl. & Chr. Mat. d:sp. i metaph. disq. 2.* Sic & vocula Naturæ plurima denotat : illud autem hec natura vocatur , quod est principium & causa motus , quietisque, eius in quo est primo, per se , & non per accidens, *ait Corn. Mart. in disp. 2 phys de nat. anno 1612 Helmst. excusa.* quin tamen in his nullatenus Naturæ verum esset tangatur. Quod si eodem modo ita candide cum imperatore ex mente eius , ut verbacius se habent, *scilicet 3, num. 15,* & non villatorie aut sophistice , agere voluisse; debuisse quoque illud, quod in sectione præcepti , & in hoc titulo, in se suscepereat , prius recte expeditum ceddere absq; perpetua am-

phi-

phibologia, neque in tam diversis libertatis & servitutis significatis tam firma in rerum veritate confuse eludere summam Imperatoris mentem & auctoritatem. Etenim utrumque hoc verbum, ut ipse toties in antecedentibus, sed satis tamen involute, innuit, polysemone est; & nunc strietè sive proprie, nunc improptie, sive latissime, multo pluribus modis, quam ipse indicat, accipitur. Iam ille igitur primum omnium examinare rite debuisset, de quanam acceptione libertatis & servitutis Imperator per Ictum suum Florentinum *in d.l. 4* ageret; videlicet de ea, quæ mutuam oppositionem in iure determinat; quatenus etiam in naturalibus facultatibus externis se mutuo infestant & oppugnare maximè videntur; quum eousque servitus naturæ hominum iniqua sit, & propterea simul sub considerationem legum civilium merito utraq; veniat. Si hoc solummodo rite penitare voluisset, inanem suæ verboſitatis & sarcasmarum variorum copiam in pluribus reſtringere, & candidiorem sinceræ veritatis indagatorem praestare potuisset. Ideoque Montecatinas satis scite Iureconsultos excusavit;

288 R E S P U B L I C A E
savit, quod omnimode ad iusgen-
tium respexerint, quum inde maxi-
me talis oppugnatio libertatis in sua
natura profluxerit, quæ adiumento
ll. civiliū corrigi debebat; ut si
homines cum iniuitate summa let-
vi redditii ad liberum statum reducti
rentur, qui ipsis iuxta naturæ dispo-
sitionem in communī dominio, ad
quod omnes nati erant, coincebant.
Nam, ut ipse id confiteretur, *sec̄. 3. 3.*
30, nec abnegare potest, in primi
creatione, quum lex naturæ implan-
taretur, datum est homini imperium
in universam terram, in omnia ani-
malia, quæcunque vel in terra, vel
in aëre, vel in aqua degunt; *Graec.*
Psalm. 8. &c hoc imperium naturæ
competit homini, etiam si animalia
illud non agnoscant, propter imper-
fectionem animalium & homini
sublimissimæ perfectionis, &c. Quia
tamen hoc naturale imperium, & li-
bertatis dominium commane, quo
cum lege naturæ in tam subli-
mi perfectione hominibus statimi
principio implantatum agnoscat,
ad contemptum habet, ut hoc cum
omni libertatis dominio, in gratia
Stagiritæ sui, servis prorsus in antea-
dentibus abscedat? *sec̄. ead. n. 4. 3.*

seqq. Ait enim : Iam constat experientia , duas hominum clæsses ubique inveniri , quarum alii nati sunt ad serviendum, alii ad dominandum. Rationes item contra semetipsum has addit: Alios instruxit natura magnis animis, & provida solertia: alios abiecit (N.B.) usque ad ignominiam brutorum , solius patientiæ & laborum gloria superbos, &c.

Fertur quippe Prometheus addere principi

*Iimo coactus particulam undique
Deseritam,*

(*Hor.lib. i, oī. 16,*) & pro conditio-
ne suam cuique indeolem distribuisse, &c. Quod & planius expressio
Homerus, *Odyss. 17.*, dām ait: Io-
vem auferre dimidium mentis illi,
quem in servitutem destinavit. quem
versum ad servos natura accommo-
davit Plato, *lib. 2 de rep.* Nam & idem
lib. 2 de repub. cives inter se differen-
tes, & singulos ad singula opera para-
tos , à natura produci afficiat. Et
lib. 3 de il. Septem ordines imperan-
tium & patentium ex intentione na-
turæ deducit, &c. Item *narr. 5* : Ex
æquitate naturali ; quando præstan-
tius , quod universo semper prædo-
minatur , incumbit deteriori , &c.

Adeo unanimi consensu gentium imperium defertur meliori & præstatori, &c. Vnde idem num. 6 servitatem naturæ legi iustitiae conveniente affirmat, &c. Nasci enim quodam usque adeo impotentis animi, ut nec suis commodis prospicere, nec in longitudinem consulere possint, indigos ad omnia consiliis ; quis non in media plebe & manipulis rusticorum cotidie advertit ? &c. Tandem *sel. ead. num. 9*, hunc locum ferme ita concludit ; (quod maiusculis notetur litteris :) Quantum vero cognitionis est in animalibus brutis, tantum & in iis hominibus, quos natura servos vocavit Aristoteles. Itaque non magis ad libertatem facti censemur, quam bruta, quæ naturaliter homini subiecta facit *Aristot. pol.*, & *Ovid. I Metam.*

Santius his animal, mentisque capiecius alter,

Deerat adhuc ; & quod dominari in cetera posset

Natus homo est.

Quæso, quid heic aliud agit auctor ille, quam ut ipse sibi sit contradictorius, imo & in totam humanæ vitæ societatem iniuriosus? Confiteatur enim, homini cuivis, id est, universo

verso huic generi, datum esse imperium in universam terram, & quidem in sublimi perfectione, licet animalia reliqua propter imperfectiōnē imperium hominis non agnoscant: Et tamen interim ita in duas abripit classes genus idem humanum, ut non tantum usq; ad ignominiam brutorum abiiciat unam eius partem; sed etiam vix tantum cognitionis eidem nationi servorum attribuat, quantum in animalibus brutis superest. Rogo iterum quemvis candidæ libertatis amatorem; vel potius judicet quivis, etiam si quæ talis cognitione in animalium imam sortem & sellam transposuit; an Imperator res heic & eius l̄ctos, vel potius se met ipsum refutet? Affirmat enim & negat idem de eodem. Si hoc philosophari est, nil prohibebit quin & ipsa brutorum notitia tantidem præstet; idque fortasse dexterius, si modo perinde libet ipsis ac eiusmodi blate-tatoribus linguae usus concederetur. Etenim, nūi genus humanum mentis capax, & sublimi in universam terram imperii perfectione absolunti, concipi potest, quod tamen propter imperfectiōnē & defectum cognitionis ad similitur simul brutis,

192 R E S P U B L I C A E
quæ luce aut vi mentis omnino cā-
rent? An non hæc quoque sublimis
aut insignis est iniuria quæ in Deum
& homines effunditur? Stagirita
olim dicebat, animum hominis se
habere instar rasæ tabulæ, cui nihil
esset inscriptum: sed tamen omnia
possent inscribi. Si hoc verum; ser-
vos certe cum non habuit in nume-
ro hominum: aut fortasse sui oblitus
est: aut iste impugnator præceps im-
peratoris non idem observavit, & fu-
num pro veritatis indagatione no-
bis obtrudere conatus est. Verum et-
ror talium inde est, quod ipsi ex fal-
sa adulterinave Stagiritæ philosophia,
quæ nihil nisi logomachias conco-
quere, eas in mundo disseminare,
controversiarum ambiguities ver-
dere, & terminales congestiones re-
rum veritati obducere novit, nun-
quam ad veræ philosophiæ principia,
tam cœco detenti ductu, pervenire
queant. Etenim, an non in lapsu
Adamico primo omnes nos in eam
dem incidimus conditionem natu-
ræ, quod ille amiserat in imagine
hovæ, id quoque nos omnes, er-
nati cum tota progenie, similité
amiserimus? Nonne inde imago Di-
Adamœ per creatorem impressa, is

suum divinitatis , ex qua efformata
 erat, centrum retrorsum abiit, & ceu
 lumen extinctum in sui principii pe-
 netral recessit penitus , adeo ut non
 nisi per Christum & eius regenera-
 tionem in nobis resuscitari , & cum
 lumine suo sancto ex Spiritus Ieho-
 væ gratia reddi nobis & restituī va-
 leat? An non inde legis naturæ debi-
 tores facti sumus omnes in eodem
 gradu cum Adamo , ut nemo potioris
 iuris præ altero dici aut fingi possit ?
 An non Adamus hoc lapsu purum a-
 morem sanctamque cupiditatem ,
 quam imaginatione sancta in Ieho-
 vam unice dirigere debebat, in tere-
 stris fœditatis libidinem turpem &
 monstruosam nos scum transforma-
 vit, ut inde omnes in eodem perditæ
 naturæ Iuto hæreamus monstrosi ♦
Quum igitur omnes ad unum , ne-
 mine excepto , ex lapsu Adamico
 eiusdem conditionis filii aut propa-
 go simus; certe aut etimus omnes si-
 mul domini, aut servi , iuxta creatu-
 ræ seriem in naturalibus facultati-
 bus. Quid vero vetat , quin ponam
 utrumque? sed non ex eo fundamen-
 to, velut servitutis ille nimis rigorosus
 adsertor & amator facere gestit.
 Etenim domini sumus secundum

T ; homi-

hominem internum, qui in Adamo
ante lapsum tunc manifestatus etat,
quum adhuc externum illum secum
occultatum & quasi ab imagine sua
divina absorptum sive sepultum te-
neret: servi vero secundum homi-
nem externum, qui postea in lapsu ex
cæcere suo cœco in manifestatio-
neni huius externi prorupit, & hac
crassitie palpabili se imbuit, non sine
macula suæ turpitudinis. Quare fal-
sus & nuzatorius omnis est ille dis-
cursus, qui utilibus paganisini genti-
lis terminis deformatus, duas illas
classes mortaliū , propter nudum
complexionis externæ instinctum,
aut incitationis indolem naturalem,
ita contradistinctus, ut inde impe-
rantes & parentes, aut domini & sec-
vi dici mereamur. Longe deterius,
vel multo iniquius illud est, quod
bestiali numero censiū iī mortaliū
debeant, quibus clementior ingenii
favor præstātiorve genius in procrea-
tione insitus nullus est. Sed benes-
tes habet: Quod si inde aut libet
aut servi censiū debeat; quælo quo-
tus quisque non ex throno potestatis
sua vel rex aut princeps ad nume-
rum brutorum deturbandus erit;
quum ex historiis quoque pateat,

quod

quod inter mille imperantes vix decima pars inveniatur, qui digne satis suum administraverint locum. usque adeo ratissime influentia illa solaris, quæ principatum rebus & regimini bus maximopere applicat, regentes benignitate sua beat? E contra maxima pars servorum, quos ini quisas fortis malignæ aut potius ter rigenarum improbitas in servilem de trusit conditionem, ad summa te rum fastigia foret elevanda, ut pri mas caperet in statu regiminis. An vero non inde cuivis regno aut rei publicæ maxima extimescenda esset confusio; si secundum generositates animorum aut domini aut servi cen sendi & suo loco habendi venirent à Platonem iste, *cap. i, sed. 10, num. 2,* exagitat satis proterve, quod ideam suæ reipublicæ configat quæ nus piam locorum in terris possit dati; quam ab omni hominum conditio ne amota sit. Nunc certe longe actio ri censura notandum se exhibet, quam Plato, qui optimam reipubli cæ formam ex amore sincero proge nitam delineare voluit, dum iste in calibus abortivis pigmentis plane confusam eam in proscenium mot calitatis protrudit. Etenim ubi non

296 . R E S P U B L I C A E
servos , quos ita homines servos faci-
unt , potius bonos , & è contra libe-
ros aut ingenitos malos vel etiā pe-
sinos invenias ? Si permutatio esset
instituenda in dignitatibus , tous
comuovere tur mundas , nec ullarite
sibi constare posset Respublica. Sed
glossatores tales sibi ipsi sunt oneri in-
tot refutationibus anaphibologicis ,
dum aut vere distincta non distincte
suis applicant locis , aut distinctiones
fingunt , quæ rem magis involvant.
Inde error unus parit alterum , ut ex
una ignorantia in alteram & longe
crassiorem incident . Quod hec et-
iam factum , facile saniores & vera
philosophiæ cernunt alumni. Quare
non dubito , quin cautius in his su-
mum ostentasset iudicium , si ipsi ve-
rioris philosophiæ lux affulisset cla-
rior. Qui ex illuminatione mentis
sanctori nescit septem proprietates
externæ naturæ , & quomodo ex
eiusdem tribus principiis se natura
temporali & huic mundo insinuant ,
& tandem centraliter in microcos-
mum confluant , quomodo etiam spi-
ritui mundi submissus sit Adamicus
homopost lapsum ; illi nec de naturæ
veræ constitutione , neque de ciui
processu & complexionibus sibi quid-

quam cognitionis aut iudicii polliceri rite poterit. Etenim heic non sufficiunt nude conficti termini phrasium, quum realis rerum exploratio vera veram menti addat sapientiam, ut sic inde sanum de re quaunque possit ferri iudicium. Nam licet homo ex lapsa suo, ex quo ita spiritui sydereco inancipatus, nunc vitam hanc trahit, in eam se præcipitaverit corruptibilitatem, ut inde influentiis superiorum maxime sit obnoxius, quæ illi iuxta prædominationem constellationis instillent naturalem instinctum, secundum quem suam naturæ huius corrupte, si maneat extra Christianorū regenerationem, traducat vitam; tamen multiplex hæc influentiarum constellatio tam varia atque infinita est, ut nullatione ad duas classes solas illa constitutio mortalium in hoc mundi externo regno redigi, & eatenus ita inter se distingui iuxta internam suam essentiam possit aut debet; sed si mortales iuxta prædominationem influxus ex septem proprietatibus naturæ censeri deberent, potius ex generationis suæ virtute, ad eam complexionem forent redigendi, quæ prædominium in uno-

· 298 R E S P V B L I C A E
· quoque hominum obtinet. Velutid
philosophi ii , qui philosophiam h.
niorem vel à primo salutarunt lini-
ne, rectissime intelligunt , & comit
faciunt omnes , qui astrologiam na-
turalem penitus introspexerunt, sine
qua nemo quidquam in natura sapie-
re aut rite cognovisse dici poterit.
Videatur & consulatur modo insi-
gnis Sendivogdii tractatus de tribus
principiis vere naturalibus , & longe
excellentissimum libellum de spiritu
universalis mundi omnia plene vivi-
ficante, qui ita inscribitur : *Traictus*
de l'harmonie & constitution generali
du vray sel , secret de philosophes , & le
l'esprit universel du monde , suivant le
troisième principe du Cosmopolite : Re-
cueilli par le sieur de Nuisément , se-
ceveur general du Comte de Ligny et
Barrois. Paris. edit. anno 1621. qui
libellus mox latinitate donabili.
Inuria igitur nonlevi , imo summi,
non tantum genus humanum in-
iversum , sed etiam ipsos naturis
influxus , quibus suuī ita proprium
infringit officium , temere affici,
quando tales servos naturæ consti-
tuit , qui ne quidem ad ullius virtu-
tis studium idonei aut apti dicique-
ant , quuni proculs brutis adsimiles

tur, qui nec aliam vitam vivere possint, quam quæ brutis sit æqualis; ut toties *scit.* 3, n. 4, 9, & *scit.* 7, n. 15, repetit. Et in primis hoc valde iniuriösuni apparet, quod maximam partem hominum huic sorti duriſſimę deputet, & ad has absurdas extremitates reiiciat; quum ex mente ipsius Stagiritæ, alios propter magnitudinem animi & providam solertiam solos imperio natos, alios ex defectu caliuin virtutum, quum illos natura non adeo firma instuxerit, sed dura iis extiterit noverca, servos prorsus faciat; impellantum vero, respectu cætus universi in mortalitate hac, admodum sit exiguis numerus; & è contra maximus semper parentium, quibus servitutem naturalem adsignat: *scit.* 3.

Sic etiam maxime scandalosum, nec sine absurditate, *scit.* 1, num. 10, hoc ab ipso Arnisæo prolatum est, ubi dicit: Virtutis studium in servis natura frustra quæsieris, qui patum absunt à brutis: sed tamen & secundum hoc, & secundum cultum divinum, dum sibi consulere nesciunt, dilectioni dominis ubipliantur.

Vix ita aliquid discriminis inter bruta animantia & homines admittit;

300 R E S P U B L I C A E
tit tales. velut in sequentibus id clā-
xius adhuc detegit, ubi ait : Reliqui,
quos servitutis cœno immergit for-
tunæ quædam iniquitas , etiamsi li-
bertatem animi perpetuam retine-
ant, & inviolabilem , nec in extrema
servitute desinant velle quodlibet;
tamen contra naturam voluntatis li-
beræ coguntur aliud agere quam
velint , & arbitrium alienum in me-
dium animalium recipere , non quod
voluntas , quæ semper in sinu suoli-
beta manet , & suæ spontis , pars
subiiciatur arbitrio domini, sed quod
actus voluntatis ; dum non licet ipse
agere, quod vult.

Quæso, an igitur nulla alia est dif-
ferentia inter tales homines & brutes?
Etenim si cœno tanto iniquæ foru-
næ adeo profunde immersi harent,
ut contra naturam voluntatis liberæ
cogantur aliud agere , quam velint,
& per se subiiciantur arbitrio domi-
ni ; tum etiam frustra quaeratur ini-
vittutis studium ; profecto nihil
differunt ab animalibus brutis quæ
eodem modo suis inserviunt domi-
nis , si imperentur similiter ; præ-
fertim si hoc accedat, quod etiam vi-
tam , animam & quicquid deniq;
suum possident , domino debeat.

Ast omnis eruditorum tamen schola, homini cuivis animam rationis compotem attribuit, & inde à brutis ita distare dicuntur singuli ut etiā in ea dominium ipsi competat. Quod si vero iam omnis virtutis studium in capacitate interna aut facultatibus genus servile amiserit, aut particeps nunquam sit, aut fuerit, ut contra naturam voluntatis liberæ aliud agere cogitur, quam velit; quid prohibet, quin ipsi longe deterior status naturæ infra bestias adscribatur? Quippe notorie constat, & experientia cotidie ante oculos mortaliū id testatur, quod vel nutu quoque circuata animalia, absque violenta cohibitione, possint regi. Nuin igitur adeo penitus exclusi sint tales naturæ servi ab omni rationis consortio, ut importunis solummodo ducantur affectibus, nec quid pro fit ultra educationis informatio? Si hoc verum iuxta mentem huius auctoris, certe nec homines erunt, nec anima rationali praediti, sed monstra profus in sua effigie humana inutili, & animam habebant cum brutis mortalem, accumi ipso corpore extinguisibilem. Nam, si virtutis studium frustra in iis queritur, nequidem facultati-

302 R E S P U B L I C A E
cultates habebunt eas , quibus id re-
cipiant , aut exerere queant . atque si
hæc non adsint , nil distant à bestiis ,
animasque fovebunt evanidas , nec
alius locus illis ad signari inter mor-
tales poterit in conversatione civili
quam animantibus : soli autem do-
mini erunt veri homines . quod ab-
surdorum absurdissimum . Tum etiam
hoc inde sequitur , quod necessitati
fati incorrigibili adstricti & alligati
hæreant , quum ita à facultatibus
animæ rationalis sint prorsus exclu-
si , ut contra naturam voluntatisli-
beræ , cogantur aliud agere , quam
velint ; quod non tantum itidem ab-
surdum , sed etiam Christianismo vel
potius sacra Scripturæ prorsus con-
trarium est , quæ undique nobis viam
planam ad gratiam Iehovæ explicat ,
modo quis se pœnitenti vita pietati
veræ devovere velit . Imo ipse sibi est
contrarius , dum eam curam in do-
minum servorum reiicit , ut operam
det ne animi cultus & perfectio illis
desit . *Set. i, num. 10.* Quod si vero
dominus ipse in tali excellentia na-
turæ natus non sit , qualem ille in
omnibus necessario præsupponit , &
pro liberalitate naturalis libertatis
constituit , quam ipsa natura suo pro-
prio

proprio iure ex imperiali necessitate cunctis dominis impetrare debet ; sed tali communicatione primæ classis inter homines careat : cum aut servus domini locum merebitur, quem ipsi cedere cogetur vi distinctionis adductæ, *scilicet* 3, *num. 4.* aut uterque ad secundam classem relegandus erit , ut patili utantur fruanturque bestialitatis miseria , & fortunæ iniquitate, in hoc cæno servitutis. Verum neque tunc rei hæc nova carabit difficultate, quum sic totum hoc loco regulationis prædicamentum in nihilum redigeretur. Etenim servus non potest dari aut esse nisi respectu domini, nec dominus esse absque servo ; quum relata & que nota ac ignota sint , & in suo fundamento fundanda; quippe nugæ sunt, si quis definiat cū Ramo (ait iste auctor , *scilicet. 2, heic, num. 20*) subiectum , quod habet adjunctum , & vice versa , aut patrem qui habeat filium. Qui enim nescit, quid sit servitus, nec is quidem sciet, quid sit dominium ; præsertim si talis confusio naturæ inter dominium & servum intercedat , ut uterque ad sibi quam aliis vivendum ineptior sit , *Id. scilicet. 2, num. 20, & scilicet. heic 7, num. 15,* & nesciant natura ferre libertatem.

304 R E S P U B L I C A E
libertatem. *Id. sect. 3, num. 7.* Adeo
unanimi consensu gentium impe-
rium defertur melioti & præstantio-
ri : semperque verum est , quod de
actis dixit Ulpianus, *l. 1, §. fin. ff. de ag.
pluv. arc.*, inferiorem servit superio-
ri naturaliter : id quod non tantum
ordini naturæ , quem ubique depre-
hendimus , sed & iustitiam ex natura
fontibus haustæ suminopere conve-
nit. Tum denum enim (pergit ita
iste auctor suo modo philosophari,
sect 3, num. 6) officia & dignitates
iuste distributæ sunt , quando quis-
que obtinuit quod conditio[n]i nara-
tæ sive congruit , *s. eth. cap 3.* Nasci
autem quosdam usque adeo impo-
tentes , ut nec suis commodis profici-
cere , nec in longitudinem consulat
possint , indigos ad omnia alieni co-
filii , quis non in media plebe & ma-
nipulis rusticorum quo tidie adver-
tit ? Quotus quisque est ex infatu
vulgi fatce , qui , nisi serviat , & ex quo
tidiano labore vivat , propria indi-
stria vietum sibi patandi copiam be-
beat ? &c.

Sic videlicet plusquam egregie-
iterum auctor hic confundit , atq[ue]
dum pro dominis adeo operosam ac-
quisitionem se instituere putat , ma-

tam certe præflat opem scrvis contra ingeniorum aliorum naturam. Namque si tum demum, nec unquam aliter, officia & dignitates iusledistributæ dici debent, quando quisque obtinuit quod conditions & naturæ suæ congruit; Yah, bone Deus, quam necessum omnino erit, ut mundo alia distributio dignitatum imponatur mature, quam adeo naturæ conditio iam passim inventatur inversa aut vacillans, ut nec ex iustitiæ fontibus quid haustum videatur; Adeo naturæ servitio nimis impotenter omnes laborant, qui tamen sæpe summos, unde directorium regni dependere debeat, occupant locos, ut nemo non proptiam duplicitate conscientiæ impugnet libertatem. Ceu ego ipse olim & plenus senatorum confessus quodam ex consule, qui ex advocatura ad eam dignitatem vix ante a eyectus erat, audire cogebamur, quum non postrem in hac licentiat petulantia sibi quærebat gloriam: quippe putabat, quod quam optime sibi prædesse posset, si ad commoda & utilitatē naturæ se ita alligaret, ut iuxta Senecam in pravitates se soletrem mōstraret. c. 5 de vit. beat. Id. scđ, 3, n. 9.

Tam inique igitur quum semper
in hoc mundi perversi regno con-
patatum sit, ut illi in libertate ma-
gis & potestate dignitates occupent,
qui ab omni integritate & conscio-
tiæ pietate absunt, prorsusque inepi-
apparent; atque è contra optimu-
m quæque ingenia contra naturam fa-
vitute dira suppressantur, quibus ca-
ra rerum satis tuto committi sapientia
possit, nec respectus sit ad illos, qui
bus regalis solis influentia status
regiminis adiudicat: merito ICI
violentos proprii commodi exalte-
res, iuxta S. Scripturæ præscriptio-
nem abhorrent, & servitutis iniuriosi in-
ventores acerrime detestantur. Eis
nim ut inhumanum est, optimaque
que ingenia perpetua servitute in-
que premere, ita incommodum est
reipublicæ, ut hebes quisque, & a-
ius virtutem depasta est inevitabilis
egestas, ad noxiam libertatem per-
trudatur; ut ipse relector confiteretur
I. scilicet. 3, n. 13.

An non ergo rectissime Vasquez
in *præfat. illustr. contro. num 5, Stag-*
tæ illius profani sententian: prodi-
condemnat ut impiam? Merito et
id repetit lib. 1. contr. cap. 11, num 4.
Et quur non omnes hodie fani &

ex libertatis Christianæ amatores, cum Imperatore, atque Florentino, & Vasquio, eamdem huius, servitutis iniquissimæ defensoris, qui ad brutum consortium in naturæ servitute abiicit mottales, & eos omnivirtutis studio & stimulo privat, sententiam condemnant, atque impianu[m] pronuncient? Sed testat, ut paucis percurramus adhuc eius examinationem, quæ Imperatoris descriptionem, in servitute contra naturam detinuanda, vellicat; ac quibus tandem rationibus ICtos, calumna Imperatoriorum verborum in d.l.4, f. de stat. hom., interpres repellat.

C A P. VII.

In quo servitutis definitio, ut ab Imperatore est promulgata, & à ICto ex- plicata, iuste defenditur, & à calumniis vindicatur.

Imperatoris verba sunt: Servitus est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subicitur. Heic primum vellicat vocabulum constitutionis. quod in tribus non recte posicium existimat vi-

308 R E S P V B L I C A E
tiis, quum non tantum sit genus ri-
tus longe remotum , & potiusius
constitutum dici debuerit, sed etiam
cum libertate atque genus ex con-
tractie opposito requirat. Verum co-
ipso demonstrat, quod ille signifi-
cationem voculae huius non recte in-
telligat. Etenim constituere servitu-
tēm singulatis est locutio in iure,
quod non est simpliciter cedere, sed
re ipsa eam imponere alicui , quem
servitutes constituantur per patien-
tiam vel per traditionem , l. i 3. §. 1,
*ff de Pub. l. 3, ff. de usufr. l s. n ff. de ser-
vit., usq. veluti patientia quoque ti-
pro traditione habetur. Dd arg. l. p. 1.
ff. de servis.* Qui enim servitutem de-
bet, pati debet ; *affirmant ex l. grecis*
15, ff. cod. tit. quæ quidem patientia
est de natura servitutis. d. l. grecis.
Ideoqne patientia etiam pro consili-
tione habetur. d. l. 15. Unde talis
constitutione adeo remotum genus
exhibet aut designat, ut ille censem;
ex propria locutione id sibi ita for-
mat. Proinde constitutio talis ser-
vitatis ius dicitur potius , quam ius
constitutum; quum constitutae ser-
vitantes, *vigore l. 10, ff. si serv. v. 1,*
ex vocentur, quæ pactionibus, si-
pulationibus , legatisve imponan-

tur. Præterea etiam , quum ex iure gentium haud dubie servitus , ut iam satis pater, & quemadmodum id nobiscum ipse auctor reflectionum , d. *selit.* i, *num.* 12 , expressis verbis confitetur, deducatur ; constitutionis vocabulo omnino heic uti debuit Ictus. Quippe hæc vox non caret singulari emphasi , quum simul iussum ex consensu gentium importet cum ipso iure. Namque istud ius est quoque constitutio ; *Don. cem. lib.* i, *cap.* 5 : licet & differentia quædam ponatur, ut ius veteres leges appellant Icti ; constitutiones vero , posteriores , quæ aut aliquid benigne aut severe contra ius introducant. *I. falsa.*
ff. de condition. & demonst. *I. 4, §. contra.*
ff. de doli except. *Cuiac. 7, obs.* i, 9 . Quid vero servitutem non cum communigenere libertatis comprehendere ICtus & facultatem haut dicere voluerit ; id multo minus potuit : quin libertas in opposito suo contrario longe felius extendat quam servitus ; adeo ut ipsi non tam servitus , quam violentia opponatur ; velut ipse auctor istud in *eadem selit. num.* 15 confitetur his verbis : Iam vero constat , quod vis actum facultatis ubique impedit , & proinde in tantum

310 R E S P V B L I C A E
I libertatem tollat , in quantum do-
minatur. Violentia enim oppositur
libertati , 3 eth. cap 1. Vis autem in-
fert violentiam, ideoque tollit liber-
tatem. Quid enim est servitus, aut
unde orta , vel ICtis ipsis iudicibus,
nisi ex vi bellica, qua contra naturam
alter alterius dominio per vim sub-
sternitur ? l. 4 , ff. de iust. & I. &c.
Quum ipse igitur ita egregium pa-
tronum ICtis heic contra voluntu-
tem propriam præstate cogatur , &
non tantum confiteatur expresse,
quod oppositum libertatis non tam-
sit servitus quam violentia , & ser-
vitus rectius dominio disquipatae
relatum exhibeat, ut in ead. sedl. nro.
20 posuit ; quur, quæso , tam temer-
tamen eos vellicat aut cavillatione
sua nonnihil acrius perstringit ? Eo
ipso enim servitus nil aliud est, quam
instrumentum violentiae , quo uti-
tur vis , ad retundendam aut tolle-
dam libertatem. Instrumentum ve-
ro non potest cum re ipsa per natu-
ram suam coincidere ita , ut si
unum redigantur genus ; quia si
utens, non est idem cum instrumen-
to , quum toto genere differant, ca-
securis & faber. Præterea quoq;
ingenus est discrimen inter libertati

animi, & eam quæ in corpore & externis actionibus consistit; velut hoc ipsa etiam glossa agnoscit, & add. l. 4 satis id explicat; simul innuens quur servitus non potuerit per facultatem describi; quum eius propria origo ex iure gentium dependeat; libertas generalis vero animi facultibus naturalibus inhæreat adeo, ut etiam quis in sua conditione possit facere quæ velit, inspecto iure animi naturalis, nisi vi, id est, de facto, aut iure quolibet prohibetur. d. gl. ad h. l. Nam servus (ait ipse Relectio) facultatem retinet æque liberam; scilicet. 2. h. l. num. 18; (ubi captivum, non naturæ, intendit:) quum vincitus propter vincula non perdat libertatem. l. 23, §. item quarto. ff. de aeq. poss. quod innuunt verba Icti, ubi ait: Si vinxeris hominem liberum, eum te possidere non puto. Ut enim possideatur aliquis, & acquiratur domino, ad ius pertinet, non ad pudam facultatem agendi, vel non agendi. d. l. num. 19. Vnde etiam tale ius in facultate sive (ut gl. loquitur) possibilitate juris naturæ non simul latet, nec in se se id dicitur completi. Quate, quum libertas sit fundata in facultate naturæ, con-

312 REPUBLICAE
trarium eius obtinere locum cum
dein non poterit , quod tanquam
inimicum instrumentum ipsi prore-
scindenda ea facultate opponitur.
Eodem modo etiam voculam domi-
nii satis cavillatorie heic taxat , quasi
ignotum explicetur per ignotum.
Qnum enim dominus & servus sint
correlata ; putat , necessum esse , ut
quoque heic debeat explicatio fieri
dominii aut dominationis : quod ta-
men præter rationem solidam expe-
tit . Etenim dominii explicatio suum
habet locum , & servitus suam se-
dem ; nec cominisceri debent tales
definitiones aut descriptiones ; pre-
sertim quum die eo agatur tot titulis,
ff. de acquir. rer. dom. l. servo 13. C. de
pœnis. l. potestatus. ff. de verb. sign. l. cura
hæredes. ff. de acq. possess. & paſsim Dd ad
diff. tit. presertim VVesēnb. ad tit. de acq.
rer. d. Nec tantum ex præsuppositis,
sed etiam per se constat , & cuique
conscientia sua hoc dictitat , quid do-
minium importet , quum quisque
quasi naturali instinctu ex amore li-
bertatis affectet dominium aliquod.
Sed tamen recte monet Besoldus , do-
minationem ex iure gentium intro-
ductam esse ; quod tam iuris nostri
conditores , §. 2, Inst. de iur. nat. & l. 4,
ff. 4.

ff d. iust. & iur cum alii, quos laudat Christ. Coler. parerg. cap. ult. voluerunt. ait Bes. pol. cap. 2, num. 51. Atque in tali quoque significatione maxime heic accipitur dominium, quum ita illi servitus correspondeat, quæ ex iure gentium originem sumpsit suam. Vnde apparet necessitas, quod nulla ratione dominii mentio heic propter talis essentiae constitutionem omitti potuerit. Velut etiam proinde non frustra positum est, quod talis subiectio servitudinis fiat contra naturam. Quippe iis verbis maxime specifica differentia exprimitur, ut inde pateat, quod dominium & quænam servitus heic describatur, quibus iuris civilis constitutionibus esse obviandum, & alia querenda medela.

Sed quum has obiectiunculas (ut vocat) ad scholas remittat, & tria ulterius tamen in his Imperatoris verbis, quæ definitionis nomine comprehendit, desideret; etiam hæc paucis in Imperatoris gratiam, cuius honor merito nobis in Romano Imperio venerandus semper existit, examinando declinabimus. Primum conqueritur valde de eo, quod in tota definitione servitudinis, superius pos-

ta , non specificè expressos potuerit invenire servos , de quorum iure heic agitur. Quod certe mirum alicui merito in tamen acuto , ut se venditar , philosopho videatur. Non tantum enim personæ servorum omnium luctuenter in particula quo (id est , qui quis , qui liber , aut omnis , sive uniusquisque;) sunt expressæ ; ut omnes ea vocula quis contineantur , quicunque domino alieno , id est , ab æquitate & charitate proximi averso , & propriæ ambitioni avaritiaeque dedito , obnoxii aut contra naturam devincti tenentur ; sed etiam manifestissime specificam differentiam deponit , ea forma verborum , ubi ponitur , quod illi omnes heic intelligantur servi , quos ius gentium contra naturam in subiectione abrumpuit. An vero haec servitus exacte in omnes quadriga ciues , & corruptæ alicui ex tribus formis reipubl. obnoxios , id iudicet æquus censor. Qui sibi plures fingit muscas , quam capere possit , exactior rem suscipiet de retibus amplificatis curam. Nec ad hoc examen pertinet , quænam forma reipublicæ sit sincerior aut competentior ; & num apud Turcas , Tartaros , Persas & Muscovitas , aut alios Europæ incolas , sit quæcqdæ ,

tenda. Sit ubicunque velit corrupta; nuspjam sincera aut vera apparet, multo minus solide Christiana, ubi servitus tanquam contrarium libertatis privativum, & carentia illius facultatis quæ hominem universi iuris concreati experitem & incapacem reddit, introducta viget. *ad. Donell. com. l. 2, cap. 9. Osvv. Hill. h. litt. H.*
 Etenim & iura & res publicæ ibi contra naturam pugnant, quum dilectionem proximi penitus tollant & extinguant. Velut lex ea naturæ universalissima est, quæ dicit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Nec opus est, ut de bello aut eius vano vel crudeli iure heic multa subneftamus. Etenim quod ferro subigitur, alienissimum est ab omni dilectione proximi, & multo magis ab amore Dei aut pietate Christiana. Ideoque, an ferri imperium contineat in se vere dominicum officium, id belli sufflatores discant ex Teutonico nostro, cuius verba in *Mysterio magno sive commentario ad Genesim Mosis cap. 33*, in quo de initio secundæ monarchie, & fædere Iehovæ cum Noacho omnibusque creaturis agit, sic se habent, quæ cunctis, præsertim hoc bellico tempore, bene notanda sunt. Vnusquis.

316 R E S P V B L I C A E
quisque, ait, miles, ira Dei est virga,
qua in furore suo nequitiam morta-
lium affigit, & absorbet; nulloque
pacto ad ordinationem naturæ re-
ferti potest aut debet; sed locum in
cupiditate Turbæ magnæ obtinet; in
eo videlicet sitibundo furoris ordine,
per quem ira Iehovæ populos cum
regnis subvertit. Ordinatio hæc pro-
pria est tenebriosi mundi in natura
sua, quæ violentiam suam tempore
malignitatis humanæ exerit, Iehova
id ita permittente; atque tunc om-
nia secundum voluntatem futuri
succedunt, donec is satis se exsatura-
vit in sanguinis humani effusione.
Namque hic furor ipsissima ira Dei
vindicta est; de qua habentur verba,
quod velit sanguinem vindicate ho-
minis. Inde saepius hic furor alterum
protrahit mortaliū, atque in furo-
ris huius ira per unum alter interimi-
tur, quum meriti sint ambo suam
pœnam. Si quando enī potentes
terrātū tyranni in innocentis san-
guinis effusionem irruunt, tunc se
exerit ira Dei cum præfectis suis, &
circus cornū hominum sanguinem
effundit, & ensē turbæ in illos re-
condit. Exinde bellum exurgit; mi-
nime vero ex ordinatione Divina in-
tegræ

tegræ naturæ , in qua Iehova cum sapientia sua gubernator existit. Sapientia Iehovæ nullum prorsus expectit bellum; sed ira Dei, secundum tenetricos mundi naturam , illud semper sitit , & peragit idem in vanitate hominum & malitia. Si inter nos invicem velut filios decet Iehovæ , viveremus ; nusquam indigemus bello. Belligeratio igitur nostra omnis manifestum nobis exhibet testimonium quod solummodo filii huius mundi sumus : dum absurdè gerimus tot bella, & præliamur internos propter hæreditatem alienam , quæ paulo-post nobis derelinqua- da est. Hac itaque malitia tantum ira Dei inservimus in nostri ruinam , tanquam ei obligati servi. Et enim nemo militum omnium valet hæres esse regni Dei , quam diu talis existit ; sed regeneratus filius in Spiritus Iehovæ amore, qui mundi hu- ius vanitatem deserit , verus hæres erit. Haecenus ille veritatis vates . ex quibus quisque suum sibi examen in conscientiæ penetrali colligat. Sed interim ad secundum refutationis membrum nos convertimus.

Deinde offenditionem valde quidem prondacem inde arripit , quod origo

origo servitutis reiiciatur ad ius gentium tantum ; sed tamen solito mores sibi in ipsa stomachatione contrarius est. Vult enim, mox quod ex iure civili servi otiantur ; & tamen in eiusdem linea confitetur statim , quod ei iure gentium servi prodierint. In uno halitu oris efflare calida simul frigidaque novit ; non aliter ac pin-nula in summitate templi ventis diversis exposita circumvolvit. Qui tamen confessione ingenua , ipse ubi cornua decutit , quibus tanto conaru verba Imperatoris in Florentino op-pugnatum iverat. Mire heic sefetor-quer , & mirabilis est eius locutio-ait : Quanquam primitus servi pro-dierint ex iure gentium ; tamen de-hinitionem concipi fas fuit secundum rationem temporis , quo exhibatur. Tum vero non solum ius gentium ; sed & nudum ius civile Romanum servitutis novam constitutionem in-troduxerat , &c. Non duplex fuit sed triplex heic hominis lapsus est gravissimus. Sic scilicet sit , ut dato uno inconvenienti , sequantur plura. Etenim an decet quenquam itaphi-losophati , ut definitiones rerum , que firmum suum veritatis habent fuc-damentum , à quo non nisi per vim

retrahi queunt, secundum temporum mutationes sint conficienda? An ullus eorum, qui sibi alicuius sapientiae eruditionem singularem inter mortales vendicant, extitit unquam, qui ita res naturales secundum temporis rationem definiendas putat? An non definitio debet exprimere unumquodque sicuti in sua natura est constitutum? Nonne expressis verbis ita statuit, *supra cap. i, sect. 2, num. 4*, quod res pro conditione subjecti tractanda sit? Vnde nunc sibi contradictorius? An vero tempus est genuina genitrix rerum, aut subiectum? An potius res ex sua natura matrice ita procreatur, ut eam induat essentiam ex qua subsistere sibi queat? O amice! Amice, quis te auctor nimirus servitutes ita temere conficiendi decipit? Fortasse autem oblitus est, quod Stagirita ex tempore commune fecerit accidens in physicis suis? Quantum igitur distat accidens commune ab ipsa substantia rei? Num vero accidens tale est? vel num producit substantiam? Mitum nisi omnes in eum involvent Stagiritae sectatores aut aliorum, & hæreseos convincant reuni, quod tam procastiter ipsissima sunt eorum principia

320 R E S P U B L I C A E
& axiomata universalia subvenient.
Tempus quid est? An non duratio cor-
poris naturalis? Sive id cum Stagirita,
numerum motus, ex cœli conversio-
ne observatum & definitum, appre-
hendit velis: utrumque fit: non tan-
tas res ipsa esse potest, cuius defini-
tio-
nem ponas; alias quidvis quo-
tempore satis compete & conmod-
definitio posse, licet rem ipsam nun-
quam in essentia sua tangere. At
vero ita rerum definitiones muta-
oportet, ut tempori pro te natura si-
numini serviant? Non certe bonae
consilium, quod nunquam veritate
rerum largiri novit.

Alter vero lapsus in nullitate sa-
nequaquam minoris est considera-
tionis; quuin apertam vanitatem
proferat; nisi peccet et iam ex igno-
rantia historiarum. Etenim tota se-
clamat antiquitas, uti partim ex hi-
storiis in antecedente capite addi-
ctis satis manifeste appareret, quod se-
vitutes supra modum duxisse passim
usu fuerint, priusquam ius ciui-
Romæ natum esset, & anno Chilii
quingentesimo trigesimoquarto i
Iustiniano publicatum.

Tum quoque egregie demonstra-
quod iura nullatenus cognovas

(qui tertius eius est lapsus) sed plane hospitem novum in iis agat ; utpote qui collectoris sui primi intentum, quem iuxta suam opinionis dispositionem frustra corrigeret studuit , non recte percepit ; quum adseveret , quod nudum ius civile Romanum servitutis novam constitutionem introduxerit . Toto certe cœlo errat . Itaque in sua opinione decipitur , nec unquam Imperatoris veram agnoscit intentum : cuius unica intentio est , non ut in servitutem iniquitate novi quid introducat : sed ut potius illas malignas consuetudines , contra æquitatem omnem , & ipsum Christianissimi amorem , ac statum verum ecclesiæ libertatemque eius pugnates , aut è medio tollat , aut mitget ; mediaque monstrat , quibus huic malo cura quedam iuris melior adhiberi possit . Vnde etiam in ipsa hac descriptione servitutis id declarat aperte ; quin servitutem dicit & appellat eiusmodi constitutionem , quæ contra naturam sit introducita . Tantum abest , ut approbet servitutem ullam contra libertatem naturalem , ut etiam maxime noxiā naturet & eius libertati assiveret .

Nec latisscite ab eodem hec va-

pulat Cothmannus ; quem ita
etum tangit propterea, quod in dis.
2 sua, tb. 6, dixerit, ius civile subi-
gentium comprehendendi. Quæso, n
hoc peccatum est, si quis dicat, quo
genus includat speciem suam ? an
quod est prius, continere in sese quo
que posterius ? Vel, an non totum
quoddam in sese suas comprehendendi
partes ? Si hoc verum ; certe iste As
nisius nunquam à tali peccato libe
rit, sed cogetur semetipsum con
demnare toties. Etenim self. 5, num.
68, ait: Quicquid totum peccat, pa
tes coguntur luere. Item, num. 61
Quin etiam licet subditi nihil pro
peccarent, tenentur tamen de factis
republicæ. l. 27, ff. de reb. cred. l. vi
C. de navicul. Sic etiam d. l. b. s. l. 1
num. 2, optimum Ictorum Dode
lum ita misere traducit, quasi con
dat, ius naturale tolli posse ex parte,
licet totum tolli sit impossibilis
com. lib. 1, cap. 12, lit C. D. Adde
hanc glossam multis non placebit
quia de parte iudicandum, ut dicto;
quum eadem sit de parte iudicandi
quæ de toto. Tam enim (air poss.)
à Deo naturæ implantata est po
quani totum : tam contra ius & b
neustum agit, qui particulam iusfit

honesti supprimit, quam qui totum.
Vnde Iustin. in §. sed *naturalia*, Inst.
de iust. & iur., non de toto iure na-
turali , sed distributive de iuribus
quibuscumque naturalibus affirmat,
quod semper firma sint & immuta-
bilia. Nam si particula quævis, sive
ius quodvis in particulari possit tol-
li ; per ius gentium introduci posset,
ut indicta causa occidere impune in-
nocentem liceret , utque fas esset la-
trocinari , furari , aliisve illicitis re-
bus & à natura prohibitis operan-
dere; quod esset absurdum, &c.

Pergit ita porro, & ex Stagirita suo
id confirmat , ut eo solidiori funda-
mento & auctoritate scilicet authen-
tica suam corroboret sententiam,
quamque invincibilem demonstret
omnibus. Dicetis : Ipsum quidem
ius nunquam degenerat in iniustum,
nec in sua natura ullo modo muta-
tur. Sed tamen hominum , qui ius
atipiunt , & in actum deducunt , o-
piniones variantur. Quemadmodum
in scientiis , quarum apud omnes
gentes eadem est veritas , eadem cer-
titudo , infinitas subnasci seetas , &
errores videamus: nec tamen error in-
duit naturam iuris ; nec falsa opinio,
veritatis. Heic autem quaeritur ,

324 R E S P V B L I C A E
utrum ius naturæ, iure tolli queat,
quod fieri posse negamus, &c.

Locum heic plenius allegare debui, ut inde appareret, quam candida ageret cuin Donello. Ideo etiam eius verba erunt audienda. Totum hoc caput inscripsit Donellus & insignivit titulo, *de Mutatione iuris*. Vbi statim rotunde in prima consideratione eius ad principalem questionem hæc producit; inquiens; Ius civile mutationem quidem recipit, non naturale. §. pen. *Inst. de iur. natur.* §. ult. *de leg. agn. tut.* l. 8, ff. *de cap. m.* In illo enim, ait, utilitas, in hoc quantum & bonum spectatur. l. pen. f. *de I. & iur. Mattheac.* i *de via iuris,* cap. i, num. 5. Qua insententiam etiam pluribus enucleat exemplis. Sed si obiiciatur, (ait :) Libertas iuris naturalis est; & tamen iure gentium & civili tollitur: Ad instantiam hanc liquidet respondet ita: (N.B.) Ius naturale aboleri in totum nequit: (N.B.) Temporari tamen & ex parte mutari, non tamen nisi ex iusta causa, potest. Et hoc est, quod dicitur in l. 6, ff. *de iust. & iur.* ius civile non per omnia naturali servire. Quare nec libertas universis adimi potest, nec paucis sine causa; qua-

Ies sunt , captivitas, delictum, &c.

Quæfo , quid heic agit aut statuit ICrus de sublatione pacis in iure naturæ ? Num ipsi unquam in mentem venit , quo vel minimam partculam iuri naturæ absque lassione totius sustollere aut suffutari vellet ? Et tamen ita acriter eum incusare audet Relector ille . Num *Tollere* & *Abolere* est idem quod *Temperari* & *Nutri* ? Illud omnino negat Lopez . *in animad. suis, cap. 4.* Nunquam , inquit , ius civile naturale tollit ; sed interdum ad eius observantiam non cogit . Quæ diversissima sunt . & hoc est , *non inservire* . Illud *Tollere* , non potest ius civile : hoc *non inservire* , potest ; imo facere sæpe necessarium est . E. G. Scortatio iure civili impunis , & lupanaria multis locis tolerantur , ut ab aliis peccatis homines abstrahantur : Nec tamen minus peccat contra ius naturæ , scortatione se polluens , &c. Exemplum est Lopezii . licet commodius affere potuisse . Adducitur autem , ut inde patcat , quam inique Donellum culpet , dum eidem affingit , quæ proorsus ab eius mente sunt alienissima . An ea candoris illius facies , quam in principio promiserat ? Sed spiritui

326 REPUBLICÆ
Stagirensi hoc usitatissimum est, ut
quidvis pro tempore & loco sui
commodi definiat aut fingat potius.
Velut id passum videre est : & nuper
quoque virulentissima quædam &
maledicentissimæ lingua tale quid in
academia Julia , sine ullo pudore
commisit. Scripsérat libellum de
processu disputandi. in quo , cap. 1,
num. 4, non minus nugis & mendaciis , quam acerbis iniuriis & calum-
niis , amicum mihi optime cogni-
tum , non theologice , sed plane dia-
bolice & è centro peccati traducit;
et videlicet unguibus suis demon-
strat habitualista ille, quam longe sit
à Dei centro alienatus. Calumnias
eas , & mendacia apertissima , nuper
quoque quidam eiusdem spiritus ha-
bitualista , Genevæ , in Rationali sci-
licet suo theologico , schismaticisti-
xosis perdoneo , & bonis viris pie-
tatisque ipsius vetri Christianis in di-
sekte opposito , cù applausu atropuis ,
& detestatione maligna vitum opti-
mum & integerum vitæ deditissi-
num adortus est. Famosus ille li-
bellus , quum mihi censendus traduc-
retur nuper , & in eo quamplurimi
invenitem hominibus quidem qui
se theologos mundo venditare as-
deci

dent gratissima , veris autem Dei cultoribus indignissima ; amici mei caussa in negotium inquire non destiti, Animum enim huius ab omni impietate adeo noveram alienum , ut etiam propter studium veritatis Christianismi quavis pericula adire non veritus fuerit, dummodo iuventutis & proximi cuiusvis animam Christo lucrari posset : unde etiam Christianum Israëlitam se dicere solebat, ut monstraret nomine sancto, quod homini Christiano nullo pacto sine verbi Dei adsidua lectione, & Christi imitatione vera , in terris esset vivendum. Scriptacius ad manus habui ; inveni locum ; perscrutatus sum sedulo ; Ecce vero , tum quoque deprehendi verissimum illud adagium , quod vulgo dici solet, *Calumniare audacter, semper aliquid habet.* Ideoque exclamavi continuo : Itane vos agitis , ô sycophantæ ? Ergo ,

Quid domini faciant, audent si talia fures !

Etenim ita mala fide cum eo actum erat ; ut proorsus ipsi mens atque sententia alio & plane quidem contrario sensu esset inversa. Tum quoque nupsiam talis verborum contextus repe-

318 R E S P U B L I C A E
riebatur; sed, quæ verba olim fuerant
Cornelii cuiusdam Martinii contra
insigneum theologum Danielem Hoff-
mannum , ea huic , & quidem in
mano & mutilato corruptissime
modo, adscripta erant vito. Nihil
minus cornutus ille & venenatus fa-
mosi Processus scriptor miris nugis,
figmentis , & sophismatibus ausus
fuerat viti boni torquere verba & fa-
mam confuscare. Res ita se haberet.
Erat Balthasari Melshero cum quo-
dam Cornelio Martini tum conuo-
uersia de mysteriis divinis ; & qua-
stio agitabatur, ut memini, An eanō
aliter , quam per formam syllogisni,
rationi humanae credenda applicari
possent ? Cornelius importunitissime
affirmabat; alter vero negabat id con-
stanter. Grawerus quidam factitiat
quoque hoc antea , statuendo cla-
mandoque quod mysteria quam
optime beneficio profanæ logici
possent cognosci. Scandalum hoc
ingens quiñ ita temere moveret
juventuti academicæ , & quamplu-
rimos fascinaret animos ; ille meus
amicus monstrabat utrique absurditi-
tates, & blasphemias in Spiritum San-
ctum in locutiones. Ut itaque eos ad
officium retraheret, sua Cornelio in
omnib[us]

omnibus regessit verba , ut inde tur-
pissimum lapsum agnosceret. Ex-
plicavit simul , quod adeo ratio ho-
minis esset cœca , ut extra gratiam
Spiritus Dei & fidem , quam singula-
rem & gratiolasam Spiritus sancti dice-
bat operationem , nequaquam ea pos-
set conceptiva cognitione apprehen-
dere quæ mysteria cœli denotant ;
quum talis sapientia carnalis , &
prorsus profana , non posset , iuxta
D. Pauli effatum , ea cognoscere quæ
sunt Spiritus; imo ne quidem terrenis
percipiendis esset satis idonea. Con-
firmavit hæc verbis Christi , *Iohann.* 3 ,
vers. 12 , & Davidis , *Psal.* 139 , *vers.*
5 , &c. &c. Adiudicavit hoc etiam quod ,
nisi Spiritus Dei mysteria iustitiae in
Christo nobiscum obsignet , omnis
cognitio frustranea sit ; quum homo
nude naturalis nullum spiritualitatis
principium ante regenerationem se-
cum habeat , peccati corpori potesta-
tique totus mancipatus. Sic mutua
semper manet pugna , ut ex principiis
nobiscum natis nihil inferre possi-
mus ad spiritualia in quibus plane
stulti sumus. &c. Hic viri illius est
sensus , & non aliis ; ut in toto loci
talis contextu nusquam verba eius-
modi de contradictoriis duobus in

330 R E S P V B L : C A E
ea serie connexa reperiantur ; vdu
impudentissimus ille scriptor ea al-
legat. Et quamvis per itonicam qu-
stionem Cornelio suam reposuerit
axiomaticam elegantiam; tamen non
tantum totam eius viri corruptis sen-
tentiam ille Processionarius, sed et
iam potissima & explicatoria omisit
verba , quæ conditionem ab ipso
Cornelio adductam interpretarentur.
An hoc theologum , qui optimus de-
bebat dici Christianorum, deceat, id
iudicet quisvis. Nihilominus contra
conscientiæ stimulum verba Christi
Matth. 7, vers. 12, in suum advocate
patrocinium audet : *Quaecunque vo-
lueritis, ut faciant vobis homines, ita &
vos facite illis.* Utinam talium falsifi-
corum cordibus rite dictum hoc in-
scriptum esset, ut in vitam quoque
verbum Christi, uti par esset, conver-
terent , nec unquam amplius falsita-
tes similes protruderent , aut calum-
biatores agerent impudentiores. Ie-
hova convertat convertendos, nesui
ipsorum iudices sint in extremis. Hi
vero sunt frugis scholæ Stagirensis.
Quod exempli loco superioribus obi-
ter adiucere volui , quum ambo eius-
dem patroni sint cuius & alumni,
qui eandem ita egregie tractare didi-

cetus

cerunt artem. Atque hoc ideo dico, ut caute quisque bonus tales legat scriptores, nec facile decipiatur verbis falso nitentis Philosophiae gentilis, quæ nihil prorsus in vera & internarum cognitione potest aliud, præterquam inanum litium logomachias disseminare. Sed ad Donelli vindicationem ulteriore reverti cogimur.

Quamvis autem Relector *dīsso loco*, *sc̄t. 5, num. 4*, satis acriter reprehenderit Donellum, quasi ille iusnaturæ ex parte mutare voluisset, ut superius demonstratum est: tamen durus ille censor in omnibus cum Donello facit, & semetipsum refutat tandem his verbis: *Contra ius enim nulla iusta causa excogitari potest, qua tollatur; licet ex causa declinari queat, si scilicet sub ius naturæ factum, de quo agitur, non cadere evincamus.* Ex quo sequeretur, servitatem, si introducta fuerit contra naturam, ut ut multis gentibus visa fuerit bona, per multitudinem errantium tamen ab extrema iniuria excusat non posse.

Sic etiam ibidem *num. 8* hæc repetit, dicens: *Quamquam, si verum fateri velimus, non aliud ius naturale*

332 R E S P U B L I C A E
tale ponit aut defendi potest , quam
quod ex principiis naturalibus fuit.
Principia hæc quum eadem sint apud
omnes gentes , nisi erroribus obse-
fcentur , eadem iura pariunt . Accidit
nihilominus , ut , licet dextra pars na-
tura fortior sit & principium motu
præbeat , ita demutetur inclinatio
naturalis , quo sinistra palma pia-
riat dextræ . Quod quando fit , pia-
va consuetudo superat naturam ; sed
ut opiniones præconceptæ delent na-
turæ nota principia , ex quibus ju-
debat elici . Deletis vero aut depræ-
vatis principiis , quicquid inde ex-
truitur , falsum evadit , aut corru-
ptum , licet verum & sincerum vi-
deatur iis qui per errores de co iudi-
cant . Nam quicquid recipitur pa-
infectum colore oculum , colorem ,
dum recipitur , mutat : Et plerique
gentes de iure iudicant , non , secun-
dum quæ sentit , principiis naturæ
sed præconceptis erroribus , &c.

In tota hac disputatione , quam
ad eo severe movit Donello , quæ
quid libertatis ille osor aliud agi ,
quam ut totum velit ita defensum ,
ut nequeat suas excludere partes , sed
eas arctissime in se contineat , &
superius quoque inferius suum com-

plectatur, aut ut prius, suum simul posterius, & non è contra. Idem quoque in aliò exemplo *eadem scđt.* 5, n. 36, & 37, probat in iure gentium, quod hoc maneat semper inviolatum, nec à corruptis moribus, sed immortis principiis dependeat: Ideoque querendum est, ait, vel apud cultiores, vel apud omnes gentes, &c. Quod si ad hanc regulam, servitutis ius excutias; non dubium est, quin victoriarum palmarum sit reportaturum: quum & cultissimis populis, & toti orbis terrarum usu receptum fuerit. Nec refert, quod Christiani secus senserint, ait, servitutis que maculam, ut ait *Iust. l. sancimus. C. de infant. xp.*, ab omnibus promiscue delere aggressi fuerint; quam & affectatam misericordiam contemptim vocat. *scđt. ead. num. 38, &c.* Hui, quid audio! An nil refert, aut valet, quod Christiani secus sentiant de servitute, & eam promiscue deletam cupiant? Dic sodes, num potius ad mandatum Christi, & imitationem absoluti magistri, an secundum consuetudines gentium, vivendum erat? An restitus est libertatem in Christo omnibus restitutam affectare & anheleare, quam mancipium se exponere mundi

334 REPUBLICA
mundi regno? Num potius est, van
republicæ Christianæ studere, an
varia servitutis inventione se ad-
milare Ethnicorum formis? Vtrum
magis pium est; inclinare in miseri-
cordiam, an fævitiam? Vtrumq[ue]
audiam heic potius; Christum; a
servitutis obstinatum efflagitatorum?
Ah uti nam homines errores tanu-
fos & absurditates summis cœptis-
bus obtenebratas, in profana sapien-
tia carnis agnoscerent? Miretur qui
merito, quod tam sedulus ille sit ser-
vitutis confector, quuin tamen ipse
tanto odio eam habeat, ut etiam ci-
lami libertate quasi solus vigete, &
omnes reliquos ea supprimere aut
opinionibus suis convellere laboret.
Sic solus sapientia dominium affi-
stat, ut ex ignorantiae servitute pri-
dem omnibus cinctus videatur. Ve-
rum ne abeamus longius; quium
ipsa rerum natura, propriaque so-
lum falso glossatorum confessio
jam constet, quod is, qui totum po-
nit, aut aliquod universale, cu[m]
partes vel particularia simul inclu-
dat; manebit quoque Cothimani
supradicta sententia, quod ius gen-
tium simul includat ius civile; &
quod is, qui adstringit aliquid ad

ius gentium, nullatenus excludat ius civile, tanquam inferius quid & specialius in suo ordine; licet non simul includat ius naturæ, tanquam generalius quid, & superius in suo ordine possum; cui nimicum iura speciæliora & particulatiora nonnihil heic derogant. Vnde merito quoque Imperator, data opera heic, publicaque auctoritate sua interposita, sententiam Iustini Florentini, ut veritati unice conformem, stabilivit; ut ostenderet, secundum naturam omnes esse liberos. Ad quam libertatem quoque omnibus Christianis adspicendum foret: Quicquid heic ipsius Stagirensis sectatores vani, tanquam tenebrarum servi, suique magistri & mudani Regni amatores perpetui, contra ogganniant. Ideoque ICtorū omnium, imo ipsius Imperatoris, invicta manet veritas, quando docent; Servitutem primum introductam fuisse à iure gentium; l. 4, ff. de iust. & ius. l. 4, ff. de stat. hom. l. si id quod. ff. de cond. indeb. §. servitus. Inst. de iur. perf. in pr. Inst. de libertin. deinde ius naturæ fuisse à iure gentium suppressum, & constitutam servitutem contra naturam, dd. II. & l. 1, ibi, contra que naturalem libertatem. C. de Sct.

Claud.

336 R E S P V B L I C A E
Claud. toll. Cuius ratio ubique adi-
citur , quia natura omnes homines
nascuntur aequales, *i. quod attinet i-*
ff. de R. I. id est, aequi liberi. *cap. 1. I.*
natura. cap. 9, *verb. sicut enim, b.*
Novell 89. Ut & Philo ait, *in his de*
vit. contemplo., servitutem cum natura
suminopere pugnare. Ea enim libe-
ros omnes genuit: sed avaritia, lu-
gini naturae contemptrix, semel-
tem induxit. Proinde frustare en-
ver libertatis ofor ille iCtorum fa-
tentiam omnibus distinctionum ex-
gutiis eludere heic studet, & in-
substituit sophistificationes. Ecce
ipse, *cap. 3. rel. pol. sect. 1, num. 8,* et
durissimam servitutem naturae
ex suo Stagirita, *i. pol. cap. 3,* con-
libertatem genuinam conficit, ut
cat: Prolixe & recte Aristoteles
i. pol. 3, distinguit inter mercenarii
& servos. Mercenarii enim secun-
dum quid subiiciuntur domino, et
toti sunt ipsius domini, sed & si
Servi vero secundum (N. B.) omnes
& in universum subiiciuntur domi-
no: nec tantum sunt (N. B.) si
ipsius domini; sed toti sunt ipse
quia possessioni & familiæ allo-
buntur, ut patres. Partes vero de-
referuntur tantum ad totum secu-
dum

dum quid ; sed in illo, secundum totam sui substantiam, includuntur : quemadmodum cetera sive animata, sive inanimata, universim domino subiiciuntur. Vnde fit, ut, licet dominus & servus referantur ad invicem, & eo respectu id, quod sunt, sibi mutuo acceptum refeire necesse habeant ; ut est natura relatorum quae vocantur secundum esse, in Categ. τὸν οὐρανόν, ὁ δὲ μεταφ. cap. 15, text. 20 : tamen, quum servus sic etiam pars possessionis domini, praeter hanc relationem aequalem, inæqualiter se habeat. Dominus enim servi quidem dominus est : at servus non tantum respective subiicitur domino ; sed (N.B.) vitam, & animam, & quicquid denique suum possidet, domino debet, i pol. 3, propterea, quod est κληρος & pars familiæ, &c. Hancenus ille. Diabolica certe hæc prorsus vox est & locutio; non hominis. Ali calami pudeat quo tales litteræ sunt depictæ. Si hoc non impugnet uno & subvertat naturæ libertatem, nescio quid sit, rem liberam impugnare velle & subvertere. Et tamen non veretur Stagiritam suum miserabilem aliquam distinctiuncula defendere, num. 10; dum facit servos scilicet na-

338 R E S P U B L I C A E
tura, & servos contra naturam. V.
trumque falsissimum & absurdissimum; ut *supra ostensum est*. Nam
enim subiecti suntur domino, ait, pro
pter imperfectionem; quia anima
gerunt imperfectum, cuius gratia ap
plicant se ad id unde perfectionem
esperant. Quod ipsa falsitate & abur
ditate longe falsius & absurdius.
Namque primo omnes, quotquot in
Adamo nati extant mortales, ini
nem Dei in creatione prima homini
insitam per lapsum eius amittere
ita, (*velut superius dictum est*) ter
mo penitus sit omnium, neque for
mus vel sapientissimus secundus
elementum mundi huius, ut ait *D. Pa
lus*, neque minutissimus, qui de
hac imperfectione animi profaska
boret, atque sic ex parentibus in hoc
mundum procedetur; licet comple
externa; quæ ex influentia specie
luminarium & spiritu mundi cat
tur, propter diversitatem consti
tutionum in corpore externo, quidiz
pedimentis secundum magis & mi
acciatis, ut minus prompte aut ex
dite in hoc vel illo virtutes aut
res facultatum per externa corpora
membra exercere queat. Unde etia
sæpius potentissimi reges & pri
do

inhabiliōri & incapaciōri natura afficiuntur, quam mortalium pauperimi. Interim tamen quoad animā celiētiam omnes mortales inter se iuxta generationis modum eadem profus conditione conveniunt, nec ulla est dissimilitudinis talis aut imparitatis imperfectionis ratio. Ast in statu regenerationis res longe aliter se habet; quum Christus in nobis imaginem suam in etate suo resuscitaret, & ea realiter nos restauraret in fide & operatione sancti Spiritus; quæ etiam omnibus competit vere credentibus. Ideoque error talium hominum inde est, quod omnino naturam internam constitutionem & celiētiam ignoient, nec per falsam illam philosophiam eiusmodi res indagare queant. Si enim distinguere hec rite noscerent, ubi vere quid secundum distinctiones proprias & genuinas ex fundamentis internis seruendum & inveniendum est, facile ciurarent tam inutiles & profanas terminorum logomachias, quibus se & alios decipiunt. Quippe alias inter animam & animum, mentem & spiritus diversus, eorumque facultates & vites; velut etiam inter natūram internam spiritalem atque exter-

nam , accuratissime distinguendum est : quæ sapientia vera cum suis genuinis principiis, à talium falso eruditorum mente & oculis plane abscondita est ; nec conceditur ulli, nisi cui in centro suo per Ichovæ gratiam imago , ad quam Adamus primus creatus erat , nova Christi regeneratione exsuscitetur ; quam in ea, divina illa vera & vivida sophia aut philosophia subsistat , quæ nobis & naturæ universæ & rerum cœlestium detegit monstratque cognitionem , ut inde ad sanctum Dei intuitum in fide elevemur clarissima : de qua sophia Salomon in suis libris , & ipse Rex David in psalmis , summa cum lætitia passim agunt . Deinde ipsa falsitate & absurditate quoque hec falsius & absurdius est , quod natura servus à domino sive hero suo mortal perfectionem suam , quæ animæ essentialis est , ut ipse monstrat Relecto noster , acquirere aut sperare possit , ut cius gratia seipsi applicare cogatur , & in hanc servitutem absurdam dedere . Etenim quæso , an nullius mortaliū est potestate possum , ut pro facultate animaliæ brutalis , qui ille talibus hominibus iupic adscibit , quidquam sibi assumere possit ,

quod perfectionem essentiae internæ
in ulla aliqua tali parte superaddat?
Pueri quidem addiscunt studia , lin-
guas & artes , virtutesque alias exter-
nas , fucoso habitu induitas & vesti-
tas ; quod etiam faciunt adulti : at-
tamen neutquam in perfectiori ani-
ma quam ii , qui se talibus adsuefecê-
re accidentibus habitualibus , quæ
qualitates ipsis dicuntur , quoad es-
sentiam internam propterea gaudent.
Nihilominus tales humanas capaci-
ties & facultates omnino libertatis
communis hic turbatot istis natura
servis abnegat ; dicens ; Virtutis stu-
dium in servis natura frustra quæ-
sieris , qui parum absunt à brutis.
Quasi talis habitus , fucis variis pal-
liatus , & interne nusquam vivide
correctus , sed suis videntis simulatis
pigmentis , tam ardua res sit ! Si ad
tale studium non fuerint ullo mo-
do apti , multo minus ad verum cul-
tum divinum quem Spiritus Dei
præstat , poterunt adsuefieri ; sed
profus erunt ab hominis natura e-
iusque capacitate alieni ; id est , bru-
tales , nec spiritum ex æternitate pro-
fluente immortalemve habebunt.
Verum nec domini possunt cuiquam
animam perficere ; quum soli Christo

longis opus est disputationum ambagibus; sed dictamen spiritus lehovæ credentibus suis facile modum præscribit, ut non tam mire didectu opus sit legibus, ex corrupta natura petitis. Nam qui Christum vtediligit ex totocorde renato, ille quoque diligit proximum suum, & exinde iuxta normam verbi cœlestis quod unice in precio habet nos dicque) omnes callet vivendi, conservandi, serviendi que cuivis rationes. Is regit, imperat, & servit simul, ac quilibet status ipsi aptus reat. Quod puti puti illi naturaliste in regno tenebrarum constituti nequam intelligunt, ac ne possunt quidem; quuin ius naturale suum ubique exigant, & interim tanquam undiquaque sibi meti ipsis contrariant, quoties ad modum determinacionis in quaque re progrediuntur. Velut etiam noster tantum servitius formator in naturæ modo sibi amicus heret, d.l. 3, scff. 3, num. 10. ubi affimat modo, quod iura gentium pro conditione personatum rem aliter arque aliter definiant, salvo iure naturali; quuin natura modum con determinaret: mox sibi contrarius ibi dem asseverat, quod modus ex pizscripto

scripto naturæ definiri debeat. Ita modo ait, modo negat, semper antecps in opinionibus suis. Ita quoque in libertatis descriptione, mox ponit quod nihil ei detrahi possit, quum nec vincitus propter vincula eā perdat: *scilicet.* 2, n. 18, & n. 14: mox ait, n. 15, quum vis inferat violentiam, quod ideo tollat libertatem, &c. Sie & de natura hominis ita loquitur. Quando in homine libertatem, appetitum, opinionem, & tale quid consideramus, non est ad corruptos mores cuiusque progrediendum; sed restringenda consideratio ad hominem naturæ conformem, qui est mensura cæterorum & totius generis humani. *ibid. num. 11.* Nihilominus libertatem servi natura, ad bruta animalia & eorum ignorantiam reicit. *scilicet. 3, nam. 9, &c.* Veluti nec in distinctione libertatis sibi semper idem constat; dum mox eam facultatē voluntatis facit; mox potestatem agendi ut velis, mox politicam, *scilicet. 2, nam. 6,* nec non contradictionis & coactionis, *num. 2,* mox pro facultate naturali aliqua, mox iuris, *num. 17,* mox facti simul accipit: veluti alibi quoque de iusta & iniusta servitute agit. *scilicet. 5, cap. 3, num. 54.* Verum quis mutabilitates

348 R E S P V B L I C A E
texere velint, aut Pontifici; dice-
mus, affectatam ignorantiam nem-
inem excusare. Omnis autem igno-
rantia, contra ius naturale & di-
num, affectata est. *Grat. & gl. in-*
notandum 1, q. 4. *Alciat. de presump.*
reg. 3, præf. 10. quia, quod omnes scire
obligantur, id ignorando nemo ex-
cusatur. *Alphons. à Cast. lib. 2 de pecc.*
leg. fœn cap. 14, ex Bonavent. 2 sent.
dist. 10, art. 1, quæst. 2, ad 4. Et Pau-
lus, *ad Rom. 1*, *inxucusabiles, æram-*
λογίτες, pronunciat omnes popu-
los, qui, quum potuerint Deum ve-
rum ex luce naturæ cognoscere, glo-
riam eius cœlestem in humanum
cultum seu apertam blasphemiam
deinutarunt; idque tanto magis,
quanto evidentius ex verbo divino
pateret veritas, quantoque pertin-
cius ab iis contemnicur.

CAP.

C A P. V I I I.

*De iustitia belli, & servitute
eius, disquisitio & exa-
men.*

ANigitur nunquam possunt Turcae pro sua religione bona fide bellum gerere, nec Christianos in servitutem vendicare? Respondet: Non certe, ex hoc capite: quia Christiani, dum ab idololatria eos abstrahere legitime cupiunt, nunquam iniuriam nisi faciunt si cæde aut servitute vindicant queant: nec ignorantia, in quam se data opera, contra manifesta documenta veritatis, conjiciunt, excusatos eos unquam reddit: Sed illi partim ius in armis ferunt, & patientiam nobis necessitate exprimunt: partim ex iure civili nostrum consensu, & ultroneam subiectionem, modo illa ad servitutem constitutandam sufficiat, (*ut scilicet. videbimus,*) allegare habent. Nam quia de vi Turcarum constat, nec tamen patimus nos in discrimen agere; non alia quam nostra voluntate perimus. quemadmodum Diocletianus & Maximianus consolantur cum, qui

qui contracta defraudatur est , &c
 & damnum , quod quis sua culpi
 sentit , sibi debet , non aliis , imputari
c. damnum 8 , de R. I. in 6. l. 4. infra.
C. de fideic. liber. &c Quid est omnia
militantium vita , quam rapina ;
vian. lib. 3 de gubern. Dei. &c.

Quicquid unquam mali in me-
 do suscitari & in unum globem
 quasi convichi potest , id sane in bello
 confluit , ut nihil horribilius &
 testabilius hoc male singere possit .
 Nihilominus sunt homines , qui ab
 ipsa hominis natura & cognitione suâ
 in ipso Christianismo tam alienia-
 veniuntur , ut absque conscientiae
 spectu ullo plusquam confidenter
 destructionem generis humani ap-
 probent , deque execranda illa vio-
 lenta mortis , qua animæ morta-
 lium crudeliter & in magnis copiis
 ad infernum rapiuntur , iurantibus
 maxime conformia conscribere nos
 vereantur . Ino ita acriter defendunt
 ut etiam omnia dicta sacrae Scripturae
 & ipsius Christi præcepta de ambo
 sancto , *Matt. 5* , invertere , & variis
 aliquibus , ex proprio cerebro effici
 eludere ausint gradibus . Quod id
satis fervide agunt , ut ipsi iniustiz
æquas leges & jura naturalia atting-
buant ,

buant, ne bellum his repugnare dici possit. Atque ut eo magis potentum animos sibi concilient, pia bella proclamant; quasi piuum infernum, albam nigredinem, bonum diabolum, justam iniustiam, piam defraudationem, lucidas tenebras vocare velis; & ipsum itæ servorem in dulcissimum amoris favorem convertas. *Vide Hug. Grot. de iur. bell. ac pac. lib. 1, cap. 2.* En tapta est affectata mortaliū in medio Christianisno ignorantia, ut nihil aut parum discriminis inter piuum & impium, regnum diaboli & Christi, vitiave & virtutes, improbitatem & vitæ sanctimoniam habeatur; quando temerarii illi cruentam crudelitatem libertimæ licentiae pervicaciter ascribere non dubitant, si adsit saltem belli prætextus. Quæso, agnoscite hoc, mortales; an non iam consecuti sumus a tempora, de quibus nos præmonuit Christus, dicens: Imo veniet tempus, quum, quisquis vos interemerit, putabit se cultum præstare Deo. *Job. 16, terc. 2.* Eousque enim omnes prope in tyrannica processerunt vexania, ut effusio sanguinis humani & interneciones rebus licitis accenseantur, modo iure belli possint aliquantus

tenus colorari , quum illud nihil in iustitiae in sece continere à sanctio num talium effectoribus dicatur. At vix, ait Propheta, trahentibus iniuitatem funibus vanitatis ; & , veluti denso fune plaustris, peccatum. *Esa. 5,*
vers. 18. Vix dicentibus de malo, bonum esse ; & de bono , malum esse : statuentibus tenebras pro luce, & lucem pro tenebris : statuentibus amarum pro dulci , & dulce pro amaro. *Ibid. vers. 20.* Obfuscationum rationes quidem heic in contrarium affectuntur quam plutimæ ; ut videtur apud *Impl. pol. lib. 4, cap. 10, q. 1, § 1.* Schonborn. *pol. lib. 6, cap. 1.* *Bocir. & bell. lib. 1, cap. 6.* *Altbus. pol. cap. 19.* Sed nemo omnium est , qui ita accurate collegerit omnes quam Hugo Grotius , *in d. lib. 1 de iur. bel. & pac. cap. 2 ; & 3, cap. 3.* An vero temerarium Dei possit ad forum contiosum terrahi aut repelli , ut Valerius , *lib. 1 contr. cap. 9, num. 15, hoc à foro conscientiae dirimit & separat.* id Tertullianus , *tract. de idolatria, & Lactancius , § Inst. divin. 22 & 29,* & omnium maxime ipsum eternum & immutabile verbum Patris Iehoni Iesus , *Matth. 5, & 6, diiudicet: que bene examinandum sit , quid desa-*

sioni naturali competit. Recte ait Cominus, quod bella inceptu & prima facie læta, exitu vero difficultia sint. Atque capropter nemo suadere hodie bellum ausit, quasi res levis sit, quæ facile detergi possit. Christus dilectionem exigit. Vx, qui hanc turbant! At iustas configunt catus. Quasnam vero? Alias videlicet apertas sive manifestas: alias occultas, quæ semper primario intenduntur. *Schon. lib. 6 pol. cap. 3, & 4.* Manifestæ continent repetitionem per violentiam ablatorum, defensionem contra vitam & iniuriam, defensionem religionis, & conservationem pacis, iustam denegationem transitus per provincias, ac rebellionem subditorum. *Menoch. lib. 6, pref. 96.* *Pet. Mart. lib. 2.* quas Althusius in *pol. cap. 29* ad duas redigit: defensoriam, & vindicatoriam. quarum utraque aut publica aut privata est. Occulta vero sunt, quæ semper directorium obtinent, nimitem avaritia, ambitio, propriaque gloria, &c. An vero hæc & similia iuri Euangelico, ut ait *Grotius*, competant, id mox explicabit Teutonicus noster; modo prius examinaverimus ex nostro Reflectore politices paulo ante adductas

354 R E S P U B L I C A E

bius illas quæstiones de Tucca &
Pontificiis negotiūm hoc bellicz
servitutis attinentes. Interim autem
ero cuivis, ne quis opinione suava-
na profanaque in hoc tam seconde-
gatio tenere Christi verba distrah-
torqueatve; quoniam sciamūm Christi
despectum importent. Cui mons
ipse Christus, dum ait, *Ioh. 12, v. 46*:
*Qui adspexit me, nec recipitur
ab mea, habet qui ooncēdit ipsius
Sermo quem locutus sum, illedam-
dabit eum ultimo die: Quia ego
me ipso non sum locutus; sed, quia
misit me, Pater, ipse mihi præcepit,
quid dicam, & quid loquar. Quia
nemo hec tenteret, dolo aut falsa in-
terpretatione argutiisve ratiociniis
profani expressa Christi verbapallia
re. Vindex iustus est, critque semper
in eum qui abuti eius integro cupit
sermone, quem absolute adeo si-
plicique forma proponit. Quia
autem, quis sit? Eius sinceram no-
tem *Matt. 5, 6, & 7*, atque perfectissimam legem, suminamque omnibus
consulito. Quare iuit: legis petitor
respondet Ichova Iesus, *Matt. 12, v.
37, & 39*: Diliges Dóminum De-
tuum ex toto corde, & ex tota
mactua, & tota medietuua. Illude
primum*

primum & summum præceptum. Alterum huic simile est : Diligas proximum tuum sicut te ipsum. Quod autem per proximum non tantum Hebrewus Hebreo intelligatur , ut vult Grotius , d.l. pag. 38; satis in similitudine de Samaritano id explicat ipse Christus , *Luc. 10, vers. 36, &c. 37.* Sic autem etiam Propheteta ait ; Homo , dilectionem est tibi , quid sit tibi agendum : semper , Præceptum servare Dei , charitatem exercere , & humilem te praebere coram Deo tuo , &c. *Hos.* Ita D. Paulus : Estote igitur imitatores Dei , ut filii dilecti ; & ambulate in charitate , sicut & Christus dilexit nos , & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac victimam Deo. *Ephes. 5, vers. 1, &c. 2.* Hæc norma cuivis facile decisionem largietur in consultationibus belli , num regno motis sancti , regnum helialis & ita cruenter possit includier. Satis scite quidem has quæstiones de Turca & Pontificiis formatas quilibet iudicabit incanus , qui non vim penetrare novit. Sed si recte rem iuxta conscientiat testimonium ex verbo Dei petitum examinemus , facile patabit , quis error subsit. Namque præpositum id falsissimum est , dicit

336 R E S P U B L I C A
statuit, propter religionem Christi
nam bellum iuste subiri posse, quia
Christus hoc iudicium sibi reservavit
soli; ut sup. ex Ioh. 12, & Matth. 10,
13, v. 30, patet. Imo nec persecutio
neum ant vindictam mortalibus con
cessit propterea, veluti discipulos suo
inhibet, Luc. 9. v. 55, ne ignis sic
di etiam e cælo postulent; qua
tantopere pigeret eos, quod absti
minibus in itinere Hierosolymitico
non reciperentur: dicens; An ne quis
cuius spiritus filii sitis? Filius homi
nis non venit ad perdendum animas
sed ad servandum. Sic etiam Matt.
10, v. 14, mandat discipulis, ut re
cant e domo illa, ubi non recipi
tur. Tantum abest quod hominibus
velit religionis causa persecutionem
concedere. Vnde & Matt. 13, v. 31
ait: Sinite crescere utramque uera
ad tempus messis: & tunc ego me
ribus dicam: Colligite prius uer
niam, & in fasciculos coniicite, e
comburatur. Hominibus atque
cipulis protinus non vult id conce
re, ne propter ignorantiam uiriliter
averrucent. Itaque non tantum
ignorantiam nullum factum ad
eius est admittendum, sed eis
quia est expresse prohibitum. Vobis

etiam Christus reprehendit Petrum
gravi comminatione , quum so-
gladio lictoribus 'opponeret , qui
Christum ex horto captivum addu-
cebant, *Matt. 26, v. 52*: dicens; Qui-
unque acceperint gladium , gladio
percibunt. An igitur gladio aut bello
possit regnum Christi propagari ? Spi-
ritus sancti est opus & sancta opera-
tio, ut ille in veritatem ducat morta-
les ; ut ait Christus, *Ioh. 16*. At Christi
spiritus , non est spiritus sanguini-
holentis , sed gratiae , & dilectionis ,
qui omnia in amore sancto perficeret
cupit. Quare gladio proprio se in-
vicem iugulantes , in infernum præ-
cipites cuunt , quicunque loco verbi
cœlestis , gladii volent uti iure , &
tius vigore convertere homines. ve-
lut non adeo pridem legi alicuius
præcipui epistolam , qui dictum su-
perius possum Christi , *Mattb. 13*,
ita percyse ausus est allegare , quasi
Christus mandarit hominibus , ut zi-
zanias (quos hæreticos vocabat) fal-
ticulis colligatas combutere debe-
rent ; quum tamen expresse id prohi-
beat , libique hoc reservaret , ipsosque
angelos messores faciat. *vers. 39*. Sic
pessime Dei verbo illi mali abutun-
tur. Tale vero regendum omnino

358 R E S P U B L I C A E
abhorret Christus, & prohibet unice.
Proinde propter infidelitatem populi
alicuius, contemptum aut abnegationem
fidei Christianæ, iusta gerendi
belli causa in æternum nunquam
allegari poterit, nedium propterea
bellum illum suscipi, quicquid hec
alii suggestant. l.5, C. de paganis, cap.
dispar 23, quæst. 8. c. Iudei, Extr. de
Iudeis. c. de Iudeis. c. qui sincera 45
dist. Quod etiam tradunt Dec. in c. qæ
in Ecclis num. 110. Extr. de consuetud.
& in c. consulnit 29, num. 10, &c. 11,
ff. de appell. Rainold. Corf. in add. ad Ol-
drad. consil. 72, & cons. 264. Covar. in
c. peccatum. 2 part. Relect. §. 10, num.
1, & 2. De reg. iur. in 6. Bos. d. l. de
belli. cap. 6.

Deinde, si Turcæ ignorantiam ve-
ritatis aut Pontificii (ut ait) prætexe-
re nequeant; multo minus Christia-
ni, sint cuiuscunque sectæ velint:
quum hos minus deceat crudelita-
tem & cædes sequi: aut merito dici
poterit, quod multo magis affectata
sit ignorantia corum, quum contra
statum regenerationis, verbi cœlestis
præscriptum, conscientiam ipsam, &
officium Spiritus sancti, Christiani-
tatisque virtutes omnes pugnet hoc
immane facinus. Etenim queinam
poterit

poterit ille converti , & ad veram
Dei cognitionem pietatemque Chri-
stianam alluci aut deduci, quem gla-
dio persequi , & tandem ante diem
crudeliter è medio tollere cupimus?
An iste modus est licitus , quo quis
ab idolatria possit retrahi ? An sic
documenta veritatis rite producun-
tur, dum cæde & morte quis peri-
mitur ? An ita ius Spiritus S. in ar-
mis gestandum est loco amoris &
verbi cœlestis ? Quisque suam exa-
minet conscientiam , an ius, an vero
iniuria hoc pacto exerceatur.

Tertio , si novit, omnium mili-
tantium vitam nil aliud esse quam
rapinam ; qui ergo Christianis con-
ditio hæc persuaderi possit ? Num
possint in cæde & rapinis vivere , &
nihilominus manere Christiani ? Ne-
mo potest certe dominis servire duo-
bus, *ait ipse Christus*. Quomodo Chri-
stus & Belial inter se conveniant be-
ne ? Dicat alius ; quia meum exupe-
rat caput. Attamen & ipse facietur,
sel. b. num. 15, quod contraria caus-
æ nequeant simul veræ esse , nec si-
mul iustæ esse , quonia inter contra-
dictoria medium nullum detur. An
vero ignorantia talem excusare neu-
tralitatem , & exinde fidem bonam,

350 R E S P U B L I C A E
qualem ibidem vult, absqne expul-
sione alterutrius interponere queat,
id probet ille cui maiores probandi
vires suppeditant. Ius Euangelicum,
iuxta Grotii locutionem, quum lucis
iustitiam communicet; talia non
concedit: quam ex amore Ichovæ
inter mortales, meros gratiæ, man-
suetudinis, dilectionis & patientie
dispergat radios. Si quis in ignoran-
tia nebulis haret, an propterea in
rapinas, cædes, furta, & eiusmodi
extrema flagitia sub specie institiæ
proruat? Hocne diabolicum est, an
Christianum? Num nox possit esse
dies? Exemplum litigantium de iu-
ramento calumniæ, quod utraque
pars bonæ fidei dicatur usque ad de-
terminationem sententiaæ, certe ni-
mis fragile est. An usus iste non vul-
neret conscientiam, decidant Christus & D. Paulus; *Matt. 5, 33; & 23,*
16, 20, &c. 1 Cor. 6, vers. 7. O quam
multa ex tali iure in præiudicium
veri Christiani profluunt? Quam
multis modis eiusmodi ethnica fo-
rent corrigenda, si veritati locus am-
plior patesceret? Securitas mortalium
nimia est, adeo ut in iis nullum
dent conscientiæ locum quæ maxime
camen eam tangunt. Forte nil in-
de

de provenit aliud, quam ut in dupli-
cis conscientiæ monstrofa virtute,
velut ille nobis Consul M. B., homi-
nes excellere cupiant. Sed de his
quum etiam superius ad iniquum iu-
dicium Baselicum Caroli M. sic
actum pluribus, non opus est ut diu-
tius tam manifestis in hac reamus.

Decisionem huic negotio adiiciat
ille Teutonicus. cuius *ad 14 cap. Ge-
nios de bello Abrabavico insignis
commentarius, capite 38 suis trauctis*,
ita habet: Ex his igitur luculentissi-
me perspicitur, ait, quod nam morta-
lium studium, labor & intentio, ab
incipiente usque ætate fuerit; quomo-
do ex imagine Dei se in semi diabo-
licas proprietates intromiserint; ut-
pote in superbiam, avaritiam, am-
bitionem propriæ potentiae; quem-
admodum etiam ipse diabolus talia
expecebat, & proinde ex suo detur-
babatur regno. Namque gentes &
Chami posteri Sodomæ & Gomor-
rhæ, atque in omnibus vicinis regio-
nibus, dominati incipiebant. Inter
quos Abraham adventitium agebat,
& in Hain Mairre tanquam in de-
fesso aliquo habitabat. Ethnici ve-
ro in perpetua concertatione ob-
mundi huius regnum servabant, at-

que inter se se disceptabant (propter exterram dominii potentiam) qua ratione populus populum imperio subiugare posset. Atque huius voluntatis corruptæ libido seu insatiable studium regnandi usque in hunc perduravit semper diem, & originem suam ex ethnicis & Chami filiis tanquam ex divisis Babeliæ linguis, in quibus vires formati verbi latebant, traxit. Quum igitur proprietates naturæ in tot divisiones abirent, atque unaquæque aliquid proprii sibi vendicaret ; tunc prælia & mutuaæ conflictiones inde energebant inter eas. Namque centrum naturale tenebri-
cosi mundi prædominium in lapsus Adamici proprietate obtinuerat ; quoniam homines omnino regno Dei, velut in amore & humilitate, mortui erant, atque exinde astris externis & quatuor elementis subditi vivebant. Tum quoque diabolus in serpentino ente hominis sibi aream deprædatoriam erexerat. Ideoque solummodo istud ambiebant, quod ad potentiam & dominationem externam eos evchere posset. quod ex eo manifeste appareret, quia diabolus cunctos in ira Dei misere elusit, ita ut mutua cæde invicem se se confor-
derent,

derent, & temporarias voluptates in maiori precio quam vitam ipsam haberent. quum summa hæc sit stultitia, quando non dubitant ob fatilissimam superbiam in extremum se vitæ periculum præcipitare; haut-attendentes, an quispiam pro comodo eius rei, propter quam cædes & interneciones subit, vitam sit conservaturus. Ex his satis liquido constat, quod diabolus in invidia & insolentia sua occupatos eos omnes sibi abripuerit. Namque totus latissimi mundi campus & universitas ad inhabitandum nationibus illis exposita erat: cum quoque quamplurimæ regiones insulæque adhuc à nemine occupatae patebant. Nihilominus prælia funesta inter se metipso concitabant, ut alter alterum dominio subiugaret, & exscoliaret simul. Atque sic diabolus, tanquam hostis mortaliū acerbius, in suam detruudebat superbiam omnes, ut sibi servitute sua devictos teneret. Non igitur illum frustra Christus mundi huius principem appellat. Certe ille est princeps secundum proprietatem furoris in tenebroso mundo vigentis; quin sic iuxta eam proprietatem imperio suo hominem in corpore, anima,

364 R E S P V B L I C A E
anima, voluntate atque spiritu pre-
mat. Etenim quodvis bellum ac
prælum ex tenebris illius mundi
natura & proprietate, tanquam ex
quatuor elementis itæ Dei, quæ in
creatulis superbiam, invidiam, ava-
ritiam & iracundiam causantur, ori-
ginem sumit. Atque hæc sunt vere
quatuor illa elementa iræ Dei, &
elementa quatuor tenebris mundi,
in quibus diabolus cum malis
cunctis crearuris degit. Vnde sic ex
quatuor illis elementis bellum exur-
git. Namque licet Ichova populo
Israëlico expulsionem ethnicorum
iniungeret, & arma induere eos iu-
bet; tamen omne hoc ex ferventi
ira Dei, tanquam ex ignis proprie-
te, iussum proficisciatur. Namque
gentes nimis peccatis furorem eius
concitarant, qui devorare illas sata-
gebat. Ichova autem, quatenus ipse
Deus vocatur, plane aversatur bel-
lum, neque potest quid mali aut cor-
ruptibile expetrere; quoniam iuxta se-
cundum principium, quod ipsam
lucem edit, semper benignus largitor
est, omnibusque rebus semetipsum
communicat. Ast iuxta tenebris mundi
naturam est iracundus zelo-
tes Deus, & ignis consumens. Quod
si in

si in hoc tenebrioso mundo furor eius concitatur , quidquid circumcitca est , altius in eo ebulliens , ac inflammando se se exercens , absorbere id omne expetit. Atque ex ea proprietate præcepit Istraëli bellum moveare , & gentes delere. Ipsius enim ira in illis inflammata erat ; instar ligni , quod igni additur , & tunc ignis absuncre gestit. Proinde furor Iehovæ huic populo alterius extinctionem demandabat , ut ex eius furore penitus deleretur ; alias iræ suæ ignis se se inflammasse , veluti Sodomæ & Gomorrhæ quinque illis regnatis factum erat . Sic refocillabat furor Iehovæ in vita impiorum , ut in ipso inter eos absorberet , dum alter alterum interficeret. Vt in hunc usque id perficitur diem , ubi si prius homines Iehovam invocant , pro obtainenda sorte victoriæ contra hostes suos , ut eos cæde mactent sua : Verum Iehova non illis victoriam in hoc concedit , sed potius ensem iræ suæ , quem preccatione & voluntate sua concitarant. Quod si veri essent homines , & filii Iehovæ , non ullo unquam indigerent bello. Quippe Spiritus sanctus non bellatorum agit ; sed ille amator est & benignus dator.

Aet

Ast secundum iræ proprietatem de-
vorat omnem rem impiam, & tamen
eo magis extimulatur. Nam quo
plura igni ligna adiiciuntur, hic ipse
item stimulatur, eo magis vigescit,
donec absuinet quæcumque arripere
valet. Similiter & hoc de ira Dei in-
telligendum est. Ille furor iracundus
Dei in Adamo inflammatus erat, at-
que ipsi imaginem sanctissimi mun-
di absumperat, & inde ex Adamo in
omnes depravatio pertransibat. Nam-
que illi in linea tæderis, secundum
primum principium, velut iuxta ani-
mam atque corpus simul, inflammata
furorem pariter in se contine-
bant : E s s e illud serpentinum,
iuxta inflammatam animam, cras-
famque animalem mortalis hominis
proprietatem, tam Abrahamo quam
ei⁹ filiis ceterisque nationibus in-
erat ; excepta linea Christi ; que pec-
cantis hominis nullatenus existebat
subsistens, sed in Dei erat potestate
velut cœlum in mundo viget, nec
tamen alterum alterius E s s e ingre-
ditur ; aut velut cœlum in inferno
& infernum in cœlo hæret, nec ta-
men alterum alterius identitatem
sustinet aut complectitur ; sive uti
nox in die & dies in nocte ; sive ve-

In naturæ lux splendore suo in tenebris viget & eas inhabitat. Ita hoc quoque nobis percipiendum est, ad quantum modum filii sanctorum bella contra turbam impiorum formaverint sua, cosdemque dissipant; videlicet in ira proprietate, quæ gladio suo illos pertansibat, ad gentes & Chiamci defendum genus. Namque Abraham gentibus illis, qui fratris sui filium Lothum ceperant, & secum abduxerant, cum tota domo in armis occurrebat, eumque ex manibus illorum, casis gentibus, liberabat. Hoc ita in furore Dei peragebatur, qui filios suos per potentiam iræ suæ liberare solet. Quod enim impiis exitium affert, istud sanctis saluti & liberationi est. Quod vero illi, qui Christi no gaudent nomine, tales vocari, & quos oportebat cum Christo ira & furori Dei in Christi morte mortuos esse, bella gerere volunt; hoc certe non ut Christiani faciunt, sed tanquam merci ethnici. Nemo vere Christianus beligerat. Namque si verum Christianum agat, tunc in quatuor elementis ira Dei, in radice cordis, in & cum Christi morte deatus, & è contra in Christi amore vivido, seu novus homo,

mo, renatus est, qui in iustitia, in dilectione, & patientia vivit, nec sibi soli, sed Deo patri in Christo. Quippe verus Christianus conversationem & voluntatem in cœlis transfigit, atque in spiritu Christi vivit, ut S. ait Paulus : Conversatio nostra in cœlis est. Quod vero Christiani bella gerunt, hoc ex ethnica, & non ex Christi proprietate agunt. Namque verus Christianus non est ex hoc mundo: regnum eius in cœlis est; atque ille in Christo mortuus est mundo, secundum novum in eodem hominem. Ethnicus ille, tanquam semiabolicus homo, qui regnum suum in hoc mundo possidet, in Christianis exercitium desiderat armorum, bella severe cupiens, atque cedes; cui nullus terre locus satis amplius videtur, quum in quatuor elementis iræ Dei vivat, utpote in superbia, avaritia, invidia & iracundia. S. Paulus ait; Exponite mebra vestra armis iustitiae. Quare vero bella suscipiuntur? Nonne proprium regnum huius mundi? Et tamen Christus ait, quod regnum suum non sit de hoc mundo. Iam igitur si corpora nostra & animas armis exponiuntur iræ Dei, & per talern conatum

faltein nosmetipos quæritimus, atque propter regnum huius mundi tantam stragem edimus; hui quam egregios nos probamus Christianos ! Iatius quidem nos tales ore; at corde & anima intus ineris sumus ethnici, neutquam ex Spiritu Christi renati. Abraham quum ethnicos obtuleret, nihilquidquam ex gentium rapinis sibi expetebat; sed regi Sodome omnia testituebat, quæ ab gentibus ipsi erant crepta; & zelotem Domini solummodo agebat. Non ille propter provincias aut subditos & regna arma induebat, sed ut liberaret fratrem suum. Zelus iste veritatis erat, quem Iehova in eo urgebat, ut liberaret suos. Non exurgebat armatus propterea, ut regionem aut civitatem inde lucratetur: ac licet obtinere eiusmodi potuisset, nihil tamen eorum quærebat, sed retro in suum revertebatur locum.

Adinodum mirabiliter potro spiritus in Mose hinc loquitur; & dicit, quod, reversione Abrahamo ex patlio, Rex Sodome illi sit obviatum egressus, & Melchisedech rex Salem protulerit panem & vinum; qui sicut sacerdos Iehovæ excelso, qui cœlum & terram possidet; & bene-

dixerit Abrahamo; & quod illi Abraham decimas persolverit. Ac licet de hoc sacerdotio alias nihil in sacra Scriptura inveniatur; tamen verissime de Christo typus fuit. Namque spiritus Dei alio in loco de Christo testatur, quod sit sacerdos in ordine Melchisedech. Ita plane occulte spiritus Iehovæ figuram Christi in Abraham depingit, & vocat eum regem Salemi, & simul sacerdotem Iehovæ altissimi; quasi diceret, Sacerdotem salutis & chrismatis; quemadmodum in sensuali lingua sonus eius exprimitur: id est: Christus ipse benedixit Abrahamo, & obtulit ipsi panem & vinum, videlicet carnem suam & sanguinem; atque ita ille ipesus fuit sacerdos, qui Abrahcum cum filiis suis Deo reconciliavit. Namque Abraham gladio iræ Dei adversus gentes usus fuerat: proinde nunc Melchisedech adveniebat, & denso benedicebat Abrahamo, ut gladius Turbae illum deprehenderet: & obferebat ipsi panem & viuum. hoc est, cœlestis ens, quod in semina Abrahami introducere cupiebat, in que carnem & sanguinem mutare: unde Paulus iram in fœderem tanquam in typo reconcilians complacat ei.

Nam sacerdos iste verissime spiritualem exhibit hunc intellectum nobis. Licet enim Abraham simili modo secum haberit tales sacerdotem, sub figura Christi; tamen ait Moyses, quod fuerit sacerdos Dei, qui dixerit ad eum, Benedic sis Abraham altissimo, qui cœlum & terram possidet, & hostes tuos in manus tuas tradiderit conclusos. Id certe de nomine alio, quam de Christo intelligi potest, qui sepius Abraham in tali figura se exhibuit, & toties ipsi benedixit. Numque spiritus in Moise illum quoque regem Saleminum vocat, quod nil aliud significat, quam regem salutis; cui Abraham decimas persolvit. Procul dubio secum in sacerdotali ordine vivit cui persolvit decimas: Ast hic rex & sacerdos erat ille, de quo concionabatur, qui cum illo contrahebat ita quod esset æternus eius futurus sacerdos; cui Abraham decimam, tanquam decimam proprietatem humanæ proprietatis, in lingua animæ deovebat; & sacerdos in eum conferebat panem & vini suum, cum benedictione, tanquam amoris ignem; tincturam videlicet luminis cum essentia diuinæ.

372 R E S P U B L I C A E
ut Abraham in hoc pane & vino
tincturam lucis in ignita anima re-
ciperet, atque ita imago Dei in illo
redintegraretur. Proinde quoque
Christus eidem mulieris tincturam
in lucis ente, ut viri & mulieris
proprietas in unam cedirent imaginem,
reddidit. Atque islud hoc loco
indicat spiritus sub specie regii sacer-
dotis Saleminis. Esdra enim, qui
amissa Biblia ex cognitione spiritus
Dei scribis suis dictavit ad calamum,
satis hinc perspexit, & propterea spiritus
Dei hanc ita refert. Vnde satis
commodo perspicitur, quo pacto Es-
dra ex visione spiritus historiam hanc
Abrahami conscripsit. Namque to-
ta historia Abrahami sub Christi per-
sona praefiguratur, quum sic typus
Christi. Hunc sacerdotem Salemi
Abrahani in spiritu vidit. Quoties
Abraham sacrificabat, statim sacer-
dos iste in victima eius apparebat, &
sacrificabat Deo, quia inundum sa-
crificio suo reconciliare debebat. Inde
erat sacerdos Dei. Ipse Abraham vo-
luntarium sacrificium, velut eius
preces fideique vota, in sanctum
Iehovæ ens introducebat; in quo en-
te, tanquam in essentia divina, panis
& vinum porrigebatur animæ Abra-
hami

hami ; ut ita in mensa Iehovæ saturaretur ; donec iste Abrahamp fieret sacerdos, id est , se Abrahamo in cœlesti corpore , velut animæ cibo , in vcro pane & vino, manifestaret, &c.

Item cap. 47 ait : Inter omnes res gestas Abrahamp , quas consignavit spiritus Moysis , duplex intelligenda figura est : exterior nimirum quædam historia, quæ ita perfecta sit ; sub qua historia figuram suam Spiritus Dei in fœdere ; suo tam apposite interserit, quasi micas ageret in ea delicias.

Item cap. 46 : Quare ita pronuncianus opinia ut Ichova nobis agnationem latgitur. Inde adeo , si quis res gestas veteris Testamenti rite perlegere , & intelligere solide velit ; necessum est, ut binas ille sibi proponat figuræ ; nimicum , in exterris Adamum, tanquam hominem terrenum ; in internis vero Christum. Si binas istas figuræ in unam transforemet, continuo intelliget quidquid Moyses & Prophetæ in spiritu locuti sunt. Caveat omnino , ne cœcorum more quidquam aspiciat ; ceu Iudæi & Babyloniam fecerunt , qui ex historiis istis rationales conficiunt conclusiones, &c.

Porro, quum eadem haut dissimiliter, sed lucidioribus tamen verbis,
^{cap. 33. eiusd. lib.} explicet; non incommodo heic & iste annexetur locus. Sic igitur ait: Si quis naturae præfectus viro iusto vitam adimit suam; eum sane, qui hoc facit, Ichovæ iudicio natura destinat ad audiendum sententiam. Quorsum igitur tyranni illi effugient, qui Verbi sapientiam in mendacia transformat, & Filios Dei propter eiusmod agnitionem & confessionem turpiter suppliciis afficiunt, nec non bello & perniciose regiones & populos subvertunt? Hi omnes reseruntur ad Tuberium magnam, iudicio Ichovæ destinati. Namque gladium Turberæ in propriam voluptatem ingerunt; nisi speciali mandato Spiritus Dei illos instiget, tunc id officii ratione exse- qui omnino tenentur; velut Israël in gentibus hoc presticit. Quidquid ex propria libidine, ad potentiam suam extollendam, absque necessitate, aut mandato singulari Dei, sanguinem profundit, hoc à furore Ichovæ ad id existimulatur & concitatur, & tandem regno huic appropriatur. Unusquisque miles est iræ Dei virtus, qua furor eius malitiam mortali- um

lum ita punit & absunit : nec ullo modo pertinet ad ordinem naturæ , sed ad appetitum Turbæ magnæ , videlicet appetentem furoris ordinem , per quem Ichovæ ira regiones & regna subvertit. Ordinatio illa proprietatem naturæ in tenebrioſo mundo conceruit , quæ potentiam suam tempore malignitatis humanæ exerit per Ichovæ permissionem ; atque tuim omnia ad furoris libidinem succedunt , donec illa se fatis recreavit in sanguine humano. Namque hæc eadem est Racha sive vindicta Dei , de qua dicit , quod ipse vindicare velit sanguinem hominum , &c.

Qui locus ex iis , quæ in proximo antecedenti capite allegata sunt ita contineri sive compleri potest , ut non sit opus pluribus heic eadem repetere. Distinguant igitur , quonsaque volent , illi iuris bellici tam insolentes commentatores , & privata quoque prælia concedant , quasi licet ex iure naturæ propter iniuriarum propagationem (*Grotius lib. i de Jur. bell. cap 3 , num. 1*) gerantur : reverentia , quæ Ichovæ præceptis & præscriptis debetur , nisi rectius observetur , cuique suum imponet malum ; & indicem nimis sero inveniet qui

376 R E S P U B L I C A E
mature in viam non redierit. Sed
forte quis obiciat; (ut humana ra-
tio semper potiores suarum inven-
tionum partes agit, ac, ne quid cul-
pæ ferre videatur, strenue defendit
magis, quam ut se se ad mandata lebo-
væ retrahi patiatur;) obiciat, in-
quam; quod Christianorum non
tantum cœtus, respectu omnium,
passim admodum exiguis sit; sed et-
iam inter ipsos Christianos esse vix
aliquos, qui rem ita intelligent: ve-
lut ille quoque claimat: Quid po-
tunt hi tamen pauci numero conficere
contra totius mundi præiudicia?

Arn. rel. lib. i, cap. 3, num. 36. Item:
Vna hirundo non facit ver. *God. l. 4:*,
f. de V.S. Nec ad paucarum gentium
mores corrigendus est universis or-
bis; immo nec ad multarum. *Id. sed.*
5, num. 36. Effugium quidem ma-
gnum videtur: Sed uti sola homi-
num opinio nihil iuris extruit veci,
si iuri naturæ contradicat; ita mul-
to minus tantisper ponderis, si verbo
Dei quid audeat derogare. Nam veri-
tas religionis non ex principiis cor-
ruptæ naturæ, multo minus ex iute
gentium, sed ex revelatione divina
pendet; dicente eadem, *d.l. num. 41, Re-*
lectorre. Quamvis etiam nunc se præ-
cipi-

cipitat , dum excusare gentes conatur in hoc quod non tantum uno impetu omnes , ex defectu revelationis , quæ paucis obtigerit , aberrant , & superstitioni alteri post alteram se implicuetint ; sed etiam ex iure belli servientes pœnit loco iustas constituerint . Quippe , quum bellum iustum statuat , non curat obiectio- nem , quam Bedinus ex hostiis humani aut ipse ubi moverit nimurum , quod ex luce naturæ geotes potuisse intelligere , contra naturam esse , humano sanguine delectari . Sed re- spondet ita : Quid tum postea ? An non auctor naturæ potuit naturæ de- trahere , & multa contra naturam vel ipsis Iudeis concessit ? Velut exem- plum adducit in Abraham , cui à Deo demandata erat immolatio filii unici . Et addit : Ut autem hic con- stanti fide putavit , obtemperandum illi , quem errori alicui obnoxium cogitare nefas sit : Ita supersticio eth- nica , persuasione numinis dementa- ta , eo sibi sequendum credidit quo rapetur à falsis oraculis , etiam si in ignem ire iubetur , in foveam sa- lire cum Curtio , aut in tela ruere cum Codro & Deciis . Adde , ait , quod duo Deorum genera crediderit

A a s sim-

378 REPUBLICA
simplicitas ethnica; alios, qui no-
ceant; alios, qui benefaciant. *Gell.*
lib. 5, cap. 12, &c.

Quænam vero hæc excusatio blas-
phemæ? An nō in g. s. e. t. sui ipsius ac-
cusatio & refutatio gravissima? Nun-
quid culpam idololatriæ ethniciæ
cum tyrannica crudelitate Christiani-
num tam aperte in Deum reiicere de-
cer? quasi ille contra naturam quid
sanguinolentum mandet? Quoī ver-
ba, tot prope errores; nec sine blas-
phemia; quæ nec absque scandalo
quis legat pietati veræ deditus. An
sumimus Iehovā peccati tam atrocis
auctor, aut stimulator occultus in-
simulati debet, si quando natu. luci
non nihil detraxerit, vel contrana-
turam quid præceperit? In tantum
ne ab oraculis falsis dependere debe-
bant, ut inde persuasione numinis
deinentarentur, & in ignem aut fo-
veam prosilirent? Quid hoc? Num
hæc potest aut debet dici ethnica
simplicitas, si tot fingant deos, ut in
duo genera bonorum & malorum
distribuant? An quoī hæc simili-
citas aut malitia debet dici, & sa-
pientiæ profanæ argutia? Vel potius
arguta arrogantia & superbia? An
non hæc directe Christianismo Pauli
oppo-

opponuntur ? *ad Rom.* i, § 2. qui expressè & fixè hanc, impietatem & iniustitiam vocat hominum, quod veritatem in iniustitia detinuerunt, & eam in men'sacium transmutaverunt ; unde manifestata sit ira Dei ex cœlo : *vers.* 18, 25, &c. An non ipsi in ratiocinationibus suis vani facti sunt, & cert obtenebrarunt suum, mutaruntque gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem ? *vers.* 21, 23, &c. Nonne Dei veritatem transmiserunt in falsitatem ? *vers.* 25. Quæso, an hæc sit simplicitas genitum ? num vero malitia ? Decet ne ita turpiter quenquam, has lumenas blasphemias & peccata invictus convertere ? Cuiam potius fides sit habenda ; an Spiritu Dei in Paulo ; vel homini vanissimo, qui sibi tot consuit contradictiones, quot ipsi lubet ? Pudeat merito, Christianum profiteri velle, & tamen Christo & sibi ipsi contradicere. Sed non opus est pluribus verbis : Ipse sibi sit refutator iterum contradictionis binis in locis. Etenim *paulo* ante, *num.* 30, 31, 32, & 33, recte pronunciarat, quod errore communis gentes & nationes quam plurimæ peccarint ; adeo, ut inde ne jus quidem

330 R E S P V B L I C A E
dem induci posset. Quonam iure
igitur heic quid constituant, ubi
tam graviter etiam in ipsum Deum
impegerunt malitia sua & invetsio-
ne rerum? Deinde, *in eadem scilicet num.*
57, recte cum D. Paulo, inexcusabi-
les, *ἀνεπολογήτες*, omnes pronunciat
populos, qui, quum potuerint Deum
verum ex luce naturæ cognoscere,
gloriam eius cœlestem in humanum
cultum, seu apertam blasphemiam
demutarunt; idque eo magis, quo
evidentius veritas ex verbo elucet
divino, & ab iis pertinacius con-
temnitur, &c. quæ verba etiam su-
perius allegata sunt. Ecce, quomodo
hæc iam ethnica potest dici simpli-
citas, si inexcusabiles sint, si blas-
phemii idololatriæ sint, si pertinaces
contemptores verbi sint, si ipsam na-
turæ lucem despectui habeant, om-
niaque convertant in mendacium
pro lubitu?

Eodem modo, quo ex simplicitate
maligna & blasphemia innocentiam
ethnicis adscribit, etiam cunctis, ipsis-
que Christianis, bellum permittit
iustum, ex cuius victoria servitutes
iustas constituant. *Ibid. num. 60.* Ni-
hilominus quidem rapinas & cædes
damnat, quum belli sint accidentia.

Quasi

Quasi vero bellum aliud quid sit in proprio totoque esse suo , quam rapinæ & cædes ? per quas victoria obtinetur, & bellum perficitur. Vide heic Costerium *in pol. lib. 10 , cap. 8 , §. 6* , recte de bello , & quomodo omnis ab eo exulet iustitia , loquentem . Dehinc quoque ulterius iste reiicit hos , qui statuunt , viatos cædere nequaquam esse licitum , ac proinde nec in servitute eos abduci debere ; quum sit potius , servos facere ex deditiis , quam eos occidere . Quippe , ait , cædes & servitus non sunt paria . Que tamen duo crima , vix antea , num. 56 , paria fecerat his verbis : Cædes enim & servitus pati passu ambulant . ut in contradictoriis terminis perpetuo sibi conscius inanetur . Quasi vero non aliud sit remedium clementiæ aut misericordiæ , quo carari possit deditius , & ille , qui se dederit victori , nisi aut servitute aut cæde sit maestandus ? Ast , obiicit , duo sunt genera bellorum : aut tendunt ad internacionem ; aut pugnatur pro imperio , gloria , ditione , aut alio aliquo interesse . in illis à cæde non est abstinentium ; in his distinguendum est inter ius sumnum & æquitatem . nam quod ultravictoriam

etoriam non sit progrediendum, 2-
quitas suadet ; sed iustitia haud pro-
hibet. Quid audio ? An aequitas &
iustitia ita dissident inter se, ut
quod aequitas non permittit flag-
tium, id iustitia licite patrari finat ?
N.mis liberalis est, in puniendisho-
minibus & consituendis servituti-
bus. Merito igitur audiat hoc : Exeat
aula, qui volet esse pius. Natura enim
pietas aut misericordia dedecet vi-
rum strenue bellicosum, & servitu-
tum compactorem. Sed animal, dic-
num iustitia possit ita licite ab aequi-
tate resilire, ut illud exequi audierit
citra culpatam suam, quod aequitatem
non redoleat; id est, ut quod niqueum
sit, committat ? O absit talis iustitia
procul, quæ iniustitiae patrociniū
sufficerat. Alias enim ius & aequitas
iustitiam procreant, ut illa uias
que dicitur effectum ; quum aequi-
tas omnino formæ instar sit justi-
tæ. Quare si tollas rei formam, sive
animam, metu in monstrosum abit
abortum illud corpus rude atque
mutilatum. Veluti bellum quoque
illud utrinque iustum evadit, iuxta
cius opinionem, quod veritatem &
iustitia caret in cognitione causa
iustæ, & ex ignorantia committi-
tur.

tur ; ut olim Andabatarum erant pugnæ & digladiationes. quod quidem, scit. 5, num. 55, verum perinde statuit; Sed idem scit. 4, num. 17, vix possibile putat, his verbis: Vix enim fieri potest, ut bella, unde procedunt servi, utrinque iusta sint. & indignum est, ut nati altissimo loco & ingenio in vilissimam servitutem decipiatur, &c. Quare autem hoc? Fortasse, quia transcendit limites honestatis in iustitia belli. Nulla enim iustitia vetat hosti nocere ; modo non excedatur modus, nec transcendantur limites honestatis. ait id. scit. 5, num. 65. At quinam heic limites vere constitui possint, ubi arma furorque vigent, nec locus est dilectioni proximi, nedum cognitioni causæ, id non attinet multis demonstrari. Experiencia est ante oculos. Nam quis causam cuiusque disceptabit, quando strepitus armorum non finit voces expostulantium exaudire, nec ira & cupiditas vindictæ locum facit tribunali rationis ? ait idem.

Sed hactenus de servitute & iustitia belli. quumque ibi libertati non detur locus, eam nunc paucis in Christianismo quærenus.

C A P. IX.

*De libertate vera, & servitute Chri-
stiana; quomodo haec accipien-
da, & quid proprie
fit.*

RETE Bodinus, lib. i. pol. cap. 5,
& Montecatius, i pol. schol. text.
64. agunt, quod tam accurate de-
monstrant, in multis adeo rebus gen-
tes & nationes communis errore una-
nimitet peccasse. Etenim ipsa Scrit-
ptura S. acceſtatur toties, quod omnis
homo mendax sit, & ex corrupta sua
natura proclivissime ad mendacium
feratur. quum simul ipsam imagi-
nem Dei in tale portentum transfor-
marint, ut supra ex divo Paulo osten-
dimus: qui exinde quoque omnem
hominem mendaceiam proclamat ex
Pſal. 62, 10; & *i 15, 11;* *ad Rom. 3, 4.*
De quo etiam ipſe Ichova Christus
conqueritur, idemque profanitatis
crimen sui in os ingerit Iudixis, qui
tamen filii regni cœlestis ex semine
Abrahani, patris credentium, unice
salutati volebant; *Ioh. 7, 29;* & *8, 55.*
Quum itaque in catdine salutis
ipſius etiam ipſe electus populus Dei
ab

aberrarit sepius, & vix ægic se in sa-
tuorem mentem reduci patius fuerit;
quid mitum, quod gentes cœbra-
rum meliora sapere noluerint, aut
non studuerint unquam? quicquid
heic pænivaces ethnorum & pro-
fanitatis tantæ patroni, veræque fa-
pientie vani suppressores, ac perverse
servitutis perpetui commendatores
obganniant. Ne quid illis debet pro
captiis & mancibus bello abducen-
dis, ita exclamant nonnihil altius;
ne id absque indignatione animi
graviori: Nam si ius naturæ convellit
hæc servitus, & nulla validaratione
probati, vel ab antiquitate extrema
excusat potest, qua ratione probatur
fac-similiter, teste August. no quest. 57
in Exod. & Rom. an. consil. 288: u' i
Manlos. & sub intermissione edici-
tut securis Christianis, ne dominis
suis se subirahant propter conscienciam?
ut sect. 4, in pr. dixi. Aut quo
errore apud omnes omnino gentes,
quasi in unum & eundem stuporem
concupitas, tanto consensu potuisse
principia naturæ excupi, ut, quo-
cumque verteris oculos, omnia servi-
tutum plena deprehendas? Absit vero
ex sola opinione hominum ius gen-
tilium extrahamus. &c. Arn. in relect.

336 R E S P V B L I C A E
pol. cap. 3, secl. 5, num. 29, & 30. Nam Aristoteles § eth. cap. 7 non aliudius gentium agnoscit, quam φυτική, nec definit illud ex omnibus opinioribus sed ex eo, quod conveniat principiū à natura omnibus hominibus implantatis. Id. ill. num. 3 i. Satis fortissimum scilicet obiicit heic argumentum nobis, iuxta suam opinionem, ut eam defendat variis quibus adiutus est contradictionibus. Sed quam clivile id sit, ad veritatem factarē Scripturarē & verbi cœlestis patulo accuratius examinetur. Namque iste Adam post lapsum incepit statim iucem sive adspectum Dei & veritatem fugere; ut non veritas fuit, se Deo subducere, & culpam suam simulatione ignorantiae ratione obtegere, accusando falso inuictem. Gen. 3. Atque hec est: ad principium, corruptæ naturæ implantatum, quod adeo propagari ille primus omnium parens in successos posteros, ut cuncti tenebris habreant, nec quid à priori amplius cognoscere possint: quum imagine divinæ amiserint singuli, ut supra ostensum est: nec possint ne in rebus naturalibus quidem ad cognitionem iuxta essentia aut eius vicuum

penetrare, licet ante pedes sint; ut ait
Sal. Sap. 9. Vnde quoque statim in
 primo mundo, qui longe sacerior
 fuit, quam iste praesens, adeo gravi-
 ter de mortalium cœca malitia, ni-
 mirum quod omne pigmentum &
 cogitationes cordis sui ad deteriora
 in dies singulos convergent, Iehova
 ipse conquestrus est, ut etiam cogere-
 tur diluvio submergere inundum,
 quin neino præter Noachum (pro-
 pter lineam Christi) omnium inter-
 rot milliones hominum invenire-
 tur, qui erexitur dignus haberi cum
 suis potuisset. *Gen:f. 6, vers. 5, 6.* Si
 igitur tunc in unum eundemque stu-
 porrem tanto consensu conspirare po-
 tuere homines, tantique gigantes, &
 tam longæ vitæ; qui tam insignes ha-
 buere doctores verbi, patriarchas vi-
 delicer divinos; an non etiam hoc
 semper factitarint, quum eiusdem
 malitiæ & cæcitatris exemplum in
 ædificatione turris Babylonicae ha-
 beamus? *Gen. 11.* Quid non facti-
 tarunt Israëlitæ, quum ipsi miraculo-
 se per mare rubrum à Deo ipso duce-
 rentur, inque ignea nube ductorem
 cotidianum viæ adspicerent? qui
 & selectus erant populus. An non
 inde recte quoque David regius pro-

pheta ait: Detegerunt omnes; nec est, qui bonum optinet, ac ne quidem unus. *Psal. 14, v. 3.* Qualia proinde tales opinasti sibi sonniant principia naturæ, qui profus ignorant, nec audice expetunt aut cognoscunt ex verbo Dei; quum profanitates suæ cum sanctis Ichoy & oraculis tam remere commisceant, spiritumque Ichoy & se profus repellant blasphemati, nec ad agnitionem veritatis pervenire possint, propter inutiles logomachias? ut id D. *Paul. 2 ad Tim. 2 detestatur.* Usque adeo ethnicismus & naturalis cæcitatibus servi omnes esse capiunt, ut profus aversentur libertatem, quam Deus homini contulit primitus, & postea, perdita ea, per Christum recuperata in nobis donavit. An non cœci sint homines, qui oculos adverlus verbum Dei nequiter obfirinent quum ne quidem id, quod apertissimis adspiciunt oculis, inventate spectare optent, aut agnoscat velint? Exemplares fatis erit clara quid lucidius splendidiusq; mundus universus adspicit lumine clarissimo & amabilissimo ipsius Solis. Nemo non splendore eius & irradiatione se quam iucundissime feci affici. omnes eius lucem desiderio

quoties nox est ; & diem votis exceptant anxiis. Nihilominus omnes in eius loco & motu hallucinati sunt turpissime. Nonne in unum eundemque stuporem tanto censu su heic conspirarunt omnes ? quem etiam firmis demonstrationibus stabilitate conati sunt summi artifices , quos sapientes nominamus ; inde , quod terra tanquam in centro universi quiescat , & sol circa eam cum luna & reliquis planetis moveatur ? Nonne à temporibus Ptolemaei mathematici , qui maxime circa ann. Christi 141 floruit , per tet secula hucusque tot scripti sunt libri , qui hanc quasi firmissimam imo & demonstrativa defendent sententiam ? Omnes Dd. Academicis modicus nec sine acrimonia in hanc coniuravere mentium opinionem , ut anathema fuisset habitus , qui contradixisset. Et quamvis summus ille astronomiae artifex Copernicus ante seculum abhinc ferme , qui natus est in Regiomonte Borussiae , anno 1473 , die 19 Febr. , & obit 1543 , die 20 Ian. , tam classum & supinum errorem circulum in triplici motu terrae demonstravit , & revolutionibus conspicuus id declaravit ; ut inde sat is ma-

190 R E S P V B L I C A E
nifestum sit , quod soli non aliis
quam centri locus respectu totius
universi competit : tamen ille audiri
nona potuit. Ac nisi tam oculares ad-
hibuisset demonstrationes , quibus
revolutionum suarum libros sex il-
lustravit ; certe pridem ex orbe toto
expulsus fuisset. Quare ? Quia com-
munem academicorum patrum , &
omnium ex ore talium dependen-
tium virorum , ac inde constituti iu-
ris gentium & Christianorum op-
tionem impugnavit & pudore affi-
cit ? Quam etiam ob causam veritas
tam aperta haetenus identidem
quam acerrime suppedita fuit. Novi
quidem fuisse viros bonos etiam in-
ter academicos , qui hac de re recte
sentirent ; & inter eos ipsem et affi-
ne habui Magistrum Heinricum
Scaperum , virum longe in mathesi
exercitatissimum , qui ultra 30 annos
academicæ professorem egit Helmstadii . (cuius scripta quoque dignis-
simas sunt , ut tandem edantur , quum
prorsus singularia in tota mathesi
contineant .) hic toties mihi confes-
sus est , quod nulla verior esset sen-
tentia , quam Copernici . & ita quo-
que inforrnavit suos discipulos ; velut
ego anno 1597 talia ex ipsius pre-
lectio-

lectionibus observavi tum. Sed ipse cum aliis propter conspicantes omnium opiniones non ausus fuit aper-te illa explicare. Tandem ante annos aliquot Teutonicus noster id etiam, sed alio dictamine , sancto & Es-
draxo , in libro suo de triplici vita homi-nis , capite 9 , ex fundamento na-ture plenissime explicatum dedit. Cuius verba emphatica hæc sunt : Qui asseverant , quod sol cursu mo-veatur aliquo , illi lequuntur tan-quam cœci de colore , nec unquam centrum naturæ agnoverunt. &c. Item : Mundus ex Iapsu Adami huc usque monoculus fuit : quia sub sex illis sigillis , id est , sex planetis illis , vixit cum sua cognitione : At septi-mum sigillum perspicuis solis oculis videbitis mox. Loquimur heic , ut veritatem agnoscimus. Hoc igi-tur percipite ; vobis difficilem com-plexum enucleabimus. Videte , & anima iuxta id modo. Tota con-stitutio & universitas regiminis hu-jus mundi in omnigena vita ex astris tum sese in cunctas res , bonas tum malas , insinuat. Nam & astra quoque caullæ sunt , quod quatuorelementa , utpote ignis , aët , aqua & terra , ex-fuscitentur : alias in hoc mundo om-

nia plane placata quiescereat. Ideo-
que præcipue in septem planetis
agnoscite imperium superius : hi
quippe nobis spirituale regimen ex-
hibent ; & id quidem dupli modo.
Obtinent Tincturæ imperium , tan-
quam igneam vitam ; nec minus &
aëris imperium , tanquam aquam
vitam. Tres planetæ , supra solem
constituti , una cum sole , igneam vi-
tam & dominium possident : atque
tres infra solem positæ , egressum
igneæ Tincturæ exhibent , eiusdem
que simul descensum , & una cum
sole aëreum imperium fovent , atque
femineum genus continent in sese ,
quia matricis essentiam repræsen-
tant , superiorisque matricis Tinctu-
ræ. Isthæc Tinctura autem animata
in sese comprehendit ; & altera , ma-
trix , veneris , animæ spiritum . Atque
ita quod superius est , inferius appetit ,
& è contra inferius hoc appetit illud
superius . Vnde porro unum con-
cilius corpus , quippe sol est cor , &
splendorem maiestatis principi hu-
ius continet . Atque inde percipi
facile potest usqueque sexus , masculi-
nus & fæmininus . Mas caput re-
præsentat , & in se imperium domi-
nationis conponet cum Tinctura sua
ignis

ignis; ac, quam Tinctura hæc animam comprehendat, inde vencem appetit, tanquam matricem corporalem. Namque anima appetit spiritum & corpus; quod possidet matrix fœn. inæ. Atque ita inferius regimen est fœminineum, & totum eius imperium lunæ obnoxium viget. Sol enim cor addit eis, & venus Tincturam; non vero igneam, sed aquam; unde ille largitur spiritum aëreum. At huius Tinctura non in intellectu consistit. ex quo ipsa virtus subiacet imperio. quippe Tinctura ignis actiter probat res omnes. Mercurius excusitator est Tincturæ huius. Inde infacundiam volubilitatis inclinat. Et luna obtinet huius matricem, quæ ex omnibus participat planetis, & merendam terræ se exhibet. inde ita festinat, & in circumvolutione rotæ suæ ex planetis & stellis haurit vires ubicunque potest. maxime appetit solem: inde quoque eius splendoris attrahit, quem ad inodum luna solem anhelat; quoniam terrenus est, & appetit cor cœlestis. Ita quoque fœminæ matrix anhelat anxie cor mariti, eiusque Tincturam, tanquam animam: quia anima æternum illud affect bonum. Atque sic

394 R E S P U B L I C A E
natura aeternitatem appetit , seseque
ex vanitate exsolvere cupit . Vnde
patet , quæ causâ sit movens acerrimi
desiderii in utroque natus & foemi-
næ sexu per universam creaturam ,
quod utrumque alterius mixtutam
tam ardenter ambiat . Namque cor-
pore a moles illud non intelligit , ne-
que spiritus aëreus ; sed tantum binz
illæ Tincturæ noscunt hoc , quæ ita
mutuo urgent sese , quum illud ver-
bum F I A T : in se contineant , ut inde
magnalia cum stalo Ichovæ manifes-
tar. Etenim Spiritus Dei incumbit
aque matris in vehere & in Iovis
matrice , tanquam in cerebri matrice ,
& gestat illud F I A T . Namque cor-
polidet venefis matricem , & cere-
brum Iovis matricem . Atque sit
Spiritus Ichovæ alis quoque vento-
rium incunibens fertur in suo princi-
pio ; & tamen à patre & filio proce-
dit in creatione ; manifestaque ma-
gnalia summa , quæ in sophia sancta
ab aeterno sunt provisa . Proinde ipse
est fabricator seu opifex rerum or-
nium , & à Deo ad id opificium sus-
sus , &c.

Eodem modo , cap . 10 eiusdem li-
bri , quod de creatione omnium essentia-
rum , & quomodo homo seme ipsum in-
stigari

figare ac invenire debeat; ac quomodo
omnia secreta naturæ, usque in noven-
tium numerum, non vero ulterius, per-
securari queat, inscribitur, inter alia
hæc habet: Iam ratio hominis quæ-
fit; Quin diabolus hunc ita incolat
mundum, & in eodem principis do-
minium obtineat; ubinam ille ha-
bitet? In tota abyssu non plures cir-
cuitus sunt aut circuli, quam septem;
illi se movent atque circumvolvunt
instar rotæ, vel quemadmodum vita
enca animam circumfertur, & cor in
medio tanquam in centro quiescit.
Ita quoque sol se habet, atque circuitus
illi circa solem sunt septem pla-
netæ, tanquam spiritus ab eo centro
dependentes; & septimus circuitus
est terræ, quæ spacio 24 horarum cir-
cumvolvit, & simul cum reliquis
planetis suum anni spacio cursum ci-
tta lunam circa solem absolvit. quod
reliqui simul peragunt, sed tamen
longe dispari temporis spacio; veluti
saturnus in 29 annis, propter nimis
longam distantiam: excepta luna,
quæ retrogrediendo perficit cursum
singulis mensibus, atque ita duode-
cies in anno, & paulo ulterius trans-
greditur. Iam igitur hoc omne ro-
tum generationis conficit, in qua

396 R E S P V B L I C A E
verbum F I A T consistit. Atque hoc
diabolum ex hoc circulo expulit, ut
habitet extra hunc circulum, ubi in-
gentes sunt tenebræ, ex adverso con-
tra coronam stellarum sive zodia-
cum, in firmamento; unde quoque
multæ stellæ nequeunt conspici pro-
pter tenebras eas. quod etiam alias
ingentem significationem importat
propter mortales: quod indicare cu-
pereimus, nisi inundus tanto furore
corruptus esset, & potius diaboliscit-
vitio se exponeret, qui omnes irridet
revelationes, ut eo facilius mitifice
excæcere queat mortales. ultimiis
temporibus tamen aperta erunt omni-
nia filiis eorum, qui hinc singula di-
gnoscere oculis noscent. Atque ita
lati vicinus nichil est diabolus; & ta-
men simul principis dominationem
longe profundiorē exercet, propuls
ad astrorum situm in medio, ubi den-
sissimæ sunt tenebræ. Namque proxi-
mitatem splendoris stellarum ferre
nequit, unde captivus est, nec audet
septem regimina verbi F I A T attin-
gere, nec quid in iis potentia habet.
Est ita miserrima creatura sub corona
sive zodiaco.. Hoc certe haud ullo
circino delineati potest. Namque sol
in intimo intus fixus perstat circulos

& reliqui omnes longius ab extra distant ab eo ad corosam usque sive zodiacum; qui concludit ambitu suo cœlam exteram. Atque istud non potest intelligi, nisi spiritus id conceperat secum; quippe velut ipse spiritus est, ita quoque circulus iste se habet. Non tamen potest rite describi. Quemadmodum enim vita se in intima involvit usque ad solem; sic etiam illi spiritus vita in homine se animæ insinuant; veluti de tribus principiis meditationes concipere poteritis; ubi extreum, simul intimum omnium est. quod externus (sive sidereus) spiritus rationis nostræ nullo pacto percipere potest: quia solummodo unratem constituit, nec ternarium numerum assequitur. ac animæ spiritus, si regeneratione denuo convertatur ad Deum, ut internum esse introspiciat oculis genuinis, & oculis huius mundi externum, is intelliget. Nam istud detegit visionem Ezechielis de spiritu cum internis & externis oculis, ubi spiritus similiter rectè procedit quocunque procedit. Ac licet sapientes magi & mathematici confinxerint sphæram; & rotam eam aliquo usque delinearint; tamen haec non sufficiunt

398 . R E S P U B L I C A E
ciunt. Id otis quidem sic præparatur
via quædam ad considerandum my-
sterium magnum: veram rotæ ea lo-
ge subtiliorem intellectum contine,
nec unquam in tali ratione circu-
delineari potest. Namque in seina
ipsum retro tendit ad cer scilicet, &
contra ex se egreditur ad figuram &
sentiæ. Propellatur ad exteriora &
interiora simul. Etenim spiritus tu-
etur, tanquam vere ignea vita, us-
gendo tendit sursum ad libertatem
Dci , & appetit spiritum essentia
qui se deorsum impellit, utpote si
quo non subsistit ignea vita. Inde
igneus spiritus reconvertit quasi in
latus, & iemper apprehendere con-
tur spiritum essentia, & spiritus &
sentiæ fugit ignem. Quum vero
vita ignea pregeueretur, nec possit e-
eo separari, proinde ille cum igne
spiritu circumgyratur. Quando enic
igneus spiritus se in dextrum lat-
per obliquum convertit, & ap-
prehensionem dirigit in spiritum esse-
ntia, tunc spiritus essentia retro
dendo ibidem in obliquum ex in-
teriori parte à latere altero sinistro
se elevat. Atque hoc parit invoca-
tionem, & alter alterum insequitur.
Quippe essentia fugit ignem, &

men ex igne ortum sumit suum , ceu
videtis, si observetur, quemadmodum
aer ex igne expirat , & ex aere gigna-
tur aqua , quæ substantiam illam de-
terminat. Ita ignis in anxietate sua
appetit mansuetudinem aquæ , & li-
bertatem extra anxietatem , atque
apprehendit aquæ scaturinem, inde
mansuetudo tanquam aquæ scaturi-
go expetit corpus , ut ab igne tuta &
obnubilata sit. Hinc ignis festinat
ad aquam, & aqua fugit ignem. Nam-
que si ignis sursum evaporaret , &
aqua per inferiores partes effueret,
tunc longissimæ distantia separatio
inde exurgeret inter utrumque , ac
cuique mors sua esset parata , ita ut
evanescerent ambo aut in nihilum
abirent. Dum vero se ignis aquæ ad-
sociare cupit , & in ea se recreat, con-
servatur ipsi vita , & sic spiritum aë-
ris ex se producere potest , ut ita vita
subsistat. Ecce ita indicamus tibi
mysterium magnum, ut inde cogno-
scere discas , quo usque intellectu tibi
sit progrediendum; addiscasque nu-
merum cognitionis tuae , & in quo
iste finiatur. Namque ignis octauum
determinat numerum post septem
spiritus illos naturæ , & causa est
septem spirituum. Iam vero nulla

creatura

creatura in corporeitate sua potest sustiner eprobiam ignis; quia ignis consumit eam; in qua subsistit vita naturalis. Ignis præterea Tincturam efficit; eamque duplicem: unam, in se apprehendentem eternam libertatem placidæ mansuetudinis absque clementia externa: Alteram, extra se apprehendentem externam substitutionem; veluti oleum, quod ex aqua producitur, & ex venere oritur. ex quo externus eius splendor & lumen resultat; & ex interna Tinctura æternæ libertatis appet tu exordie maiestas libertatis. Quod commos percipietis hoc pacto. Ignis octauus compleat numerum, & interna Tinctura numerum novenatiuni determinat. Eousque nobis est progrediendum. Namque denarius numerus ipsum ponit æternum Dei ignem: si que in medio sui, crucem X exprimit generationis; quæ centrum æternæ naturæ in due dividit regna, antea id explicavimus. Quæcumque vero creatura penetrando hunc ignem pertrumpere cupit, illa regnum Divinum pervadens, in extremitatem à Deo alienatam, & in centrum ignis quæ est extra hunc mundum, tanquam æternas tenebras, relabitur: ubi igit;

niger & æterna esurities viget. Incensio ignis luminaris solummodo. in cruce Φ consistit, in manitudine novenatii numeri, id est, in uno numero. Nam denarius numerus dualitatem exprimit ad procreationem angelorum hominuirq; complectendam: sed nil ulterius in centrum crucis Φ redigendum est: quippe ante crucis Φ Ternarii sancti faciem omnes subsistere, & mentes suas sub se retro reflectere coguntur in Tinetur in humilitatis, usque ad novenarium numerum; ut ita in denarium numerum non sine trepidatione mentis prospiciant; ne create quid veille aut appetere videantur in hoc denario numero: ne sic in centrum ignis Dei cupiant ingredi, sed potius ante denarium hunc gaudium concipient æternum, lato concentu gloriose laudis cantantes, *Sanctus. sanctus. sanctus sit Iehova noster dominus Deus Zebaoth.* Atque iste cantus representat cibum divini ignis, ex quo progrediuntur in divinis essentiis miracula, paradiſus, clementia, & cœlestes substantiae. Vclut & ante Ternarium sanctum adstat ceu virgo quadam æterna sapientia Dei. atque haec est divina illa Sophia. Nam-

quicin ea Sophia omnium divinarum
essentiarum substantiarum formales co-
parent. Ad cuius miraculi expressio-
nem nulla nobis seu lingua seu cala-
mus sufficiens esse potest. Solu inno-
do vobis indicamus, quousque eius-
modi revelationes sint indagando
penetrandæ. Nam nsque in novena-
rium numerum omnia vobis in in-
tuitu sunt obvia; quia cœlestis vittæ
heic adest Tinctura: Conspicitis heic
centenarium numerum, & ctiam
millenarium maiestaticæ coronæ:
sed prorsus heic abstineatis à perfec-
tione denatii, ubi metus abyssi
lustratur: Alioquin extra Deum pro-
gredi minis, velut Lucifer qui in deca-
rio creatorem agere conabatur, &
ignem ibi æternæ originis quærebat
unde ibidein, ceu in morte tenebris
tum extremarum sepultus, permanens
æternum cogitur. Ideoque lecta
huius sit monitus, ne in his profun-
dis scriptis ulterius quid pervestigia
aut voluntatem suam in interictu
intromittere tentet, quam ipse pos-
assequi. Quisquis in huius concep-
solo acquiescat semper. Namque de
conceptu adhuc viget tali, subsistit
simul in substantiarum perceptione;
de non aberraturus est, licet spiritus
illæ.

illum ad longe profundiora vellet
deducere. Vni enī multo plura præ
altero conceduntur. Verum nūra &
scopus heic est certissimus, ut quisque
semper in humilitate erga Iehovam
subsistat, atque in easē Iehovæ dedat,
ut hoc velle & facere perficiat quod
Iehova vult. Si hoc peragas, in te-
met ipso es quasi demotus: quia
nil expertis, quam quod Iehovæ vo-
luntas poscit: & hæc voluntas Ieho-
væ vita est tua, quæ in semet ipsam
ad millenarium usque numerum re-
greditur, & profunditatem Deitatis
cum mirabilibus cunctis perquirit.
Hæc tuam tibi consecratam voluntati-
em in virginem deducit Sophia
sux, ut ibi mirabilia cuncta perspi-
cias. At noli ab ipso imaginationem
reiro in mirabilia divertere. Simulacra
hoc feceris, ex Iehovæ volitate ex-
cidis, quæ eternam libertatem de-
terminat, & in propriatu imaginatio-
nem tibi captivus hæres. Hoc dili-
genter observandum. Namque una-
quaque imaginatio substantiam gi-
gnit, in qua tibi fixus subsistas, unde
mox retrogradus agaris, ne Iehovam
videre possis. Ideoque hanc ob cau-
tam Christus nos docet humiliati-
onem, amorem, puritatem cordis, &

404 R E S P U B L I C A
misericordiam; & iubet se vere, ut
quicunque nostrum voluntatem leho-
vit querat, atque in eā se intromittat
penitus. In Iehovæ enim voluntate
omnianobis sunt possibilia. Nil na-
tura nostra propria perficiat: sed Ie-
hova ipse in nobis zeloten agens,
est nos in perficere, si quid in ita-
loce operemur. Nulla enim homini
anima dicat aut cogitat: Ego mis-
cula edam. Ominus hoc non debet
esse. Quippe miracula extera mani-
tura exuperantia ex centro trunca-
profluant naturæ, ex denario nume-
illo, cuius per se nulla compositi-
creatutatum. Ast si in voluntate
Iehovæ demissa penitus introcta,
tunc Iehova in miracula in ea operata
quoniam ipius unica est luctitiae:
imbecillissæ manifestare; quum fa-
tis perpetuo in sua voluntate otia-
etetur, eamque Deo nolit premita-
est submittere. ipse suo semper co-
redit intellectui; unde ipius volen-
tas exira Deum vagatur, & nihil p-
tentiae habet. Quod si igitur ei
met ipso de Dei essentia & volunta-
to qui volet, insipiens nugator est
quia non ex Spiritu Dei & voluntati
cuius loquitur, sed ex semet ipso
opinione sua: in qua perpetua di-

tatio manet. Vnde quoque lites fidei & cognitionis Dei exoriantur, cum quisque Deum in sua propria voluntate & scientia querat. Hominum perversitas ea est, quod Deum in sua propria voluntate investigare & invenire velint, quem tamen in ea non sit; quia simpliciter habitat in eius voluntate, qui omnimode sese illi cum tota ratione & scientia sua submittit; atque huic ille largitur cognitionis omnis gratiam & vires, ut scientiam suam cognoscere possit. Ergo sustollite capita vestra, & attendite: Nulla lis est, nulla controversia in voluntate Iehovae; sed in hominis & diaboli voluntate. Hæc est iræ divine voluntas. Ne patiamini seducives per blandiloquentias adulatorum carnalium, qui in historiis vanis pomposè incedunt, &c. *Hacce illa.*

Ex his igitur patet, quid essentia effectiarum sit, quid eius spiritus atque vita, & quæ matrix generationis creaturis datur, ac quomodo se omnia illustreret ex centro suo, cum etisque rebus creatis oculum vivificum in splendore & calore subministret; atque ut hoc eo rectius perficiat, quomodo circa eum, tanquam universi

406 R E S P V B L I C A E
centrum, omnes circuli exteriorum
cum terræ triplici motu sphærice cir-
cumgyrentur; isque in medio ac-
quiescat, suum officium omnibus
communicans.

Nuper etiā vir insigniter in astrono-
mia doctus, dominus Philippus Lan-
bergius, pastor Middelburgensis, ei
motuum cœlestium observationibus
suis idem protulit, & ipse Copernici
sententia maximo pere inductus. Et
quamvis prescorum & communis
omnium consensus errorem nonnulli
huius Tychonis de Brahe pridem etiam
deprehenderit; in plurimos tam
alios longeque crassiores, quum illi
sphæræ Copernicæ ordinationes
inverteret, lapsus est errores; ut optimus
ine illud explicat dictus ille Lan-
bergius, & eisdem in sua considera-
tione idiomate Belgicæ lingue conscripti
refutat. Fuit quidem, ait idem
præfationis huius libelli, ante 1890
nos in Græcia quispiam Aristarcus
Samius, qui itidem affirmare ad-
fuit, quod sol in medio universi sta-
ret: sed simulac hanc protulit fa-
tentiam, statim perisse à Græciis
condemnatus est, quod comune
opinioni contradiceret. Proinde
potuit rectius eandem cum Lan-

gio Guilielmus Iansonius Cæsius, Amstelodamensis typographus & mathematicus solertissimus, exprimere sententiam Copernici, quam ut sphæram universalem in sensuali artificio depingeret, quam quisque oculis & tactu manuum palpare posset, ne quis id condemnaret auditu quod mente conceperat; quum tanta sit malevolorum negantiumque impudentia. Ipse quoque simile instrumentum mechanicum vidi Harlemi apud quendam, non litteratum quidem, sed in arte sua satis exercitatum, Rudolphum Iansonium nomine; qui adeo apte omnia confecit, ut etiam quisque designationes aspectuum in singulis annis invenire queat. Nonne & similiter per tot secula medici in suis impurorum medicamentorum compositionibus rafse satis aberrarunt, & adhuc satis infeliciter cum proluvio quodam animali in erroribus pergere sat agunt; dum contra apertam veritatem & ipsum conscientię stimulum in cognitione rerum spiritualium, & earum, quae veram naturę essentiam constituant, contra chymicos pugnant. Pudeat merito præ reliquis Sennertum illum sui scripti, quod tam turpiter

408 R E S P V B L I C A E
edidit de differentia medicamento-
rum chymicorum & Galenicorum.
Quercetanus, Hacmannus, Crollius
& Nollius, palmarum huic saeculo post
Theophrastum in erito praetipiunt, ut
teli qui, quia ita non didicerunt, in
rubore suum abeant. Egregiam rela-
tionem Michael Meyerus & Salmuth
de novis inventis & repertis conscri-
psere, quæ cotidianum rerum usum
miris auxecunt undique modis, ut
inde constet, quantum ingenii hu-
manis in cœcitate & imbecillitate
sua fidendum sit, quum sæpius uni-
mortaliū, & maxime quem indi-
gnū omnes censem, tantam largia-
tur sapientiam, qua toti mundo veri-
tatis afferendæ caussa contradicere
cogatur. Quare communi opinioni
in nullis procul rebus nimia fides est
habenda, nisi fundamentum ex ver-
bo Dei pateat, aut id ipsum Spiritus
sancti dona in homine singulariter
ad id electo confirmant. Sophia enim
cœlestis, quæ ex Spiritu Ichovæ est,
sola scrutatur & detegit veritatem
etiamq; profunditatem deitatis, ut &
D. Paul. i Cor. 2, v. 10. An igitur quæ
ex natura quid rite probare possit, qui
ipsæ naturam ne quidem in minus
sima superficie in parte intelligit.

Velut ait Arn. pol. cap. 3, sect. 4, num. 1.
 A natura pergimus ad ius divinum.
 quia non potius à iure divino ad na-
 turam? nempe cæci adeo sunt omnes
 habitualiter, ut ne quidem intelli-
 gant quid magia naturalis in nomi-
 nis significatione sui importet; multo
 minus, quid cabalistica in mysticis
 possit explicandis, audierunt. Inco-
 gnita pro veritate venditant, modo
 syllogistica locutione, vanisque lo-
 gomachiis, utque technis constringere
 quidlibet possint. Misérrium est in-
 strumentū, quod nihil veri intuitive
 cognitioni aut rationi applicat, ut ta-
 les nihilominus vanissime gloriari
 solent. Verum insignis est veritatis
 conceptus, si una cum mendacio
 colatur; *ait A. M. p. 43, in expl. prim.*
præcept.

Sed nunc proprius iterum ad reī
 accedemus. Sic ait nostræ libertatis
 efor & hostis, *sect. 3 d. c., num. 25:*
 Dominium vero & libertas non con-
 venit iis quos ad serviendum natura
 generavit, & proinde inique iis at-
 tribuitur. *Quod si matrem æqui &*
boni, publicam utilitatem, legislator
respicere potest, hæc contueri velit;
An quicquam utilius hac servitute,
& incompetente libertate detrimen-

C c § tosius,

410 R E S P U B L I C A E
tosius, introduci à prius Cthiliis.
nis potuit , dum promiscuo favore
vindicias secundum libertatem in
universum orbem Romanorum pro-
clamarunt. Pro ergastulis enim pri-
vatis publica coacti fuerunt excitare
nosocomia , ne recens manumissi pa-
vicos & compita epidemica fame
emorerentur. Nam, qui sibi de vita
prospicere sua industria non possunt,
quid ex libertate sperare habeant,
præter fainem & inediem ? Quid
prodeſſe queunt publico , niſi , ut
postquam ad libetum matrimonium
accesserunt , & miserorum parenti-
busque ſimilium liberorum post le-
ttahunt globum , inutilibus fucis
onereat civitatem, qui nihil niſi nu-
merus ſint , & fruges conſumeren-
ti? &c.

Talis locutio ſarcaſtica multoſcer-
te ſcatet vitiis. Adeo enim abſurdi-
tatum eſt ſtudioſus , ut nufpiam pro-
pe vacet locus , qui non naturalem
impugnet æquitatem. Niſirum ſem-
per inclinat ſervos natura , & eo
ubique exigit. At naturæ homini ni-
hil & que competit , quam ut id appre-
iat & ſequatur, ad quod natura cer-
tus eſt ? Quid vero hoc erat ? Non
dominium ? utrum vero dunc con-
ſultis

sultius erit ? brutescerene, an vero libertatis anhelare suæ possessionem ? Idcirco plusquam inique agit profecto cum maxima parte mortalium, quod eos ad servitudinem naturæ abiicit. Quoniam ille abutitur vocabulo dominii , & solos principes, reges, &c. ad hanc fortèm feligit; ideo tam multos confundit servitudinis cumulos, ut ita suum salvet Stagiritam. Ast tantæ absurditati quoque se Dn. Costerus in pol. sua lib. 10, cap. 8, §. 2 , rectissime opponit, quando dicit: Hæc sententia tum falsa , tum generi humano perniciosa est. Hinc enim superbissima Græcorum sapientia ius putabat , barbarorum nationes imperio subdere , iustumque esse bellum, ut deteriores periret melioribus. Se vero meliores iudicabant. Quum tamen constet , multas barbaras nationes innocentius modestiusque vixisse Græcis. Veruna magnos præstutisse se arbitrati sunt , cum Lydos, Sarmatas , Scythes, Indos in potestatem redegerunt , & se, uti sapientes, stultorum, ut putabant, dominos fecerunt. Ac primum quidem nimium hoc arrogans est , tantum se extollere , tantum alios deprimere, &c.

Sic etiam nimium arrogans est,
quod

quod suæ auctoritate profanæ sapientiæ, noster inutilis Relector, tam multas hominum myriades ad brutorum stabula relegare velit poterit, quam ipsis concedere primatum sui finem creationis. Nimirum propria ad maiorem æqui & boni, publicam utilitatem, provocat euphoniz gratia & nimiam Christianorum humanitatem in abroganda servitum graviter accusat. Quænam vero ibi publica dicitur utilitas? Videlicet haec publica utilitas dicitur, ubi quam minimū Christiani amoris erga proximum exercetur, ita ut nō necessarium sit, publicas facere impensas pauperibus; quum talis libertas sit incompetens, & illa nihil possit introduci detrimenterius. Verum quæso, an non ibi coabitatio & conversatio sit promptior, ubi liberalitas largit & mutua beneficentia? An non ibi pietas florentior? Forte ait; Hoc illud ad utilitatem publicam faciunt; qui unice spectanda. At pereat talis publica utilitas, quæ pietatem & mutuam benevolentiam in opere consistentem in exilium agit, liberamque singulorum salutem posthabet. Ab eccl longe à bona republica tam dignus legislator. Verum Iehovæ sit genitrix.

tia, quod in Christo longe beneficentiores nacti sumus legatore in suo regno, qui nos tanquam liberator theanthropos & solide unicus ab huius & æternæ servitutis carcere libertavit. Illum potius audire iubemus à patre Ichova, *Matth. 17, Marc. 9, Luc. 21*, quam tales perpetuæ servitutis consarcinatores. Is enim nos vult liberos, uti solus liberator est mortalium omnium. Sic enim ait: *Iob. 8, v. 36*: Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Vindex is est & restitutor veræ libertatis, quæ à principio nobis erat destinata, & quam per lapsum Adamicum adeo misere perdidimus, ut propter peccata servituti captivitatis temporalis & æternæ obnoxii & vinceti traditi fuerimus. Etenim servos peccati nos suisse, testatur D. Paulus *ad Rom. 6, v. 16, & 20*. Atque ipse Christus idem monstrat; dicens: Amen amen dico vobis, quisquis operam dat peccato, servus est peccati. Servus autem non manet perpetuo in domo, filius manet perpetuo. *Iob. 8; v. 34, & 35*. Tantopere peccatum & servitus paria sunt, ut vetissime pronunciari de utroque possit, quod pari passu ambulent; non autem ea ratione qua

414 R E S P V B L I C A E
Relecto^r, sibi contradictorius, d.l.c.
3, *scđt.* 5, *num.* 56, & 61, de cæde &
servitute turpiter stabuebat.

Recte igitur Augustinus, *lib.* 19,
cap. 15, *de civit. Dei*, in mortaliūm
pœnam servitutem omnem reiicit;
ut pote quæ nos vera libertate natura-
lii privatæ. Conditio quippe, inquit,
servitutis, peccatori iure intelligitur
imposita. Proinde nusquam Scriptu-
rātūm legimus servum, antequam
hoc vocabulo Noë iustus peccatum
filii sui vindicarat. Nomen itaque
istud culpa meruit, (N.B.) non na-
tura. Origo autem vocabuli servo-
rum in Latina lingua inde creditur
ducta, quod hi, qui iure belli posse
occidi, à victoribus, quin servabon-
tur, servi siebant, à servando applica-
ti; quod etiam ipsum sine peccati
merito non est, &c.

Idem paulo post: Sicut prodixit
humilitas servientibus; ita nocet lu-
perbia dominantibus. Nullus autem
natura, in qua prius Deus hominem
condidit, servus est hominis, aut pec-
cati, &c. Veluti etiam id plenius
D. Paulus, *ad Rom. 6, vers. 17*, explicatque,
quoniam inde per Christum libe-
berati simus, & ex servitute liberar-
restituti, ita exultanter luctatur; Go-

cia autem sit Deo , quod fuisti quidem servi peccati : id est , non amplius tales sitis , &c. ¹ Qui enim (ita pergit) servi eratis peccati , liberi sitis iustitiae. *vers.* 20. quum alias conqueratur, quod venundatus esset peccato, *Rom* 7, *vers.* 14. Velut olim Iosephus in typo Christi venundabatur in Ægyptum , & inde in servitutem eius posteri incidebant , eo usque donec per Mosen miraculose ex illa sæva carceris domo per mare rubrum educerentur. Quemadmodum ipse Ichova ad Israëlitas suos id attestatur, quod eos ex domo servitatis eduxerit. *Deut.* 8, *vers.* 14. In qua figura Ægyptiacæ captivitatis nobis egregie quoque describitur nostra in Christo & per Christum liberatio. Quod merito heic considerandum venit. Totum enim genus humanum , peccato servias , uti inciderat in regnum potestatemque tenebrarum, id est, Sataniæ, quem ob id Christus principem huius mundi vocat ; ita quoque duplicem heic invenimus servitutem: peccati videlicet unam, & sataniæ alteram. Vtraque sane Ægyptiacam gravitate sua multis nominibus excedit. De servitute peccati extat testimonium Christi , iam dictum, *Ioh.* 8,

Ioh. 8. De servitute Satane mentionem subiicit Paulus, 2 Tim. 2; ubi dicit: Ne quando det illis Deus iste pescientiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant a diaboli laqueo, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Et Ephes. 2, in principio pitis. Ab utraque servitute liberati sumus a Deo per filium eius Christum Iesum, servatorem ac dominum nostrum. De liberatione a peccatis dixit angelus ad Iosephum, *Matt. 2*: Ipse liberabit populum suum a peccatis eorum. Et *Johann. 3* Christus ipse velut etiam, de liberatione est tecum Satane, *Luke 11*: Quam fortissimus custodit atrium suum, inquit, sunt omnia quae possidet. Quum autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arimacius auferet, & spolia eius distribuet. Et Apostolus *Colos. 1*: Qui eripiuit nos, inquit, a potestate tenebrarum, & transiit in regnum filii dilectionis suæ. Quare caveat unusquisque ne viliter hanc liberationem nostram iplagiptiaca censeat. Quanto enim prior est peccati & Satane servitus quam fuit servitus Agypti; tanto iustiori argumento nobis constat habere nos Deum redemptorem & senz.

servatorem. Quapropter & nobis
 proposita sunt liberationis nostræ
 monumenta, non solum in verbo
 Euangeli, sed etiam in omnibus pietatis
 negotiis, ne tanti beneficii obli-
 viscatur: deinde, ut liberatoris no-
 stræ voluntati ac cultui perpetuo si-
 nus addicti, nec unquam revertamur
 in Aegyptum, novamque nobis
 servitatem causemur; ceu faciunt
 illi, qui tam inconsultam dislantiam
 incerponunt inter tales aliasque ser-
 vitutes, ubi nulla viget pietas Chri-
 stiana. Vbiique certe omnia ad vo-
 luntatem Dei sunt disponenda &
 peragenda. Frustra enim colunt me,
 repetit Christus ipse ex Esaiâ, docen-
 tes doctrinas & mandata hominum.
Mattib.8, vers.9. Et, Omnis planta,
 quam non plantavit patet meus co-
 lestis, eradicabitur c.15, v.13. Etenim
 servire Deo, nihil est aliud, quam
 voluntati illius (quam ille nobis
 non è cerebro nostro comminiscen-
 dam, sed in verbo suo infallibiliter
 cognoscendam proposuit) se obedi-
 entem præstare. Hic caltus ille gra-
 tus est, in quo vera libertas Christia-
 ni hominis consistit. Velut certe in-
 iquissimum foret, si quis servus hero-
 suo, secundum quod ipsi videtur,

418 R E S P U B L I C A E
& non secundum illius voluntatem,
servitet. Deus vero est liberissimum
agens, ut *Releffor in sua metaph. testa-*
tur. Ideoque illum in vera libertate
hic imitatur, qui voluntati ciuisse
dedicat devovetque tantum. Atque
hoc est vere servire Deo, si toto cordis
huic quis sit deditus, & cum, cum
filius parentem diligat. Vtī passim
talis locutio in sacra Scriptura habe-
tur. *Eccl. c. 4, v. 12, 13;* & *i. 5,* dici-
tur: Sapientia exaltat filios suos, &
prehendit manu eos qui quaerunt
ipsam. Qui diligit eam, diligit vi-
tam, & qui mane incumbunt in eam,
Iætitia explebuntur, &c. Quis
viuit illi, ministraturi sunt sancto:
Nam diligentes illam, diligit Domi-
nus, &c. Item, *c. 10, v. 28:* Servo in-
telligenti servient liberi, &c.

Ita quoque elementis mundi in-
servire quis dicitur, & affectibus
qui nondum in regeneratione spi-
ritus plene vivit; ut D. P. infantibus
eos ad similitudinem, *Gal. 4. vers. 3;* nec no-
servitus pro coniugalis vinculi obli-
gatione sumitur, *i. Cor. 7. vers. 21;*
ac servitus legum est, circumcidit
Gal. 2, v. 4.

At Christus propterea servi non
accepit, *Esa 42, 1;* *Matt. 12, v. 11*

uti per eum libertatem filialem coram Iehova patre nanciscerebimur. Unde Paulus ait, *Gal. 4, v. 4, 5, 6;* Postquam venit tempus, emisit Deus filium suum, factum ex muliere, factum legi subiectum, ut eos, qui legi erant subiecti, redimeret; ut adoptionem accipereinus. Quoniam autem estis filii, emisit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamorem, *Abba,* pater. Itaque non amplius es servus, sed filius; *Quod si filius, etiam heres Dei per Christum, &c.* Vnde etiam in amicitiam suam ita nos omnes adoptat Christus ipse, ut nolit, nos amplius dici servos, sed amicos, *Ieb. 15, v. 15,* his verbis: Non amplius dicam vos servos; quia servus nescit, quid dominus ipsius facit: Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audivi à patre meo, nota feci vobis.

Quoniam itaque calibertas plene restituta sit nobis, per quam omnes, quotquot obsignati esse cupimus eius, qui nos liberavit, spiritu, pristinæ statum libertatis sumus consequi; antea eandem libertatem cum omnibus communicare debemus inter nos: Si maiora possumus, quia in minoribus adeo sumus iavidi, ut per ea itecum maiora amitt-

410 R E S P U B L I C A E
tamis? Namque qui ita imperare
pot proximo suo , ut non in am-
dulci concordiam querat , sed que
pro mancipio eum habere malit;
solvit amabilissimum vinculum
qno in unum illud corpus , cuius
pot Christus , omnes quasi mem-
bræ equaliter consticti tenemur. Viz
Christus ad talcm equalitatem ac-
nia sua membra redigit , nec ulli
præminentiam in suo regno &
quam admittit: Imo, Matth. 20, v.
27, dicit : Quicunque inter vos
Iuerit esse primus , esto vester ser-
vus. Quo ipso suum imperium olimis-
gentium & mundano regno separa-
quando ita dicit : Scitis , Princeps
gentium in eas dominari , & mag-
tes potestatem exercere in eas. Vnde
non ita erit inter vos : Sed quic-
que voluerit inter vos magnus es-
toto vester minister. Ibid. v. 25;
Proinde D. Paulus nos ita com-
net, ne quis in servitutem homini-
se dedat. Preceio , ait, empti estis
estote servi hominum, 1 Cor. 7, v.
Omnes enim filii Dei estis, per hunc
in Christo Iesu, &c. Non est Iudi-
ne, ne Giacchus: non est servus, ne
liber, &c. Quod si vos estis Chri-
stus nepe Abrahami semina istis , &

cundum promissionem hæredes. Gal.
3, vers. 26, 28, & 29. An non in hac
norma nobis ubique sit ambulan-
dum? an non in eo regno vivendum,
ubi Spiritus Domini in vera libertate
præsidet? Nam Spiritus sanctus ibi est
omnipotens. 2 Corinth. 3, 17; Col., 14;
1 Pet. 1, 18. Vbi Spiritus enim Do-
mini, ibi libertas; qui idem eiusdem
testis & atrhabo est. Non decet igitur
quenquam indepedem reflectere;
ut monet acriter Paulus, simul nos
convellens. At nunc ait, quuin nos-
catis Dcūm; imo potius cogniti sitis
Deo; quomodo convertitis vos re-
torsum ad infirma & egena elemen-
ta, quibus ad superiora regressi servire
vultis? Gal. 4, v. 9. Quasi diceret, si
ad elementa mundi vos convertatis,
non poteritis Deo iuste inservire. Ser-
vus enim Dei esse nequit, qui querit
hominibus placere. Gal. 1, vers. 10.
quuin talis servitus non ex vero &
sincero amore cordis tenaci profici-
catur, in quo libertas iucundissime
cum servitute liberali conspiciatur.
Namque libertas Christiana charita-
ti, non carnis libidini, vel avaritia
aut ambitioni, subiecta est; 1 Cor. 8,
vers. 19. Vnde tandem ita concludit
D. Paulus: In libertate igitur, qua

D d ; Chri-

Christus nos liberavit , perfratre; ne-
què egredientes denuo implicamini
servitutis iugo. Gal. 5. v. 1. Vos enim
ad libertatem vocati estis , fratres,
ait ; tantum ne libertatem arripite ut
datam carni occasioneum : sed ex cha-
ritate servite alii aliis. Nam ten-
tex uno verbo completur ; isto vide-
licet : Dilige proximum tuum sicut
ipsum. v, 13, & 14.

Quicquid inde non vetas agit fa-
dices, nullatenus cum voluntate Dei
congruit : Nec prodest quid bona in-
tentio , quæ passim proclamari solet.
Nulla enim est bona intentio , quæ
contra Dei verbum , ex solo humanae
rationis ductu , aliquid in Dei cultu
aut constitutione regni eius statuit.
Nec facilitate quisque quicquid rectum
videbitur in oculis suis : sed quæcum-
que vobis præcipio. Dent. 12, 8; C
11, 8. Velut nec ipse Christus ex pro-
prio locutus est ; sed quæ Pater man-
davit. Quod & ipse Spiritus Dei agi-
ceu Christus dicit ; Ille qui inven-
rit , ex meis sumet , & vobis annun-
ciabit.

C A P. X.

De fructibus Christianæ servitutis, libertatem demonstrantibus genuinam, degue occulte subrepevtibus servitutis speciebus aut modis.

EX his igitur metidianaluce clarissimis constat, non tantum duplicitam esse servitutem; internam & externam; sive spiritualem, (quæ bona aut mala extat; quarum hæc aut peccati aut satanæ est) & corporalem sive carnalē: sed etiam quomodo utraque libertati, tam spirituali & corporali, opponatur. Spiritualis servitus, sive interna, quæ sua natura mala est, ita extreme contradicit libertati interiore, ut etiam in æternæ condenmationis precipitium sua vi penitus hominem abripiat: ipsumque Dei filium humanum massam induere, suaque morte nos è dicta rediuerere condemnatione oportuerit. Servitus autem ea, qua Deo renati, ductuque Spiritus sancti viventes, nos in Christo & fide consecramur, quum idem praestet quod libertas in Christo recuperata expedit; id est, libere Deo in.

Dd ; sancti-

424 R E S P U B L I C A E
sanctitate fidei & amore Dei atque
proximi serviat: inde cum libertate
Christianæ coincidit, & eius virtute
sancta vestita incedit; ut si recte in
hac servitutis Christianæ forma filii,
heredes, amici & coheredes Christi
dicamus. Vnde triplex iste fructus in
nobis evidens est. Primum, ut scia-
mus, conscientias nostras exemptas
esse omnium hominum potestate.
1 Cor. 6, 1; & 7, v. 23. Deinde, ut
caveamus, ne dannemus fratres al-
huc rudiores: quoniam domino stent
aut cadant. *Rom. 14. v. 4.* Tertio, ut
veris, id est, spiritualibus cultibus;
in integritate fidei vividæ, non mor-
tuæ & verbalis solum, nec in crea-
tis vanis, Deo serviamus; sed tan-
quam Christo induiti; nec nobis aliis-
ve ad malum simus faciles. Atque
hoc est propterea quod D. Paulus, *1 Cor.*
7, v. 20, 21, 22, 23, 24; & *1 Tim. 6. v.*
1 & 2, doceat; ubi servitutem catna-
leam, ob necessitatem temporis & con-
suetudinem eius, submiserit; ut eos
qui coacti iugum hoc peccati & ini-
quitatis portant, ad patientiam er-
fusceret, ne indignatio ipsis subre-
pat; tamen si indignum sit, eum se-
rvitute premi, qui tanto preciosam
guinis Christi est redemptus. n^o 23

Hoc hæc addit; ut caveant, ne servi
 siant hominum; aut, licet sint, ne ta-
 men ob id magnopere concubentur;
 interim ut adspiret quisque ad liber-
 tatem externam; quinquā, si quis sit
 Christi servus, nihilo futurus sit c'ra
 Deo melioris dexterotisve conditio-
 nis, sive nude inter homines domi-
 nium habeat sive servitute affligatur.
 Sic Paulus pro temporis ratione lo-
 cutus est; & admonitionem eam
 tam dominis quam servis dedit pro-
 pterea, ne nomen Dei & doctrina
 eius blasphemaretur, si scandalum
 inde exurgeret. Doctrina enim Chri-
 sti est verbum pacis, amoris, concor-
 diae, & humilitatis, quod ab omni
 abhorret tumultu & discordia. Pro-
 inde de facto quod locutus est, id ne-
 quaquam de iure accipi aut intelligi
 debet aut potest. Nec obstant, que
Exodi 21, 2; Levit. 25, Denter. 15, de
 venditione in servitutē Hebreis ad se-
 ptimum usque annum permissa, tuin
 voluntaria, tum ob paupertatem pro
 abigenda fame facta, leguntur; quam
 quoque Imperatores Diocletianus &
 Maximianus, *I. 1; C. de patr. quifil.*
distrab., sanciverant. Namque ea-
 dem haec ratio, quam Christus de di-
 vinitate adducit, videlicet ob cordis

duritatem talia contra naturam permisla fuisse, habebit locum. *Matt.* 19, *vers. 8;* *Marc.* 10, *v. 5.* & merito quidem leges tam acriter eorum ulcisccebant proterviam, qui libertatem, tanquam rem inestimabilem, *l. libertas* 106, *ff d.R.I.* & extra commercia humana remotam, *l. liberi* 7, *ff. de contrab. empt.* quamque danni caussa intercidere iura non pauperuntur, *l. 17, §. cum existim.* *ff. de legat.* 11. *l. 1, & 2. ff. de comm. seru. manu.* parvi faciebant. Vnde non immemo paria habentur, semet ipsum interficere, ac vendere; quum non tantum improbitate facti, sed & facto sui ipsius laedat rem publicam. Quod legibus adeo Imperatores voluerent coercere aut punire, ut venditio talium non tradat emptori dominium; quia membrorum suorum nemo est dominus; *l. 13, in pr ff. ad l. Agil. no;* cuiquam licet in detrimentum reip. civitatem ciurate, & ex libero scelervum constitueret: quia libertas res publica. *l. si quis* 53, *ff. de fideic. libert.* Vnde Imperatores negavos servos fieri qui se servos professifuerint. *l. 6, l. 59, C. de liber. caus.* *l. 22, in pr. C. de agric. cens. lib. 11.* Ceniam Adrianus Imperator pœnæ sub*jicit*

ficit qui se castranos dederint. l. 4, ff. ad l. Cornel. de Sc. Imo nec pacta quidam, quibus se sponte quis in servitutem tradidit, subsistunt; l. post 36, C. de lib. caus. quia quæ contra bonos mores sunt, contraque utilitatem publicam, atque in ruinam paciscentium, nullo iure robur ac valorem acquirere valent. Ut inde pateat, quantopere ius externum etiam tali resistat violentia libertatis.

Sed ante omnia hoo loco illud bene notandum occurrit, quod tria principalia tempora, quibus mundi totius periodus (quamvis quatuor in sacra Scriptura annotentur) continetur, veteres constituta dixerunt. Vt pote, primum, quod fuit ante legem, secundum sub lege, tertium post legem. & tandem his accedit apocalypticum. Daniel. cap. 12, v. 7; Et Apoca!. cap. 20. Duo millia annorum ad tempus ante legem refertur; quibus includuntur & maxime seculi primi tempora, quando mortales in æquali dominii statu omnes libertini simul vixerunt. ubi hec talis forma reipublicæ superiorū & inferiorum, nec ullæ species servitutis cognita fuit; sed omnes naturali

tibus moderatio apponitur. In Abra-
hamo habemus exemplum, quod mi-
nistrum mediante iuramento praefe-
cerit etiam filio obedientissimo,
quum ipsi concederet eum in iti-
nere ad coniugium conficiendum.

Gn̄es. 24. Adeo fidelis omnium in-
tēnera iuventute semper habenda cu-
ta est. Porro correctorium hoc offi-
cium aut in propinquos aut in disci-
pulos sese exserit. In propinquos
quidem propter στεγλω' naturalem
& necessitudinis coniunctionem,
ut eo facilius minorenn̄es duci se-
atque flecti patientur. *De hoc vide*
1 Pet. 5, 5. 1 Timoth. 5, 4, 8, 9. Matth.
7, 9. Tit. 2, 3, 4, 9. Num. 8. 26. Exod.
18, 17, 19, 24. Proverb. 23, 13. l. ult.
C. de offic. official lib. 12. Num. 11,
16. Deut. 21, 2. Matth. 15, 2. Syrac.
25, 6. Quæ vero functio sit praece-

474 R E S P V B L I C A E
prorum apud discipulos suos , eam
passim colligere licet ex verbo Dei.
Dan. 13, 3. & cap. 2, 27. Matth. 5, 19.
1 Tim. 5. 2 Tim. 4. - 1 Cor. 4, 19, 20, &
segg. Prou. 13, 14. & cap. 22, 15. &
cap. 23, 13. 1 Petr. 5, 5. Hebr. 12,
~~7~~⁸ *bc.*

Clientelare demum est, quod com-
petit dominis protectoribus in cli-
entes , quorum patrocinium in se
suscepérunt. *I. § 9. ff. defuit. Val. Max.*
lib. 2, cap. 1. tit. C. ut nemo ad suum pa-
tron. lib. 11. Gail. lib. 1, obs. 54. Gellius
lib. 15, cap. 13. Clientes autem tales si-
bi eligere solent, quibus se & res sua
defensionis aut promotionis caussa
offerant ; unde etiam dicuntur *homini-*
nes ligii.

Denique non plena administratio
est, quæ retum sibi creditarum custo-
diam solummodo commissam haberet,
& prospicit ne distractione vasa
res deterior alicuius reddatur. *I. 1. f.*
de curat. furios.

Atque hæc de societatis naturali
& privatæ quasi speciebus sufficient.
quæ propterea nonnihil prolixius
fuerunt explicanda , ut errores alio-
rum in talibus principiis rectius ca-
veantur. Priusquam autem ad civilia
& publicas societates progrediamur,
propria

propter insignes iniurias & exagitationes, quibus ex errore nonnulli, plurimi ex ignorantia, alii vero ex malitia, afficiunt Platonicum, quasi bonorum, mulierum, &c. turpe communionem, aliaque vitia maxime enormia suæ inseruerit reipublicæ ideali, & prolsus naturæ repugnanti : paucis de republica Platoni agemus, & videbimus, an illi iuste an vero inique cum tanto philosopho, quo Græcia nullum excellenter & sapientiorem vidit aut habuit, (quantum constat de illis temporibus,) agant.

C A P. XII.

De republica Platonica: quod ita proxime ad Christianismum accedat, & præ reliquis quam commodissime ad veram caritatē reduci possit.

UT salutaris herba inter spinas non crescit; ita veritas errorum vinculis suppressa non lucet; ait Cas. in sphær. civit. lib. 1, cap. 1. Quare ut spinas radicibus evellere, si terræ fertilitatem; ita errata funditus extirpare debes, si veritatis speciem ac pulchritudinem.

476 R E S P V B L I C A E
tudinem intueri velis. Axioma hoc
quidem vere protulit Casus, utinam
vero ipse suorum verborum & effar-
huius observator sedulus fuisset, noi-
certe ita turpiter cum aliis & suis
milibus se præcipitasset in premendi
& oppugnanda veritate, dum quam
iniquissime Platonis rem publicam
dilacerare conatur. Socios is in hoc
calunniandi & nequiter translucendi
studio plures habet, quibus veritas
tanto odio est, ut nihil æquum au-
verum putent, nisi quæ communis
ille totius mundi irrisor Stagirita
quem merito D. Lutherus diabolum
incarnatum olim proclamavit, a
phantasticis opinionibus suis confi-
cta prius approbarit. Dum igiturum
ad auctoritatem vanissimi hominis
tam temere sese homines adstringunt,
non mirum eos in tot turpissimum
errorum labyrinthos incidere. Etenim
ipse Casus statim in sequentibus
confitetur, invicem illum Stagi-
ritam, & insilio sum impostore, Platonis,
Phaleæ, Hippodamo, alio-
que nonnullis, qui novas civitatis
administrandæ formas invexerunt
indicere quidem bellum; intentio-
nem tamen eius in hoc prodigi-
feste, dum ad kedendum Platonis
famus.

famam aditum sibi duntaxat aperit, qui tum temporis propter opinionis novitatem , & nominis divinitatem, per hominum ora volitabat. Ecce egregium certe institutum, quod suo cum auctore detestari , & ad infernum , unde ortum maledicentia sumpsit, relegate omnes merito debent. Id ipsum & sectatores eius; nempe divinitatem singularem in Platonis sententia agnosci ; propter novum tamen dogma , & nominis claritatem , tam acerbe eum impugnatum fuisse , aperte satis confitentur . Taliane veritatis studium representant ? Num ob ista petulans ille veritatis inversor tam atrociter cum suppressione recte sentientium est defendendus ?

Ceterum , quod plerique solent qui rerum publicarum inter se invicem collationem instituerunt , id agit & cum Caso nostro Relectionum ille compilatot multoties iam dictus, dum videlicet variis eum modis misere torquet atq; dilacerat. Quum igitur Platoni iste præ reliquis multa partim affingat , multa invertat, partim absurditatis reum agat ; ceu forma ipsius non tantum naturæ adveretur , eiusque storgas naturales tollat,

478 R E S P U B L I C A E
lat, & impossibilia proponat ; sed et.
iam verbo Dei contradicat : Operz
precium facturi suimus , si paucis ta.
lia crimina , quibus tam misere flu.
gellatur, diluamus, & ab iniuriis non
nihil eum vindiceintus. Hoc autem cum
maxime mihi contendendum video,
ut liberetur a blasphemia , contradi.
ctione, & impietate, qua contraver.
bum Dei nonnulla ardua statuisse
dicitur. Et ut eo rectius id obtine.
tur , & quisque maiori cura Plato.
nem lustrare discat ; mentem eius in
reip. solidæ iuxta captum humanæ
constitutione , & qualen ille expe.
rat , prias perspiciemus : si fortassis
multiplicibus calumniis offenditur
capere , & è manibus cum ide.
seponere nonnulli cessabunt , prius
quam eos sanam doctrinam evolu.
rint riteque percepient. Etenim ha.
simum diaboli semper artificia
fuit , ut ansam omnem , omnemque
modum attriperet , quo non mol.
sus suspectum aliquem , sed etiam pli.
cta nollec legi , ne veritatis auctorit.
planior clariorve invalesceret. Apri.
cipio illi perpetuus hic mos fuit ,
quicquid vi aut insidiis argutis
posset , id calumniis expugnare .

taret. Merito Græcorum autem primus sapientiæ adfertor Plato audit; adeo omnia ex informatione philosophiæ verioris , quam in Ægypto à secretis veræ sophiæ patronis accep-
rat, ut plurimum produxit. Quod etiam Piccolominæus præ cunctis aliis Stagiritanis confitetur , *eth. lib. seu grad. 10, cap. 25.* ubi ita ait : Accipio secundo , Platonem & Aristotelem vario modo consueuisse res considerare. Plato elevabatur ad ideas rerum : inspiciebat rerum conditionem se-
cretam , seiuinctamque à cæteris , ac (N.B.) ut refulget in primis causis. Iste vero contra , neglectis ideis , per sensus (N.B.) philosophabatur , resque materialias considerabat iunctas cum affectibus suis , ut in materie existunt & subsistunt. &c. Magnam Piccolo-
minæus distantiam inter utrumque innuit ; sed tamen non omnem. Et-
enim Stagirita ille ne hoc quidem attigit in ipsa rerum cognitione ma-
teriarum , ut potuerit affectiones recte diiudicare , & res considerare uti in corporeitate sua existunt . Namque ita totus sensualis fuit , ut ad internum sse naturæ , unde af-
fectiones profluunt , ne quidem in minutissimis pertingere potuerit ; sed omnia

480 R E S P V B L I C . A E
omniā in phantasticos speculatiō-
num inanum terminos solum mo-
abri puerit : ex quibus distinctiones
tot futilitates terminalium ingenio-
rum profluxerunt ; ipsique & docē-
tes & discentes vitam misere in i-
dem conterunt, nec tamen eascum
quidquam in ipsa natura petspicē
valent : quin, ut D. Lutherus ait, ^{et}
cola & ferrarius faber , quam rā
Stagiritanus physicus , in artes suā
etiores sunt. Interim tot intervec-
doctos litigia diabolus ridet , de-
tempus & sumptus cum exquisi-
animi labore utrinque tam inani-
absumuntur. Quod paſsim in ſcrip-
tis monſtrat Plato , & vanes te-
conatus ingeniorum ſophiſticoſ
qui reipublica in fundamento
tuę concordiae , unitatis meta ,
qua cęu publica ſalute oīnnes
fluere debent aetiones hominē
unice non conducunt. Hinc eſt q:
ociosi illi futilatum magiſtri , &
ſemper in profanis terminis ſpecu-
tivis ſummuim quaerunt gaudium ,
ab oīnni virtutis vere cultura , ope-
bus exprimenda , abhorrent , me-
ſuim Platonem exofum habeant ,
novitatis auſtorem proclament .
qua gravifima profecto accusatio

ipſi ſunt nugaces admodum. Etenim ipſe Piccolomini: *d.l.* attellatur expreſſe, quod primus huiusce ſententiæ Plato non fuerit; ſed etiam à Maſſagetis, iuxta Halicarnassum, longe ante fuſſe receptam: à ſapientibus item Persarum, qui Brachmanes di-eti; qui communibus uxoribus uſi (non abuſi) fuerunt: Garamantes etiam in confiñibus Africæ, ſecun- dum Potriponium, omnia conimu- nia habuerunt. &c.

Inter omnes acerrimus innocen- tissimi Platonis caſtigator eſt ille po- liticorum Relectoř, qui in *polit. doſt.* cap. 2 ex Scirano acerbiflme exagitat optimum auſtorē, quaſi ſacrī orā culis repugnans, familias & rerum diſcretiñna ipsasque ſtorgas proſuſ tollat, quaſ non tantum heminam, ſed & brutorum animalium animis inſculpſerit natura. &c. Item, paulo post ait: Eſt hoc quidem in republ. Platonis ſatī magnum abſurdum, quod naturæ ius oppugnet, cui nulla conſtitutio p̄iudicare debet. *diſt. 9. in prin.* Sed alterum maiori laborat abſurditate, quod inceſtos introducat concabitus, tam naturæ, quam pie- tati inimicos. &c. Sic & in *relect. pol.* cap. 1 ſect. 10, num. 2, talia repetit; &

432 R E S P U B L I C A E
addit quoque, quod non tantum ipse
sua reipublicæ formam huic mundo
impossibilem faciat, *lib. 6 de repub.* &
lib. 9 de repub. in fin. item *lib. 5 de ll.*
sed etiam (*affinit aperte num. 5, itid.*)
Platonicas ideas adeo esse ab homi-
num conditione apartas, ut, nisi deos
aut meras ideas illos faciat, nullam
in societatem introduci queat. Idea
enim (inquit) Platonica prorsus re-
pugnat naturæ humanæ, adeo ut ho-
mines oporteat prius curare natu-
ram, quam subigi possint sub regimen
talis reipublicæ. Idem *num. 6* ita cum
austeritate quadam relicit Piccolo-
minium & Bellarium: Nescio enim
(ait) quei possit à Piccolominio &
Bellario naturalis hæc vocari respu-
blica, quæ tot machinis oppugnat na-
turam humanam; tam ex amissi coa-
utaria est iis, quæ præscribit inclinatio
animalis, &c. Item, *num. 9*, in hanc
erumpit questionem: Quoniam igit-
tur pacto communio Platonica con-
sentit cum naturæ dictamine? Aut
quænam est tam crudelis natura, quæ
velit sibi omnia conformia reddi
cum præsentanea pernicie? &c.

Nimia profecto est vehementia
istius glossatoris politices, cui ratio
odio est talis hominum status &
condi-

conditio , quæ aut solidioris quid sapientiæ , aut pietatis sanctioris in civitatibus & republica sapit. Vnde tamen sollicito summoque conatu adolescentes & eruditos à vera perscrutatione reipublicæ Platonicæ arcere laborat, ne quis penitus rem intueatur & consideret. Verum si non tantum cum Marsilio Ficino , viro Platonice eruditissimo , demonstremus , quod Platonis nostri mirifica ingenio humanum charitas fuerit; adeo ut nihil in informationibus suis intermisserit quod ad hominum salutem quavis ratione conducere videatur; *Fic. in lib. 2 Pl. d: II. in pr.* diligenterissimus generis humani pœdagogus existens , & ad legalem iustitiam , id est , universam virtutem , per ipsam iustitiae pulchritudinem genus hominum provocans , atque ab iniustitia per iniustitiae turpitudinem eosdem deterrens: *Fic. in lib. 10 de rep. in pr. sed etiam ex ipso verbo Dei maxime clarum faciamus , quod à Christi & D. Pauli regulis ejusmodi constitutiones tanti philosophi non multum distent , atque in plurimis convenient: Patchit sane , quam longe à veritate , imo & ipso Christianismo absint , & brutaliter contra natura*

484 R E S P U B L I C A E
ducantur , in eaque suarum idem-
rum turpes imagines cum propriis
lacrymis conglutinantes , qui de industria
ita turpiter , & absurdè se Platoni op-
ponunt . Id vero omne satis diluci-
de constabit , primum ex ipsis Pla-
tonis intentione , dum tempublicam
suam veram remotione vitiorum &
introductione virtutum depingit ,
quiibus illam tam curiose vestitam
cupit : deinde ex ipso verbi cœlestis
cum huius philosophi , inter ethnicos
summi , proposito collatione .

Plato igitur , dē omni societate
humana , quam eam tot calamitati-
bus cotidie confundi , & varia bestia-
litate in plures pluresque extrudi mi-
serias ceteras , quam optime metuē
studens ; satis acutis oculis varias ho-
minam vices & ipsas corruptiones
perspiciebat ; & examinatis morbis ,
quomodo sanitas integræ , aut saltem
aliqualis , in corruptissimæ societatis
corpas per commune in coabitatio-
nem reduci posset , percensebat ala-
crius . Nec sane hoc ex nudis rationis
ethnicæ inventis addidicerat ; sed ,
ut ipse dilucide aliquoties in suis offendit scriptis , tum in Ægypto à magis & sa-
pientibus , secretiorisve sophix docto-
ribus , (penes quos Abrahami & Iose-
phi

phi sapientia relicta erat; ut David Propheta *Psal. 105 testatur*,) cum ex ipsis cognoverat sacris literis; ut in *Timeo, Menone, Alcibiade, Politico, &c.* id expresse indicat; praesertim in *Politico* aperte, re paulo altius repetita, confitetur, hominem à Deo è terra conditum esse, & primam infelicissima ac vere aurea conditione (in patadio videlicet;) quæ tamen ex optimo statu in pessimum prolapsa fuit; ac proinde humanum genus, quum in has angustias deciderit, adiumento opus habere ad illa aversus (qua ipsius animus involvatur, & universa vita referta sit) incommoda propulsanda. His explicatis, imperandi modum & rationem prescribit; & docet, non esse infinitum regis seu politici imperium, ut pro arbitratu quidvis agat: sed oportere, ut pie, iuste, sapienter imperet, ex legum prescripto: non ut summo strictoque iure agat; & ceteris modo leges omnes omnibus accommodet; sed ut habita rerum, personarum, locorum, temporum, ratione, legum mentem finemque (quum leges veritatis imitationem exprimant) iusta moderatione subiecte respiciat. Veluti in medico sapienti, exercitato, &c.

436 R E S P V B L I C A E
fideli, videre est, quod ille cum pra-
dentalia & accurata circumspetione
medelis instrumentisque suis apud
agrotos utatur, quum his eum uti
omnino oporteat. Vnde etiam per-
fектam administrationem regiminis
non multitudini, sed uni aut paucis,
& iis maxime vult coactreditam, qui
pietatis & virtutis, temperantiaeque,
ceu matris virtutum, & civilis sapi-
entiae, præpolleant studio.

Virtus autem quid sit, & quomo-
do nobis vere adsit, id in Menœlu-
culenter explicat; & demonstrat,
quod ea non aliter se in homine ha-
beat quam sanitas solida. Si alicui
sive viro sive fœminæ sanitas in sit,
eam in recto robore suo exercere se
atque exercere: idem quoque virtu-
tem præstare debere, ut se exercita-
tam declareret; alioquin nihil prodes-
se. Exercet autem se, quando ad fi-
nem suum dirigitur. Hunc virtutum
species plures enumerat, pro virtutum
animæ actuunque diversitate: ut
sunt, sapientia; quæ ad mentem:
scientia; & prudentia; quæ ad ratio-
nem: opin:onis sagacitas; quæ ad
phantasiam: iustitia & liberalitas;
quæ ad voluntatem: fortitudo &
pedisse quæ eius; quæ ad vim itasci-
bilem:

bitem : continentia & temperantia; quæ ad concupiscentiam referuntur. Hx vero omnes virtutes diversis modis acquiruntur : sed ita tamen ut nulla succedat, nisi divini numinis efficacia, quæ sola homines vera instruit virtute, accedat. quasi dicat, nil sine pietatis veræ ductu solerter agi posse. Idem quoque *in Theage suo obseruacij de sapientia affirmit*; rem esse adeo præclaram, ut merito omnium scientiarum princeps existat; quippe non tantum circa iuventutem, quæ seminarium omnis reipublicæ facit, recte excolendam, sed etiam in universa generis humani societate continenda occupetur; ex eaque omnia iusti & moderati imperii instituta promanent; atque adeo illius opere omnis intemperies, quæ præstutissimum populi orum extitum, evitetur. Iam vero, illam quidem civilem sapientiam sapientum usu & consuetudine addisci: veram tamen efficacemque illius consequendæ rationem pendere à Deo; qui solus numerum efficiat, ut illa etiam hominum prudentum conversatio & consuetudo possit esse fructuosa.

Quum vero nemo ad ullius rei
H h 4 cogni-

488 R E S P V B L I C A E

cognitionem pervenire possit, qui se-
met ipsum ignorat; sui cognitionem
omnibus identidem fideliter incul-
cat: velut in *Amatore suo* cum qua-
dam emphasi adseverat, minime illi-
hum sapere, sed prorsus despere, qui
semet ipsum ignorat; econtra autem
qui semet ipsum noscat, hunc vere
sapientem esse. Sic & in *Alcibiade*
priori ait; Scimusne unquam qua-
atte meliores evadamus, quādū
nos ipsos ignoramus? A' d'uarri im-
possibile est; respondet Alcibiades,
Vtrū vero (pergit Alcibiades) res le-
vis sc̄ ipsum cognoscere; an ardua nec
cuivis homini concessa? &c. Sed si ve-
res levis sic, ait, O Alcibiades, si ve-
rē difficultis; nobiscum certe sic compa-
ratum est, ut, hanc intelligentes, si-
mul intelligamus qua ratione curāt
possimus. Ignorantibus vero hoc,
omnino impossible est, &c. Igno-
rantiam autem talem non aliunde
proficiunt, quād ex nimio amore sui,
qui tantopere obsecrat homines, ut
suis semper affectuum importunita-
tibus servi vivant, idem passim da-
cer. Proinde in *Alcibiade codem* ad-
hortatur que invis, ut ante omnia cu-
ra sui ipsius recte ineat, & quidem
veram, non falsam; ne nos ipsoſ fal-
ſanus,

Iamnis, non curantes nosmetipsoſ, quum belle curare putamus; alias enim nemo nec ſui nec ſuorum curam rectam habere poterit. At corporis amor impedit omnia. Vnde hominem aliud quid eſſe quam corpus dicit, quando nihil aliud cum quam animam eſſe contendit. Cuius anatorem unice in omnibus requirit. Etenim ait; Nonne tui corporis amator, quum prima species deflorefcit, abiens te deferit? At vero qui animal tuam diligit, nunquam te defetit usque adeo donec ad meliorem frugem pervenias. Ita ſane longe penetratiorem amorem in quovis requirit, quam ipſi vulgares Christiani hodie intelligunt & exercent. Propterca tales ethnici certe in extremo die iudices Christianorum crunt; ut Christus Matth. 12, 27; & Luce 11, 19; & Paulus Rom. 3, de Iudeis pronuntiant. Nihilominus, ut ad animal cognitionem quisque eo rectius perveniat, & inde ad amorem ferventiorem erga Deum & reliquos mortales concitatetur: modum & similitudinem ab oculo ſumit. Quemadmodum enim per refectionem facies hominis, in oculum alterius intuentis, in oppositi viſe reſuceat, ſimulacrum

Hl. 5. aspi-

490 R E S P V B L I C A E
aspicientis existens, &c. oculus item;
ita cùm seipsum cernens , quando
in alterius oculum intuetur , in id
præterea quod oculi optimum est &
per quod oculus ipse videt intendat:
&c. Sic quoque , num reperire, in-
quit , possumus quidquam in anima
divinius hoc ipso circa quod intelli-
gentia sapientiaque versatur ? &c. Id
igitur in anima divinitati simili-
num est , in quod sane qui intuen-
tur, Deum & sapientiam agnoscunt,
itaque semet ipsos simul agnoscunt,
&c. Quod si vero quæ nostra sunt
ignoremus ; nonne & quæ ad hæc
pertinent , intellectum fugient no-
strum ? &c. Vnde qui sua ignorat,
ignorat it idem & aliena. Nonne ig-
tur, qui aliena, etiam quæ republicæ
sunt ignorabit ? Omnia necesse est;
respondet Alcibiades. Οὐκ ἔχει ἀγι-
ροῦ ἡ πόλις ἀγέρπολιπτός· Νηνυχαν
ergo vir istiusmodi civilis erit. Οὐ
δῆται· Nequaque certe. &c. Nec
quod agit , intelliget. Ignorans au-
tem nonne errabit ? Qui aberrat , an
non male ager , & privatim & publi-
ce? &c. Nemio itaque felix esse po-
test, nisi sapiens sit atque bonus. Se-
quitur, ut mali homines miseri sint.
&c. Si recte igitur & præclare civita-

tem gubernaturus es, *inquit porro*,
virtute imbuedi erunt cives. &c.
Num dare vero quis potest aliis quod
ipse non habet? Ergo virtute prius
ornatus ipse debet esse, quicunque
non sibi tantum ac suis, sed reipubli-
cæ etiam, & iis, quæ ad eam spectant,
imperaturus est. &c. Nec igitur prin-
cipatus, neque licentia quidlibet fa-
ciendi, verum iustitia potius & pru-
dentia, tibi atque reipublicæ com-
paranda sunt. Iuste enim ac pruden-
ter agentes, & tu simul & tua respu-
blica Deo gratum opus facietis, &
sic, quemadmodū supra diximus, in
divinum splendorem intuentes age-
tis. Quin etiam illuc respicientes,
vosmetipos vestraque bona perspi-
cie discernetis. Nonne sic rectam fe-
licemque agetis vitam, beatique eri-
tis? Contra, si iniuste vixeritis, in-
tuentes in tenebras, divinitatis expe-
tes; consimilia tenebris opera, quem-
admodum necesse est, facietis, vos-
ipos penitus ignorantibus Quasi cum
ipso salvatore nostro Christo Iesu lo-
cutus fuisset, ita ex eius ore hæc om-
nia produxit quæ in ista continentur
similitudine: *Matth. 6, 2;* : Si ocul-
lus tuus improbus fuerit, totum cor-
pus tuum tenebrosum erit. Ergo si
lumen,

lumen, quod in te est, tenebris sunt;
 ipsæ tenebris quantæ? *Vide Iohann.*,
 19. & 8,12. & 12,35,46. *Rom.* 2,19.
 & 13,12. *Eph.* 5,11. *Iob.* 2,9,11.
 &c. Sed ita pergit Plato, (qui non
 frustra Ethnicis fuit *divinus ille di-*
cus,) ut omnium hominum, etiam
 societatis civilis actiones, in Deam
 tetrahantur; dicens: Cui enim, ô amicè
 Alcibiades, potestas adest quidlibet
 faciendi; is vero si mente captus sit,
 ad quidnam pietas illi contingit; seu
 nunc privatus, seu in republica ille
 sit? Veluti, si ægrotanti cuidam li-
 bera licentia sit medicinæ rationem
 habendi nullam; sed tanquam ty-
 rannidem eam repellendi, in tantum
 etiam ut hominem absterrere nemo
 valeat; quid illi eventurum putas?
 Nonne verisimile est, corpus interi-
 turum esse? &c. Nonne omni rei-
 publicæ omniq[ue] imperio & domi-
 nationi, cui virtus deficit, contingit,
 ut male agat? &c. Tyrannis ergo,
 optime Alcibiades, neque nobis ne-
 que reipublicæ paranda est; sed vir-
 tus, siquidem felices esse volumus,
 &c. Cæterum antequam virtus ad-
 sit, à meliore regi, non puerō solum,
 sed & viro, quām regere, conducibi-
 liuerit, &c. Nō si de quo pacto id,
quod

quod nunc te occupat, fugare quaeas? Nolim enim istud in claro homine nominare. *Al.* Novi quidem. *Soc.* Quomodo igitur? *Alc.* Si ipse volueris, ô Socrates. *Soc.* Haud recte loqueris, Alcibiades. *Alc.* Quomodo ergo loquendum est? *Soc.* (N.B.) Si Deus voluerit. &c.

Ita omnes actiones externas, sunt quaecunque velint in politicis, ad Deum refert, & ubique eius amorem ante omnia concitari in hominum pectoribus cupit, ut ei prius unice invigilent, & inde amicitiam suam immortales obviosderivent. Fons enim in origine limpidus, limpidas quoque communicat aquas rivulis, & sibi inde amicabiles reddit. Velut amore legitimo puri cordis nihil conducibilius ad beatam huius vitæ possessionem adipiscendam ioveniri, ait *in symposio* pag. 331. *Quamobrem,* amorem ab omnibus hominibus honorandum censco, inquit *ibid.* Et enim amatoria hæc colo, meque summopere in his exerceo, aliosque ad ea exhortor; quam amor sit verum amicitia mediun, uti *explicationem* hanc addit *Ficinus.* quoniam amor iste circulus est bonus à bono in bonum perpetuo se evolvens; dum quasi circulo

494 R E S P V B L I C A E
circulo quodam in idem, unde mai-
navit, iterum reheat. Circulus ita-
que unus & idem à Deo in man-
dum, à mundo in Deum, tribus no-
minibus nuncupatur, *ait Fic. in con-*
ad sym. orat. 2, cap. 2. Nam prout in
Deo incipit, & allicit, pulchritudo:
prout in mundum transiens, ipsum
rapit, amor: prout in auctorem re-
means, ipsi suum opus coniungit,
voluptas dicitur. Amor igitur à pul-
chritudine incipiens, in voluptatem
desinit. *Quumque ita virtutem ve-*
ram patiat foveatque, Deo amicus ef-
ficietur qui omnia ex amore vero
ager. Namque, *ait in symposio,* hujus
amoris officium est, ut inter Deum
& homines interpretis, & quasi por-
tatoris fungatur munere: medium
autem inter divinam & mortalem
naturam, adhibita imagine ideali, se-
presentet. Velut etiam amorem avi-
ditatem angelorum dicit *ibidem* Fici-
nus, quum quoddam desiderium sit
iucundum. At simplex & inutius
esse debet, si in amicitiam, & maxi-
me publicam, quæ societatis omnis
conservatrix alteriusque recte dicitur,
abire debeat. Vnde quoque *in Lys.*
amicitiam societati generis humani
cunctopere commendat, & veram à
falsa

falsa separat ; studiorumque consensionem , omniumque aliarum rerum communitatē ab omni invidia liberam & immunem(utpote quum eius causa efficiens Deus sit) in ea demonstrat : præsertim quum non cadat in improbos ; sed semper æqua iusta que postulet quippe iustus nunquam lèdit , sed unicuique semper prodesse cupit ; *uti in Clitippone loquitur.* Opus iustitiae proprium, *inquit,* nullius alterius facultatis est, quam amicitiam in civitatibus parere ; quum amicitiam nil aliud quam iustitiae bonum eiusdemque effectum esse, concessisset : velut idem *& lib. 2 de rep.* ita affimat , quod iustitia concordia & amicitia genitrix sit ; quum è contra iniustitia, meras seditiones , inimicitias & contentiones procreet. Proinde etiam homine vere iusto nihil Deo similius pronunciat *in Theateto* ; utpote qui iustitiae unum omnem in se complectatur, nec ullo modo usquam iniustus dici possit.

Quum igitur hisce binis columnis , mutuo nimirum & vero amori, solidaque iustitiae , quibus Deus ipse semper fundamentum substernit , *etiam reipublicæ molam superstrueret*

496 R E S P U B L I C A E
struere conetur ; nec aliud quid-
quam , quod ad talem conglutina-
tionem non faciat , admittere velit;
Ideo libros suos decem de republica
conscriptos , simul titulo *œi Argus,*
de iusto , insignire voluit ; quod vero
& solidæ reipublicæ nihil magis
quam iustitia in proprio suo officio
competat ; & id quidem tunc maxi-
mopere , quando amoris radix putrefac-
cere paulatim aut decrescere & in la-
stitudinem abire incipit. Quum ve-
ro impossibile sit , ut ait in Thucatas ,
mala penitus extirpati ; quum bono
sempet oppositum quoddam esse ne-
cessere sit : propterea etiam insci-
menta itris , quæ leges constituant ,
reipublicæ statim apponenda esse
censuit: hinc factum , ut propter res
admodum in republica diffusas duo-
decim de legibus libros conscriberet.
ex quibus scientiam & civilem peri-
tiam sibi merito quisque comparare
debet , qui gubernationem ciuitate
subire volet ; *uti passim in politici suis
scriptis docet.* quamvis illi , qui recte
gubernationis formam intelligant ,
non semper legibus astringantur ; si
nimicum civilis societatis rationi ,
quæ sex numero moderatione habet
opus , quo ad iustitiae amorem , si-
picatio

pientia sua satisfacere possint : quæ pluribus ab eo in politico suo explicantur. Quare etiam eos , quos praesides reipublicæ experti , philosophos , non vero sophistas & inutiles rerum disputatores aut glossatores dicit ; *in Theateto atque Protagora suo his ipsos reuiciens.* Praeclare se habent eius verba lib. 5 de rep. p. 466 : *Nisi vel philosophi civitatibus dominentur , vel hi , qui nunc reges potentesque dicuntur , legitime sufficienterque philosophentur , in idemque civilis potentia & philosophia (vera, non falsa) concurrant , neque (quod nunc sit) à diversis duo hæc tractentur ingenij ; non erit civitati , vel , ut mea fert opinio , hominum generi nulla malorum requies , neque talis respublica , quam proponimus , ante orietur vel solis lumen adspicet.*

Atque idipsum est quod ego iam dudum dicens vereor , quæcum fidem dictum vix inveniat. Nam ægre persuaderi potest nullam aliam gubernationem privatam vel publicam felicem futuram , &c. Hoc itaque conqueritur , quod nulli sunt tales philosophi reales , qui solidum amorem in Deum & inde in homines , fo-
li veant,

498 R E S P U B L I C A E
veant, ac rite propere a iustitia ad-
dicti sint, eiusve sanctam intelligent
informationem. Quum itaque nul-
la sine legibus res publica dari possit,
ne illa quidem quam ipse Plato ex-
petit: amorem ita sincerum (maxime
autem in regentibus) requirit, (uti
mox subiicit,) qui non sic in seipso
divisus, ut partim aliquid diligat,
partim minime; sed erga totum to-
tus afficiatur. Verum ita querelam
suam lib. 5 de ll. pertexit, inquiens:
Omniū certe maximum quoddam
malum in multorum hominum ani-
mis est innatum: Cuius quidem,
quum facile sibi invicem id condo-
nent, remedium nullum excogitant.
Est autem hoc, quod dicere solent,
(N. B.) Quod natura quisque sibi a-
amicus est. Recteque id ita sese habet:
Sed revera nimius in se ipsum amor
(N. B.) omnium omnibus peccato-
rum perpetuo causa est. Obcœcatur
quippe circa rem amatam qui amat.
Quapropter, qui semet ipsum quam
veritatem magis colendū putat,
quid iustum, bonum, pulchruinque
sit, male diiudicat. Eum sane, qui
maḡnus vir futurus est, (N. B.) neque
seipsum, neque sua, sed iusta, si vel
seipso, sive ab alio quovis gerantur,
diligent

diligere semper decet. Ex hoc ipso delicto accidit omnibus , ut suam ignorantiam sapientiam esse opinentur. Hinc porro sit, ut, quamvis nihil, ut ita dicam , sciamus , scire tamen omnia arbitremur. Quum vero nec aliis permittamus facultatem agendi; in iis , quæ ipsi agere ignoramus , agendo errare compellimur. Quamobrem nimium sui amorem fugere quisque debet , & meliores sequi , nullo rubore verecundiae impeditus. &c.

Quam allortationem in inferiорibus ita pertexit : Quo quidem nihil civitati melius , quam videlicet ut cives & alios invicem , & seipso cognoscant. Vbi enim non lux sed tenebre inter cives in eorum moribus vigent , ibi nec honores pro dignitate , neque magistratus reste dabantur , neque ius suum cuique tribui poterit. Nihil est autem si unum hui conferas , in quo maius studium in omnibus civitatibus ponere quisque debeat , quam hoc , ut nec ipse cuiquam alii , nec alius sibi , fraudulentus unquam , sed (N. B.) simplex semper atque verus , esse comperiatur. &c. Ac quæ maior aut gravior in membrorum cum imperantium tum pa-

zentium harmonia dari in republica potest, quam si ita mutuo amoris vinculo inter se amicissime vinclati & constricti teneantur. Merito hæc laudes primas cum felicitate summa auferit. *ut id in sequentibus idem exprimit*: Recte sane agetur, si optima res publica, & secunda, & tertia, proponatur; & optio cuique pro arbitratu suo quamlibet detur eligendi. Id nunc similiter & nos agamus. Et quicquid prius in virtute rem publicam, secundamque, & tertiam, exposuimus, Clinix, & unicuique hæc suo mori diligenti, patriæque suæ, quod sibi placet, tribuent, optionem concedamus. Prima igit civitas atque res publica, optimaque leges esse sunt, ubi quam maxime per universam civitatem priscum illud proverbium locum habet, quo vere assentitur, (N. B.) Amicorum omnia esse communia. Certe in hoc præcipue virtutis erit terminos, quo nullius poni rectior potest; si ullibi videlicet stud aut sit, aut unquam fiet, ut communis mulieres sint, communis & liberj, communis quoque omnis pecunia; omnique studio, quod proprium dicetur, undique est vita remorum sit; usque adeo, ut

ea etiam , quæ propria singulis natura sunt , communia (N. B.) quodammodo , & *unum* , fiant ; ut & oculi & aures & manus communem in usum certnere , audire , agere videantur : laudentque & vituperent eadem similiter omnes , eisdem rebus gaudentes , eisdemque dolentes ; ad denique pro virili sub his vivant legibus quæ unam quam maxime civitatem efficiunt . Talem utique civitatem sive dii alicubi , sive deorum filii plures una viventes , eamque conservantes , excoolerent : omni certe referti gaudio cohabitarent . Quapropter reipublicæ (N. B.) exemplar non aliter quam hac inspecta considerare , maximeque talem pro viribus indagare oportet . Ea vero , quam heic nos aggressi suimus , si fiat , proxime quodammodo ad immortalitatem accederet , atque , si non primo , saltem secundo loco erit . Sed de tertia postea , si voluerit Deus , determinabimus . Nunc vero , quoniam hæc sit , & quo pacto talis fiat , consideremus . Primum igitur dominos agrosque sortiantur ; nec agros communiter colant . Nam maius hoc est , quam hæc generatio , nutritioque & educatio ferre possit . Sed hac mente distri-

402 · R E S P U B L I C A E
buant , ut putent singuli sortem
suam toti civitati esse communem.
Qui p e quum ea regio patriæ sit, ma-
gis eam colere debent , quam filii
matrem. &c.

Ideoque vult , ut æqualitatis nor-
mam sequantur , nec ullus illiberalis
admittatur quæstus aut lucrum ,
quod mores generosos atque animos
avaritia inquiet , & ambitione cor-
rumpar : velut in sequentibus com-
monet , exclamans ita : O virorum
omnium optimi , similitudinem &
æqualitatem , identitatem , & con-
sensum , honorate secundum na-
tum : neque unquam id transgredia-
mini , sive secundum numerum , sive
secundum potentiam bonarum ac-
que pulchrarum rerum . Et nunc
quidem in primis per omnem vitam ,
numerum , quem prædiximus , con-
serve . Deinde census modum . &c.
Alioquin neque Deus ipse , sortis di-
tributor , neque legis conditor , vo-
bis favebit . &c. Quæstus in hac ci-
vitate non multus . neque enim illi-
berali quæstui quenquam in ca-
cumbere , neque mechanicum illud
& infame quæcete lucrum quod
mores generosos inquinat , neque
ullo pacto vilibus turpibusque .
rebus

HANS EATRICAE. 503
iebus pecunias cuinulandas existimare oportet neque licet. Accedit ad hæc & alia lex, quæ iubet, ne quis privatus vel autum habeat vel argentum. &c.

Quod ideo dicit, quoniam omnia in publicum bonum converti debent, ut ibi adsit rerum copia & abundantia, inde ad necessitatem quamvis deponenda. Ex quibus demum facile colligitur, quamnam tertiam faciat tempublicanu; quam videlicet durior & insolentior procreavit ætas tot legum cumulo, quibus in improbitate sua restringenda fuit. Plato igitur, cù fuit è sacris Israëlitarum & Ægyptiorum informatus, & cum Socrate sapientissimus Græcorum dictus; (utpote qui & ipse multa rerum mysteria cognoverat, & in plurimis profundius, quam lector percipere possit, penetrat;) quam optimam reipublicæ formam quidem dispiceret, & sedulo eam examinaret secum; ex mysteriis autem magicis quidem eandem facile beneficio amoris elicere noscet; sed quin maximus labor in eo consistet, quomodo pravitati mortaliū esset applicanda: non certe unam sed triplicem primitus invenit ideam

five modum reipublicæ certis suis
statibus distinctum ; velut ipse satis
dilucide id *in loco superius allegato* ad-
severat & aperte confitetur ; quibus
ad solidam reipublicæ constitutio-
nem ita societas humana reduci pos-
fit , ut beate inter se & feliciter vive-
rent singuli , vitamque suam usque
ad mortis articulum in tranquillita-
te iucunde in hoc mundo transige-
rent . Omnibus autem ideis cum
prætulit modum , qui mutui amoris
haut fucati unice niteretur funda-
mento ; cui normam perfectionis
præ reliquis , si rite accipiatur , ex
fundamento utriusque Tincturæ
(ceu magorum naturalium non po-
streius fuit) adscripsit . Amor enim
verus , uti in omnibus actionibus
vitæ sibi metipsi lex est , & honestum
iustumque in communicatione sui
cum cura espicit , omnesque abhor-
ret turpitudines & absurditates ; ita
quoque ultro & sua sponte omnia
expellit à se vitia & crimina quæ fe-
licitatem vitæ propositam in com-
muni salute devastare aut impedi-
queant . quod & ipse exemplis variis
amantium & amoris explicat . Vnde
etiam omnis discordiæ occasione ,
cum vitiorum tota cohorte , seditio-

ne, inimicitia, invidia, ignorantia, amore sui, metu incomposito, pudore vano, adulazione, avaritia, lucer studio, ambitione, suspicione, intemperantia, superbia, iniustitia, injuria, contemptu, calumnia, maldecientia, torvitate, salacitate, impietate, adulteriis, stupro, fraude, dolo, & id genus aliis, ab ea republica omnino removet, & ex amore sincero eives suos per mansuetudinem, pietatem, humanitatem, iustitiam, & in primis per temperantiam, ad omnes virtutes recipiendas quam apissimos reddit. utpote, qui propter amoris mutui studium, in quo semper ad Deum recurrant, omnia inter se perficere, & absque ulla temora appropriationis ad se, absque omni item invidia, singulari cuim animi voluptate & alacritate, secundum iusti dispositionem, quidvis inter se se communicare possint.

Verum quin propter malitiam hominum difficile hoc inveniret: ne impossibile videtur, amoris exercere scintillulas; alias prioris loco substituere normam ordinandæ reipublicæ voluit; quæ quidem in amoris fundamento radicata manegat; sed tamen, multarum imbecil-

506 R E S P V B L I C A E
litatum causa , legibus aquis non
carent ; ita ut æqualitatis libertas in
suntis observaretur, & in bonū pu-
blicum, tanquam omnibus membris
commune asylon , omnium conspi-
rarent intentiones. Ac , ne duæ illæ
omnis boni pestes , avaritia & ambi-
tio, locum ullum aut occasionis spa-
cium obliquum invenirent ; omnis
avaritiæ possessiones prohibuit, pu-
blicæque divitias utilitati adscripsit;
aliis tamen maiores , aliis minores,
pro rerum usu admittendas esse cen-
fens. Ac , ne ibi quoque ullus superbiæ
aut iniquæ distractioni pateret locus;
regia peritia & integritate, id est, vera
sapientia civili pie præditos , unum
pluresve , regno & recipubl. præfici
voluit , qui iuxta leges administran-
tent omnia. *cen illud in Politico acci-
rate deliceavit.* ubi inter alia hæc ha-
bet verba : (quæ extremitatem quan-
dam quoque respiciunt in auftori-
tate utenda :) Arbitror autem iuxta
hunc sermonem, rectam gubernatio-
nem, si quando recta sit, circa unum
vel duos , vel paucos , esse quaten-
dam. &c. Eos vero civiles ac regios
esse homines, existimare oportet, qui
arte quadam imperant. volentibus
autem dolentibusve , secundum
scripta

scripta seu absque scriptis & institutis ac legibus , pauperes an divites imperitent, nihil refert. nam & medicos nihilominus tales appellamus; seu nunc invitis seu volentibus , secando aut uendo, aliumve dolorem afferendo , sive scriptis , sive ex usu, denique pauperes ipsi an divites , sanitatem procurent ; modo arte quadam in corporibus curandis, purgandis, extenuandis , replendis , augendis que utantur. &c. Necesse est igitur , eam maxime solamque rectam existimare rem publicam, in qua, qui i magistratibus funguntur, legibus adhibitis seu non adhibitis , revera gubernare sciant , nec scire solummodo videantur. &c.

Tertium autem modum sive ideam reipublicæ , quam summa necessitas ipsi expressit , ad leges non inconvenienter redigitur ; quandoquidem in extremam depravationem paulatim progressi mortales , vix aliter quam violentia quadam ad virtutis & concivium amorem , pietatisque sanitatem , retrahi possint. Similitudine egregia id declarat , 4 de rcp. circa fin. ubi ait : Salubria quidem sanitatem inducunt , insalubria morbum. Similiter quoque iusta agere, iustitiam significat

gignit in animo ; iniusta facere , iustitiam. Est autem sanitatem afferre, ita, quæ in corpore sunt, disponere, ut secundum naturæ ipsius ordinem inter se superentur , & superent. Morbum autem, contra naturam imperare & patere. Eadem ratione , iustitia in præstare , nihil aliud est, quam animi partes in ordinem redigere , ut ad naturæ ordinem pareant imperente : In iustitiam vero , ut contra naturam. Virtus igitur , ut apparet , sanitas est quædam , & pulchritudo , & bona animi constitutio: Pravitas contra morbus , turpitudo & imbecillitas. &c. Natura vero eius , quo vivitur , perturbata atque corrupta , num viventi aliud quidlibet agendum erit , quam hoc unum , quo pacto ab improbitate & iniquitate liberari queat ; iustitiam vero & probitatem adipiscatur? &c.

Tam rursum pravitatum est , ut tota societas humana , quasi mortuam & amplius quam vicina , perpetuoque gangrenæ malo laborans , curationibus indigeat ; ita ut nullo tempore seu medicis seu chirurgis , qui , cum instrumentis actiter velli- cavitibus , noxiaque rescidentibus , violenta adhibeant medicamenta ,

egere possit. Hinc corpori cadaveroſo & putrido, non insolens erit, variā methodo curam adhibere, quamdiu ſinis idem reſtitutionis manet. Sive unus ſit, sive plures, qui curam adminiſtrant, perinde eſt; modo recte & prudenter ab iis, quibus id cooperatori manderis, medicamenta applicentur. Tandem hiſ alios modos ſubordinat; ut videre eſt in fine lib. 4 de rep. Errant illi igitur omnes, qui Platoni aut unam tantum reipublicæ ideam, aut duas affingunt; quod cum P. Ramo tamen Bodinus & pauci alii probe agnoscunt atque faciunt. Admiratus fui, quod non penitus tantum intropexerint auctorem; quem tamen econtra maleſeriat adeo obſtinata refutare non veriti ſunt, & temere repudiare ſtuduerunt; juventutique, propter Stratigitam vanum & plane terminalē, exofum reddere; quem ipſi in minutissimis non intellexerunt. Velut etiam rerum publicarum ſuarum ideas haſce tres, non in uno ſpecialiter, ſed in omnibus ſimul libris, ſparſim explicavit; ut moſ eſt talium philoſophorum, qui ſcriptis ſuis myſteria profundiora ſubmifcent. De rebus gaini occultis, arduis, proſumque
œle-

510 REPUBLICAE
cœlestibus quum agant ; non à quibusvis semper, & præsertim ab iis nō
qui carnali suo iudicio sacra atcana
in abusum & libidinem carnis abri-
perc solent, intelligi volunt : illis
econtra, qui puriori mente rem secre-
tam intuentur, manifestare sc solent.
Velut inde quoque divinus dictus
fuit, quod ad sublimiora in omnibus
respexit, id quod certe *in ideis seu*, &
maxime in amoris puri descriptione,
quem fundamenti loco binis prioribus suis
& erumpubl. formis substernit, egregie
præsttit. Taliū enim in præfigu-
ratione sive idea ad prima mundi sa-
cula ipsamque eius originem respe-
xit. uti id manifeste colligere est ex
Critia sive Atlantico eius, & lib. 3 de
legib. ubi primæ vi seculi commemo-
rationem ex Ægyptiorum & Zoro-
astris monumentis, quod in *Alcibiade*
i quoque innuit, non tantum deducit;
(quamvis in gloriam suorum Athe-
niensium, ut pallium cognitis rebus
obiiceret, cām aliquo modo detorse-
rit; quin se ἀυτός θεος iactitarent;) sed etiā l. 4 de ll. docet, quando, & quo
tempore ferme, & quibus de causis
inceperint homines leges ponere.
Quarum Incunabula non frustra
ab e tempore deducit, quod extitit
post

post universum quoddam dilavium, quum hominum societas, universo terrarum orbe aquis circumfuso atque obruto, pene deleta fuisset, & se tamen recollegisset ex tanta vastitate, in exiguis reliquiis mortalium conservata. Ante diluvium autem, quum sibi omnes mortales eam vendicarent libertatem, ut quisque suo vivaret placito, in eam prolapsi randeni sunt protervam inalitiosamque licentiam, ut nec ipsi Spiritui Iehovæ obedientiam præstarent. Proinde forma regiminiis, quæ amori suo primo renunciarat & fundamentū disiecerat, in dissolutam concessit petulantiam ac Dei contemptum; quamvis omnes cum una conformitate utecentur lingua. Sed hanc blasphemum contemptum Spiritus Dei, cataclysmo universali punivit Iehova. Ex hoc autem mundi renascentis miraculo primordio, quum quoque amor erga Deum reviviscere incepisset, ait, simplicitatem quandam & equitatem fuisse pro sanctissima legge, quum nec penuria ad inferendam iniuriam quenquam incitaret, nec copia & ubertas ad avaritiam. Crescente vero indies genere humano, cœpisse adhiberi leges, tanquam vincula

512 REPUBLICÆ
cula , ut & potentiorum intemperies
reprimetur , & tenuiores in officio
continerentur . Ita toto hoc libro
necessitatem cum malitia causam
statuit legum componendarium &
constituentia politiæ : varias autem
occasiones & libidines peccandi , va-
riarum legum & politiarum dedisse
primordia . Quæ si quis ad historiam
sacræ Scripturæ conferat , satis exinde
inveniet , quam congue Platoni tripli-
cibus ideis reruinp . suarum triplicia
tempora accommodet ; ut meret nu-
gæ sint , quas heic expuit Relector no-
tter , dum nullibi dari reipubl . Pla-
tonicæ ideam asseverat . Imo in na-
tura est secundum correctam virtu-
tem ; & in ea fuit à primordio ; nec
extra eam datur : modo homines sibi
ipsis non essent latrones , & bestiali
feritate contrarii , aut non ab impo-
storiis suis tam perverse seducerent-
ur , qui eos recte monitis aures sur-
das præbere docent . Quin imo et-
iam hodie , iuxta Christi præceptum ,
coniungi cum Christianismo deberet ;
nisi perversi eam retunderent oppu-
gnatores , pervicaci patrocinio mal-
tiosæ hypocritos præceptis Christi
Deique verbo in carnis lenocini iste-
fiantes ; nec præter regalia & servi-

tutés quidquam crepantes aliud; talibus quoque adulatio[n]ibus immensa volumina oppletes. De mundi ætate vero ante diluvium, egimus supra; quæ suæ habuit temporum in hoc terrorum regiminum cutsu periodos. Sic & post diluvium sūcerior fuit reip. modus. quam postea Nimrodus adornavit. ubi arbitria Principum pro legibus erant; ut loquitur *Justinus*. Post ædificationem turris Babylonicæ tandem, legum accreverunt coæctiones cum servitutibus; postea quam homines quam longissime ab amore mutuo recessissent, pietatem omnem exuti, crudelitatem ferinam è contra induentes. Sieuti etiam apud nos hodie nulla pietas, fides, integritas, nulla virtus, magis vulgo nota est quam quæ literis depinguntur; divinis illis muneribus corda aversantibus mortalium, nullasque iam nostris politicis agnoscere alias cupientibus tecum publ. constitutiones, quæsto quæ vero amori & priuicitatæ sinceritati sunt ignoræ. Iniquum enim esse clamant, & naturæ contrarium, exemplar divinum exprimi in humanis, neque ex communis natura corrigendam esse priuatum. Itam, errorum primum esse

Platonis, dum viam quandam philosophandi sequatur altiorem quam eius respublica in Utopia valeat adsequi. *Arn. d. rel. lib. 1, cap. 1, sect. 10, num. 2, 3, & seqq.*

Tantumne, ô vani philosophi, flagitium vobis, & tot absurditates is committit, qui cum Platone amorem in Deum & proximum pro fundamento reip. optimæ substernit? An inde Plato tot crimina totque monstræ edidit, quod rerū communionem amori proximi adscripsit? Eho, mi Case, an inde tot evēta sint portentosa expectanda, ut tu narras? nimirū, negligentiarerū, negligentiamorū, oscitatio civium, ruina civitatum, horribilis deniq; uxorum, liberorum, omniumque in Republ. confusio ac perturbatio? An hinc tot lites, iurgia, clandestina consilia, bella, tumultus, cædes, aliaque sexcenta mala, quibus veluti magnis terræ motibus fundamenta civitatum concutiantur? Credo certe, cœlum cum terra conturbatum iri, si res ita sece haberet. Sed admodum largi estis vos ambo, tu Case cum Relectore illo, in enumerandis iniuriis, & disseminandis calumniis. An Plato in eam rem publicam, quam optimam ipse putat,

tot execranda coacervavit extreme
perditionis vitia , quæ tamen san-
ctissimo efficacis amoris & intuitu
dilectionis clypeo omnia inde expel-
lere piissime conatur ? Sed unicum
illud vocabulum *amor* sive *charitas*
omnia vobis figmenta funditus sub-
vertit & pessundat. Si enim amare
Deum , & diligere concivem suum,
ac iustum æquumque unice expte-
re, tantam perniciem reip. secum af-
ferret, & iuri naturæ tantam vien fer-
ceret , tot ei contradictiones & sce-
lera infligendo; nescio sane, quomo-
do Salvator mundi , qui propterea
cœlo descendens mortem subivit
atrocissimam , ut amorem declararet
suum , & amori Dei nos & nobis
eum reconciliaret , heic vobis possit
excusari , quod tot beneficia ex amo-
re suo in mundum ingratum contu-
lerit. Vah uti metuo , ne nimis vos
in Christum blasphemi , & in vos in-
iuriosi , in totum denique piorum
cœtum invidiosi heic competiamini.
Vos vobis metipsis consulite , &
ad saniora in tempore revertimini :
Quid Christus Iesus ipse in verbo cœ-
lesti per Apostolos suos insultui huic
vestro opponat , id paucis percipite.
Etenim , propterea Plato graviter

516 R E S P V B L I C A E
culpandus sit ; num, inquam, gravi-
ter erret, quod ex communi amo-
ris vinculo communem exædificat
salutem ; id iudicent alii. Verbum
Dei est veritas, & manet in æternum.
Si Plato vobis ita durus videtur, vi-
dete num Christus molliora heic pro-
ferat. Heic videte, utrum ab eius
dulcissimis præceptis abhorreatis, an
vero Christiani veri, Christique par-
ticipes spiritus fieri tam alieno ab-
repti imperi queatis. Nonne absur-
dum est ex fico spinas colligere velle?
Ex melle venenum conficeré, more
aranearum, extremæ est malitiæ,
dementiæque. Sed audiamus Chri-
stum.

Doctissimus quidam inter legum
Mosaicarum interpretes, quum ex
Christo temptationis ergo quærebat,
quodnam esset summum legis præ-
ceptum, respondit Christus eidem ex
Mose *Deut. 6. 5* : Diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde, anima,
& viribus tuis. quod est summum
& maximum præceptum. Alterum
vero huic simile est : Diliges prox-
imum tuum sicut te ipsum. *Matth. 22,*
37, & segg. Marc. 12, 31. Luc. 19,
18. Quod doctor temptationis, quasi
in conscientia vixit, ipse statim
confi-

boniteri , & adeo approbate tenebatur, ut etiam affirmaret, dilectionem & amorem , non sui , sed Dei & proximi , summa devotionis sanctissimæ opera , id est, omnia holocausta & sacrificia, exuperare: proinde hoc etiam addit cum singulari affectione: Veritatem certe dixisti , inquit. *Marc. 12, 32.* En tantæ virtutis est amor & dilectio , ut etiam invitatos compellat ad veritatem confendum , & eos in conscientia viatos constringat. Ideo etiam iubet Christus , quod inimicos diligere debeamus , & iis benedicere , qui nos execrantur , atque benefacere iis , qui nos oderunt. &c. *Matth. 5, 44.* At , *clamant isti* , hoc repugnat naturæ , & contractus ius est. (*Quis itaque id à nobis requirit Christus?*) Talis non datur respbl. in terris , aut , Vbi est talis civitas ? Nihilo minus præcipit hoc ita Christus , & quidem propterea , Ut sitis filii patris illius vestri qui est in cœlis. v.45. Nam , si dilexeritis eos , qui vos diligit ; quam mercedem habebitis ? Nonne & publicani idem faciunt ? Et , si complexi fueritis fratres vestros solum ; quid amplius facitis ? Nonne & publicani ita faciunt ? Esote igitur

18. **R E S P V B L I C A E**
tut vos perfecti , ut pater vester ille,
qui in cœlis, perfectus est. v. 46, 47,
& 48. Sic & *Luc. 6. v. 32*, ait: Quod
si diligitis eos qui vos diligunt ; quæ
vobis erit gratia ? Nam peccatores
diligunt eos à quibus diliguntur. &c.
Nimis durum est , *inquit Platonis-*
mastiges, quod natura hominis non
fert. An igitur cœnitis , vos domini,
in quo regno vivatis? & cuinam rei-
publ. tam fervens præstetis patroci-
nium carnale ? Quam charitatem,
amicitiam & harmoniam Christus
in regno euangelii sui, & Plato in sua
republica , ut in *Lyside videre est* , ef-
flagitare audet , tametsi nullius com-
modi respectu fiat , legitimam ta-
men eam hic vocat , utpote ex liber-
tatis sue profluentem ingenuitate ,
acque propterea , quo paria recipiat ,
scsc exerentein. *Luc. 6, 34.* Amicus
enim verus nullius rei gratia est ami-
cus. *Plat. ibid. pag. 113.* Proinde a-
amicitia quoque vera nil aliud preter
animum in amico diligit , & cum il-
lo se adunit ; ut idem *Plat. dicit in Al-*
cibi. Sicuti D. Paul. charitatem ita
extollit , ut eam impletionem legis
appellet ; quem neminem malo affi-
siat. *Rom. 13, 10. & Gal. 5, 14.* Nam
tevera per charitatem scrijunt alii
alii.

aliis. *Ibid.* Atque inde profluit quod Christus iubet *Mattb. 7, 12. & Luk. 6, 31: Quæcunque volueritis, ut faciat vobis homines, ita & vos facite eis.* Ista enim est lex & prophetæ. At quisnam sibi ipsi molestus aut injiosus esse velit? Ceu & Christus adolescentem, qui veræ salutis opera ex eo sciscitabatur, ad dilectionem eam, quam ex amoris naturalis lege omnibus debebat, remisit. *Matth. 19, 17. & Marc. 10.* Imo eo usque hoc dilectionis mutuæ præceptum extollit Christus, ut pro vero symbolo & rota sui regni hoc ponat. *Ioh. 13, 34, 35.* quod severissime repetit *Ioh. 15, 12.* Ita etiam D. Paulus, dum omnes virtutum vires induere suos iubet auditores, tandem ad fundamentum omnium recurrat, & ait: Super hanc autem omnia, induimini charitate, quæ est vinculum perfectionis. *Col. 3, 14.* Namque finis mandati est charitas ex puro corde, & ex conscientia bona, & fide non ficta. *1 Tim. 1, 5.* Imo omnia dona atque virtutes pro nihilo habet nisi charitas adsit. quod his verbis testatur: Silenguis hominum loquar & angelorum, charitate autem non habeam, factus sum & resounding, aut cymbalum.

520 R E S P U B L I C A E
tinniens. Et, si habeam prophetiam,
& noverim mysteria omnia , om-
nenique notitiam , &, si habeam to-
tam fidem, adeoque ut montes trans-
feram , charitatem autem non ha-
beam, nihil sum. *1 Corinth.* 13, 1, 2.
Ideoque sic exhortatur secum omnes,
Ephes. 4, 15, 16 : Syncere nos igitur
gerentes in charitate , prorsus adoles-
cens in eum qui est caput , nempe
Christum; ex quo totum corpus con-
gruenter coagimentatum & compa-
etum per omnes suppeditatas com-
missuras, ex vi intus agente, pro inen-
sata uniuscuiusque membra , incre-
mentum capit corpori conveniens
per charitatem. *Velut id partexit* &
1 Cor. 12, 12, 13, &c. Sed tandem
cum D. Paulo concludamus hunc lo-
cum istis verbis : Estote igitur imi-
tatores Dei, ut filii dilecti, & incedi-
te cum charitate , sicut & Christus
dilexit nos , & tradidit semetipsum
pro nobis. &c. *Ephes.* 5, 1, &c. 2. An
non igitur optima sit respubl., quæ
ex amore isto vero possit componi?
Num Plato in eo erravit? Ergo Chri-
stus ? &c. Absit tam blasphemica con-
clusio. Plura heic testimonia adice-
re non liber . Cui placet , addat
Exod. 23, 4. *Lev.* 19, 18. *Dest.* 22, 1.

Pro-

Proverb. 15, 17. & 24, 11. & 31, 8.
Syr. 25, 2. *Esa.* 1, 17. & 58, 6. *Matth.*
 22, 39. *Ioh.* 13, 34. 11 *Cor.* 14, 1. &
 16, 4. 2 *Cor.* 2, 8. & 6, 6. *Galat.* 6, 2.
Ephes. 3, 17. *Phil.* 2, 1, 2. *Col.* 2, 2.
 1 *Thess.* 3, 12. & 4, 9. 1 *Tim.* 1, 5. &
 2, 15. 2 *Tim.* 1, 13. & 2, 22. & 3, 10.
Tit. 2, 2. *Hebr.* 10, 24. & 13, 1. *Jac.*
 1, 27. 1 *Pet.* 1, 22. & 2, 17. & 3, 8. &
 4, 8. & 5, 14. 2 *Petr.* 1, 7. 1 *Iehan.*
 2, 10. & 3, 11, 14, 16, 18, 23. & 4, 7,
 11, 21. 2 *Ioh.* 5. *Iad.* 21. &c.

Sed Casus cum Relectore illo obili-
 ciunt, quod unio & communio
 coniugum, libitorum, & bonorum,
 maxime in republ. Plat. detestabiles
 sint; adeo ut natura quoque abhor-
 reat eas, quam incestus pariant, pro-
 hibitionem divinam impugnant, pu-
 dorem & morsum conscientiae ini-
 ciant, storgen extinguant, viam par-
 ricidiis aperiant, gradus cognationis
 tollant, flodium se & suos conser-
 vandi suffocent, principia virtutum
 eradicent; quod talis unitas destruat
 civitatem, communio bonorum se-
 ges sit litium; quod concordia inter-
 nafola felicem reimpubl. haut præ-
 stet, inducat neglectum rerum publi-
 carum, & publica demum hinc post-
 ponantur privatis. Tot calumniae &

phantasīæ inveniuntur *apud Casum*,
ſþb. civ. lib. 2, cap. 1, & 2. Arnis. in pol.
cap. 2, p. 40, 41, & ſegg. Item in rel.
p. 1, ſect. 11, num. 1, 3, 6, 9, 11, 15, 19,
29, 42, 43, 45, 46, 47, & 49. ſect. 12,
per tot. Item cap. 7 rel. num. 4. Sed
hæc atque similia per meram calum-
niam colligi & torqueri in Plato-
nem, ex superioribus patet fatis;
quum nihil aliud ipſe intenderit,
quam quasi ignarus reipubl. Chi-
ſtianæ anſam alicui in mauum por-
rigere. velut etiam ait, quod respubl.
hæc diis, aut filiis deorum, (quos
Christians esse, & Christianorum
filios, Christiano denique subditos
regimini, præter Gen. 6, 2. Matth. 5, 9.
Ioh. 1, 12. Rom. 8, 7, 16, 17. Ioh.
3, 9. cum primus ex Psal. 82, 6. & Ioh.
10, 34, apparet,) rectius competit;
quum hominum depravatio indi-
gnat se hac forte faciat, &, ut iam
crebro dictum, ab omni amore iu-
ſtitix & veritatis penitus prolapſi
sint. Porro, qui Platonicū publicē
privatæque conſervationis negligen-
tein faciunt, ii totam ejus intentio-
nem pervertunt. Etenim quare ideam
reipubl. delineare voluit? An non
propter conſervationem mortalium?
& quidem talem, qua oīnes in uno

corpore perennarent? An non, qui publicum intendit, privatum intime simul curat? Qui corpus ad sanitatem curando reducit, an ille possit membra reliqua negligere? An non inde harmonica unionis consonantia ita se prodit ut aperite & evidenter perspiciatur? Num talis sanctas delictum putatur imediei curantis? An ille, quivirtutum omnium cumulum in suam colligere cupit tempublicam, earum principia eradicatum ibit? An non propterea politiam iustitiae epitheto insignivit, quod nil nisi iusta & amoris plena in exerceri expectat? An communia ministeria coniugum, sint commixti concubitus? Num ministerium cum concubitu idem? An non poenias stupris, adulterio, &c. decernit? An non cuique suam propriam a custodibus civitatis vult adsignari coniugem; & quidem accurata selectione coniugum, ne contraria mixtura sciminis fiat? An non cuiq; coniugio suas deputat nuptias? An non in his ipsis adeo accuratus est, ut etiam lib. 6 de l. plene disponat quales esse debeant, quod tempus, actas, sumptus, impensis, locus, quæ personæ ad eas contahendas requirantur? Nonne etiam

satis

satis evidenter lib. 7 dell. de educatione puerorum agit, ita ut dilucide illius circa hanc sententia intelligatur? Etenim, quæ lib. 5 de rep. Socrates ex propria opinione immiscet, pruis accipi non vult. Quem etiam ita loquentem introducit, ut qui non tantum invitatus haec & à collocutoribus plane eo adactus, admodum tamen trepidanter, protulerit; sed etiam, quæ de mulieribus & eorum filiis obiter prioribus aspersa fuerunt, quasi cum protestatione, & dissidentia sui, prorsusque de alia republica, non sine magnis ambiguitatibus affirmat. Proinde Plato quoque excusationem aperram his verbis interposuit, ne scandalum quis forte inde arriperet. Vis ergo, ut nos pro (N.B.) aliorum causa, *ait*, nobis ipsi adversetur, ne sine defensione, quæ sunt (N. B.) rationes alterius, oppugnentur? Dicamus igitur sub eorum persona hunc in modum, &c. Ex quibus satis manifeste appareret, quod in his omnibus Plato non ex se, sed sub aliorum personali loquatur. Quare, quoties suspiciones culpam-
ve malevoli in hisce atcupantur; non tantum ambiguitatibus id omne laborat; sed etiam aliorum, & null.

nullatenus Platonis, ab istis refelli-
tur sententia. Nihilominus obscuræ
hæ locutiones sapientem & per quam
eruditum requirunt lectorem, cen-
soremque longe cautiorem, quam hi
tam importuni judicij auctores.
Quod vero tandem Plato philautiam
tam atrociter semper impugnat, &
cives suos in sua republ. ita à donis
& bonis mortalibus rettahit, ut ea
cum fratribus communiter partici-
pati velit; idem ferme agit atque
is qui ad veram Christianitatem
allici omnes suos exoptaret cives.
Etenim an non & ipse Christus in
verbo suo nostri nostrorumque bo-
norum abnegationem nobis adsidue
inculcat? *Matth. 16, 24. Marc. 8, 34.*
Luc. 9, 23. & 14, 26. Roman. 6, 4.
2 Cor. 4, 10. & 5, 17. Gal. 5, 16. Eph.
4, 19. 1, 2, 22. & 5, 2. Tit. 2, 12. Hebr.
4, 10. & 12, 16. 1 Pet. 1, 22. & 2, 5,
24. & 4, 1. 1 Iob. 5, 19. Iob. Arn. de
ver. Christ. lib. 1, cap. 28, & cap. 30.
lib. 3, cap. 10, & cap. 21. Praeclaræ est
heic illa sententia Pauli *ad Phil. 2, 1.*
quæ omnia hæc continet. Si qua
consolatio est in Christo, ait, si quod
solatium charitatis, si quæ commu-
niospiritus, si quæ viscera ac misera-
tiones: Explete mecum gaudium,

ut itidem sitis affecti , eandem charitatem habentes , unanimes & sententiis uni : nihil gerentes per contentionem , aut per inanem gloriam ; sed ex modestia alius alium se præstantiorem existimans . Ne sua quisque spectare ; sed unusquisque etiam quæ sunt aliorum . vers . 2, 3, 4, & 5. Quod etiam accurate repetit 1 Cor . 10, 24 : Nemo quod suum est querat ; sed quisque quod alterius est . &c. Ac ne quis mundo ita prave abutatur , addit ulterius : Hoc autem aio , fratres , quoniam tempus contractum est in posterum ; ut & qui habent uxores , sint ut non habentes : & qui flent , ut non flentes : & qui gaudent , ut non gaudentes : & qui emunt , ut non obtinentes : & qui utuntur hoc mundo , ut non abutentes : Præterit enim species huius mundi . Velim autem vos absque sollicitudine esse . 2 Cor . 7, 29 , 30, 31. In quo sanctissimo dicto divus Paulus caussam malorum omnium quasi uno complexu quam artificio- sissime exprimit , radicatum detegen- go fundamentum , simulque fratres amicabiliter omnes Corinthios suos vocitando . quod etiam Christus fa- cit , Matth . 12, 47. & 13, 55. Marc . 3,

31. *Ex. 6, 3. Ioh. 2, 12. Matth. 18, 21.*
& 23, 8. Rom. 14, 15. Luc. 17, 4. Sic &
 Iohannes fratres & filios Christianos
 omnes vocat. *I Ioh. 1, & 2, & 3.* Ut
 inde Platonica analogia satis clu-
 cescat, quæ vult, ut uniores loco pa-
 rentum seniores venerentur atque
 compellent. &c. Quum autem om-
 nis malitia ex hac pullulet philau-
 tiæ radice, & quidem ea quæ in tan-
 tam vitiorum arborem porro ex-
 crescit ut universum terrarum obte-
 nebet orbem ; eo quod unusquisque
 ex innata philautia sibi quodvis ob-
 iectum appropriare, & in hoc appeti-
 tus sui voluptatem carnisque delicias
 deponere satagit : id rite examinan-
 dum est nobis hoc loco. Plato,
 cui vere realis philosophus, id qui-
 dem omne penetravit. at hominum
 pervicacia quum nullum hœrum my-
 steriorum agnosceret velit, & tamen
 Platoni Teutonicus noster in eo ma-
 num egregie porrigit : eius explica-
 tionem melioris informationis gratia
 subnectere heic lubet. id quod & æ-
 quitas ipsa postulat. *ea desumpta est ex*
eius Mysterio magno, sive commentar. in
Gen. 33, de exordio secunda monarchie,
& de foedere Dei cum Noacho.

C A P. XII I.

Illustratio reipublicæ Platonice, ex causis politie Teutonicae; unde speculum & comparatio generalis reliquarum rerum publicarum peti queat.

QUAM Iehova Noacho & liberis eius per sacrificium ex fœdere cum illo compacto benediceret, & fœcunditatē illis demandaret suam; in libero dominio iisdem universam rursus concredebat terram, cum omni exercitu eius; adeo, ut, quodcumque vita frueretur, illis subiectum & proprium esset. Omnia illis in communem usum tradebat: nec distinctionem ullum inter Noachum & liberos eius in hoc interponebat. Neminem ad proprietatem domini aut servi, sed ad paritatem omnes destinabat. Nullum præ alio nobilitate aut ignobilitate donabat. Sed, quemadmodum ex arbore una multi rami excrescant, & tamen omnes solummodo unicam arborem repræsentant; sic etiam constituebat humam arborem in terris, & cunctis genitibus illis absque illo diserimine aut pro-

prohibitione omne genus animalium, piscium, & avium, submittebat; excepto eo, quod carnem cum sanguine non deberent comedere, ne vita bestiali denuo in monstrositatem inciderent. Iehova iubebat quidem, ut omnibus animalibus & creaturis dominarentur: ipsis vero nullum imperium singulare hoc loco inter se invicem committebat. Namque omnis dominatio, qua alter alterum deprimit, oritur ex Ararat tanquam ex ordine naturæ secundum aliorum & sub astris dominantium proprietates: At imago Dei non aliud imperium in membra sua obtinet, quam arbor in suos ramos: animalis imago ex astris & quatuor elementis sibi conficit dominationem iuxta matricis suæ formam, ex qua emersit, & in qua vivit. Velut etiam leges omnes & externæ præceptiones, quas Iehova homini demandavit, ad ordinationem naturæ spectant, tanquam in effatum & formatum inde verbum; quod Deus homini in proprietatem addixit, ut in eo secundum sophiam Dei cum homine interno spirituali dominetur, atque sibi met ipsi secundum spiritum sapientiae inde ordinem conficiat. Quidquid ho

530 · R E S P U B L I C A E
spiritus in ordinatione sua heic sibi
conficiunt, in hoc se iudicem consti-
tuit, & ultimum sibi reservavit iudi-
cium, falsitatem à veritate separandi.
Omne, quod non ex veritate, iustitia
& charitate sive amore procedit, in
hoc iudicium Dei censuram agit. nam
id per falsos spiritus tenebratum in
Turba magna procreatur, & in hu-
manas proprietates infunditur, velut
in falsam astutiam, & mendacem sa-
pientiam, quæ regni Dei hæres nun-
quam erit. Regiae & principales di-
gnitates omnes, omnibus cum domi-
nationibus & jurisdictionibus, ex
ordinatione naturæ proveniunt. In
imagine autem Dei nulla est coactio
aut vis; sed libera cupidissimi amoris
servitus; veluti membrum in huma-
no corpore, & frutex in arbore, alte-
rum alteri libentissime servit, & gau-
dia inter se mutua participant. Quum
vero homo in externe formatum ver-
bum se malum & bonum intulisset,
regnum naturæ inde sanctū ipsi do-
minium eripuit, seq; ipse proprietati
humanæ violenter insinuavit. Quod
si vero illud recuperare homo debeat;
ex Deo necessum est ut nascatur; at-
que ita illi in nova regenerata vita
secundum Dei Spiritum ipsi imperat;

marcus

naturæ conceditur. In spirituali quidem mundo existunt ordines, & angelorum principatus; verum omnes, absque ulla violentia in amabili amoris officio & voluntate; cœn membrum corporis unum alteri officia præstant. Quidquid homo sub regno naturæ in suam rapit potestatem, eo per superfluitatem abutens, membrisque suis congenitis id subducens, ut inde in egestatem redigantur, & iure libertatis simul suo preventur; illud omne in Turbam magnam, cœu naturæ abominationem detruditur, judicio Dei ad diem extremæ sententiaæ sistendum. Natura nil præter ordinationes exigit; differentias autem & officia singulorum ipsa subministrat: at Turba abominationem suam ex mundi tenebrosi libidine submisæt huic; id quod superbia, invidia, cum iracundia, & fraudulentia, abunde testantur. Quinque hæc vitia meretricium partum suum in naturæ regno producunt, nunquam ad regnum Dei hereditario nomine transitura. Hoc naturæ regnum Ichova loco ordinationis suæ tenet, atque homini in manus id tradidit, ut ilius ope bonum à malo discernat, & peruersi appetitus ac voluptatis.

532 R E S P U B L I C A
malignitati iudicem feligat : quis
ait ; Qui effundet sanguinem homi-
nis , per hominem eius sanguis ef-
funditor; nimis per ordinationem
naturæ, non vero per propriam via-
dictam ; per naturæ ordinem , in-
quam , id est , per Dei legem, cui soli
ultio competit. Quippe Ichova ait,
Sanguinem animatum vestracum ul-
ciscendo reposcam. per quod ordi-
nationem legum suarum intelligit,
& earum administratores. Nullate-
tenus autem propterea princeps aut
terræ dominus potestatem ullam ef-
fundendi sanguinem extralegem Dei
habet. Quod si hoc agat , statim ea-
dem lex Dei eundem ad mortem
condemnat. Cetera nulla omnino po-
testas ulli in sanguinem humanum
helic competit , sive rex sive princeps
sit. Omnes enim nudam admini-
strationem in ordinationes legis di-
vinæ repræsentant. Vnde & nemini
quam absque singulari Dei mandato
potentiam licet ulterius extendere.
Lex naturæ quidem illis concedit
est ; sed tanquam eiusdem ministri,
iuxta veritatis & iustitiae normam,
non autem secundum proprium ap-
petitum. Namque Ichova condidit
hominem ad imaginem suam. in
hunc

hanc divinam imaginem regnum naturæ in suo ministerio nullam potentiam illius interficiendi sibi arrogare debet; sed solummodo externam naturæ formam officium hoc divinæ ordinationis concernit. &c.

Item cap. 74 eiusdem commentariorum, ubi de Iacobi ad Pharaonem adventu agit, hæc verba leguntur: Hæc figura Josephi, ubi Ægyptum emptione sua Pharaoni in proprietate redegit, atque subditos mancipia effecit, nihil aliud significat, quam quod Christus nos in summis angustiis & fame exitii nostri pereentes, ab ira Dei, per gratiam mancipatiōnis suæ, proprio sanguine ac morte redemerit; atque inde nobis verbi sui semen largatur, ut eo vitam hanc nostram naturalem, tanquam ipsius coemptum agrum, conseminemus, atque ex huius feminis fructu quintam ipsi partem, videlicet partum amoris, cui quintam proprietatem vitæ, (id est, amoris,) reddamus. Namque in quinta proprietate hac (septem proprietates, ex numero planetarum petitas, explicat alibi: heic autem venerem inteligit) consistit fides, quam filii ipsius eidem reddere tenentur. Hanc conseruit in horreum parentis sui, eam

534 R E S P V B L I C A E
æternæ vitæ atque manifestatiōni di-
vinæ miraculorum suorum desti-
nando. Quod vero terreni homines
talem servitutem commenti sunt,
qua sese invicem in mancipatiōne
detinent & torquent, angendo alter
alteri sudorem exsugentes, ut inde su-
perbiā fovere queant; hoc imagi-
ne in ira Dei refert. qui etiam iuxta
cœlestē figuram se ita depingit.
Omnia enim iuxta verbum Dei figu-
rationem adsumunt: quanquam
nonnullæ res in malum, tanquam
ad iram Dei, sive iuxta infernales
proprietas, figuram recipiant; non-
nullæ in bonum, regno Christi acce-
dentes. Sanctis enim sanctum se er-
hibet Dei verbum, perversis autem
in furore Dei manifestatur. Qualem
populus sese exhibet, talem quoque
Deum sortitur: ait S. Scriptura. Ter-
reni homines imaginem suam ja-
iram Dei detrudunt, dum mutuas er-
vitute terribiliter se invicem discru-
ciant, affligunt, & enervant: atque
hoc iuri tamen adscribere non veni-
tur. In naturæ quidem & ira Dei
furore ius fibi talia invenit, & figu-
ram inferni inde repræsentat: atta-
men figuram simul regni Christi in
cœlesti proprietate declarat. Nam
quid

quidquid homo terrenus in dolore & mortore peragit, id Christus in suo regno in liberis per gaudium, amorem, humilitatem, & virtutem operatur. Terrenus homo fratrem suum labore, genio, sudore victuque fraudat. Christus itidem filiis suis voluntatem malam & conflictus, dum in Deo operantur, & in dolore multaque anxietate eo tendunt, adimit. Hunc laborem, inquam, omnem Christus ab illis aufert, atque in thesauri sui conditorium colligit. &c. Et quandoquidem veteris Adami onager semper refugit divinum subire opus, proinde saepius ita compellitur, ut nil nisi poenas sentiat pungentes, quando Spiritus Christi gehennam & iram Dei conscientiae eius minitatur: Sicuti etiam terreni domini in mundo subditis suis oneri sunt, sigeram Christi quidem, in mente tamen inaequali, exprimentes. Christus enim parenti suo per operationes filiorum suorum multos caelicos fructus colligit; qui reddentur homini, ut inde in aeternum exattetur. at mundanus ex afflictorum sudore ingentes opes congerit, in arramque suam honori proprio recondit. qui labor equeidem nunquam re-

536 R E S P U B L I C A E
cro in afflictos exundat in hoc mu-
do ; sed Christus magnum iis præ-
miuim ipse est , eo quod hnic figuræ
fræ Dei heic in miseria operam hanc
navare cogebantur. Cæterum in fine,
ubi terrena officia & dignitates in
horrea atque repositoria sua , quibus
hanc præstitere servitutem , recepta
erunt , ibi inæqualia promptuaria a-
perientur. Longe plurimi erunt , qui
in regno iræ Dei infinita congesse-
runt , è quibus in æternū alimoniam
sibi sument . uti sunt egenorum im-
precatio , dolores , timores , cruciatu ,
& inquietudines miserorum . Quid-
quid illi per coactiones suas in sub-
ditos perpetravit , hoc ipsis post hac
tempora in æternum nutrimentum
cedet . Nam quod heic seminatur , ibi
in æternæ vitæ horreo invenietur re-
positum . Omnia huius mundi offi-
cia , Dei sunt , & omnes officia tui
Cæsare usque ad infimum , Dei sunt.
Verum in partibus ministeriis defun-
guntur . Hic in amore eius ipsi servit ,
tanquam servus Christi , alter vero in
ira eius ipsi servit , tanquam mandati-
pium inferni . Quis quis mortalium
in mundanis istis ministeriis appro-
priatione sua sibi multa convicit ,
neque Deum neque ordinationem

ejus

eius respiciens, neque hominibus
inserviens; is servitatem servit iræ
Dei, & inferno colligit messem. Nam
omnes principum thesauri & poten-
tiam opes in utilitatem publicam
fratrum pro sustentatione ordinis
boni, officiorum, egenorum, & ægrot-
antium convehi deberent. Quemad-
modum paterfamilias in bonis suis
negotiatur, & manuum labores in
χειμώνιοι recipit, unde tamen omnes
eius ministri alimenta percipiunt;
quod vero abundat, in communem
usum liberorum coniugisque, aut a-
liam necessitatem adservetur: eam-
dem quoque officiorum collectio-
nationem habet. Omnia in commu-
ne bonum conferri debent; alioqui
tale gazophylacium iræ Dei subie-
ctum, & iudicio illius expositum
manet. Quando hodie potens dyna-
sta nihil honoribus, voluptati, super-
bia non vendicatum sinit; ad eam
conferciendam graviori subditos ex
actione opprimenti & exsiccans; vix
etiam egenum canis loco habens; sic
porro in corde secum loquens; Hæ-
c jure mihi debentur: sunt empta; hæ-
reditate acquisita: Omnia istæc in
ira Dei peraguntur. In hac appro-
priatione omnes serviunt satanæ, tan-

L I S quam

quoniam in figura imitare Dei: &c. Quicquid
habet appropriatio hæc opus gehenot
est, ut ut agas. Nullum coram Da
vælet exceptionis refugium. Quid
quid eorum est, id omnino gehenot
colligitur. Iehova cordis radices
exigit, & sibi fideles postulat admini
stratores. Ast miser & egenus discat
quod in dura hac servitute (si absque
murmuratione fideliter ea defungi
tur) Christo suo serviat, dum in hac
miseriarum domo thesaurum cœl
stem sibi acervat, quum alias in vo
luptate carnis sibi pereundum fuissa
&c. Ideoque illis, qui Deo serviant,
cuncta in bonum cedunt. Sic figura
in historia Iosephi hoc loco intelli
genda est: quamvis eius acta singula
ri prorsus cura, secundum dictamen
Spiritus Dei conscripta sint; qui in
omnibus semper potiorem regni Chri
sti, quam externæ historiæ cum cui
consignandæ rationem habuit. Hi
storiæ enim biblicæ non tantum
propterea annotatae sunt, ut inde no
bis veterum res gestæ & vita inno
tescerent, ut Babel somniaç; Minime
Christi, ut & orci regnum, undique
que in iis nobis est l'epictum. Vi
sibilis figura semper indicat iuste
tiam sive invisibilem, quæ in sp
cituâ;

rituali homine manifestabitur. &c.

Proinde quoque idem autor *in lib. de triplici vita* talcm nobis præscribit politicæ vitæ & Christianæ normam, ut ex sequentibus id rectius patescere potest. *Cap. 12.* *Quomodo semita vita per hunc mundum ducens in regnum Dei inveniri possit.* Ex ratione, spiritu carnali videlicet, egrediendum est omnibus, & quisque cordis ac mentis sensus omnino in voluntatem Dei deponere debet, atque suam voluntatem voluntati Dei prorsus insinuare; ne quis peculiarem viam commentis rationis aut perscrutationibus sibi excogiteret, quærendo, *Vbi est Christus?* Dirigit semitam omnem in Christum, & certo estote, quod ille corda vestra inhabitet. Huic consecrate vos in plena humilitate; in eius voluntatem & arbitrium omnes vestras actiones & proposira coniicie: nihilque aliud singulis momentis cogitate, quam stare vos perpetuo contra ipsum clarissima facie; Christum autem in vobis iridi insidentem à dextris esse Dei. Hæc omnino ad diua sit meditatio vestra, quod singulis momentis sanctæ Triadi sistamini, & Iehova semper cordium vestrum, triada in abyso quoque suo proberet.

probet & perspiciat. Quin etiam hoc
date operam, ne ullam in profundis
tatem penetrare conemini, præter-
quam ut in unum eius amorem &
misericordiam vos penitus imimita-
tis, nec inde ullaparte recedere, po-
tius autem inibi in perpetuum mane-
re & subsistere cupiatis. Secundo hoc
quoque apud vos concludite, quod
summum Iehovæ beneplacitum om-
nino expleatis, si fratres ac sorores
vestras in hoc mundo, sint qui qui ve-
lint & cuiuscunque opinionis, per
amorem vestrum queratis, & visce-
ribus vestris complectamini, proque
iisdem preces effundatis; pro expu-
gnatione diaboli denique subeat is lu-
ctauit; eosque, quantum fieri potest,
in humilitate informetis: Si vero hoc
non admittant, induite vestitum Chri-
sti, & exemplo vestro illis doctrinam
vividam exhibete. Prompti illis sitis
in servitio præstanto: remittite iis-
dem, si in vos quid deliquerint. Quod
si vos calumniis proscindant, benedi-
cite eis: Si vim vobis inferant, nisi
id molliter avertere queatis, & au-
fugere, nil curetis, & cogitetis, quod
heic hospites duntaxat sitis. Nulli
mortaliu[m] amorem vestrum subdu-
cite: quippe Deus vester, qui in vobis
vivit,

trivit, nemini se sub luci qui illum
quærit. Si promptus adversariotuo,
si quando se forte convertat. In
commercis & negociis rerum diligi-
te iustitiam: cogitate, quod omnia
opera Deo operemini: digne nobis in
hoc mundo vivendum est, tanquam
iis, quorum operationibus & com-
merciis omnibus vitæ huius miseriae
& æcumnae adhærent. Non debeamus
nos in latebras & claustra angulosve
abscondere; quia Christus ait; Luceat
lux vestra coram hominibus, ut vi-
deant opera vestra bona, ac pater ve-
ster cœlestis inde celebretur. Omnia
ex toto corde peragite, & sincera-
mente: Cogitate, quod Christo ea
faciat, & quod Christi spiritus in
vobis ea operetur. Parati sitis singu-
lis horis, & expectetis sponsum ve-
strum. Nullam cordi vestro, ad aliam
amplectendam sententiam, aliave
præter Christum meditanda, interca-
pedinem concedite. Multa scire non
expedit vobis. Quisque suum opus
curate pernoscat, ut inde alimenta
corpori procuret, seu nunc illustris sit
seu idiota. Illustris iustitia & falsum
a pueri addiscat discernere, quia ad-
ministrator Dei est. Quidquid agit,
iudicat, Deo iudicat, Deusque per
illum.

542 R E S P. V. B L I C A X
illum. Idiota sit humilis & bene-
moratus , ut coram ordinatione Dei.
Si vero iniuria ipsi fiat , nec ea possit
emendari ; consideret, quod iniuriam
hanc propter veritatem perficerat , &
sibi summus in Christo sit honorosco-
ram Deo.. Semper in omnibus actio-
nibus, negotiis, vicis usu, & communi-
ciis, ante oculos vobis obversetur iu-
dicium Dei , dispicientes vobiscum,
quei innocenter vivatis. Namque
temporis huius mota brevi elabitur.
In agro accretionis. heic florescit;
videte , ut Deo bonum edatis fru-
ctum, in quo omnes angeli & exerci-
tus coelestis latentur. Neminem odio
persequimini ; Nam, qui alium odit,
diabolum excipit convivio. Estote
sobrii & temperantes. nec vobis mun-
di huius libido persuasione sua im-
ponat , acsi vere alicubi existeret.:
pauxillum ei ne immorari iodi, singu-
lis horis è morte in vitam concedite.
vosmetiposos cruce pœnitentia affi-
gite seria, malumque deserite. Quod-
si propter pietatem contumeliosus vor-
persequantur alii , & calumnientur,
ac mendaces in eo sint ; latitia sum-
ma exultate , quod digni facti sitis
propter Christi gloriam aliquid pa-
peti ignomidiæ. **Quod si calamita-**

quædam sit superanda , absit desperatio ; sed cogitate , quod in voluntate Dei vivatis : non ille plura vobis imponi sinet , quam possitis perfette . Avertite oculos vestros ab avaritia , & superbia , atque fastu ; ad illane respiciatis : quippe diabolus per hasce superbiae artes retia sua exponit : nolite eius incurrere casses . Séper estote prudentes , nec unquam securi ; quia auceps ille circumvit vos undique , & investigat qua ratione capere quem valeat . Vbi boni exigitur , nec accedas , nec eorum in flagitiis capias partem : neutquam talia vestras tangant aures , ne diabolus risibili stultitia vos titillat , & ita veneno hoc inficiamini . In summa , Iehovæ in Christo vos totos consecrate , & adorate Patrem in nomine & promissione Christi , & poscite vobis spiritum eius sanctum ex poiliticatione Christi . Sic accipietis cum ; quia ipse rex , qui illum promisit nobis : nullus ille mentitur : certo accipietis . Huic foli totos vos dedite ; quod omnium maximum præcipuumque est . Omnia in eius deponite voluntatem . Quod si istum habeatis . is satis vos informabit quid sit agendum . Ille docet vos loqui ; Ille suggerit ani-

344 R E S P U B L I C A E
num & intellectum , quomodo rot-
gerete debeat is . Nolite curas conci-
pete propter res , quæ vobis apud ho-
mines gerendæ incumbunt . Sed com-
mittite ipsi omnes actiones vestras ;
ille in vobis perficiet quod Deo sit
gratum . Quod si zelotæ agat , &
ignem ex cœlo à Domini Domino
advocet in improbos ; hoc ei placet
ita , quia impius hunc concitatavit.
Solummodo in virtute Dei incedite ;
atque sic omnes actiones vestræ Deo
placebunt : Nam si quis in necessitate
periculose ab hoste suo defendat , abs-
que aliqua cupiditate ; non adverfa-
tur Deo : quia , cuius ardentes ædes , is
extinguit flammæ . Annon Israëli
concessit defensionem sui ? Qui belli
initium facit , ille est administratæ
diaboli . Omnia enim bella urget in
Dei , in qua diabolus habitat . Iehova
nullius belli auctor est , quia nosù
amore crebat , ut paradisum in
tua & amabili charitate coniunctum
velut filii optati , incoleremus : At
diabolus invidebat hoc nobis , & os
in spiritum mundi deducebat ; qui
bella & omnis generis mala initia
Dei exsuscitat , ut invicem nos odio
persequamur , & mutuo interfici-
mus . Quandoquidem igitur in be-
miser

miseriarum valle tantis inimicitiis circumdati sumus, & inter perpetuas spinas & aculeos excrescimus; summam certe nostri curam habere debemus: omnium autem maxime ab eo nobis cavendum est hoste, quem in sinu nobiscum circumgestamus, exitalem nostri perditorem; animum dico nostrum cum sensibus suis, in quibus arcem deprimatoriam diabolus sibi delegit. neque exiguo labore inde expelli potest. Sæpius ille subrepens animum nostrum occupat, & in insidiosas vias nos blande seducit, ut existimemus, nullo in errore viventes, totos in Dei viis nos incedere. Tunc necessarium est, ut statim nobis Lydius ille lapis adsit, id est, dulcissimus ille erga Deum & proximum amor, conscientiæ dictans, quo usque in veritate ambulenius. Et omnium maxime hoc cavendum est, ne quis sibi sit amicus philantos; opera autem danda, ita ingrediamur, ut Deo piisque hominibus nostras in beneplacito virtutes probemus. Atque tunc demum, quando in amore Dei, iustitiaque & obedientia fidei, ita incedimus, tunc, inquam, Christum induimus, qui coronam ex meritis nati-

Mm garitis

garitis concinnatam , coronam scilicet mysterii magni , nobis imponit. Ille coronat nos sophia sua , ut mirabilia eius agnoscamus , in quibus antehac cœci viximus. Velut huic contigit manui , quæ ante tempus denatii nūmeti , quam adhuc in primiatio hæreret , in simplici ignorantia mysterii , tanquam ultimus inter minimos hallucinabatur. Verum , quod auto , quando per ignem probatur , id ipsum & huic evénit. Non sane putrefactio ulla defuit. Vnusquisque pedibus conculcare hanc studebat , quum ipsi primitus corona potrigeretur. quantum laboravit tunc diabolus , ut communiqueret eam , aut prorsus confinderet ! Opstupescens ad talia , gratias habere cogor Iehovæ meo , quoties recordatio machinationum talium mihi subit. Tot instigationes fiebant apud summos. &c. Confidite vero , ô amabiles filii Dei , & ad hanc perficiendam luctam fideliter pergitte. Namque omnes hanc luctam in vita hac propter angelicam coronam subimus , quam olim in capite suo gestabat dominus Lucifer. An vero ille non in furorem abeat , qui ditiones & regna amisit ? perinde ac alius quis veniat , & alii cripiat coronam suam ,

suam, eundemque ad ima detinat, captivumque detineat arctissime. Luctamini vero confidenter dulcissimi filii Christi; Tempus adhuc breve restat, dum sceptrum cum corona obtineamus. Melior Dominus est, quam mancipium vincitum. Afflictiones huius mundi, si quidem ita tolerandum est, ab omni proportione longissime absunt, si cum venturis gaudiis, quæ in nobis manifestabuntur, coparentur. Constituti heic sumus inter cœlum & orcum, in agro fertilis aut angelus aut diabolus ex nobis nascitur. Cuicunque igitur cœluim attridet potius, & angelicam appetit formam, vigilans ille sui sit custos, homo facile in momento fascit: liberam habes voluntatem; quo cunque cas, ibi eris; quale semen eiicis, tale & metes. Hæc sic dictatib⁹ sunt. &c. Haec tenus Teutonicus.

Si iam igitur quis pius & vere sanus non tantum semetipsum hoc modo & sua secum vitæ acta examinet; sed etiam omnes ad infallibilem hanc reipubl. Platonicae normam reliquas comparer politias, & commoda ab incommodis, quæ ex huius ad alias iam constitutas applicatione pridem subnata sunt, abstra-

548 R E S P U B L I C A E
hat: profecto vix vestigia aut Plato-
nicæ aut vere Christianæ inveniet
politiæ. Etenim, quum omnes adu-
latores carnis, & qui in huius servi-
tute ætatem degunt, à fundamento
vero, quod in regno amoris & regno
iræ Dei consistit, abetrent, & so-
lummodo fucatæ nescio cui applau-
dant honestati & saluti, ad quam
oblique tanquam ad ipsum bonum
publicum declinant: sit, ut tales con-
stitutiones abusivæ ad pristinum a-
moris gratiosi statum reduci neque-
ant: Memini optime, quæ ipse i-
puero in aulis passim & rebuspubl.
observavi & annotavi sedulo: quan-
zopœre fucata sunt omnia, & ementi-
tis coloribus depicta: ab amore au-
tem omnes adeo sunt alieni, ut nec
amplius constet quid is sit; adeo si-
ceritatem qui amat, pro ludibrio ha-
betut. Carnales illi adulatores & so-
ra & subsellia undique possident; nec
ad aliud superioribus vacat, quam
talibus ambas aures ut præbeant a-
pertas. Si quis sit, qui vitia interna
vel leviter tangat, camarinam certe
non movet tantum, sed etiam pardos
& leones cum ursis stimulare, imo
& in cavernam formicarum inspue-
gas videtur. Expertus multa perspexi,

acta & facta cum damno perdidici : novi suimmo^s, medioximos, & imos : spectator fui pro inediocitate mea plurimorum casuum. Namque omnes tantisper boni apparent, dum occasio sese aperiat malitiam diu inteme occultatam extendi. Pessimos amicis & defraudatores novi, qui ultra triginta annos celare malitiam potuere, donec desideret lucrum : Ita cum commodo evanuit amicitia. Etiam luporum catulos nutriti saepius ; & plerumque eos, qui Christi nomine religiosissime venditate videbantur, hostes sui nactus leviores. Ita nusquam prope in modum veri amoris vestigia patent. Quæcaussa ? Educatio Platonica nullibi cernitur, nequidem Christiana. Etenim ubinam teneras amorem erga Deum & dilectionem proximi addiscat? quum semper in cœco ethnicisimo ad philautiam retchatur, & occinatur ipsi illud malorum semper caput ; Proximus sum egomet mihi : item ; Ordinata charitas incipit à semelipsa : quam tamen D. Paulus huic falso axiomati ita se opponat ; dicens : Nein, quod suum est, querat ; sed quisque quod alterius est. 1 Cor. 10, 24. & Ph. 2, 4. Quoniam igitur non amor Dei, sed sui

550 R E S P U B L I C A E
ipsius, in maledicta appropriatione
propagetur passim, nec dum de reme-
dio cacoëthi huic Israëlis applicando
spes sit; dum omnes non ex Deo, sed
ex regno mundi, & quidem eius eth-
nicismo, perversas doctrinas pro-
munt, quibus se longe sapientissimos
esse sibi somniant: Hinc ira Iehovæ
merito suam exercit ultionem tantæ
perversitatis, & tot atrocibus malis
malos confundit; nec desinet, quam-
diu malum hoc non curatur aut se
curari non fert. Utinam homines
ad istud Platonis speculum in reip.
forma tandem aliquando recur-
rant; nec nimium credant tam lo-
quacibus seductoribus, & ethnicis-
mi commendatoribus perpetuis, qui
Christum cum verbo suo tam imma-
niter extenuant, & facto ipso con-
temptum habent; aures, inquam, præ
iis tandem obturent: tunc spes foret
alicuius correctionis, sortisve me-
lioris. Nequaquam homines in eo
confirmandi erant, quo suaptespon-
te plenis abripiuntur velis, à philau-
tia pessime dementati; sed prorsus
contraria cura adhiberi debebat. Et
quænam potior aut sanior, quam
quæ ex ipso ore Christi & verbo cœ-
lesti petitur? Huic, huic à teneris
unice

unice assuefaciendi erant omnes. Sic, sic ad se venire & adduci, ac non aliter infantes iubet. *Matth.* 18. Ad quicquid non inde petitur, seductoriū est, & amori Christi contrarium, nec ad naturā sanctiorem cognitionem quidquam facit. Sic falsæ philosophiæ specioso veneno undique vera inducitur, & suam huic illa eripit palmam. Vx autem talibus, qui vel minimam remoram tenebris animis obiciunt, scandalaque tot creant.

Verum hæc de reipubl. Platonicæ meliori deformatione, occasione aliorum, qui in politicis suis scriptis oppugnationem Platonis male primo loco & quasi in frontispicio ponere solent, heic ad calcem eorum quæ de societate privata commentati sumus, inferre revoluimus: quamvis & aliæ subsint rationes; quas suo loco reservamus, ubi de triplici republica Platonis plenius cum Deo agemus: ut tandem agnoscant plures, quantū errorum & calumniarum in summum philosophum commissum fuerit. Etenim in naturæ lumine ea vidit, quæ nulla terminalis phantasia Stagirensium assequi aut intelligere potest. Digne & in vero sensu acci-

pito verba Piccolominii, *eth. grad. 10,*
cap. 2 §. ubi ita ait: Iure itaque optimo Plato, imitatus Deum, naturamque secutus, in optima id ipsum (quod arctiori amoris & charitatis nodo constringitur) esse servandum censuit. Nec Plato huius sententiae primus auctor fuit; sed longe prius id servarunt alii populi. &c.

Quid attinet igitur tam studio futile cum oppugnare, quem potius omnibus viribus cuique commendare deberet sapientior quilibet?

Sed ex instituti nostri ratione nobis nunc ad partem secundam transgrediendum est; ubi de societate civili, & maxime publica, ut & foederibus, nec non in specie de laudibili societate Hanseatica, & eius confederatione, accuratius agemus.

F I N I S P A R T I S P R I M A E.

INDEX CAPITVM.

*Introductio seu Proemium. Pag. I.*Contentorum in hac introduc-
tione conspectus.

| | |
|--|-------------|
| <i>D</i> e Imperij Romani Germanici du- ratione, fundamentis & columnis verū, ciudemque ornamenti il- lustrioribus. & munimentis. Pag. I. | |
| <i>Mutationes & paroxysmi Imp. Roma- ni.</i> | 9 |
| <i>Comparatio Imperij Romani cum cor- pore humano generalis.</i> | 10 |
| <i>Comparatio Imperij Romani cum corpo- re humano specialior.</i> | 11 |
| <i>Membra Imperij Romano-Germanici a- liq interna, alia externa.</i> | 12 |
| <i>Membra externa Imperij quae?</i> | 14 |
| <i>Vires Germania.</i> | 19 |
| <i>Situs & natura Germanie.</i> | Ibid. |
| <i>Statutus Imperij quid & qui?</i> | 25 |
| <i>Numerus Statuum in generali distribu- tione.</i> | 27 |
| <i>Differentia Statuum Imperij genera- lis.</i> | 30 |
| <i>Differentia Statuum specialis iuxta dis- positionem classium.</i> | 32 |
| <i>De civitatibus, tanquam tertio mētro.</i> | 35 |
| <i>M in §</i> | <i>Enu-</i> |

| | |
|---|-----------|
| 554 | I N D E X |
| <i>Enumeratio Civitatum iuxta subfelliā Imperij.</i> | 37 |
| <i>Vera divisio Statuum ex dignitate privilegiorum desumpta.</i> | 38 |
| <i>Civitatum vera divisio, iuxta modernam Imperij Germanici formam.</i> | 39 |
| <i>Optima & boni Imperij nota ex Distingavio.</i> | 44 |
| <i>Circulifive Provinciæ quot?</i> | 52 |
| <i>Circuli cuiusque contentaque?</i> | 53 |
| <i>Ordinatio Circulorum in quibus consistat?</i> | 56 |
| <i>De conuentibus & Comitij Imperij.</i> | 58 |
| <i>Comitia quid & quo nuplia?</i> | Ibid. |
| <i>Universalis Conventus sive comitia in quibus consistat?</i> | 59 |
| <i>Cause & negotia Comitiorum ordinaria.</i> | |
| <i>Ibid.</i> | |
| <i>Extraordinaria comitia que?</i> | 60 |
| <i>Conventus particulares.</i> | Ibid. |
| <i>Conventus Electorales.</i> | 62 |
| <i>Conventus Circulares.</i> | Ibid. |
| <i>Officia publica Eleitorum in comitij Electoralibus que?</i> | 63 |
| <i>De vicariis Eleitorum, qui sint.</i> | 69 |
| <i>De origine Eleitorum Imperij Romano-Germanici.</i> | 70 |
| <i>Conclusionis Proemij.</i> | 113 |

Prima pars tractatus gene-
ralis de Rebus publicis
Hanseaticis.

C A P. I.

DE universitate, communione & ori-
gine civitatum. Vbi insignis ex
hac occasione locus Platonis ex
symposio eius, iuxta Teutonicum,
explicatur. Pag. 115

C A P. II.

Vlterior explicatio loci Platonici de fun-
damentali origine societatis; &, de
mysterio regiminis paradisiaci, sancta
ex Teutonico informatio. 137

C A P. III.

Caput hoc membra continet
duodecim.

Membrum I. De societate universitate,
quid sit; & eius veris sive genuinis
speciebus, & quomodo inter se differ-
ent, opinionis via prius remota, & re
ad veritatem complanata. 158

Membrum I I. Verbum Iehovas minime
à politiciis nego: ijs separandum, quum
unice veras ijs supponat conclusiones.
167

Membrum I I I. Summaria Societa-
tis enumeratio. 171

Mem-

| | |
|--|-----------|
| 556 | I N D E X |
| Membrum IV. Plenior Societatis & solidior explicatio. | 173 |
| Membrum V. De Societate privata. 176 | |
| Membrum VI. De Societate coniuga- li. | 178 |
| Membrum VII. De Societate paterna & filiali, & utriusque officio. | 186 |
| Membrum VIII. De Societate fa- miliae, & eius notatione. | 194 |
| Membrum IX. De Societate herili, & eius potestate. | 200 |
| Membrum X. De iure patrifamilia & patronatus. | 204 |
| Membrum XI. De servitutis speciebus apud Romanos. | 207 |
| Membrum XII. An servitus sit à na- tura? | 209 |

C A P. IV.

| | |
|--|-----|
| <i>De servitute; quomodo libertati sit oppo- sita naturæ? quod exemplis declarant</i> | |
| I. Romanorum. | 212 |
| II. Germanorum mores, antea scimus libertati addicitionum, à Romanis in- fieri. | 218 |
| III. Franci maxime primi servitutis in- troduciores in Germaniam. | 220 |
| IV. Historica deducio, quomodo Sa- xones per aliquot secula libertatem conseruarint suam contra quamvis vim ferti manus: cum correctione ali- quot | |

C A P I T U M. 557

| | |
|--------------------------------------|-----|
| <i>quæ Historicorum.</i> | 226 |
| <i>Error Chronicus Buntingi.</i> | 237 |
| <i>Locus notabilis Reyn. Renecq.</i> | 245 |

C A P. V.

| | |
|---|-----|
| <i>De callida & secreta quadam servitutis durae suggestione, & eius effectibus di- vis.</i> | 252 |
|---|-----|

| | |
|---|-----|
| <i>Privilegium Sigismundi Imperatoris contra nimiam subiugationem iudicio- rum, &c.</i> | 256 |
|---|-----|

C A P. VI.

| | |
|---|-----|
| <i>An iuste Imperator in Florentino refi- teatur ab aliquibus, quæ servitutem contra naturam statuat?</i> | 281 |
|---|-----|

C A P. VII.

| | |
|---|-----|
| <i>In quo servitutis definitio, ut ab Impe- ratore est promulgata, & à ICsis ex- plicata, iuste defenditur, & à calun- nias vindicatur.</i> | 307 |
|---|-----|

C A P. VII.

| | |
|--|-----|
| <i>De iniustitia belli, & servitute eius, disqui- stio & examen.</i> | 349 |
|--|-----|

C A P. IX.

| | |
|--|-----|
| <i>De libertate vera, & servitute Christia- na; quomodo hec accipienda, & quid proprietas.</i> | 284 |
|--|-----|

C A P. X.

| | |
|---|-----|
| <i>De fructibus Christianæ servitutis, liber- tatem demonstrantibus genuinam: de- que occulte subrepentibus servitutis speciebus aut modis.</i> | 423 |
|---|-----|

C A P.

C A P. XI.

*De residuis private societatis speciebus
accidentalibus & accessoriis.* 444

C A P. XII.

*De republica Platonica: quod illa pro-
xime ad Christianismum accedat, &
pra reliquo quam commodissime ad
veram caritatem reduci possit.* 475

C A P. XIII.

*Illustratio reipublice Platonica, ex caus-
sis politice Teutonicae; unde speculum
& comparatio generalis reliquarum
rerum publicarum peti queat.* §28

F I N I S.

S V M M A P R I V I L E G I S.

Illustrium & Præpotent. D.D.Org.
Fœderatarum Belgic Provinciarum
decreto caustum est I O H A N N I
A N G E L . W E R D E N H A G E N I C . C . ne
quis præter illius voluntatem toto
Septennio proximo, his in regionibus
excludat, aut alibi extra Provincias
excusos inferat, vendatve libros hos-
ce, quibus titulus *Tractatus diversi in*
Imperii Romano Germanici constitutio-
nem ciusque Politiam Universalem, &
binc Speciatim maxime in celeberrimum
Fœdus Hanseaticum ciusque Civitates &
Respublic uomnes directi. Quod si quis
contempta authoritate D . D . Ord.
directe vel indirecte, libros hosce to-
ros vel partem eorum excerptim, hoc,
sive alio modo, extra dictum tempo-
ris intervallum typis mandare, vel
impressum alibi in has oras inferte
& vendere præsumpsit ; confisca-
tione exemplarium, multaque insu-
ber, utilarius patet in ipso Privilegio,
damnatus esto, dato Hagæ in conven-
tu D.D.Org. Gen. 9.Septemb.1630.

A. PLOOS A THIENHOVEN.

Ad Mandatum DD.Org. Gen.

C O R N . M U S C H

Privilegium hoc Ioh. Angel. Werden-
hagen I C . C . transfudit in Ioannem
Haire Typographum & Bibliopolem.

Ioh. Angelij
WERDENHAGEN,
I. C. C.

De

REBVSPVBLICIS
HANSEATICIS,

*Tractatus generalis para
secunda.*

CCCLX.

Argent.

*Jo. Maximiliang. Fium
Gingroj. 1631.*

PARS SECUNDA.

De

CIVITATVM

HANSEATICARVM

Fœdere celeberrimo, &
eius fundamentis remo-
tioribus politicis in
genere.

CAPUT PRIMUM.

*De vicis, villis, castellis, & pagis, deque-
corum differentia ac distinc-
tione propria.*

AMICABILE illud so-
cietatis nomen quod late-
sesc, imo latissime, exten-
dat, & quam multas suo
ambitu complectatur spe-
cies, id *in parte anteriori, cap. 3,* satis
indicatum est & ostensum. Nam,
N n 2 *quatuor*

quum in ea rite explicanda tam variis politicorum distinctiones inventantur ; multique partim ex errore & ignorantia , partim ex natura contradicendi , ingenii nonnullis scripto & sermone contentiosis insita , veris falsa commiscuerint : non nihil plenius istuc omnia , hac occasione data & nata , in gratiam eorum qui maiores in pietate profectus adepti sunt , ex veris fundamentis eruere & enucleare sum coactus ; præsentim expertus ipse toties , in quantas tenebra iuventus profanas hominum depravatorum abriperetur opiniones , ex quibus ægerrime se paucissimi , plurimi vero nunquam per totum ætatis spacium expedire poterunt . Veræ sapientiæ seu philosophiæ propter bonos despicientia excitatur . & id quidem magno conatu boatuque agunt illi , qui perpetuis disputacionum clamoribus infausta falsæ suæ terminalis philosophiæ semina passim dispergunt : Vnde fit , ut non tantum adolescentum animi male fascinentur , & à veritatis solidæ studio abhortere discant ; sed etiam venenum hoc pestiferum cum ineffabilibus corruptelis sensim per omnes civitates , respublicas , & regna , in quibus

bustam male edocti sapientes locum
muneris alicuius obtinent, dilatetur.
Ideoque non mirum , quod tam diu
veritatis amor conticescat. Nisi casu
forte aliquo quispiam in faniorem
incidat Auctorem ; pseudophilosofo-
phorum nullus erit , qui selectum
quempiam scriptorem iuventuti
commendet ; ne nimis mature ad pe-
nitiora admittantur arcana : qui au-
tem intentius litteraturæ vacant , ii
omnes ad magnos & inanes com-
mentatores remittuntur ; ne quis fa-
cile deprehendat quo infringere au-
toritatem illis possit. Si quandoque
hoc invidorum secretum levissimo
contactu detegere conatus eram , in-
credibile est quantas calumnias &
persecutiones , non absque periculis
sustinere fuerim coactus. Sic & mihi
Platonis scripta in cunctis suspecta
fiebant primum , & tamen nunc pri-
dem inveni in eo , qualia ex institu-
tione Ægyptiorum & lumine naturæ
ipſi cognita fuisse , vix unquam satis
mirabor. Proinde nullam fidem tuto
haberi illis posse video , qui quoſlibet
scriptores sine modo calumniari aut
condemnare non verentur. Quo magis
hoc factitari animadverto ab iis
quorum fides à cunctis habetur pro

N a ; sacra,

966 R E S P. H A N S.
facta, eo mihi vehementior excitatur
ardor ad veritatem penetrandi.

Egimus autem hactenus de socie-
tatis naturalibus, & quæ iis quam
proxime adhærent; & errores plu-
rimum, (qui nil aliud agunt quam ut
servitutes perpetuae hominibus ac to-
tis corporibus sociorum imponan-
tur,) & maximopere quidem ad au-
reæ libertatis emolumenntum, (ceu
profectores est plane inestimabilis,)
deteximus atque reiecimus. Proxi-
mum nunc est, ut in præsenti de so-
cietate civili agamus. Quæ nihil aliud
est, quam voluntaria plurium ho-
minum, ex aliquot familiis con-
stantium, inque uno loco congrega-
torum, coniunctio aut unio; qui
eum in finem, ut statum publicum
rectius inter se conforment, & rem-
publ. constituant, conveniunt.

In hac autem societate duo sunt
annotanda, quæ ad eiusmodi consti-
tutionem requiruntur; videlicet,
continens, & contentum. Locus
enim omnino requiritur, ubi homi-
num talium unio & coniunctio in-
stitui queat. In hoc autem non tan-
tum continens illud & spaci ampli-
tudo, sed etiam eius circumferentia
& fines, sive termini, considerandi
veniunt;

veniunt : quæ ordine iam pertra-
ctabuntur. Atque hinc , quæ olim
familiarum, ex quibus ea constat, fa-
tio fuerit, percipiendum est; uti recte
& docte Bruning. *de var. univ. Spec.*
th. I, l. A. id explicat. Quum adnas-
centibus , inquit , indies liberis uno
testo omnes non continerentur, plu-
res commodis in locis erexerunt ha-
bitationes , pluresque necessario fa-
cta secessione familiarum duces exti-
terunt ; qui omnes tamen à commu-
ni parente tanquam capite depende-
bant , ipsiusque nutu atque arbitrio
regebantur. Summo familiarum
principi extinto , cum pat in parem
imperium non haberet , uti quisque
inter suos ætate prævalebat , ita prin-
cipio quidem (humanis scilicet ani-
mis insana dominandi libidine nec
dumi infectis) imperium autorita-
temque facile obtinebat. Hi & ipsi,
retum suarum usu & necessitate exi-
gente , vel cum omni familia , vel
certa eius parte, alio migratum ibant.
Hinc, ut dictum , variis pagi variæque
(ut tum quidem ferebant tempora)
conditæ sunt urbes. Sic Cain iterum
divinam fugiens urbem sibi suisque
condidit , quam à nomine filii sui
Hanoch appellavit ; *Gen. 4, 17.* Assur-

Niniven : *Gen. 10, 11.* Posteri Noach, diversas in partes sibi abeundum metuentes, ut gloria nominis sui monumenta iis in locis relinquerent, ingentem urbem & turrim constuerunt; *Gen. 11, 4, & seqq.* Alii etiam quibus in tam ampla hominum societate vivere grave erat, urbibus vicisque relictis, cum suis rus secesserunt, ac rei rusticæ pecuatiæque à tumultibus urbanis remoti operam dederunt. *Gen. 4, 20.* Extincto vero in urbibus, in quibus plures erant familiæ, summo principe, quum partibus iam prope omnibus administratio non difficultis modo, sed pene impossibilis videretur, quem probataæ cæteris modestiæ & iustitiæ opinabantur, sibi elegere; qui nullis primo legibus, sed naturalis tantummodo rationis acumine instructus iura suis redderet. *vid. Pulchre Iohann. Baptiste Afin. in practic. iudic. procæm. cap. 2 de instant.* Civitates vero ipsæ quum multitudine inhabitantium nimium oneratae sibi viderentur, flore incolarum electo, parte sui se exonerantes, novas remotiores in locos deduxerunt colonias. Non nunquam etiam faciem populi alio transferre, &c, ut quodam in loco

loco Cicero ait , sentinam urbis ex-
haurire studentes, promiscuam mul-
titudinem alio ablegarunt. Crescen-
te vero cum multitudine humani
generis eiusdem nequitia , atque in-
satiabili illa imperadi cupiditate , uti
quisque populus potentior , ita vici-
nos imbecilliores opprimendi liceu-
tiam sibi sumebat , nonnunquam
etiam oppressos solum vertere alio-
que veteres colonos migrare cogebat.
Quas infurias ut evitarent , id facere
recusantes , ab aliis vicinis , armatis
precibus ferratisque argumentis (quo
persuadendi genere Theseus Plutarc-
chicus usus est) ad id faciendum com-
pulsi sunt , ut novoruim incolarum
accessione potentiores redderentur
civitates. Urbes vero singulæ cum
plurimum potentiaz se impares fore ,
multumque insuper commodi ex
mutuo commerciorum usu rebus
suis accessuruni cernerent , non de
firmitati tantum amicitiaz fœdere in-
eundo , sed & in unum quasi corpus
coëundo , cogitarunt : quod corpus
quoniam sine capite consistere nō posset ,
electus est qui pluribus præcesset civi-
tibus , iisdemque ius diceret. Du-
plicem itaque rerum publ. constitu-
tionem , voluntariam unam , coactam

alteram, esse, è superioribus consequens est. Coacta fuerunt initia regni Babylonici, Persici, Alexandrici; uti de hoc testantur Gen. cap. 10, Iustinus, Quint. Curt. & alii. Voluntaria regni Romulei. secundum Livium lib. 1. & Halicarnass. Dissent. Bodin. lib. 1 de repub. cap. 6, num. 4^o. quem supra citati, erroru sati superque convincunt. Non tamen omnibus populis eadem arsisit gubernandi ratio. His monarchia, illis aristocratica, aliis democratis potior visa est. qua de re elegantes apud Herodotum in Thalia, & Halicarnass. lib. 2, orationes extant.

Succesu itaque temporis factum est, quod migrationes variæ gentibus varias locorum conditiones monstrarunt; unde sibi unaquæque pro re data paravit sedem suam.

At illud continens merito dicitur receptaculum personarum civilium, quas in uno loco civiliter congregatas in sece comprehendit. Illudque ex institutione conversationis aut cohabitationis, qua inter se coiere, duplex est; vel primum, aucto primo extum.

Continens primum est, quod in primo naturæ momento uti invenitur, ita incolitur & excolitur; unde etiam

etiam postea dependent reliqua , & ut plurimum nomen desumunt. ut sunt: *vicus, villa, arx sive castrum, & pagus.*

Vicus dicitur locus, ubi multorum ades cohabitant: unum ita sunt dispositæ, ut via sit intercedens, qua transitus patet. Vnde etiam in urbe platea dicitur: *uti Cicer. pro Mil. innuit, quando dicit: Nullum in urbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Niloni non esset conductus ad omnes. Quippe olim Romæ urbs in regiones, tanquam in maiora membris, & vicos, tanquam minoria membra, dividebatur, ut ait Ros in ant. Rom. lib. 1, cap. 12.* Et dictus est *vicus*, quod vias circum haberet. Germani vero id dixerè *vvicck*; quasi alter alteri in transundo in eo spacio cominode cedere, *id est, vreicken*, posset: vel quod familiæ ampliaræ ita cederent sibi invicem. Neque ex Latino usum accepit, *ut Meib. vult. in Bardovico suo*; quum Germanis, & præsettim Saxonibus à Sacis oriundis, nihil commune fuerit cum Latina lingua, imo plane incognitam habuerint; *ut ex iis appareat que in superiori huius lib. parte de Germanis adduximus.* Proinde etiam non admodum prudenter ab

eo Cranzius noster refutatur, qui in *Sax lib. 2, cap. 30; & Metropol. lib. 2, cap. 3*, wieck sinum excurrentis fluminis aut stagni dictum fuisse affirmat; quam tamen non adeo incongrue ad similitudinem cedentis pronunciatum figurare hoc sit. Velut idem quoque Beatus Rhenanus & Andr. Althamerus in *comment. suis ad Tacitum, lib. 3 rerum German.* recte inculcarunt; dum à similitudine huius rei non procul aberrant, secus quam Meib. frustra suspicatur. Et ex situ locorum apparet, ubi eius nominis Civitates & oppida aut pagi conditi sunt, & hodie visuntur, hanc illa significationem insinuare. Sic Bruns-wieck, ad flexum Vtri fluminis urbs condita, & quod arci in plateis erectis cedebat. Coswieck ad Alb's flexum & sinum, non procul à Vitæberga, in Principum Anhaldinorum conditione sita. Item Osterwieck in ditione Halberstadensi. Sleswieck in Holsatia ad Sliam sinum maris. Holtzvieck & Gutterswieck in Westphalia; quod sylvis cedant. Sic & in Batavia, ad eum locum, ubi Rheni antiqui fluvius se in mare exoneravit, Cattwieck, & non procul inde in mari alluvio Noortwieck, visuntur.

tur. Sext. Pomp. Festus *de verbor.*
fign. vicis triplicem attribuit in La-
tina lingua significationem. Vici,
inquit, appellari incipiunt ex agris,
qui ibi villas non habent; ut Masi,
aut Pcligni. Sed ex vicis partim ha-
bent tempublicam, & ius dicitur:
partim nihil eorum, & tamen ibi
nundinæ aguntur, negotii gerendi
caussa; ut magistri vici, item magi-
stri paucique pagi; quum priscis sic
annis fuerit. Altero, quum id genus
ædificia, quæ continentia sunt, iis,
oppidisque, itineribus regionibus-
que distributa distant, nominibns-
que dissimilibus discriminis caussa-
sunt dispartita. Tertio, quum id ge-
nus ædificiorum definitur, quæ in
oppido prive in suo quisque loco
proprie ita ædificat, ut in eo ædificio
pervium sit, quo itinere habitatores
ad suam quisque habitationem ha-
beat accessum; qui tum dicuntur vi-
carii; ut hi qui in agris sunt, vicani
appellantur. Vicinia vicinorum cor-
versatio, &c.

Quemadmodum vicinus is dici-
tur, qui vel in eodem vico cum suis,
aut certe non procul ab eo, habitat,
ut eius frequentia uti possimus. Var-
toni quoq; *vicus est,* (*lib. I de ling. L.*)
quod

quod in eo ex utraque parte viæ, domus certis spaciis distinctæ sint. Unde & duplices, urbani & pagani, postea dicebantur: Illi quidem, qui ædibus aut ædificiis connexis conserabant; Hi vero, qui ex pluribus villis domibusque rusticis, spacio aliquantulo ab urbe remoti, nullis mœnibus cincti, coagumentabantur.

Villa autem, modica congeries domorum dicebatur, in quam conveniebantur fructus. quasi vehilla est. *Tholosano lib. 2 reipub. cap. 1, num. 4. velut id recte ex Columella allegavit.* Undevillanus vocatur, qui conditioni colonariæ addictus est, in villa habitans. Et villicatio ipsam negotiationem rusticam determinat, sive villæ dispositionem; *velut Colum. lib. 11 officium illud describit.* Errat heic iterum Meib. in *diel. hist. Bardov.*, qui Germanicum *vullen à villa vult dictum*, & quod deinde pleniore sono hisc enuncietur *vvedeln*, quæ mirabilis foret transformatio; quum tamen Germanicæ linguæ usus nihil prolsus communione habeat cum Latina, & sibi ipsi sit originalis; adeo, ut per hanc in Italia transformatum sit ipsum Romanæ locutionis idioma,

quum

quum irruptiones in eam Germani fecissent. Præsertim autem illis præcis temporibus, quum nihil dū commercii Germanis cum Latinis unquam fuisse, (utpote quibus penitus ad id usque temporis incogniti erant,) nulla Germani ab his vocabula mutuari potuerunt. Ideoque *vallen* non ex alia, sed ex sua lingua, videlicet à *vallen*, id est, à migratione incerta, originem duxit. De loco enim in locum incertis migrate modis, sive palari, est *vallen* Germanis. unde & *vvedeln*, quasi *stabellō vacillare*. Si vero contigit, ut sedem aliquibi locarent, adiecerunt palantes loco illi prædictum *vullen* aut *vvedel*, uti sunt composita ea, quæ invenias in Borchwedel, Steynwedel, in agro Lunenburgico; Soltwedel in veteri Marchia Brandenburgensi; Langenwedel in diœcesi Bremensi, &c.

Qui autem Duces erant aut principales in ducendis familiis, illi suos locos munire præ cæteris vallo solebant, aut sepibus, ut eo tutiores essent ad vim propulsandam. Inde arx dicta est ab *arcendo*; quod irruptiones & iniurias aliorum ita præcavere possent.

Ita etiam castrum munimentum
præsi-

præsidiorum erat , qui excubias agebant , si locum non tutum putarent , ubi etiam caste illis & temperanter vivendum erat ; ex quo *castra* quasi *casta* appellari volunt. *Stevvich.* in comment. ad *Vegetium*, lib. 1, cap. 3. Et *Isidor.* in lib. 9 etymol. seu orig. cap. 3. *Castra* , inquit , sunt , ubi miles stetet. Dicta autem *castra* quasi *casta* , eo quod ibi castraretur libido. Nam nunquam iis intererat mulier : ut eo rectius munere custodiæ absque fallacia fungi possent. Et , *Tacitus* lib. 1 annal. ; *Iuvenem* , ait , urbano luxu lascivientem , melius in castris habeti. Sic perpetuo scriptores militarem castitatem & castrensem notant , tanquam firmissimum disciplinae & fortitudinis vinculum. Et maxime Germani ab omni lascivia & luxuria aberant , vivebantque parce & durtiter. *Castra* autem , ait *Stevv.* in cons. ad *Veg.* lib. 1 , cap. 22 , quidam triplicia faciunt : Temporanea , id est , momentis mutabilia : aut stataria , quibus hostem , dum se in monito loco continuerit , occupare instigas : aut sustentoria , quibus hostem urgente & lacescentem sustineas. *de quibus multa* lib. 5 , cap. 20 , & seqq. *Leo Baptista.* Hinc colligitur , *castra* communice,

nire, locoque idoneo disponere, summi semper Imperatoris fuisse opus; unde pendebat plerumque totius exercitus seu clades, seu salus. Maxime autem requirebatur pabulatio, lignorumque copia: atque ante omniane aqua decesset. Nam quum tota hymene interdum in castris stativa habentur; obsessi exercitus siti in ditionem compellebantur. Ideo, vel ipsis castris ut flumen includerent, vel in vicinia haberent, summa cura prospiciebatur. *in paral. ad Ros. antiqu.*
Rom. lib. 10, cap. 12. Formam vero castrorum Romanorum varie discussit Iulius Barbaranus *off. Prompt. tom. 1, pag. 51.* Castrum autem villam mutatam dici posse Latinis, auctor est Tholosan. *lib. 2 de rep. cap. 1, num. 7,* si castæ & villæ, antea rusticæ, concludantur, ut illarum conclusio vallo vel muro facta vicum magnum conclusum determinet: ac vicus parvus castellum dicatur. Idque fiebat, ait, maxime in agris & pagis limitaneis; quo loci tantum milites castris & castellis præterant; non alii; donec, productis finibus principatus, castra etiam aliorum habitationi cesserunt. *Herod. lib. 4, & Athen. lib. 5, notant,*

Oo quans

quam assidui in bellis gerendis fuerint Scythæ ; cum quibus vixerunt Sacæ, quos & Ptolomæus in Scythia collocat. His propter frequētes migrationes usus castrorum in metatione castrorum maxime est observatus. Unde & manifesta evadit differentia inter castella & arces. Etenim, quum modus bella gerendi propter diversitatem armorum, & maxime machinarum bellicarum, longe aliis esset quam hodie, (quando ex unica inventione pulveris tormentarii totum genus belligerandi mutatum est,) & potissima vis militaris hostium oppugnantium in arietibus & balistis esset sita : proinde arces montibus imposuerunt custodiaz & violentiaz causa ; castella vero in plano campo agebantur, ut iam dictum est. Atque arces muris muniebantur variis modis, pro loci cuiusque conditione; ut partim receptaculum tempore necessitatis exhiberent circum habitantibus, partim quoque inde directio de penderet regiminis. Maxime autem castra vallo cingebantur in planicie, & vallum nihil aliud est apud Thessalon. d. l. quam propugnaculum & munitio castrorum ; quod ex vallis, id est, palis, fieret. Hinc villa etiam, quasi

quasi vallata dici potest in Francia. quibus *une ville* opidum hodie est; *village* autem, diminutivum, *vicus*, *villa*, &c. Vallo antem accessere & fossæ, quibus vallum circumdatur; postea & muri: unde oppida vallata & murata intell. gi possunt, ut mox dicemus.

Pagus vero est receptaculum societatis politicae ex duobus vel pluribus vicis collectæ, absque munitionibus & muro. suntque nūl aliud quam rusticæ domus in unum coagmentatae absque munitione sufficienti. Vox pagi maxime hodie ita accipitur; quamvis olim eius longe alia ratio fuerit, ut *supra quoque innuimus*, ubi toti districtus & præfecturæ ad pagi constitutionem relatae sunt; vēlt in antiquo Saxonum regimine id clarū est, & Iul. Cæs. lib. i de bell. Gal. indicat de Helvetiis. Sunt autem pagi, ut Festus attestatur, dicti à fontibus, quod eadem aqua uterentur. Aquæ enim fontes lingua Dorica *θαγη* appellantur. (est autem magnam partem lingua Latia ex Dorica & Aeolia prognata.) Inde pagani à pagis dicitur. Quamvis latius vocabulum accipiatur apud Ictos, ut is vocetur *paganus*, qui non sit miles, & non

militis teneatur sacramento. *Modest.*
tit. locat. ff. l. si ignorans. Receptius ta-
 men est, paganum dici omnem, qui
 est privatus, ruri vivens, à villa ita
 vocatus; quod (*iuxta Servium*) circa
 fontes villæ condi solebant; sicque
 paganos dictos quasi ex eodem fonte
 bibentes. Itaque pagani proprie mi-
 litibus opponuntur, ut togati saga-
 tis, cinctisque. Sunt autem rustici à
 pagis appellati, quod domi ad turis
 culturam exercendam, & necessaria
 vitæ procurandum, relinquebantur.

Vigili. in tit. Inst. de mil. testam. Et quia
 pagus locus erat, in quo rustici pro-
 pter commoditatem alicuius fontis
 convenerant; nomen hoc postea ad
 omnem societatem politicam ex
 duobus vel pluribus vicos constan-
 tem traductum est. *Quum vero isti*
 homines ita superstitiose gentilismo
 addicti viverent, ut vix inde retrahi
 possent; pagani Ecclesiasticis scri-
 ptoribus sunt, qui Christi pietatem
 non colunt. & ita sumuntur in rubr.

C. de paga. ea nempe ratione. qua
 Christi non sunt milites. Nam in
 hoc posteriori significatu nomen pa-
 ganorum usurpari cœpit sub Con-
 stantio Constantini M filio, Imp.
 ia Oriente, qui circa annum Chri-
sti

sti 337 Imperator factus est. Hinc enim milites non Christianos exau-
toravit, & in pagos remisit. Vnde
& paganum peculium castrensi op-
ponitur. *l. ult. C. de inoff. testam.* Et
in lib. feud. l. tit. 68, §. 2, pagenses di-
cuntur pagi eiusdem incolæ. Παγάπ-
οι apud Iustinian. *edictio 15,* & in No-
vell. aliquoties, sunt qui *l. 49, C. Th.*
de decurion. l. 1 C. Th. de pignor. præ-
positi pagis vocantur. Hinc *l. de suc-*
cis. præpositura pagorum. &c. Vicus
proinde & pagus sic distant, ut vi-
cus proprienihil aliud sit, quam lo-
cus publ. cus utrinque ædificiis cin-
ctus, per quem incolæ transeant; quum
ædes suas ita ad invicem erectas in-
habitent, ut domus sint vicinales.
l. . . ff qui ex vico ad mun. pagus vero
constat ex pluribus vicis, nulla mu-
nitione circumdati. Paganalia au-
tem erant feti & paganæ, & ludi aut
festivitates. *Rosin. de ant. Rom.*

C A P. II.

*De oppido, urbe & civitate, in vul-
garis acceptione, eorumque
differentia.*

Tantum de continentibus primis. Inde autem ortum continens est, quod à continente primo originem trahit. Estque receptaculum minus, vel maius. Minus vero est oppidum, & urbs, &c.

Oppidum quidem nonnulli cum urbe confundunt; sed tamen multis nominibus ab ea distat, si respiciamus primam eorum originem, pri- mainque foundationem, & finalem intentionem. Etenim ex viciis ac pa- gis minime longo labore conficie- bantur oppida; at non tam brevi ur- bes. veluti exempla in Germanorum historiis passim occurruunt. Et inde fit, quod hodie Germanis commu- niter *cyn sleek*, Saxonibus vero *cen pleck*, non est urbs, *cyn stadt*; sed so- luummodo receptaculum, quod qui- dem muro aut vallo est circuincin- etum, attamen non tam plene, quin iterum, si minus foret coniugatio- ni idoneum, deserit possit ab incolis,

præscr-

præsertim autem tunc quando maior violentia superveniat. Yclut etiam oppidorum copia satis ingens est in Germania, urbium autem sic dictarum non perinde: tametsi non plenis quoque oppidis iura sint quam urbis haut deterioria. Quo facit & ipsum vocabulum *städte*, à *stät*. *firmus*, *stabilis*. *frequens*, factum; quasi fititudinem ibi certam frequentia sua stabilissent. Quippe & illæ dicebantur urbes (*städte*) ubi plena in sedem fixissent populi. At oppida successus causa erant; ut opitulationem in principali statione inde acciperent. Atque sic in iure quoque l. 239, §. 6, & 7 ff. de *V.S.* distincta inter se vocabula urbis & oppidi inveniuntur. & l. 2, d. t. Quum enim inter Ictos non conveniret de origine vocabuli oppidi; aliis id ab oppositione murorum, (*iuxta Isidorum*,) aliis vero ab opibus recondendis, non nullis ab ope, quod inde opem contra hostes habere possent defensores patriæ, nomen habere contendentiis; atque post longam examinationem inveniretur, quod oppidum minus esset sufficiens ad vim omnem sustinendam: obtentum hoc est tandem, quod merito ex respectu rei

ipsius oppida denominationem
fuerint ab ope ferenda & sustinenda
aceperissent. quod Pomponius ICrus
in ealge testatur. & *ex Cicerone* Fe-
stus, quando dicit : Oppidorum ori-
ginem optimè refert Cicero *libro primo*
de gloria, etiāq; appellationē usurpa-
tum esse existimat , quod opem da-
rent, &c. Itenī: Oppidum dictum est,
quod opem præbet , &c. vel , quod
ibi homines opes suas conferunt.
Oppidum dicitur & locus in circo,
unde quadrigæ emittuntur. Sic &
M. Varro *lib. 4 de ling. Lat. secl. 32:*
Oppidum , inquit , ab ope dictum;
quod munitur opis caussa , ubi sint,
& quod opus est ad vitam gerendam,
ubi habitent tuto. vel oppida ; quod
opere munibant mœnia , quo muni-
tius essent. Vbi Godd. *in comm. add. l.*
hoc addit : Ideo enim , ait , civitates
murus cinguntur , ut ipsarum ope
hosti resistamus , & ab incursionibus
hostium aliisque malis tuti simus .
Hanc opem ipsa etiam Romæ ferunt.
Munitum quippe à tergo hostem re-
linquere , & ipsam urbem invadere,
tatum non est. Hæc igitu: notatio à
fine & usu oppidorum promanat, eo-
que merito obtinuit, &cæteris, ut po-
te verior, prælata est ; ait Pomponius.

Ex quibus satis evidenter convincitur , proprium oppidorum munus & officium esse , ut principaliori loco , qui urbis nomine determinatur , opem , succursum & opitulationem præbeant . Sicuti differentiam quidem aliquam simul Tholosan . *in lib. 2 , cap. 1 , de rep. num. 4 agnovit* , quando ait : Inter hæc annotari dignum videtur , quod inter oppida & urbes hoc interesset ; quod oppida non essent solemniter atatro cincta ; & , quando cincta sunt , dictæ sunt urbes . Tuitio tamen erat locus oppidi , quam villæ . &c. Et videtur oppidum ex pluribus ædificiis constitisse . &c. Nec obstat , quod Isidorus varie de eo differat , aut potius hinc obiiciatur , urbis nomine omnem munitum locum insignitum fuisse , qui ducto atatro solemniter in circum ita conclusus fuerit , ut cum ex eo actu , quem sacrum putatunt , statim urbs appellaretur . Magna quidem solemnitas hæc dicta fuit ; sed tamen non omnibus gentibus ; sed tantu[m] Etruscis nimium superstitionis . *de quorum idololatrico ritu plura cognosci possunt apud Rosin. de antiqu. Rom. lib. 1 , cap. 3 ; & in paralip. ibid. Proin-* Pe quoque Matth. Steph. *in disc. acad.*

part. i, d. 6, num. 12, non nihil à sco-
po abertat, quando quidem eadem
facit cum urbibus, quum oppidum
que muris & fossis cingatur ac urbes:
Sed quæ contigo sequuntur, rectius
ab eo dicuntur; dum coniuncte ait:
Urbs nobilior; oppidum vilius, &
parva urbs existimatur. Sic quoque
Romani Romam per excellentiam
urbem appellarunt; (ut olim Hiero-
solyma, civitas Davidis vocabatur.
2 Sam. 5, 7, 9, 1 Paral 11, 7. Luc. 2.)
Cæteras urbes & civitates dixerunt
oppida. &c. Et hinc urbs Germani-
ce dicitur *cyne stads*; quum in urbe
hominibus firmissima sit statio, pro-
pter societatem & mutua auxilia,
tum in necessariis rebus comparan-
dis, tum in adversis depellendis. Op-
pidum autem à villa ita distinguitur,
quod villa muris non circumdatur
sicut oppidum. &c. Dum ita vir
optimus usum diversum & opera-
tione in utriusque subiecti agnoscit,
recte facit quod mentem explicit: sed
tamen, quum hæc caussa non sit ul-
tima, ex qua differentia sumi debeat;
non recte idem oppidum cum urbe
confundit. Tum etiam ex situ &
commoditate loci magna sumi debet
differentia, ut mox pacebit. Parira-
tione

tione ergo illi urbs ab oppido, ac oppidum à villa, discernitur; quam hoc loco pro vico aut pago habet. Quod discriminem tamen & superius notatum est. Etenim oppidum sic medio loco se habet inter utrumque; ut auctore, iuribus, usu, officio, fine, communitate sicut & loci, variisque præterea modis, ab urbe non minus ac à reliquo differat. Quemadmodum enim liber Baro, aut Comes, non est Princeps, neque eum representat, quamdiu suo est loco; ita multo minus urbis nomine oppidum venire potest. Sed ex hoc gradu oppidano, nunc ad urbis descriptionem pergemus.

Urbis est receptaculum societatis civilis, ex vicorum pagorumve aut potius oppidorum multitudine constans; communibus munimentis, securitate, & ornamentis publicis, ac privilegiis, exornata. Cic. lib. i de rep.

Nomini huic urbis, alii ab orbe, alii ab urbo sive urvo, derivationem deducant & imponant. quorum hoc posterius auctoritate legis confirmatum est. l. 239, §. 6. ff. de V.S. & l. 2. ff. t. eod Nam, inquit Godd. in comm. ad ban. l. d. num. 16., ut urbs mutis finiatur, omnibus urbibus commune est;

est; cum, auctore Varrone in dictam p.
pupilli &c. ab urvo sive urbo no-
 men, tanquam à communi omnium
 urbium forma, &c. acceperit. &c.
 In quo tamen ille aberravit. Etenim
 notatio huins vocis non à forma, sed
 à caussa instrumentalis, videlicet à
 curvatura aratri, nomen habet. velut
 ipse Ictus confiterat his verbis, di-
 cens: *Vrbum* sive *urbum* est curva-
 tura aratti, & utvare sive urbare est
 arare arattoque definire. d.l. *pupill.* In
 condendis enim urbibus olim aratto
 utebantur, quo futuræ urbis magni-
 tudinem, proportionem, sicutumque
 muro cingendum, definiebant; (*Cæ-*
lius Rodin. lib. 14, cap. 5:) iisdemque
 destruendis inducunt eodem mo-
 do aratum adhibebant; ut eodem
 quo definitæ essent urbes modo, *iuxta*
l. nihil. ff. de reg. I. rursus delerent, ex-
 pungerent, everterent, destruerent,
 quod & Carthago (*l. 21. ff. quib. mod.*
susfr. amit.) & Mediolanum expe-
 tæ sunt. *Naucler. Gunther. & Sebas-*
Franc. in vita Friderici Barbarossa. &c.
Varro, lib. 4 de ling. Lat. Alias autem
 urbs in secunda denominatione non
 incommode, & forte rectius, ab or-
 be, tanquam à caussa formalis, dicitur;
 quod orbis fieret, & circuli instar
 circum-

circumscriberetur in circuitu suo; vel etiam ovalem formam induerent ut plurimam, prout situs loci id admittebat. Formam autem rotunditatis maxime, ob perfectionem suam, amabant; quod defensioni & regimini accommodatio talis videretur.

Consideratur autem situs urbium dupliciter: & physice & politice. Si ergo populi frequentibus commerciis sociandi sunt; quum recumpli. fundamenta in duobus his consistant; necesse est, ut ante omnia sa. lubritas & clementia cœli aërisque temperies recte observetur; &, quum huic rei maxime inserviant venti, omnino ratio plagatum mundi habent la erit. Urbes enim, quæ orientis septentrionisque ventum excipiunt, humidis & pestiferis qualitatibus minus sunt obnoxiae; quum corpora diutius conservent & hilaria reddant, quam quæ se versus occidenteum & austrum extendunt: quævis tamen diversa sic terræ ratio; ut in India orientali perspicitur; ubi ventus aut orientalis aut occidentalis semper habetur; ceu experientia docet, & Belgarum historicæ Indicæ id loquuntur. Quare ad aëris puritatem respiciendum est maxime. Deinde,

ne

ne desit aqua, fluviorum gratissima
alluvies est, quæ quamplurimæ se-
cans affert cominoda. Si enim aqua
sit abundans, purior & perennis, non
vero putrida & palustris, urbe in non
tantum purgat à sordibus, & vapores
nebulosos minime inducit, ut corpo-
ra ita hominum minus subito cor-
rumptunt aut conficiantur; sed et
iam negotiaciones adauger: cum
quoque non poterit hostis arbem ta-
lenti facile ad penuriam aquarum
adigere, &c. Politice vero requiri-
tur tales considerationes, quæ partim
qualitatem, partim quantitatem
concernant. Qualitas maxime in eo
latet, ut locus sit civibus in egressu
facilis, hostibus vero accessu & inva-
su difficultis; nec non civibus tam
tempore pacis quam belli ad civi-
tium actionum omnium maxime
accommodatus. *Theolof. lib. 2 de rep.*
cap. 1. Schonb. lib. 1 pol. cap. 14. Hippol.
à Coll. lib. de increm. urb. cap. 2, 3, 4.
Deinde observandus est locus in am-
plitudine sua, ut à principio quoque
capacitas circumscripti: omnis non ni-
mis sit diffusa, tamen ita disposita, ut
in necessitate possit extendi aut am-
plificari. Ideoque non nimis vicina
maris erit, aut vasto fluviis, ne iu-
uanda

undationibus facile sit obnoxia , aut etiam nimia colluvies hominum eam obruat . In primis vero locus eligendus est fertilis , ut alimenta suppetant civibus , potentioresque effecti inde , violentia extenua rectius se opponere valcant . &c.

Huc referri plura quidem deberent , de moribus civium ; ut ad communem amorem , concordiam , pacificationem & mansuetudinem essent revocandi . sed de his alibi . Item de ædificiis , tam privatis quam publicis , quæ vel ad usum religionis , commerciorum , defensionis , aqueductus , vel iucunditatis & exornationis spectarent . Verum de structura tali urbius insignem scripsit tractatus Hippol. à Coll. Et tit. 11 & 12 C. lib. 8 , de iugant , & Schenbor. d. cap. 14. qui possunt heic confulti .

Quæ autem iura & privilegia urbibus accommodentur , de iis variæ sunt questiones , nec est iam nostri instituti quidquam de talibus move- re . Solummodo hoc non prætereundum , quid civitatis heic nomine eveniat ; quem sèpius urbs , oppidum , civitasque , hodie communè hoc vocabulo confundantur . Cui annexandum , quid metropolis , munici- piūm ,

pium, colonia & suburbium, proprie
vocentur.

Quum nomen civis, qui recte à
Tholosan.lib.de rep.cap.3, num. 19, so-
cius politiæ & morum & legum di-
citur, tam late accipiatur, ut omnes
illi dicantur cives qui non sibi rusti-
corum aut servorum gente compre-
henduntur: factum est inde, ut et-
iam civitatis nomine tam oppida &
municipia, quam urbes, vulgariter
donatæ sunt, ut ita communis sit illa
applicatio. Quamvis etiam in gene-
re Vlpianus l.in orbe ff. de stat. hom. ci-
ves Romanos omnes vocet, qui in
orbe Romano sunt; idque Div. An-
toninus constituerit, (Alciat. lib. 2
disputationum, cap. 21,) ut civis dica-
tur inde, quod in unum cœtum
coëat & sub legibus vivat politicus;
ut Cicero idem afferit: tamen ci-vium
appellatione continentur maxime
ii, qui utuntur iisdem privilegiis, &
similibus civitatis actibus, ac ad ci-
viliorem inorum conversationem vi-
vunt, etiam suburbiorum incolæ.
l. 2. ff. de V.S. & Alex. Imel. rubr. ff. de
sol matr. Exinde membra civitatis,
cives dicuntur. Qui vatiis modis di-
viduntur quidem, ut aut nativitas,
l. 1, §. 2 ff. ad municip. & l. 3 §. 3. d. fit.

manumissio, l. 7. de tit. adoptio, l. 15,
 §. d. t. aut adlectio, l. 7. C. de incol. cives
 reddat: Sed tamen optimo modo ci-
 vies ita dividuntur, quo vel plene &
 proprie cives, vel ex parte, quadamte-
 nus & inpropre dicuntur: *ut id recte
 annotavit Matt. Steph. in discurs. acad.
 part. 1, cap. 6, num. 13.* ubi ita ait:
 Plenus civis iterum est vel originar-
 ius vel assumptus. Originarius est,
 qui iure nativitatis suæ civis est; qui
 ideo necessarius civis dicitur & na-
 turalis. Assumptus civis est, qui non
 plenum & integrum ius civitatis ha-
 bet; sed uno aliquo pleni civis iure,
 non autem omnibus, in civitate uti
 potest. qualis est incola. l. 2c. ff. ad
 municip. qui in aliqua regione domi-
 cilium suum constituit. l. 23y. ff. de
 U. S. Is enim tantum emit, vendit,
 contrahit, foro utitur. l. 27, §. 1 d. tit.
 Ita quoque apud Romanos (*aut Tha-*
los. lib. 1 de rep. cap. 3, num. 21) cives
 erant illi, qui domicilium, tribum,
 & honorū potestatem essent adepti.
 Non ita, qui tantum in domicilio, tri-
 bu, aut potestate solum honorum, ci-
 vitatis ius habebant. Domiciliu[m]
 enim etiam inquilini, & tribum li-
 bertini obtinuerunt; sed non hono-
 res. Qui autem è municipiis fuerunt,

quanquam tribum atque honorum petitionem essent adepti, tamen, qui domicilio catuerant, non ingenui, seu pleni cives Romani, sed municipes dicti sunt. Quod si cum tebus suis migrassent Romani, pleni & perfecti cives efficiebantur. Hinc pleni & partialis civis distinctio adhuc, ut res *affirmat itidem Matth. Steph. d.l.*, in quibusdam locis comprobatur, ut plenum ius civitatis *groesse burger recht*; partialis, *daskleyne burger-recht*, vocetur. Civis itaque partialis extraneus, est vel honoratus, vel confederatus, vel foensis.

Civis honoratus est, cui civitatis ius, honoris ergo tributum est: qui tamen ideo non tenetur ullo imperio civitatis illius cuius est civis honorarius. Ita Regi Galliarum, Helvetiorum ius civitatis dederunt. & Imperator Romanorum, seu summum caput & perpetuus consul reipubl. & urbis Romae, etiam hodie in superioritatis signum cives Romanos creat, pro arbitrio & libitu, quos dignos putat, velut quoque Dux Senatusque Venetianus, longe distis civitatis suarum donant; quam non minoris dignitatis loco, ac Romani olim, habent.

Civi

Civis vero confederatus est , qui
us civitatis ex foedate in quibusdam
consecutus est. Sic mutuum foedus
inter Gentiles & Bernares obtinet,
ut, qui ex foederatis sociis suam dese-
ns civitatem sociorum civitatem
lire volet , ipso momento civis ac
subditus fiat sociæ civitatis , sine co-
optatione & rescripto singulati. *Ed.*
ib. i de rep. cap. 6, num. 69. Cuius rei
in foedere quoque Hanseatico vide-
mus imitationem , ut is ad simile
commercii ius admittatur & habilis
putetur, qui in huius foederis consor-
ti civitate sit natus ; alii vero non
perinde facile ad principale negotium
admittantur , priusquam durissimi
usus mores in Contoris expleverint
ut postea explicabitur.

Forenses vero cives de utroque, in-
quilio videlicet & extraneo, partici-
pant. Forensis vero inquilinus est ad-
venia, qui aliunde adveniens, habita-
tionem in civitate constituit : discel-
sus tamen , & foro , nundinis &
commeriorum iure frui potest , se-
cundum mores & iegescivitatis. Fo-
rensis extraneus est hospes adveniens,
iure hospitii utens pro mercede iu-
sta, quiescendi & reficiendi sui cau-
sa in alienæ reipubl. caupona, taber-

nā, vel hospitio publico, vel private,
proprietio, vel ex tessera hospitalita-
tis. *Alth. pol. cap. 5, num. 18.*

Exinde igitur facile colligi potest,
unde sit, quod civitatis nomine
communi ita urbes, oppida, municipiaque,
& suburbia, hodie appellen-
tur, licet eius significatio longe ex-
tendatur latius, ut admodum in
tam multis notationibus sit ambi-
guus. Etenim si recte examinetur, vo-
cabulum hoc dupliciter accipitur;
ἀκύρως, vel *κυρίως*. *Ἄκυρος*, vicissim
dupliciter; nimis late, vel nimis an-
guste.

Nimis late; ut non tantum ad ci-
ties conversationes hominum eorum-
que iura, sed etiam ad cœlestē re-
gnū extēndatur. unde etiam fide-
les omnes cives cœlestis regni dichi-
runt à S. Scriptura, & concives sancto-
rum in cœlestib⁹. *Eph. 2, 19. Phil.*
3, 20. Atque civitas cœlestis à Deo
fundata prædicatur; Hebr. 11, 10, 16.
Cor. 12, 22. Cor. 13, 14. Apoc. 3, 12. Cor.
21, 2. Cor. 2 Cor. 5, 6. Qua ratione
quoque civitas adpellari sape solet
ecclēsia, hoc est, cœtus, vel congrega-
tiō, non qualiscunque, sed conciliati
in unam societatem communem: onem-
que fidei. unde D. Paulus, ad Corin-
tios,

this, Ecclesiæ Dei, inquit, quæ est Corinchi. &c. In externa vero conversatione, pro omni multitudine indigesta; quæ rationem cūdis materia, & respectum habet ad ordinem aliquem, quo redigatur in melius. ut videre est apud Laurent. Valent. concl. lib. 3 pol.

Nimis anguste & abusive accipitur iterum novem modis. 1. Pro republ. civitatem usurpant Scholastici. 2. Pro populo *sunt Cic. in som. Scip.* quod sit concilium cœtusque hominum. 3. Alii urbem & ædificia civitati dedita opera abstrahunt. quod Relector de scientia Stagiritæ ita affirmat. lib. 1, cap. 5, sect. 5, num. 1. 4. Alii sub eius notionem urbem & populum absque reip. forma contrahunt & concludunt, ut Stagiritam, 3 pol. cap. 2, §. 6, sc. iffe affirmat Relector; quod rem publ. dixerit esse animam & ordinem. scit. 5, cap. 5, num. 2. 5. Civitatis appellatio alias accipitur pro iure. ci-vium ac libertate, qua cives utuntur. Vnde dicebantur oīiū civitate Romana donati. quorum exempla multæ commemorat Cic. pro L. Cornel. Balbo. 6. Item comprehenduntur horti. arg. ff. de procur. l. præsens. 7. Vocatur etiam civitas, quæ habet Episco-

- pum, ut so *distinet*, in illu. & seqq.
 8. Civitas quoque potest appellari
 quæ non habet episcopum. *Alciat.*
cap. pernicioſam. de off. iud. ordin.
 9. Civitas etiam solet usurpari pro-
 mœniis duntaxat & ædificiis, ut
 communis id fert hodie loquendi
 usus.

Civ̄es vero accipitur vocabulum
 civitatis apud politicos & historicos
 maxime pro ea societate civili, qua
 in republica rite conformata consta-
 iusta cohabitatione mortalium. Quod
 sit dupliciter, aut *γῆραχ̄ς*, aut *εἰδηκ̄ς*.
Γῆραχ̄ς à politiciis accipitur pro
 multitudine hominum qui unitate
 in hoc sunt collecti, ut iure societa-
 tis optime & commodissime vivant.
Cak. sc̄iitatis. de sent. excom. lib. 6. Zaf.
l. 2. ff. de orig. iur. Eiδηκ̄ς vero,
 communione usu, *cū ita Montecatinii* in
arg. schol. 10, text. 3 pol. recte adstipula-
tur, accipitur ita, ut simul urbs, po-
pulus & respubl. proportione iusta
 in eius notionem concludantur &
 contrahantur. Vnde etiam vulgo
 sub civitatis nomine intelligimus
 urbanos, cives seu populum mu-
 ris inclusam, qui civiliori vita se in-
 vicem colunt, & iusta conversa-
 tione observant. Atque sic signa
 civita-

civitatis talis tria dicuntur ; area communis , l. 1, § 1. ff. quod cuiusque universi nom proprium sigillum, c. significat & de appell. curia , tanquam locus publicus , in quo negotia tractantur. c. certo loco. ubi Dicitur de prob. Matth. Steph. dis. acad. lib. 1, disc. 9, num. 10. Quod si civitas talis augeanda sit, magnus certe adhibendus est deletus. Nam admittere passim omnes, qui ad eam undique confluunt, populosam quidem , non autem magnam civitatem facit. Quare Socrates non frustra legge cavit, ne parva esset civitas, nec magna, sed una & sufficiens: ut refert Zasius, l. 1, in princ ff. de orig. iur. Quamobrem Cicero in orat. pro L. Flacco eleganter adventitiam illam ociosorum hominum multitudinem appellat faciem civitatis ; ut quae nulli proficit, multos autem oneret, & paupertatem inducat.

Verum quum hæc civitatis notatio , quatenus ita accipitur γραμμής, non sit huius loci ; quum non tam continens quam contentum quid ponat: paulo post ponenda erit. Interim in his varijs significatis civitatis iam acquiescere cogimur. Nihilominus tamen hoc bene notetur , quod nubique & prope in omnibus signi-

ficatis, vocabulum civitatis, (maxime
ubi κωρίως,) sive generice sive pro-
prie & specificē accipiatur, nequa-
quam ita sumi possit, uti omnibus
curiose Relector, tam in Politica sua
quam in Relectionibus intricatis,
passim persuadere cupit; Quod nimi-
tum ea se mater iż loco habeat. Acti-
ter enim propterea Keckermanno to-
ties insultat: quem etiam prorsus in-
scite loqui dicit, & confundere civi-
tatem cum republica, quod non inter
subiectum & finem distinguere po-
tuerit. *Rel. de rat. ord. in pr. num. 6.* &
cap. 5, scilicet. 3, num. 2. Ita civitatem
subiecti, & reimp. finis ac formæ loco
habet. Nam (*ait pol. cap. 6*) civitas
est quasi imateria, in quam respubl.
tanquam forma inducitur. &c. in
Rel. cap. 5; scilicet. 3, num. 7. In quo ta-
men longe crassiorem errorē errat,
quam Keckermannus aut aliis quis-
piam qui errare potuit. Etenim civi-
tas nullatenus est subiectum repu-
blicæ, sed effectum eius præstet, at-
que illud repræsentat quod ex re-
publ. oritur. Nec enim prius civitas
ulla vere dici potest quam sit erecta
respublica, & in multitudini hominū
sive populum introducta. Vnde etiam
crassissimum committit lapsus, dum
ipse

ipse tot accuratas conficeret & ex aliis auctoribus confirmare studet civitatis definitiones , quas Rel. cap. 5, sect. 5, num. 3 o *product* ; nec tamen in ipsis definitionibus seipsum convinci videt. Inter alias ex *Sigon. lib. i de ant. iur. civil. Rom.* talem conficit ; dicens : Civitas est societas plurium vicinitatum imperfecta, quae habet omnia quibus opus est ad vitam beatam. Cui appendit & hauc, quod sit multitudo eorum , qui iudiciorum & imperiorum sunt participes , & vitae usibus necessariis instructi. Quæso ubinam rectius effectum reipubl. exprimere potuisset , quam in talibus definitionibus ? Ait enim , quod civitas sit illud perfectum aut productum ex societate plurium vicinitatum , quæ habeat iam , id est , possideat omnia , quibus opus sit ad vitam beatam. Si habet igitur , quæso unde habet ? nimirum ex perfecto illo , quod res publica introducta in societatem vicinitatum perfecit in iis quibus sit opus ad vitam beatam. Nonne proinde satis clarum est quod societas vicinitatum sit materia & subiectum , cui ea perfectio sit ita addita aut introducta ut hinc effectus ille , quem civitas representat , possit ea habere quibus

opus sit ad vitam beatam? Ita & in altera definitione iam adducta multitudinem ponit eorum, qui iain usibus necessariis vita sunt instructi. Si sunt instructi, iam profecto pater effectus, quem procreavit sic respublica; ut inde sit vta talis, quæ dicatur civitas. Procreans enim non est procreaturn, nec esse potest. Alias duo essent idem. Non igitur bonus ille Relector tam Keckermannum quam semetipsum refutavit. Sed de ulteriori civitatis notatione quid in sua respublica sit, paulo post agemus.

Quare quum iam pateat, quanam acceptione urbs & civitas inter se differant, & quomodo inter se quoque conveniant; restat, ut de speciebus & adiunctis urbis agamus. Vrbs autem sive ciuitas talis duplex est: metropolis, aut urbs communiter sic dicta.

Metropolis dicitur quasi mater urbium, duplarem ob causam. Primo, quod coloniaz ex hac in alia locatae quam filiaz deducuntur. dicta à pútris & Gólis. *Dan.lib.4 pol.cap.2. Pet. Greg.Tolos lib. 2 de rep. cap.1, num.9. Et lib. 15 syntag. cap. 11, num. 4.* Veluti Vlpianus *I.4, §. 4. ff. de officiis procons.*

Ephes.

Ephesum metropolim appellat , &
Modest. l. 6. ff. *de excus. tis.* Deinde,
quod vel caput provinciæ alicuius
referat. uti *lx l. 1. c. 11*, *de metropol.*
Berg. id apparet. uti expresse dicunt
Imperat. Theod. & Valent. , quod
metropolitanum nomen dignitatem
referat , quæ virtuti civium adiicia-
tur , vel etiam ex commoditate alia
sumpta sit. Sicuti Christ. Leheman-
dus *in chr. Spir. lib. 2, cap. 18* annotat ,
quod multæ urbes dignitate metro-
politana donatæ sint propter aulas
Imperatorum aut Regum ; dicens:
Quandoquidem etiam Regibus Ger-
manicæ & Imperatoribus consuetudo
ea fuit , quod raro per anni integri
spacium in certo loco vixerint ; sed
quotannalia comitia iuxta morem
antiquum permutare coacti sunt , &
nunc in Galliam mox in Germaniam
transulerint aulas ; similiter annuas
festivitates in Episcopalibus Imperii
urbibus celebrarent : inde singularia
palatia erigi sibi curarunt , in quibus
degerent per id tempus; utpote Aqui-
grani, Coloniæ , Trevisti , Moguntiæ ,
Wormatiæ , Spitz , Argentorati , Au-
gustæ Vindelicorum , Ratisponæ . &c.
Inter Imperii urbes Romani maxime
predicarunt & in autoritate ha-
buerunt

buerunt eas, in quibus ipsi Cæsares
 vixissent, aut ipsorum Duces aulas
 instituissent; velut in Italia Romam,
 Ravennam, Mediolanum; in Germania
 Moguntiam, Coloniam, Trevi-
 rim: atq; tales vocantur metropoles.
 Vnde etiam factum est, quod Episco-
 pi in talibus civitatibus, propter præ-
 sentiam Cæsatium, aut gubernatio-
 nem eorum Ducum illustrium, pro-
 priariis Episcopis agniti & cæteris
 prælati sint. &c. Sed de horum of-
 ficio, alibi dicendi locus erit. Itava-
 rias ob causas ciusmodi urbes dictæ
 metropoles. & nactæ sunt hanc di-
 gnitatem, vel ratione originis, quod
 suas haberent colonias; vel ditectionis,
 quod præcessent reliquis; vel ra-
 tione defensionis, quod propugnacu-
 la præstarent aliis; vel honoris, quod
 essent præcipuæ, ex communique for-
 te exemptæ. Talis metropolis in Ju-
 dæa erat Silo Samariæ, *Ios.* 12, 5. *Iud.*
 32, 1, 2. &c. Hebron. Postea Ierusalæ.
 Iem. *Sigon.* lib. 1 *de rep.* *Iud.* cap. ult.
 Apud Romanos erat Roma; postea
 Constantinopolis. Apud Græcos A-
 thenæ. *Zutiger. in theat.* vol. 18, l. 2.
 Apud Germanos septem fuerunt o-
 lim; Moguntia, Colonia, Treviris,
 Magdeburgum, Salisburgum, Bremæ,
 &

& Riga : quaque Episcopi quoque propter præminentiam & inspectiōnem illis attributam Archiepiscopi dicuntur. atque inter hos iterum Magdeburgensi Archiepiscopo primat̄s & suprema iurisdictio in omnes Germaniæ Archicpiscopos ab Orthone I Imperat. commissa fuit. *Reusn.* in *Germ.* p. 18. Sed hæc de metropoli. Urbs vero communiter dicitur ea, quam supra descripsimus, & dignitatis huius non est particeps.

Adiunctum autem urbis aut est contiguum , aut remotiori situ eam concernens , sive discontinuum. Contiguum , suburbium vocatur ; quod quasi ab urbe dependet : quin ab una quidem parte suo proprio ambitu circumscribitur ; ab altera vero, qua urbs finitur , non propriis portiis separatur , sed tutelæ murorum urbicorum se submittit: unde & suburbium dicitur , quod patrocinio & defensioni urbis innitatur. Germanice vocatur *vorstadt* , quasi *vor der stadt*. Latinis quoque vici urbani dicuntur , & plerumque communibus civitatis iuribus utuntur. Hodie autem , quum damnosa videantur & belli calamitas ingruat , commodo tempore aut mœris vallisque

finu

606 . R E S P. H A N S. .
simul includuntur , aut alia ratio-
ne removentur. ut ; Exemplum est
in Hamburg , & Magdeburgo.
&c.

Remota sive dissita , sunt munici-
pia , & coloniae. Verum quum ta-
lium respectus & constitutio non
tam in situacione loci quam potius
iuribus consistat ; rectius civitatis
loco reservantur : licet etiam ex su-
perioribus satis colligatur , quantum
earum conditio esse possit : velut et-
iam ipsum indicat nomen , quum
municipium à munere capiendo dica-
tur. *Vide Gell.lib. i 6, cap. i 3. maxi-*
me autem Rosin. de antiqu. Rom. lib. io,
cap. 22, 23, &c. 24.

Tantum de receptaculo societa-
tis civilis orto minori; sequitur nunc
majus.

C A P. III.

De pagis, districtibus, sive territoriis, provinciis, regionibus. Et regnum: quomodo interfere differant.

Maius societatis civilis receptaculum est, quod ex pluribus vicis, pagis, & oppidis, urbibusque compositum est, ut eas in sece contineat. Sunt autem alia diffusa, alia latissime extensa, cum regalitate potentiarum, sive pleno dominio.

Diffusa sunt, quæ quidem in amplitudinem aliquam excurrunt, sed non cum tanta potentia, ut nationem certam absolute complectantur. ut sunt pagi, & districtus, sive territoria.

De pagis autem in strictiori significacione, quando sumitur pro certa vicinitate hominum, qui circa fontis usum in cohabitationem coiverunt; *supra cap. i* legimus, nunc de latiori & latissima acceptione nobis non nihil quoque dicendum erit.

Licet Germani inter Europæ populos antiquissimi sint, tamen in urbibus constituendis posteaiores fuerunt.

runt. Knich. de iur. super. territ. cap. 4, num. 127. quum in fortitudine absque splendore semper per aliquot sequula vixerint. At, ne regnum ipsorum esset absque ordine & discretione certa, in pagis distributi vitam transigeant.

Erat autem pagus tractus sive districtus unius ditionis aut præfeturæ, vel regio quædam, adeoque populi alicuius pars. Germanis veteribus *eyn góvv.* unde *Gévvugraef*, hodie corrupte *Gograef*, Præfes pagi vel regionis alicuius. Helvetiis *eyn Ort.* Communiter *eyn Tfläge*, seu *plaga: Revier*, seu *rivis: Strich*, seu *districtus*. Saxonibus Magdeburgensisibus *eyn Borde*, locus planus & uber. Etymon nominis, affirmante Henrico Bebelio in *Spicileg.*, cum quo facit Georg. Fabricius, *commentario ad poëtas Christianos*, à fontibus; ut supra indicatum est. Unde & accolæ *pagani* dicti. Eadem voce Augustino, Orosio, & aliis patribus, appellati gentiles, quod apud fontes sacra peragerent: *Quemadmodum* idem nostris *Heyden*, quod in ericetis sacrificarent. Moris autem fuit tam Saxonibus quam reliquis Germanis, quoties loci alicuius situm extimare volabant, describant, in quo

quo pago & ad quem fluvium situs esset, & pagus in quo Comitatu. Sic in diplomate Henrici I V. pagus Angeri collocatur in Comitatu Ottonis Ducis.. Erat enim tota etiam Saxonia in Comitatus divisa; quorum Dynastæ, vel Regum Francicorum, vel post, Cæsatum Saxoniorum, aliquumque ipsis succedentium Augg. nomine ius per pagos dicebant, ipsi in burgo aliquo, id est, oppido arcem impôsitam habente, residentes, in quo *mallus publicus*, id est, auditum & tribunal esset. Non autem paris fuerent magnitudinis hi pagi; sed alii aliis porrectiores. Appellatio usurpati desuit circa annum Christi M^c, quoni pagi in Ducatus, Landgraviatus, & Burggraviatus migrarent, ab hereditario iure possideri inciperent. Spangenbergius *in chron. Querfurt cap.* 1. fol. 10, lib. 1. & Ernest. Brotuff. *chron.* Marburg. lib. 1, cap. 4, coniiciunt, iuxta computationes pagi Gyselæ, ubi nunc Marsburgi extructum est, quod in lata significatione xxiv vici unum constituerint pagum minorem. Sed dein, ait Knich. d. l. de iur. turit cap. 4. num. 127, concessit in latissimum significatum, ut sumeretur pro regione, tractu, ditione, curito-

rio, agto, matca: Postmodum *Landvogtiam* dixerunt Alemanni. *Lazius de migr. gent.* lib. 8, fol. 357, lin. 48. Hinc postea inter ipsos pagos talis fuit distinctio interiecta, ut alii minorum, alii maiorum gentium dicti fuerint; ceu isti fuerunt Alemanniz, Belgii, Rhetiz, Curiensis, Alsatiz, Austria. *Laz. com. resp. Rom.* lib. 12, fol. 912. Austria in diplomate Otton. III nominatur pagus Boiariz. *Avent.* lib. 5. Flandria dicitur pagus totalis; atque in ipsa Flandria pagus Felthem. *Duca annal. Holl.* lib. 8, fol. 407. ac Menapiscus pagus in *capitulariis Carols Magn.* pro Flandriæ comitatu sumitur. *Scalig. denotit. Gall.* fol. 107. *epiph. var.* Sic totum Belgium frequentius inferioris pagi nomine indigetatum fuit, à suu, quod nulli ferme montes in eo sint, & fluvii prono cursu in mare ferantur. *Thuan.* lib. 40, fol. 889. Sic pagus tota Hassia dicta fuit. *Aimon.* lib. 4, c. 72. Velut etiam Misniæ pagorum trium, Niseni, Dalamincii, & Glomaci, *Ditmarus* mentionem facit, libr. 4. fol. 35. & lib. 5, fol. 56. Sclavonia amplissima in duodeviginti pagos disperita fuit. *M. Adam. Brem.* lib. 1, cap. 17. quos recte enumerat Meib. in *tratt.* de

de pag. antiqua Sax. 7 & 8 fol. Antiqua enim Saxonia, ut gentes plurimas continebat, ita maxime in pagos maiores & minores distributa fuit ; ut idem Meib. recensuit quamplurimos, quorum nomina pridem exoleta aut penitus corrupta sunt , quum facies totius Germaniae ab co tempore toties immutata fuerit. *Iul. Cæsar, lib. 1 de Bell. Gall. scribit*, Helvetiam totam in quatuor pagos divisam fuisse. In qua vestigia quidecum pagorum adhuc supersunt minorum gentium. Vnde hodie tredecim numerantur : 1. Tigurini. 2. Bernates. 3. Lucernates. 4. Vrani. 5. Smitenses. 6. Unterwaldi. 7. Tugiani. 8. Glareani. 9. Basiliensis. 10. Solothuri. 11. Friburgii. 12. Schaffhusani. 13. Apezzellenses. *Qui atqueissimo fædere intent se conglutinatio hærent* , & aequali iure utuntur ; ut ita communem aequaliter administrent rem pahl. *Sleyd. lib. 3 comm. p. 65.* Siue illam prope formam hodie etiam in confœderato Belgio cernimus ; sed, pro moderno loquendi forma, *provincias* dicunt *provincias*. Ita ex mutatione terum , status quoque sumuntur vocabula, quæ pro temporis usu & ratiocinatione expriment. Velut idem in

aliis synonymis observari datut, & iam in voce territorii ac districtus explicandum est; ad quam nunc progredimur.

Postquam ditiones cum commissariis in populos ex benignitate maxime Imperatorum transierunt in aliquem hereditatis modum, ut qui officiis & dignitatibus praefuerint, cum terra eius parte, in qua dominium & iuris cognitionem seu Comites exercuerant, in heredes suos possent transmittere; inde quoque maioris auctoritatis vocabula, ut comitis essent cum statutis mutatione in observantia apud subditos, sibi sumpererunt & mutuatim sunt. Ditionis vox maxime latitudinem redolet, à dito descendens; ac significat potestatem & imperium. l. 2, § cap. ff. de orig. iur. Huic cognatum est nomen districtus, à distingendo, quod in feudisticis libris pro coercere sumpsumitur; ut in cap. Carol. Magn. Interdum quoque pro territorio usurpatur. Ant. Florent. hist. part. 3, tit. 20, cap. 8, §. 13. velut districte idem est ac praece. Et omnino seres ita habet. l. 7, §. ff. de minor. & l. 13. ff. de procur. Unde districtus, seu districtio, ita à Ictis designatur, quod sit coercendi potestas,

five iurisdictio , quæ magistratu*m* cum imperio mixto iuxta certæ regiobis ac territorii fines conceditur. Sic juris potestas cum regionis aut certa terræ parte in districtu connectitur. Quamvis Saxones voce *Strich* , tractum quendam terræ loco certo adsignarunt, qui ea locutione determinatus fuit , ut supra dictum est . Vult quidem Knich. in comment . suo de ins. Saxon . non prov . cap . 4 , num . 63 , quod iurisdictio , feudum , castrum , territorium , nihil inter se ad fine habeant , quum diversa sint . tamen , cum Can-
tall . & aliis , num . 66 , ibidem , ita con-
cludit : Quantum inter se dissideant
vel convenient , certam doctrinam
dari non posse , idcirco communem
usum in provincia attendendum .
Hippol . de Mars . tract . bann . verb . ci-
vit . num . 19 , 107 , & 152 . Sunt enim ,
aut , quatuor . puta : territorium , di-
strictus , provincia , comitatus . eius-
dem significationis & mutui usus .
Bertaz cons 252 , in add . litt . 4 . Cri-
min . Chop . dell . Andium , lib . 1 , cap . 42 ,
num 6 , &c . Et quamvis videatur ter-
ritorium aliquid amplius censi .
quam diœcesis , (judices enim eccle-
siastici exilium dicere nequeunt ,
quod territorio proorsus destituuntur ,

Q . 3 licet

licet non diœcesi vel districtu destituantur. *Clem. ne Romani. §. sine. de Bleib.* *Chopp. de II And. cap. 39, num. 5, ad fin.*) attamen illud procedit, ait: quando ecclesiastici non fruuntur duplice iure, ecclesiastico & civili, scilicet Præfulis & Principis. quo casu dioecesin & territorium obtinent. *Berett. cons. 3, num. 27.* Sic regio, distio, provinacia, cutia, æquipollent, & accipiuntur pro territorio & districtu, *Schrad. de fud. p. 10, sect. 7, num. 21, chm segg.* Quamvis de provinciis paulo aliter se res habeat, ut mox indicabimus. Territorii autem etymon triplici modo conficitur. Namque alii à terra, quam Varro ab eo dictam vult quod tecatur, quasi *terra* sic, uti in *Anguriu[m] libri scriptum invenitur.* alii, ut *Siculus Flaccus*, à terrendo, quod ab agris occupatis terrent hostes. alii, ut *Isidorus*, territorium quasi *transitorium* vocatum aiunt, id est, situm tauris, vel à bobus & atatro, quasi *terriborium*; opinante *Catone in originibus, lib. 5:* quandoquidem olim possessionum territoria limitibus designabantur. *Luc. de penn. l. 53, num. 2.* *C. de decur. lib. 10.* Vbi vero non excoli potuit, sicuti loca sylvestria, paucosfa, saxosa, montosa, & sterilia,

nullis

nullis necesse fuit limitum regulis obligari . Hinc in legali disciplina (ait Knich. de terris. orig. cap. i, num. 198) sumitur pro universitate agitorum. Nihilominus etiam huic annexit ius terrendi , quod magistratus inter suos fines hoc exercuerit. *I. pupill. 239, §. territorium. ff.d. V.S.* Hinc Flaccus de cond. agror. , inquit: Bellis gestis populi victores terras omnes , ex quibus viatos eiecerunt, publice atque universaliter territorium dixerunt , inter quos fines ius dicendi esset. *Camill. Borell. conf. 86, num. 7, fol. 138, edit. Ven.* Itaque territorii vocabulo intelliguntur ii qui intuitu iurisdictionis terreni possunt. *Berojui conf. 22, num. 20, vol. 3; Cont. de feud. tit. de orig. & lib. feud.* Ius illud terrendi , id est, potestate in dicendi ius , vel administrandi iurisdictionem , Romanis per Magistratus suos expediebant : quod postea , constituta Monarchia , & translatio Imperio , aliam quoque, cum mutatione dignitatum, pro meteci usque seculi , figuram pedetentem induit. ut docet Knich. d. l. *Vide secund. in comm. de Sax. non prov. iur. cap. 4, num. 71, & seqq. quomodo tripliciter consideratur. De territorio oppida-*

rum & civitatum, item iudicium, extat l. 3, §. non perpetua ff. de sepul. viol. l. 1, §. si quis ff. de leg. l. l final. ff. de iuris dicit. Non vero incommodo hodie ad limitata territoria referuntur dynastiae, baronatus, comitatus, & abbatiæ inferiores. Chr. Matth. lib. 1 pol. p. 180.

Nunc itidem vox *Provincie* cum eius descriptione examinanda nobis venit; quum pleniū quid dicat, & merito ducatibus principatibusque ad similetur, ut hodie eius fert usuratio. Provinciæ igitur usus & nomen maxime Romanis proprium fuit; quod ex ipsa vocis huius etymologia apparet. Namque inde, *inguit Festus*, appellantur provinciæ, quod populus Romanus eas, provicit, id est, antevicit. Alii quasi *prosulviæ* volunt. Knich. encyclop. cap. I, num. 131. Sed postea factum, ut non tantum eas regiones, quas debellarant penitus & subiugaran, provinciarum nomine salutarent; sed etiam in quibus Imperator Romanus publico nomine bellum administrabat. Attamen non omnes regiones, civitates, & populos. cum quibus Romanis res fuit, eadem subiugationis duritie tractant; sed prout

prout se adversus popul. Romandum gesserant, ita pro suis quisque metitatis leges accepit: Ac, ne vincendo prodigerent ius suum, sane non sine maturo consilio, certain cuique loco & regioni gratia aut pœnæ constituebant portionem. Etenim quum omnis beneficij ac honoris arbitrium esset penes Senatum, imperator aut administrator belli tenebatur, de superatis hostibus, atque regione in potestate adducta, omnia integre litteris explicare Senatu: tum hic ipse de mulcta ac præmiis eorum, qui vici etant, secum consultabat, ac, quid sibi placeret fieri, Imperatorem admonebat, decem aut quinque legatis Senatoribus ad eum missis, ut ex eorum sententia de hostibus & eorum regione aut civitate statueret. Quibus mandatis acceptis, Imperator aut ex certa Senatus, si ita præscriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem legatorum sententia, viatis gentibus vel ignovit, aut in provinciæ formam rededit. Quibus culpa ignoscetur gentibus, libertate donabantur, reliquo iure constitundi magistratus iuxta propriam consuetudinem, iuxtaque leges autonomicas, attinen ut tributum certum

. Q q s exolve-

exolvereht. Tributum autem duplex fuit : unum pecuniae ordinarium; quod in caput atque in solum impositum quoctannis exigebatur : alterum extraordinarium ; quod aut ex lege , aut ex Senatus consulo , pro usu provincie aliquando imperabatur. &c. Cujusmodi inventiones variæ erant ; exque aut apertæ , aut secrete : qualis hodie supra modum argutas in Belgio reperias ; quæ nemini aliter quam secretorum instar cognoscenda permittuntur. Immune quidem & libertate donata tales dicebantur regiones , reges , aut civitates : nihilominus fœderis pacta inter cum victoribus cogebantur , atque prout fœderis leges æquiores aut iniquiores fuerunt , ita quoque diversa fœderum genera invexerunt. Cum Regibus tamen ut plurimum benignius transegerunt. Sic Attalus Asiam testamento legavit populo Romano , hac conditione , ut legibus suis uteretur , neque in provinciæ formam redigeretur. *Flerum lib. 2, cap. 20.* Iudicata quoque hoc beneficio donata fuit , ut autonomiani religionis , quam flocci pendebant Romani , immo & pro stulta habebant superstitione , sibi referarent ; ut ex aliis Apoll. apparat,

cap. 18, 14, 15. & 25, 19. & 26, 24.
Marcellin. lib. 14. In provinciæ autem
formam illa redigi dicebatur terra,
cuius incolis Imperator omnes adi-
mebat immunitatis leges, magistra-
tui Romano, quotannis ab urbe mit-
tendo, eos plenarie subiiciens, ac ve-
ctigalia conventusque constituens,
interdum etiam alias imponens ser-
vices; qua ratione simul & iure
magistratus sui spoliabantur. Qua de
causa in singulis provinciis diversæ
diœceses, sive diversi conventus, at-
que diversa forâ constituebantur, eis-
que suæ civitates attribuebantur,
quæ eo, iuris à magistratu Romano
poscendi causa, convenirent. Ex quo
intelligi potest, universam provin-
ciarum rationem fuisse, ut vectigalit
esset, atque magistrati Romano po-
puloque obœdiret. Quæ penitus in
servitutem redactæ erant regiones,
aut civitates, stipendiariæ; quæ ali-
quid penderunt Romanis, immunes;
quæ libertate donatæ, fœderatæ præ-
cipue appellatae sunt; sed sic ex fœde-
re quid debebant. Libertæ autem di-
cebantur, quæ nil omnino solvere-
rent. Sed tamen provincia nulla fuit, quæ
non Romanum Prætorem ac Qua-
storum habuerit: illum, qui ius di-
ceret;

ceret; hunc, qui vectigalia & pensiones procuraret. Nec non & ipsarum provinciaruin duplex hinc divisio fuit. Nam stanterepubl. aliæ consulares, aliæ prætoriæ fuerunt. Imperio vero constituto, aliæ populi Romani, aliæ Cæsaris factæ sunt. Provinciæ consulares erant, quæ ab iis, qui in urbe consulatum gesserant consulari imperio obtinebantur, & proconsules dicebantur. idem etiam in prætorianis provinciis sic se habet. *Vide Rosin. de ant. Rom. lib. 7, cap. 42.* Et, quum officia provincialia maxime essent proficia, adeo ut cotidie novas comminiscerentur munera mutationes, legationes, missitaciones, quas agnatis, consanguineis, affinitate propinquis, aliis identidem alias deputarent; factum hinc tandem est, ut isti usmodi provincialia munera vulgo ab acutioribus in proverbium traherentur, quodvis proficuum munus *provincia* appellando. *quod facile colligere est ex Ros d. l. cap. 42;* tale quid etiam inuente ubi de Comitatu adiutorum agit. Hinc quauis tertia significatio *provincie* adiecta est, quæ ab administratione provinciæ desumitur, ita ut tale munus determinet, quod sit cum insigni lucro.

lauro & dignitatis existimatione coniunctum. Velut etiam hodie exempla satis evidenter sunt ante oculos omnium, quæ nemo negare audebit. Etenim unde tot Provinciæ, Principatus, Ducatus, Electoratus, Superiores Abbatiæ, Episcopatus, Archiepiscopatus, emersissent, nisi tam pronus fuisset populi favor, & Imperatorum splendida munificentia, quæ cum provinciis summa iura possessoribus suis concessit?

Ex his iam satis patet provinciarum ratio. Supereft, ut de regionibus sive regnis, & imperio, pauca agamus, tamquam de receptaculis latissime diffusis, & nulla limitatione dominii coangustatis aut constrictis. Verum quum ex iam dictis satis patet, quantum distet provincia à regione; non opus erit pluribus id explicatum dare. Etenim regio provincias & districtus in se continet libere, nulla cum limitatione restricta, supremum simul dominium sceptri suis terminis inclusum tenens; adeo ut incolæ capiti suo libera praestent membra à quo dependent: quod in provinciis aut territoriis non est absque respectu. Regnum enim, ait Don. Garf. Mastril. de Mag. lib. 4, cap.

13, num. 4, f 42, dicitur caput dignatum; Ducatus vero, & similes, appellantur illius membra. Quamobrem etiam Rex tam multum potest in regno suo, ac Imperator in Imperio; quam respectu suorum subditorum sit tanquam imperator & monarcha. *Idem lib. cod. cap. 1, num. 3, & 4.* Rex loco domini habetur, & regnum magis adsimilatur dominio, quam simplici regimini; *ut voluit Bald. consil. 271, num. 3, volum. 1.* *Mars. d. lib. 1, cap. 4, num. 6, & 7:* quam auctoritatem primæ originis in se contineat. Principio enim regnum gentium & nationum penes reges imperium residebat, *as Pet. Greg. Thal. lib. 6, cap. 8, num. 4.* quos populus ad fastigium huins maiestatis cœvextat, unde iura regimini distribuebant & communicabant suis. Maiestas enim nihil aliud est, quam potestas summa regendi tempore publicam. *Barr. de fundand. stat. resp. cap. 1, & 2.* *Eys. fidel. de Regal. cap. 1, num. 26.* Quin ipsum regere nil aliud est, quam rem agere, scilicet populi, *ut affirmant Icti.* velut inde metaphorice fines dicuntur regi. Atque ex hoc satis manifeste, *regionis* nomen unde sit, clucessit, quod, priusquam proximis

vinciæ fierent, regiones sub regibus essent, atque ab iis regerentur. Postea vero, à similitudine eatum regionum, in quas orbis dividitur, maiores in urbe partes *regiones* appellari cœptum est. *Rosin. de ant. Rom. lib. I, cap. 12.* Quam similitudinem quoque medici sequuntur, &c, ad imitationem macrocosmi, etiam microcosmum, hominis videlicet corpus, in suas distribuere solent regiones: quod non fit aliter, quam patabili-
ce. Mirum igitur, quod Alth. in *As-
casol. lib. I, cap. 33, num. 3,* regionem & provinciam secundum propria locutionem: provinciam item & quamlibet civitatem, habentem dis-
tinctum & separatum regimen & territorium, eadem esse voluerit; quum tamen in his & ipse tantam differentiam statuat, ut neque in origine, nec amplitudine modove regiminis, nec iuribus potestatis & dominii, cum provincia convenire afferat: *ut ex iam dictis patet.* Nec certe circulos Imperii Knich. in *cmm.* de *Sax.* non *prov.* *iur.* provinciis adsi-
mulat, *cap. 2, num. 2:* quum propter amplitudines & regalitates iis inhæ-
rentes, melius regionibus aquipa-
tentur; quum Electores Imperii Re-
gibus

gibus dignitate non cedant , iuxta
Dd. consensum ; & ipse Kn. *ibid. cap. 3,*
num. 35, & 36 , Electorale fastigium
 augustius quam Praefectorum præto-
 rio faciat . Quippe in ipsorum poe-
 state est leges fundamentales Impe-
 ratori proponere & conservare : unde
 multo magis in suis ditionibus con-
 stitutiones promulgare , contrarias
 mutare , abrogare ; novas constituere ;
 etiam iura communia tollere pos-
 sunt . *Knich. de territ. orig. cap. 1, num.*
397. Non immerito igitur Circulos
 imperii regionibus adsumulamus . Vbi
 simul hoc bene notandum , quod in-
 ter regionem & ipsum regnum , mul-
 tum intersit . Regio enim territoria ,
 provincias , & districtus , localiter in
 amplitudine sua complectitur : Re-
 gnum vero effectum totius regiminis
 in constitutione sua declarat , velut
 civitatem reipubl. effectum suæ de-
 terminare superius diximus .

Restat nunc omnium latissimum
 receptaculum continens , quod meri-
 to universale territorium , sive com-
 munia nomine imperium diciplus
 Romanum ; quod omnes regiones , di-
 strictus , provincias in sece continet ,
 adeo , ut etiam eius termini non pos-
 sint semper eodem modo circum-
 scribi;

scribi ; sed , velut de universitate hoc
verè pronunciant , quod semper ma-
neat ; ita quoque imperium semper
permanet in terris externe. Knich. in
tract. de vest. pacif. i , cap. 2 , num. 208 ,
& 209. In cuius rei signum Impera-
tor globum gestat cum cruce aurea ;
ut supra in introduktione à nobis di-
clum est.

C A P . I V .

*Determinis, sivebus, & limitibus cuius-
que circumferentie & loci conti-
nentis; deque coram iuri-
bus & privilegijs.*

DE spacio contento plage terrestris,
quot nam regiminis modi heic
introducantur, quibus & delimitantur
terminis, quibus item reipubl. figuris
receptacula sua implicite illa præ-
beat, hactenus equidem egiunis pro
temporis ratione : verum quoniam nul-
lus circuitus aut circulus absque pe-
riphera detur, & expressione sui am-
bitus, necessum est , ut termini vel
limites , sive potius fines eiusmodi,
breviter heic etiam perspiciantur.
Etenim saepius inde tot lites , discor-
dia , & concertationes cingunt , ut
Rr ingeb-

ingentia bella non raro concitent, & varias difficultates atque confusiones pariant. *Besold. pol. cap. 12, n. 76.* Dum igitur regiones & territoria variis suos terminos habent ; cognoscendum est, qualesnam esse possint. Sunt vero aut industriosa & hominum labore signa apposita ; aut quae natura interseruit, & quibus terram a terra ita discriminavit. Et heic catenus Hieron. de Monte, *track. d. fin. regund. cap. 1*, intelligendus est ; quando ait : Territoriorum divisiones a jure gentium introductæ sunt ; quia genus humanum eas conservant, propter iurisdictionum divisiones in publicis, velut etiam in privatis, ad denotandam possessionis distinctionem , sunt inventæ. Ideoque terminus, limet, vel confinis ; dicuntur signa demonstrantia finem. *I. 2, in princ. ff. determinat.* Vnde fines regi dicuntur, quando propriis ager quisque finibus terminatur ; inde, quod ad terminos constituendos, vel fines dirigendos, inter eos, qui confines agros possident, datur judicium finium regundorum, & de regundis finibus. *ut C. & ff. de fin. reg.* Quam ob causam olim collegia agrimensorum fuerunt instituta, qui fines regerent,

& limites dirigendo dignoscerent ; ut liqueat ex constitutione Theod. Valchit. Imp. l. præcipimus. ff. de sepul. & Imp. Const. l. 3. C. de fin. reg. qui mensores Vlpiano dicuntur. l. si irruptione. ff. d. 3. Rutg. Rul. de comm. lib. 6, cap. 3, n. 16, 17. Mos est vetustissimus, tam in publicis quam privatis, ut eius origo ex Sacris pateat litteris. Etenim Gen. 28 dicitur , Iacobum erexit lapidem notationis suæ , & infudisse simul oleum. Ita Iosu. 2, & 24. Iehova mandat erigi duodecim lapides. Prov. 11, 18, ait Salomon; Ne moveato terminum antiquum. quem aptarunt maiores tui. Item, Prov. 23, 10. Ne moveas terrinum antiquum, & agros pupillorum ne invadas : nam vindex eorum potens est. Velut ipse Iehova id præcipit per Mosen , Dent. 9, 14; & 27, 17. Quem modum etiam antiqui Romani habuerunt , & adeo sanctè observatunt , ut quoque exTermino idolon sibi fecerint, quod in Capitolio suo coluerunt. Ros. de ant Rom. lib. 2, cap. 20. Singularesque leges constituerunt, quas agrarias vocavit; ut idem Ros. lib. 8, cap. 9, eas rescripsit. Qui mos etiam Græcis fuit, ut ex Plat. lib. 8 de ll. cognoscere licet; qui non solum magnos lapides , sed etiam

paruos in consideratione fuisse testatiss.
Plin. l. 18. & Dion. Halicarn. lib. 2 de
ant. Rom. & Serv. ad lib. 12 Virg. heic
consuli possunt. Hinc nomina terminis
varia, pro cuiusque gentis consuetudine,
indita sunt: maximum vero
cos vocarunt lapides finales, ad di-
guos: endos agros. §. fin. Inst. de off. Iud.
Paucos autem, territoriales terminos
dixerunt, Boët. lib. 2. Geometr. prout
eum citat Cuiac. 10 obs. 2. Coras. in lex
hoc iure. ff. de iust. & iur. Quandoque
saxa, quæ terminales lapides vocan-
tur, sunt pro limite; Landgrenz-
stejn.

Porro, & civitates vel castra, pro-
 vinciae aut regiones, varios terminos
 habent: videlicet aut mare, vel ripas
 fluminum intercurrentium, vias re-
 gales, montes, aut muros, stipites,
 speculas, valles, fossas, aggeres; *land-*
uebren, *landgräben*; *velut Hieron. de*
Mont. d. tralß. de fin. reg. per 14 cap.
ubertim de ijs agit. & Rul. d. lib. 6 de
com. cap. 1. usque ad fin.

Tuin, qui termini interpositi fue-
 runt studio, ii vel privatos vel pu-
 blicos fines constituant & discrimi-
 nant: *Velut omnium optimè ex*
Germanica lingua patet. Etenim vul-
go & generaliter, indifferenti locu-
tione,

tione, præsertim etiam Saxonico iure, vocantur *mahlſteyn*; quod à Germanico *mahl*, id est, signum, & *ſteyn*, id est, lapis, compositum est. Sic dicuntur & *bannſteyn*; quum *bann* extremitatem denotet; velut *banniti* dicuntur ii, qui finibus excluduntur; *Gail.* i *de pa. publ.* i. vel à vocabulo *bahn*, quod semitam significat, quasi lapides secernentes agros. *Lendrecht* art. 50. item 59.. *Sachsenspiegel* paſsim. *VVechn.praſt. obſ. lit. G.* Alias si publicus territorii aut regionis terminus notetur, sunt vocabula *grenz*, *landgrenze*, *marck*; unde *Grenzſteyn*, *landſteyn*, *landwehr*, *marckſteyn*; & terminatus, *marck-scheydung*; integri districtus, *veldmarkung*. *Petr. Heig.* g. 2, n. 57. &c. Eiusmodi lapides publici & signata cum cura positi sunt, ut signa ex carbonibus, lateribus, ovis, &c. quasi in rei testimonium, alia ipsis sint adiecta; ceu Iacob oleum infudit iis lapidibus; ut *supra notatum* est. Hisce consimiles sunt lapides aut pali, quibus discernuntur termini venationum, & iuris lignandi; vulgo *iaght* & *förlaghten*. Item lapides decimorum, *zehendrentzen*; & termini præfecturarum, *ampigrentzen*. Et hæ species inter publicos.

referuntur terminos.

Privatorum autem lapides dicuntur *schezdsteyn*, limites, vel *guetterney*; qui aliquando cruce, aut charactere aliquo, aliave nota, signantur. Sunt etiam lapides angulares, *ortsteyne*; qui principium & finem indicant; qui uttingue notas gestant, & exprimunt indigitationem dominiorum. Quoties lis oritur, signa eiusmodi accurate observantur. *Rul. com. part. 2, l. 6, c. 3, &c. Gilhaus p. 1, c. 6, art. 2, §. 10. vide Rosin. lib. 8, cap. 9, circa finem.* ubi quoq; de pœnis agit cuiusque qui cōtra illa deliquerit. Velut etiam egregie de hoc utroq; agit Knich. in tract. de iure superioritatis, cap. 4, n. 265, & seqq. qua solemnitate limites, ut auctoritatem publicam & fidem mercentur, ex auspiciis Centugaviorum per designatos apud Germanos constituti fuerint. Vnde illos olim apud Romanos ex sacra rei determinatione, qui terminos movissent agrarios, licitum fuerat ex Numæ Pompili sanctionibus impune intcrimere. *Connan. lib. 1, cap. 12, n. 3.* Verum, talem rigorem legumlatores postea temperarunt, ut ratione amotionis, avulsionis, mutationisve pœna condigna interrogaretur delinquenti. *l. 2. &*

pàsim.

passim ff. de term. mot. Saison. de consul.
Turon. tit. 1, §. 1. gl. 3. Damb. cap. 127
pract. crim. Constit. Caro' in. 114. Ex-
variis statutis varias pœnas deducit
Bonifac. defiuit. §. 9, n. 79. Nostrate
iure violatoribus terminorum con-
stituta est pœna exiliis xxx. solid. si n
atim scienter & dolose delictum
committatur, arbitraria mulcta obti-
nct. Gloff. vero sap. art. 28, lib. 2,
in violentum & temerarium termi-
norum amotorem capitis suppicio
anuinadverendum esse adserit. Fachs.
diff. 65. &c. Coler. autem decis 145,
n. 6, arbitrariam pœnam statuit. vide
Alth. in Dicæolog. lib. 1, cap. 117,
num. 35.

De huminibus autem publicis &
 mari idem dici & affirmari omnino
 nequit, quotum ratio plane diversa
 est. Iehova quidem terram homini-
 bus dedit incolendam, Psal. 115, 16:
 Terminum vero ipse circumdedit
 aquis, donec lux & dies transcant.
 Job. 26, 10. Ita & ipse Iehova loqui-
 tur, Job. 38, 8, & 10: Ego obstruxi ina-
 reportis, quum fluctuaret ex ventre
 mattis suæ egrediens. Posui autem
 ei terminos, circumponens claustra,
 & valvas. Velut etiam post diluvium
 omnibus simul hominibus cōmune

terum dominium & possessionem tradidit. Quare simul omnes gentes id, quasi in conscientia convicti, hec confitentur coguntur, quod rerum inanimatarum communium occupatio atque proprietatis vendicatio nulla sit catum, quas natura communes esse voluit, quæque ex his naturæ sunt. Ac ut confessioni huic nihil subducatur, I Cti in §. 1, *Inst. de rerum divis.* legi divinæ & naturæ subscribere con-
guntur. Distinguunt quidem inter res singulorum, & res communes: ac aërem, aquam profluentem, & mare, nulli approptiant. Audiatur antefi-
gnanus omnium Joh. Borch. in com.
ad Inst. lib. 2, §. 1, Paulus, ait, littera nullius esse tradit. & l. 1. ff. *de rer. di-*
vis. Ibi Caius publicas res in nullius bonis affirmat. Inter communes au-
tem res priuam ponitur aëris, quia ita dictus est, quod, quæ circa terram sunt, à ipso, hoc est, elevat; vel quia aëris p̄s, hoc est, semper fluit, &c. A-
quam autem intelligimus profluen-
tem; *hoc §. n. l. 2, ff. de rer. div.*, quia aqua non profluens communis nob̄ est. Ac recte Theophilus τὸ ὑδωρ τὸ
ἀέραν τεττι. Et debent hæc duo,
aqua profluens, coniunctim legi, non separatum, ut quidem male tradide-

runt. Ac differt aqua profluens à flu-
mine in hoc , quod aqua profluens
commune nomen est , flumen publi-
cum. Usus vero utriusque communis.
Et in eo communia & publica con-
veniunt. Ac quidem usus aquæ pro-
fluentis communis est, quatenus eam
sumere & uti eadem ; fluminis , qua-
tenus in eo piscari , & per ipsum na-
vigare. cuique liberum est. *Jacob. Cu-*
iac heic. Tertio inter res communies
Imperator numerat mare, & ideo ne-
mo in mari piscari aut navigare pro-
hibetur , & adversus prohibentem
competit actio iniuriatum. *l. §. si quis*
in mari. ff. ne quid in loco publ. l. ini-
riatum, § ult. ff. de injur. Denique lit-
tora quoque communia sunt , *d l. 2,*
ff. de rer. div. &c. quia accessorium
sunt maris , & accessorium sequitur
naturam principalis. *l. 2, ff. de pecul.*
legat.c. accessorium.d. R. I. in 6. Ad litt-
tus igitur maris accédere quivis po-
test , non piscandi tantum gratia, sed
et iam ædificandi & occupandi cau-
sa. *l. quod in littore. ff. de acq. rer. dom. l.*
an littore. ff. ne quid in loc. publ. Et quod
in littore quis ædificat , ipsius effici-
tur. *d. l. quod in litt. & l. quamvis. ff. eod.*
in tantum , ut & soli dominus con-
stituatur, qui ibi ædificat ; sed quam

dū ædificium manet ; ædificio col-
lapso, quasi iure postliminii, reverti-
tur locus in pristinam causam, & si
alius in eodem loco ædificaverit, eius
fiet. *l. in tanum. ff. de rer. div. & d.l.*
quod in litt. ff. de aeg. r. dam: Quare
videant illi qui contrarium heic sen-
tiunt, quomodo se in falsa opinione
defendere queant. De fluminibus pu-
blicis, *ait Besol. in pol. cap. 12, n. 78*, si
limites (hoc est, si inter duas iurisdi-
ctiones seu in confinio duorum terri-
toriorum) sint, id est observandum,
ut in dubio præsumantur esse com-
munia ; & proinde iurisdictionem
cuilibet territorio competere in ipso
fumine, usque ad medium. *arg. l. 19.*
ff. com. divid. l. fin. ff pro socio. l. arbor.
ff. de rer. div. Bart in trall. de suminib.
vers. acquiritur. num. 8. Cæpoll. trall.
d. servit. rust. c. 13, n. 14. Sicut etiam
ad mare si provincia sit, territorium
dicitur habere in mari. *Cæpoll. d. l. c.*
26, n. 26. &c. Piæterea si fumen pub-
licum duo dividat territoria, & id
alveum mutet impetu aquarum, ob
id territorii fines non mutantur. *arg.*
l. 18, §. 4. ff. de dam. infest. l. 1, §. illed. l.
3, §. 2, ff. d. aqua cotid. cum simil. Nec
alluvionis ius in iurisdictione vel
territorio vindicat ubi locum : hoc
est,

est , iure alvei derelicti , territorium
haud augetur. &c. Verum etsi (*in-*
quit Rub. lib. 2 de comm. cap. 9, num. 1.)
piscatio omnibus sit communis ; §.
slim. *Inst. de rer. div. l. nemo ff. eod post*
Fabr. Purpur. p. 1, conf. 140, num. 6;
& prohibens , iniuriarum teneatur:
l. 2, §. si quis. ff. nc quid in loc. pub. &
l. 13, §. si quis. ff. de ineur. Moer. *de ve-*
nat. p. 1, cap. 6, n. 2, & 12: tamen ca
ad regalia hodie referuntur. *l. unic.*
quaesint Regalia. Petr. à Petr. *de potest.*
Princ. c. 7, n. 13, & *de fidecommiss. q.*
13, n. 174. Knich. *in com. Iur. Sax. fol.*
135, in §. vvaſſerſiſſcherey. Moer. *de*
venat. p. 13, c. 6, n. 6, &c. Sed eret
quis studio , quantum volet ; nihil o-
mious auctor ille , sive Hug. Gr. sit , si-
ve alius , qui ante annos aliquot in-
signem tractatum de mari libero , Lu-
gduni anno 1609 impressum , edidit ,
quani optime libertatem & commu-
nitatem maris defendit . In primis ,
cap. 5, quum fusé satis & argutissime
veram sententiam explicasset , paulo
ante refutationem Lusitanorum ita
concludit. *Mare igitur proprium oni-*
nino alicuius fieri non potest ; quia
natura, communne esse hoc , non per-
mittit, sed iubet : imo ne littus qui-
dem ; nisi quod hæc addenda est in-
terpre-

interpretatio, ut, si quid earum rerum per naturam occupari possit, id ceterius occupantis fiat quatenus ea occupatione usus ille promiscuus non keditur. Quod merito receptum est. Nam quin ita se habeat, cessat utraque exceptio; per quam evenisse diximus, ne omnia in ius proprietorum transcriberentur. Quoniam igitur adificatio species est occupationis, in littore licet edificare, si id fieri potest sine ceterorum incommodo; ut Pomponius loquitur. &c. l. riparum. §. 1. ff. de rer. div. l. fluminum. ff. de dam inf. Ex quibus etiam fatis patet, quid sentendum sit de controversia, quam adeo inter Regem Daniæ & civitatem Hamburgi hodie de territorio in Albis flumine fervet; ubi potissimum ius sibi Hamburgenses ascribunt, propter vasa, quæ navigantibus semitam profunditatis monstrant, quæ vocant, *die Baektonnen*; unde iurisdictionem in mare usque extendere cupiunt, quoisque sumptus iis impendere in cominodum suum cogantur. Ita quoque patet, quid de terminis maris Orientalis ac Baltici sit statuendum; velut etiam de reliquis undique partibus Oceani Septentrionalis, meridionalis

& occidentalis; simul de mari mediterraneo, & Indico. Decisiones quisque sibi colligat ex dicto libello de mari libero, qui ceterè non sine iudicio legendus est. *vide quoque Albus.*
Diccol. lib. 1, cap. 36, n. 27. Mirum, quod quis sibi velit ibi dominium constituere territoriale, ubi Deus ipse prohibuit terminos, imo & prorsus per naturam hominibus abnegavit. *restres constituere limites. vide Bersum de pæt. famil. Ill. pag. 648.*
& *Clut. syll. th. 12.* ut notetur error Alber. Gentil. lib. 1 *Hisp. ad cap. 8;* & *de maris acquis.* Modestiores sane fuerunt Imperatores, qui dominium maris ad se non spectare fassí sunt, quamvis essent omnium gentium & terrarum vel universi mundi domini. *l. 9. ff. all. Rhodium de iactu.*
Bets p. 648.

C A P . V.

De collegiis, sodalitatibus vel sodalitiis, consortio, & ordinibus in republ.

Satis haec tenus de continenti & eius proprietate constitutiva egimus. sequitur iam, ut contentum simili ratione perscrutemur. Quod duplex est; minus, & maius. Minus, est respectu universitatis non adeo multorum hominum, qui ob certam consociationem inter se se mutuo consensu coiverunt. Eius diversæ propter differentes profesiones & studia actionumque intentiones habentur species. Quamvis sint, qui omnes communī nomine Collegii insignire velint, & ita quoque popularis mos loquendi ferat; tamen, si rem ipsam intuciamur, & obiectorum rationem penitus examinemus, nemo non confitebitur, discrepantiam satis immensam dari. Quum itaque se ita late extendat, ante omnia percipienda est nominis ratio. M. Varro lib. 5 ling. Lat. vult, quod à colligatione societatis, non ab eligendo sit dictum, ut Alciato placuit;

placuit : Magna enim vis est mutua & conglutinationis animorum, in mortuorum, studiorum, & opificiorum similitudine, unde talis amicitiae complexus recte colligatur. Quod, iuxta Plutarchi testimonium, Numa Pompilius, qui primus auctor huius inventi apud Romanos dicitur, recte observavit. Ut enim simulationes & factiones inter diversae nationis ci-
vies tolleret ; quum se alii Romanos, alii Sabinos, hi Romulos, illi Tatiis dicerent : hunc modum invenit, quo homines eiusdem studii cupidos, in societatis arctioris vinculum co-
geret : suaque divisione hoc conse-
cutus est, ut omnibus cum omnibus
rectius conveniret, ac commercia in-
tercederent. *Ref. de ant. Rom. lib. 8,*
c. 6. n. 41. Sed quin res quæque
abusu non caret suo, ideo factum est
quoque ut huius vocis significatio
non una manset. Proinde dupli-
citer accipitur; pro collegiis licitis, &
illicitis. Isthæc sunt, quæ non iu-
stis & legitimis coiêre legibus, sed
contraquæ lex Licia olim lata fuit.
ut ait *Duar. in com. de colleg. & cor-
por. Illa vero, quæ mandatis, Con-
stitutionibus, & SCtis, permittun-
ter, *Duar. ibid.* Licitum porro Col-
legium*

legium aut propriè aut impropre ita
vocatur . Proprie vero sic dictum,
vel in genere sumitur, vel in specie.
In genere, quando in schola lCtorum
Collegæ dicuntur i. magistratus, qui
eiusdem sunt potestatis; l. 17 ; ff. de
U. S. ab eo quod una lecti sint. ii.
Contutores Concuratoresve collegæ
dicuntur. l. 14. l. 46. §. cum testam.
ff. de adm. tut. 111. Collegæ dicun-
tut, qui eadem legatione funguntur.
l. 2. ff. de legat. lib. 10. iv. Quia
imo cohædes collegæ dicuntur.
l. 101. ff. de solition. In specie vero
Collegium significat legitimam tri-
um pluriumve personarum eiusdem
conditionis , professionis & ordinis
confociationem . Quæ significatio
huius loci est propria. l. 4. ff. de col-
leg. & corp. Eaque iterum duplex est:
aut liberalibus studiis, aut aliis ne-
gotiis accommodata. Impropre vero
accipitur, quando italatè extenditur,
ut consortibus quibusvis etiam in
imparitate studiorum applicetur. Ve-
lut inde eorum error patet, qui et-
iam ipsis universitatum speciebus
Collegii notionem superinducere so-
lent. Et quamvis collegium, quod
sæpius multis confociationibus in-
qualibus accommodetur impropre
exinde

exinde variis synonymis exprimitur, ut dicatur *societas* κοινωνία, *cœtus*, *sodalitas*, *synagoga*, *synodus*, *concilium*, *consortium*, *commilitiū*, *fraternitas* aut *fratris*, *ut ait Duarenus*, amicitiae vinculum, φιλία, *coitus amicorum*, &c. tamen nunquam *cognitiones*, *familias*, *ordines*, aut *civitates ipsas*, & *ecclesiias*, *parochias* &c. compiebitur sicut erant ii, qui confundere contentum cum *iuris ordine* ex ignorantia non verentur. Ut vero eo rectius cuiusq; rei proprietas etiam ex impositione nominis appareat, ordine quam potest fieri brevissimo id expedientius. *Collegium* itaque propriè acceptum *Duarenus* vocat *societatem hominum*, ita *contractam*, ut ex pluribus personis quasi una persona & unum corpus fiat. *in Com. de hæred. instituend. c. 2, p. 335.* & *in tit. 22 de coll. & corpor.* Sed rectius ita definitur, ut supra indicatum, quod sit legitima trium aut plurium eiusdem professionis & ordinis consociatio, publica auctoritate magistratus permissa approbatave, ad commune quid habendum. *l. 1, §. 1. ff. quod cuiusque universitatis. l. 1. c. de sacros. eccl. l. 173.* & *l. 193, §. 4. ff. de U. S. Bod. lib.*

s de rep. c. 7. Quam in politia communiusu ita receptum sit, ut & ordinis & collegia in ea dentur; non tam hoc ex absoluta necessitate factum est, quam ut magistratus efaciliiori modo rem pub. in tranquillitate conservare possit. Quum enim iste nequeat omnia obsecvare & disponere semper ad nutum pro commodo reipublicæ, præsertim si singula artificia, negotiationes, commerciorum rationes, tum liberalia & mechanica, spectaverimus: commoditatis causa merito collegia talia instituuntur. At ne in abusum quidlibet abripiatur, id sedulo cavebunt legibus, ut censurā & præsidium sibi reservent, & auctoritas omnis à superioris concessione dependeat. Quot autem personis unumquodque collegium ad minimū constare debeat, id pridem iuxta commune ICtorum axioma decisum est, quod tres quidem collegium faciant, l. 8 §. ff. de V. S. at unus ius collegii tueri possit. l. 7, §. 2, ff. quod cuiusque univers. Nam plures non sunt pauciores quam duo. l. ubi numerus. ff. de testib. & multi, non sunt pauciores quam tres. l. 1, §. hoc. ff. ad ICtum Syllan. Bart. in l. 4, n. 1. ff vi bon. rapt. Potissima autem facultas

& energia consistit in forma colle-giorum, quam legitima communi-catio suggerit. Etenim absque tali legitima communicatione, & mu-tua auxiliorum officiorumque ob-ligatione, omne collegium invali-dum est; quum necessum sit, ut col-legis omnibus inter se se quid sit cō-mune, quod propositum vitæ secun-dum pacta conventa iuvet. Quæ ra-tio communionis facit, ut omnes collegæ, iuris collegialis participes, non ut singuli, sed velut unum cor-pus considerentur. Communicatio igitur, ut ex iam dictis & illatis ap-paret, est quadruplex. 1. legum sive pæctorum, 2. animorum fraterno-rum; 3. operarum sive officiorum; & 4. bonorum. Communio legum aut pæctorum inter collegas ea censem-tur, qua collegæ legibus & iure inter se devinciuntur eodem, & in corpore collegii vivunt, reguntur, obligan-turque ita, ut, qui obedire ritè nolit, iuxta pacta puniatur. Deinde, com-munio animorum, est reciprocæ in-ter collegas seu mutua benevolentia cum singulari concordiæ affectu con-iunctio, qua idem nolunt, & idem volunt, ad communem collegii uti-litatem, sine dissidio. Rom. 12, 16. Nil

enim magis probandum est in collegiis, quam concordia & conversatio amica, in fide & honestate fundata. atque ut eo rectius talis conservetur, necesse est, ut communis consensu stetius de communibus rebus instituant deliberationes, in quo maxime benevolentia mutua consistit. Nam, separatum si deliberationes instituantur, invidia & suspicio æmulationes continuo gignent, unde factiones simul suborcentur, atque haec quum in perfidiam & turbamenta tandem erumpant, exitus infelix omnia disfolver. Communio vero operum aut officiorum consistit in æqualitate promovendi collegiorum commoda, & eorum incommoda avertendi, iuxta mutuum collegarum consensus sive conventionem. Ratione qualitatis quidem omnia collegii membra sunt eiusdem conditionis: sed tamen ratione potestatis aut ordinis necessum est, ut dentur superiores & inferiores, ut inter seniores aut superiores unus habeat primatum, & potestatem quandam potestatis aut iurisdictionis, ut convocatio pro negotiis necessitate fieri, & juris modus in omnibus observari queat, alias si uera confusio fieret, nihilque sit expeditum.

expediti aut examinari posset. Nostrates, hodie præsides aut magistros tribuum vocant, *zunftmeyster, groote-meyster, &c.* Communio denique bonorum, in possessione & fruitione eorum consistit, quæ à singulis collegiis membris contributa aut alijs acquisita fuerunt. Etenim omne collegium ut requirit pacta, aut præcepta, quæ in certas tabulas aut libros conscribantur, quos vocant *zunftbücher*, ita etiam res pro sustentatione corporis, arcum & astorem sive syndicum expetit. Possunt enim collegiati tales statuta condere circa rerum suarum administrationem, nec non quoad artem & professionem suam, (*Capell Tholos. q. 406. ibi Afrer. n. 3. Laur. Sylvan. conf. 1, num. 73. Schurf. consil. 79, n. 10.*) quatenus ius superioris non tangunt, (*l. 51. C. de iuris d. om. iud. Novell. 4, in fin.*) nec indigent eius confirmatione, ut ait Knich. *de territ. orig. c. 1, n. 269.* quia ius commune indulgens iurisdictionem illam suppeditat. *Beroius conf. 7, num. 10, cum segg. Item conf. 158, n. 1, 2, &c. vel. 3.* Tú etiam finis talium collegiorum es, aut esse debet, retribut. commodior conservatio. Vnde recte loquitur Bodin. *lib. 3 de*

rep., quod nihil ad popularia imperia tuenda ac retinenda potentius sit, aut melius excogitari potuerit unquam, quam collegia eiusmodi. Si quidem maxime collegiorum & corporum sunt utilitates in tributorum collectionibus, in pecunia cogenda, in exercitu conscribendo, inque reliquis reipubl. necessariis & cotidianis negotiis conficiendis. Nam quæ nulla ratione possunt à singulis, omnium optime ab universis conficiuntur, in fratribus aut tribubus, &c. Collegia autem firma maxime sunt, quæ auctoritate Magistratus instituuntur. Vnde etiam ICti dicunt, ad probationem collegii, si quæstio status illis moveatur, requiri litteras foundationis, & privilegia à superioribus data. c. porro. extr. d. privileg. vid. Matth. Steph. d. c. 6, n. 79, & seqq. Collegia vero antiquitus suisse apud alias gentes, sacra Script. indicat aliquoties. Gen. 37, 25. Num. 4, 34. Matth. 9, 18. Marc. 5, 22. Luc. 8, 41. Aet. 18, 8. &c. Velut etiam constat ex iis locis, quod suos habuerint praesides aut prefectos, assessores, seniores, &c. & apud Romanos fuerunt primicerii, secundicerii, &c. vid. tit. Cod. de primicer. & secund. &c. Collegia

gia autem sunt duplia: aut officia-
lia, aut communia. Officialia, di-
cuntur, quæ unius sunt officii. ut in
magistratu sunt consulum, & sena-
torum, ac camerariorum, &c. Com-
munia iterum sunt aut liberalia, lit-
teratorum, aut commerciis addicto-
rum. Liberalibus studiis appropriata
sive litteratorum varia sunt, ut Theo-
logorum, Philosophorum, I Ctorum,
Medicorum, quæ tamen in Acade-
mias & facultates dicuntur. *de qui-
bus cegnosce Lans. de Acad. Et Bisold.
pol. cap. 12, §. 3, n. 31.* Quæ porro heic
monenda forent, suo rectius refe-
vantur loco. Negotiantiuin collegia
itidem varia sunt, pro diversitate ma-
teriæ. & quum illorum collegia om-
niuin vetustissima ex S.S. possint pro-
bari, *Gen. 37, 25:* merito huic nu-
mero adsociantur. Reliquæ autem
confociationes, quæ circa mechanica
versantur, quum servilioris sint na-
turæ, & raro sine comedationibus
aut compotationibus, rectius sodali-
ties aut sodalitia vocantur. Festus
enim sodales dictos affirmat, quod
una sedarent & essent: vel quod ex
dapibus vesci soliti sint: vel à sua-
dendi particula *sodes, est si audes;* quod
inter se invicem suaderent quid utile

& proficuum esset , suis commodis
ubiique confidenter destinati . &c. Et sunt hodie talia sodalitia aut fratriæ,
pißorum, sartorum, coëctorum cere-
vissarum, fabrorum, architectorum,
agricolatum, mercenariorum, futo-
rum, laniorum, naviculariorum, &c.
Magdeburgi sunt xvi tribus , quos
innungen vocant, ex quibus magistra-
tus componitur ; quorum novem
potestatem eligendi consules populi
habent. Romæ olim quoque fuit Ti-
tiotum sodalitium , & Augustalium.
de quibus vide Ros. de antiq. Rom. l. 3,
c. 14. Consortium autem vel confor-
tio , ut l. 96 , §. 3 , ff. *de solut. habet* , ceu
ipsa derivatio vocabuli designat , si-
militudinem obtinet collegii qui-
dein ; sed quum sorti magis submit-
tatur quam certo & prædeliberato
consilio , nec ex iis requisitis constet
qua*z* iustum collegium fover aut po-
stulat , coniunctionem eam denotat ,
quam aut necessitas aut singularis
intentio temporis ita iuxta proposi-
tum conglutinavit. Veluti Icti con-
sortes litis dicunt, qui in una actione
cohærent. Consortes & socii glorio-
si laboris, periculi, lucri, &c. vocan-
tur , qui eidem studio incumbunt.
Eodem modo commilitum , (l. 19. ff.

de castr. pecul.) est commercium & facultas ipsa, ceu ius quo una militant; *muxta Alciat. lib. 4 disputatione c. 17.* quum denotet societatem militum quam inter se milites habent.

Sed hæc de collegiis licitis sufficiant. Sequitur nunc eorum oppositum, quod aut reipubl. incommoda creat, & in collegiis illicitis consistit; aut licita corruptit & subvertit. Collegium igitur illicitum, est improba contio, seu parasyntaxis & conventus plurium, sine consensu magistratus susceptus, ad damnnum vel injuriam alterius institutus. *l. 85. l. 173. ff. de V. S. l. 1. l. 3. 9. ff. de collig. Farinac. de crim. laes. mai. q. 113, n. 237, &c. seqq. Aith. Diceol. lib. 1, c. 133, n. 26.* Equidem ex perperam institutis talibus collegiis, ac sodalitiis, gravissimæ incipiunt. si prius irrepsere pestes & subversiones: sed tamen accuratè heic distinguendum est, ne id pro illico habeatur, quod libertati Christianæ non contradicat; velut experientia in Apostolis clara est, qui occlusis foribus ex metu conventum habuere. *Ioh. 20, 19. Luc. 24, 33, Act. 1, &c.* Ita etiam hodie piorum conversationem impii maxime persequuntur, conventicula illicita vocitando, quæ

bonitatem in gloriam Dei dirigunt.
 Proinde Mascardus, *concl. 40*, & 1129;
 Fatin. quoque, *d.l.*, recte monent, &
 volunt, quod contra viam & iniuriam,
 ad defensionem vel alium fi-
 nem legitimum, collegium tale con-
 cessum sit. Prohibita autem collegia
 sunt compotationum, libidinum,
 comedationum, factionis, mono-
 polii, alex, aut delicti alicuius perpe-
 trandi, quæ est conspiratio. *Decian.*
lib. 7, c. 20. tit. C. de monop. Petr. Gr.
Thol. lib. 13 de rep. cap. 2, 3. l. 15. C. de
Episc. & cler. Num. c. 16. Aft. 17, 5. &
23, 14. Matth. 2, 3. & paſim de Pha-
rif. Videant igitur Schonb. lib. 1 pol.
c. 11, & Besold. pol. c. 12, n. 29, quale
conscientiis Christianis patrocinium
exhibeant, dum causæ religionis &
pietati suam abscindunt libertatem.
Qualis fuit quoſo Apostolorum cō-
gregatio, rejubl. Iudæorum respectu?
Futilis est ratio, quod inde facile se-
ditiones & turbæ nasci possint. Vera
pictas nil commune habet cum tali-
bis, delictis; sed humilitat i studet, &
Deo reddit quæ sunt Dei, Cæſarique
aut magistratui cuivis quæ eidem
sunt solvenda, quam noscat, quod
iuxta doctrinā Apostolorum omni-
no potestati subiecta esse debeat, cui

competit imperium. *Rom.* 13, 1, 2. Quod si Belgæ olim tam malum consilium voluissent sequi, nunquam certe tam florentes respublicas adornassent, ut ex *Micer.* refere indicat *Bened. Carpzov.* tract. de capit. Cas. c. 3, n. 21. Potissimum enim ex conscientiarum suppressione, ac flagellatione æmulationes, odia, dissidia, cæteraque opera carnis oriuntur, ut mutua inde irritatione saepius ea concitentur mala interna quæ non procul à ruina absint. Sed videt proh! sero tandem non pauci magistratus, quidnam sit id quod humanas superat vires, quando videlicet præcipuum dilectionis favorem amittunt in populo. *Quis enim dominus est animæ & conscientiarum?* Nonne is qui *Matth.* 28, 18, aperte de se testatur, quod sibi sit tradita omnis potestas in cœlis & terra? *Quis vero nolleret talem toto corde amare magistratum,* qui Iehovæ Patri, Filio, & Spiritui sancto suum in hominum cordibus renovatis relinquit imperium? Res non est humana, quam Spiritus sanct. in cordibus hominum creat. Ergo nec homini in Spiritus operationem competit imperium. Spiritus fiat ubi vult, ait *Salvator Iesus*

suis ipse, *Iob.* 3. Conscientiis igitur & Spiritui Dei imperare velle, est diabolum imitari, & officium sive potestatem Christi sibi adrogare; quæ arrogantia non potest non æternam accersere condemnationem. Nonne judicium de conscientiis Christus prohibuit? *Matth.* 7, 1, 2. Unicus est scrutator cordium Deus. *Psal.* 7, 10.

Pœna autem conventiculi illiciti hodie uti est arbitraria; *l. 1. ff. de colleg.* *Meno l. cas.* 597, *n. 3*, & 4; cum collegii dissipazione; *l. 3. de colleg. ill. Thol.* 15 *lib. in synag.* c. 33. *l. 3. l. 5. l. 14. C. dehæret. Novell.* 132. *tit. C. de pag templ.* *Dan. c. ult. i Reg cap. 9, 6.* *Matth.* 3, *c. 7, c. 21*: ita auctores coitionis pernicioſe maiori pœna puniuntur, quam complices. *Farin. de crim. lsf. mai. q. 115, n. 140.* Pariter licitum collegium abusu sui, ius conveniendi ainitit: beneficia & privilegia extinguuntur. *arg. c. tuarum 3. extr. de privileg. Kirchn. disþ. 14, coroll. 4. Besold. pol. cap. 12, n. 30.* Attamen collegiorum dissolutiones ubi sunt in usu, non leve damnum capiunt respublicæ, quod pro maxima obser-vandum.

Sed & de ordinibus, ex quorum
imi-

imitatione collegia profluxerunt , pauca quædam nunc subiungam. Et enim quum in toto hoc Vniverso nihil constet absque ordine ; qui propriea proprium naturæ effectum dicunt ; *Schenb. lib. i pol. c.4* : ad cius simulationem aut imitationem collegia instituta fuerunt & inventa. Est vero ordo , cuiuslibet rei suo loco concinna digestio & apta dispositio. Sic & in personis omnium maxime per iustitiam distributivam apta quædam collocatio exigitur. Ideoque in republ. ordines dicimus sicut & in acie distributiones hominum , prouinciisque status qualitate , ut singulæ functiones eo commodius intelligantur expedianturque. Ordinem talē politicum omnino servandum esse , non tantum necessitas requirit , sed etiam apes naturali quadam inclinazione nobis id prefiguant & ostendunt ; quarum unumquodque examen suum sequitur regem. Sic populus Iudaicus distributus erat in duodecim tribus ratione familiæ. *Ios. 24. c.7, 14. Num. 6. c. 26. Exod. 1.* & *Tbeſſ. 2, 14.* Tribus ruitus suas habebant familias ; quantum quælibet suos habebat principes & phylarchos. *Num. c. 1. c. 7. cap. 36. Ios.*

Ios. 14. & 21. Deut. 29, 10. 1 Sam. 9. & 10. Sigon. lib. 7, c. 5. de rep. Hebr. Habebat quoque populus suos præfetos millenis, centuriones, decuriones, &c. Exod. 18, 21. Dent. 1, 14. 1 Chron. 28. Velut & aliae distributiones populi eius fuerunt, pro rerum & temporum conditione. vide Petr. Greg. Thol. lib. 4 de rep c. 1, 2, 3, &c. Item Theod. Zuinger. theat. vol. 28, lib. 1. Carol. Sig. lib. 5 de rep. Hebr. Ita quoque, referente Dion. Halicar. lib. 2, populus Romanus suos partium habuit ordines: In tres partes, inquit, divisa universa multitudine, Romulus singulis præclarum aliquem virum ducem præposuit. Deinde unamquamque rursus in decem partitus, toridem fortissimos viros eis præfecit. Has curias, illas tribus vocari voluit. &c. Factum hoc propterea, ut per eas commode rogaret sententias singulorum; sive reipubl. curam talibus sententiis expediret. A quali cura, honestissima curia appellatio imposita est; quium Cura sit sollicitudo & anxietas animi, quæ cor merito exerceat propter salutem reipubl. l. 2, in princ. ff. de orig. iur. Et profecto tali conatu atque diligentia temp. administrare & iuvare oportet. Vnde

& Festus curiam locum facit, ubi publicas, cutas gerebant. &c. Ex quo patet, quod curiæ vocabulo prætribubus prærogativa debeatur; quum historiographi in hac assignatione adeo dissideant; *de quo Ros. deant.*
Rom. lib. 6 consulatur. Nostris vero temporibus in singulis civitatibus eiusmodi ordines extra collegia observare licet, quæ aliis atque aliis nonminibus exprimuntur; vulgariter autem dicuntur quaterniones, parœciæ, &c. Sunt etiam alii ordines populi, ut unus dicatur continere ci-
ves, alter incolas; *de quibus vide Tipl. pol. lib. I, cap. 5. Et Matth. Steph. dis. acad. part. I, d. 9, n. 10 l. 7.*
C. de incolis. velut quoque ex sequenti capite poterunt cognosci.

C A P. VI.

De civitate, sive reipublicæ effectu proprio, & utriusque discrimine; in quo tam multi ita graviter hallucinati sunt: deque civitatum vera divisione, iuxta Imperii Germanici iura.

Hucusque de minori hominum consociatione egimus. Sequitur nunc maius contentum. Quod duplex fecimus, ex sententia rectiora sentientium; civitatem videlicet, & universitatem. Quam multi vero in hac propria & vera eius significacione aberrarint, in supradictis, uti de differentia urbis & civitatis allum est, satis explicavimus. Etenim reperio, quod magni quoque politici scriptores heic à Relectore illo, quem *precedenti parte* quamplurimorum errorum reum esse monstravimus, sibi passi sunt imponi; dum non vident, quid ac quomodo subiectum & effectus rei inter se distent. Qui vulgarissimus error & ipse cum cura indicandus est. Relector ille in cap. 1, scil. 3, n. 4, dum Stagiritam suum admodum

modum acriter defendit , adeo eum
culpat tetricè , ut in sexlineis eum
contradicentem sibi faciat . Namque
ait , quod 3 pol. c 3 temp. vocet vi-
tam ; mox ex 3 . pol. c. 1 , & c. 4 , & lib. 4
pol. c. 1 , probat , quod ille taxin sive
ordinem vocet , quam ipse formam
facit ad matrīam informem . Iam
quisque prudens hoc examinet , vel
js , qui sensibus saltem uti velit ; nun
vita & forma idem sit ? Isocrates in
eo longè omnes exuperat gloriose se-
et philosophos , qui temp. ingenuæ
appellare audet animam . At anima
quid est ? Num vita ? Ergo anima &
vita idem ? quod absurdum . Nam
principium motus , uti non est ipse
motus ; ita multo minus effectus
motus . Stagirita semper animam , nra-
tuit principium motus . Quantura
igitur distat ab effectu . Ita quoque si
respubl. est forma , non potest esse ef-
fectus , aut vita . Namque anima &
corpus in mutua operatione procre-
ant vitam . Si separas à corpore ani-
mam & spiritus , certè evanescet aut
desinet potius vita in corpore . An
ceruit igitur ille Relector , quantis
cum erroribus telegerit politicam ?
Adeo perpetuis undique scatet con-
tradictionibus , ut vniuncta ab his par-

gina prope nulla reperiatur, quoties
quoties ipse de suo, & non ex alie-
no loquitur, & facile differentia pos-
sit agnosci, quid primus, quidve se-
cundus protulerit. Quemadmodum
se quoque paulo post, n. 6, in definitione
reipublice, ipsiusmet prodit. Ait, quod
dicatur ordo potestatum (N. B.) in
subditos. Addit rationem: Quia, in-
quit, ubi potestas imperat per leges,
ibi civitas iam est repub. informata.
Si respublica dicatur esse ordo pote-
statum in subditos; necessum est, ut
subditi subiecti loco se præbeant rei-
pub., tanquam ei, quæ ordinem in
eos velit introducere vi potestatis
suæ. Itaque in potestate residet im-
perium; atque hoc imperium utitur
in instrumento legum. Quibus gradi-
bus causatum indicat, quando tan-
dem civitas exoriatur. quod attesta-
tur aperte, tunc civitatem effici asse-
verans, quando respublica ita sit in-
formata. Quid clarius potest pronun-
ciari de effectu? Quare, si est effe-
ctus, non poterit esse subiectum. Ita
quoque maiestatem & leges non sine
contradictione facit partes reipubl.
n. 7 ibid. & nihilominus n. 9 civita-
tem ab omni maiestate, legibus, ju-
risdictione, & cæteris partibus rei-
publ.

publ. abstractam cupit. Quid hoc? Nimirum ex absurdicatum suatum genio vitam hominis vult considerare absque anima & spiritu , eiusque facultatum operationibus ; effectum sine causa. Et tamen, in n. 6 antecedenti , magna studii industria , reddit rationem , quicquid fiat . quod civitas per tempubl. definiri debeat ; dicens : omne enim instrumentum per finem suum , ad quem redigitur , definit debet : omnis materia per formam , à qua recipit unitatem & existentiam. Sic civitas , quin tota religetur ad tempublicam , eius respectu omnino definiri debuit , &c. Mox tamen subnectit ; Potestas vero & leges ad civitatem non pertinent ; sed ad reipubl. &c. Ita in vertiginositate sua sibi semper contrarius est , & absque motu saltum in gyrum ducit. Mitum inanis gloriae artificium. Prisci mortales semper eum felicem proclamare ausi sunt , qui res per causas potuit cognoscere. At is civitatem absque causam & reipubl. essentia audet fingerre. Antehac valde toties id est Platonicus iniquus fuit: nunc vero , quales haec sunt ideæ monstrosa? Non certe Platonicæ , sed propriæ phantasie. Videlicet verba sine rebus conquisitæ

& offundit, ut in vanitate subtil
velut æstinniens, loquax tamen &
prehendatur; *ut ait D. Paul.*

Quare in his omnibus non tam
Keckermannum exagitat, quam si
metipsum graviter culpando refutat.
Præterea calumniosè cunctem insi-
ctatur. Quippe Keckermannus in
præcognitis politici systematis scis
non tam de civitate, quam potius de
republ. loquitur, & eam prudenter
politicae obiectum statuit. Proinde
sic ait: Politia & res publ. (quod il-
lum omittit verbum) est cœtus seu mu-
titudo, ex pluribus familiis domes-
cis certo ordine collecta, & directa
ad felicitatem publicam. Non cen-
heic civitatem, sed rem publicam, de-
finit; cuius obiectum & finem cum
proprio & genuino officio suo dete-
minat. Etenim eius officium est,
certum ordinem introducat in mu-
titudinem. Vnde neque res publica
taxis est aut ipse ordo, ceu falso cui
Stagirita somniant: sed eius officium
est ut per legitima media ordines
constituat; atque sic ex mediocri
applicatione exurgit ordo. His igit
ita bene constitutis, tunc eorum pro-
dit effectus, quem civitas declarat &
exprimit; ubi civitas sese in ea con-

utione, quam ipsa formavit respū-
lica, cēu filiam ex parentibus pro-
genitam, sese nobis aspiciendam ex-
hibet.

Eodem modo nec Besoldus in om-
nibus audiendus est; quando quidein
ad. c. 12, n. 79, confitetur, quod ex
societatibus & rebus civitas proprie-
tā dicta oriatur. Sed dum rempubl.
cum ea confundit, & tamen popu-
lum ipsam civitatem constituit pro-
prie ita dictam, ut inter se non dif-
ferant; in duplicem incidit errorem.
respubl. enim & civitas quod tan-
guam caussa & effectus, non tantum
inter se, differant, toties iam di-
stinctum & demonstratum est. neque
populus est civitas proprie; *at eundem*
propositum Timaeus lib. 1 pol. cap. 4, q. 2,
committit. Plura quippe requisita pri-
us, & quidein essentialia, expetit po-
pulus, quam quod ita ruditer posse
dici civitas. Quomodo enim potest
cadaver mortuum & indispositum
homo dici? & quomodo eius vita
detur, nisi id ab operatione animæ
& informatione spirituum &c. pro-
ximatur?

Civitas igitur heic accepta, est col-
lecta & per reipubl. informationem
ite **composita** multitudo civium,

T t ; sub

sub iisdem legibus viventium, co-
deinde iure utentium; ad vitam
feliciter transigendam in pace. Ut
cum Scholasticis heic loquamur;
causam efficientem exprimit respu-
blica. Materia vero civitatis duplex
est; remota, & propinqua. Remota,
est multitudo sive congregatio fami-
liarum reipubl. subordinata. Pro-
pinqua, est civis; qui iam informa-
tionem accepit suam secundum leges
& constitutiones comportatas. &
triplici modo consideratur, ut *supr^a cap. 2* explicavimus, & inox *infra*
porro dicimus. Finis patet. Forma
vero ex iusta informatione legum &
iuris iuxta ordinis solidam rationem
dependet, ut iam iisdem legibus co-
deinde iure omnes pro felicitate
sua utantur. Vnde paucis etiam ita
definiti potest: Civitas est effectus
republicæ, ex eius informatione
vi potestatis & iuris eius procrea-
tus.

Rerum publicarum autem hinc si sepa-
ratim definire velis, nihil aliud ea
erit, quam, vividæ potestas, consensu
populi seu omnium in eam redacta
summitatem, ut ipsos imperantes,
cum subditis, eorumque res, ordina-
tionis suæ vi & legibus iustis, beati-
tudinis

tudinis & tranquillitatis caussa , in civitate constringat , aut connectat . Sed & hæc brevius expediri potest ; quod nimitem sit potestas populi adunata , cuius virtute ad iustum regiminis normam procreetur civitas . Heic caussa efficiens est consensus populi , ex communitate coniuncta ortus ; qui formam aut informationem sui defert potestati , quo sit , ut potestas merito genetis loco sit ; non taxis , aut ordo , tam insolenti gloria ab omnibus celebratus . Ordo autem est officium reipublicæ , quo iustaregiminis norma populo accommodatur , ut inde felicitatis moderamen nanciscatur civitas . Reipublicæ itaque praxis unicè patescit & exercetur in civitate per cives , cum genetricis vittutes per actiones gnatæ in lucem perveniunt .

Civis autem unde dicatur , *ex cap . 2 superius* patet ; & certe vinculo quodam societatis cives in unum cœtum coeunt , ut sub iisdem legibus bene vivant . In duplii tamen sunt consideratione , vel proprie ita aut vel analogice . Proprie sic vocatus iterum civis tripliciter consideratur . 1. Ratione principiorum sive causarum efficientium civis alius est origina-

rius, alias receptus: ille iterum vel patricius, vel plebeius, 2. Ratione causarum formalium, est vel plenus, vel semiplenus: qui iterum vel honorarius, vel confederatus. 3. Ratione locorum, vel sunt cives universales, vel particulates: & hi vel urbani, aut suburbani. Analogus autem civis dicitur inquilinus. Qui iterum est vel liberior vel strictior. Liberior, est studiosus, vel miles, aut peregrinans. At strictior iure teneatur quivis, ministerii aut opificii negotiacionis causa cum civi habitans.

Vt vero civium, sic etiam civitatum varia est consideratio. ut, verbi gratia, à loci capacitate aliæ maiores, minores aliæ dicuntur. à situ loci vel maritimæ, vel terrestres. à numerositate incolatum populosæ, aut minus. à natione Franconicæ, Suericæ, Saxonice, Belgicæ, aliæque erunt. denique ex alio accidentaliter, ut ex fœdere Vandalico Hanziatico, denominantur. Omnia tamen optimæ est; quæ à iure & privilegiis civitatum sumuntur. Proinde aliæ ex iutibus Imperii dicuntur imperiales, alias ducales sive provinciales. Imperiales iterum aut sunt liberæ, vel mixtæ

mixtæ conditionis. Liberæ Imperatorem immediate recognoscunt. Mixtæ vero partim Imperatorem, quoad regalia, quas ab eodem habent, & partim Electores aut Principes, quoad territoria, in quibus sitæ sunt, recognoscunt. Merè provinciales eæ sunt, quæ territoriorum dominis sub sunt. Quæ civitatum differentia fundatur tum in evidenti notori etate, tum in historicâ veritate. *Myns. resp. 13, n. 10. Matth. Steph. disc. acad. p. 1, dis. 9, n. 3.*

De hac distinctione civitatum mira erat inter Knichium & Dauthium cōtroversia. Dauthius civitates alias liberas dicebat, & alias servas: Knichius vero eas Imperiales & Provinciales commodius nominatari asseverabat. Dauthius subdistinctionem aut divisionem liberis subnec̄tebat, hisce verbis: *Quod inter liberas quædam essent liberimæ, quæ libertate plenissima fruerentur; quia etiam immunes à præstatione onerum & fidelitate, hoc est, subiectionis symbolo, superioritati Imperii obnoxiae essent: Nonnullæ vero libertatem quidem obtinereat, quæ non tantum civitates imperiales essent, sed etiam, propter iura regalia,*
T t s propter

Propter merum mixtumque imperium & omnimodam iurisdictionem, libertæ imperiales civitates, *die* (proprie loquendo) *freie reichs-stätte*, iura Principum obtinentes, non autem propterea, quod partim immediate, videlicet iurium regalium, & meti mixtique Imperii respectu, partim mediate, ab Imperio dependebant. Ac propterea civitatibus mixtum statum habentibus triplicem addebat differentiam, his verbis; Quod aliæ sint paetitiae; quia liberæ fuerint, paetis tamen quibusdam se submiserint Principibus subiectione paetitia: exemptitiæ aliæ; quum fuerint municipales; at contractibus aut præscriptione, quoad certa iura, exemptæ sint, & ad subiectiōēi exemptitiā referantur: aliæ sint quæ privilegia obtineant, ut illarum cives privilegiarii habeantur: atque hos Dauth. subditos privilegiarios faciebat *in trax. iur. civ. Brunsvv. sēt. 7.* Tum demum ex autoritate Ducis Henr. Iulii Brunsvicensis Knicchius contra partitiones has subdivisionum, qua civitates paetitiae, privilegiariae & exemptitiæ introducuntur, acerrimum tentavit certamen; & non tantum partitiones

prositus

prospero cothurnatas dixit, sed etiam
magno conatu universale, omnige-
num, purum absolutumque supe-
rioritatis & dominii axioma Prin-
cipi suo dictare, & è contra civitati
Brunsvicensi hereditariam peculia-
ritatem deducendo subjectionem de-
nunciare statuit. *in Epops. Hypotyp.*
Dant. n. 197, & seq. Bellerophon-
ta enim (ut verba eius sonant *ibid.*)
arte Chimaram Dauthinam interi-
mendam putavit. Proinde quatuor-
decim *τεκμήρια* infallibilia subie-
ctionis colligit. quoru 1, dicit iura-
menti exhibitionem subdititii, ubi
simul inter iuramentum subjectionis
& homagium distinguit. 2,
quod privati loco civitas in camera
conseatur, & coram Principe conve-
niatur primo. 3, quod compareat in
conventibus provincialibus. 4, quod
constitutionibus provincialibus sub-
iecta sit. 5, quod coram iudicio au-
dicasterio provinciali citata compa-
reat. 6, quod provocent ad Princi-
pem tanquam Dominum territorii.
7, quod Princeps ius affigendi man-
data sua in civitate habeat. 8, quod
Princeps privilegia eius confirmet
& concedat. 9, quod collectas Prin-
cipi solvat. 10, quod sequelam in
itine-

itineribus præstent duci. 11, quod salvus conductus per civitatem eidem competit. 12, quod certis in partibus Ecclesiastica iurisdictio Principis sit. 13, quod sita sit civitas in fundo principis & eius insigni utatur. 14, quod armati in solemini adventu cives tum excipere teneantur. 15, annexa quasi habetur oblatio xeniorum, & quod capitalis animadversionis rei gratiam tuhc indulgeat. &c. Knich. in d. Epops. usque ad n. 300. Simillimas quoque rationes & argumenta subiectionis contra civitatem Magdeburgensem & Administrator Christianus Wilhelmus, quem Archiepiscopum adhuc ageret, in primo regimini sui aditu, & quem per legationem cum capituli auxilio à div. Imperatore Rudolpho II p. m. Imperialem investituram frustra (quæ tamen in solemini ritu non bene contra veritatē in factis festivitatibus & concionibus simulabatur) peteret, anno 1608, publice Imperatori dicto iisdem cum fundamentis proponi curavit, velut tum inde ex aula Imperatoris relatum est. quorum series in eodem numero sic se habet. 1, quod ipsi accapitulo, cui iurium conservatio effet demand-

demandata, confirmatio collegiorum
in civitate aut tribuum (*der Innungen*) competenter. 2, quod sede va-
cante quoque appellationes recipe-
rentur. 3, quod inhibitiones & ex-
ecutoriales etiam in causis regimen
civitatis concernentibus emittere
posset. 4, quod Prætor & Scabinatus
adcessores mediante iuramento inve-
stituram Imperialem ab eo accipe-
rent. 5, quod civitati supremam ju-
risdictionem sive merum imperium
criminale antehac concessum con-
firmaret; (*Bluetbann* dictum.) 6, quod
ad comitia provincialia comparere
cives Magdeburgenses tenerentur ci-
tati. 7, quod contributiones Imperii
& collectas provinciales immediate
ipsi solverent pro quota patte. 8, quod
ipse concederet tundinas. 9, quod
jus stipulæ confirmaret, quum ita
emptum teneret civitas. 10, quod
confœderationem nullam absque e-
ius consensu iniire possent. 11, quod
vestigal sive accisiæ in teloniis per
eius concessionem acciperent: 12, nec
absque consensu eius capitulique
munire civitatem possent. 13, quod
homagium præstare teneretur Ma-
gistratus cum civibus. 14, quod sal-
vus conductus ipsi competit. 15, quo d

is, quod nulla privilegia valoris aliquius sine, nisi ipse cum capitulo confirmet. &c. Cæterum Dauthius tunc civitatum nomine non tantum publice ex parte respondit, sed etiam in causa saltem Brunsvicensi editus est libellus anno 1620. titulo hoc, *Discursus rerum publ. inf. Saxon.* qui tametsi omnia iusta civitatum inferioris Saxonie in statu libero defendat, Consiliarios Halenses tamen postea in confessione ipsosmet audiemus. nunc Dauthii responsionis capita, paucis è d. libro repetemus. Is pag. 16 ita ait: *Quætri ab illis (civitatibus) perfectum regimen, videlicet munimina cum suis regalibus pertinentibus, item liberam & senatoriam administrationem; ut qui consules & magistratus suos, nemine aut concurrente, aut approbante, elegant, etiamque omne merum & mixtum imperium cum suis gradibus libertime exerceant.* *Quætri, an unquam talia & similia iura ab ullo principe recognoverint?* Maiores esse illatum ὑπερχάς & præcellentias, quam multæ imperiales civitates habent, quas tamen & Principum iuta obtinere, & Principis genericad definitione contineri, certissimum sit.

Si autem eiusmodi regalia, quæ apud illas illustres respubl. reperiantur, ab aliquo inferiore recognoscenda es- sent, (quod illæ civitates non faciunt,) de regalibus non fore. Sub sa- cta ergo Cæsarea Maiest. Principes, Comites, civitates regalia, ut TALIA, habere posse. A Statibus autem, & sub Statibus Sacri Rom. Imperii, ne- mo regalia, ut REGALIA, tenet, nisi ab Imperatore singulariter ad ali- quem commissarium remittatur, cui potestate in Imperator comisit. &c. Egregie quidem i&t;tu hoc capitali ad- versarios civitatum in genere con- tundit, sed tamen pag. 19, 20, 21, speciales mox subne&t;it satis plau- biles & in fundamento palpabiles re- futationes, quæ ibi cognoscantur. In primis vero notatu digna sunt, quæ pag. 28 & 29 repetit distinctius, ubi ita loquitur: Noster hic Discursus ad genericam Regis aut Principis defini- tionem, & ad perfecta illustrium civitatum Saxoniarum regimina per- tinet. Nihil enim illis per unum, duo, tria, plura secula aliquid eorum, quæ ad perfectum regimen terrarchi- cum pertinent, defuisse, aut de præ- senti (ad quod cum primis respectan- dum) deesse, constat. Statum enim illarum

illarum in præsentem in totius orbis oculos continuo incurare videntur. Iam, si is spectetur, constabit 1. vallis atque munitionibus, prope inexpugnabilibus: 2 armamentariis. ita stru-
ctis: sibiis: 3 præsidiiis fortissimis, omnibusque ad perfectum atque plenum ius defensionis spectantibus, co- que etiam pertinentibus regalibus: res publicas Saxonicas ita esse decora- tas, ut non tantum in ipetii Comites, sed & Princes quosdam longo post se intervallo relinquant. 4. Nullus prius apud illas in civem cooptatur, aut, et si originarius sit, pro civi repu- tatur, nisi se & satis attinatum esse o- stendat, &c. Hæc sunt Civitatensis præsidia, &c. Qui enim in aliquo lo- co merum & mixtum imperium ha- bet, si, ut subditos ad arma vocet, li- berum est. &c. 5. Constat, Consula- tibus illarum civitatum plenissimam, perfectissimam, libertim amque Se- natoriam gubernationem competere, atque cum omni mero & mixto, communicabili imperio per multa se- cula competuisse. 6. Et horum ju- rium quidem respectu capita provi- ciarum, tribunalia, & emporia etiam iure gentium semper fuere in media- ga. 7. Ad quod ius vetustissimum

præsidibus Imperialibus (quoad capita provinciarum) sublatis. redditum est, quando Reges & Cæsares Germani iura provinciarum illis Rebus publicis ita constituerunt, ut , quemadmodum provinciæ per Præfides aut Præfectos regios atque Imperiales administratæ fuerant, ita postea per Proconsules, quoad consilia & iudicia, administrarentur. quæ forma adhuc hodie apud Imperiales liberas & nostras respubl. viget. &c. De nostris autem Saxoniciis rebus publ. ex pendendum , quod , *audire Signio*, Otto primus anno 973 in multis Italicis civitatibus eandem regiminis formam , pluribus ante Henricum V annis, introduxit. &c. 8. Ad hasce iuris principiter & primum, ius capitis pertinet. Sunt enim eiusmodi civitates , quoad ius foti , provinciarum capita, coque immediata. Quare ab illis iure Saxonico ad Cæsarem vel ad ius Palatii appellatur. cuius rei illustria exempla in civitate Bremensi & Hamburgensi adhuc apparent. Quicquid autem in aliis provinciæ Saxonice capitibus , quoad appellations , ius utatum est , id totum pactitum est , & suas strictissimas habet metas. &c. 9. Illis

674 R E R V M P. H A N S.
cohæret ius Magistratum libere cre-
andorum , cum mero & mixto im-
perio. &c. 10. Huc pertinet ius Li-
gatum ; quod civitatibus Saxonici
ante multa secula competuisse , & ad-
huc competere , ex variis constat fœ-
detibus : quale est Hanseaticum:
Cranz. lib. 4, c. 3. 8. lib. 10, c. 5. lib. 13,
c. 14; quale fuit vetustissimum fœ-
dus civitatum nostrarum cum Bel-
giis ; qualia etiam multa civitas Bruns-
vicensis cum Ducibus Brunsvicensi-
bus , & cum aliis fecit. &c. 11. Præ-
terea huc advocati potest ius consti-
tutionum Civitatensium super statu-
ecclesiastico , & causis meri & mixtu-
imperii , aliusque omnibus quævis
faciendi libertuine. 12. Pertinet at-
rem præsentem ius *des geleyts* ; quo
per civitates & per territoria utun-
tur. 13. Item ius salvi conductus.
14. Denique multa , ut alia regalia
omittamus , huc pro coronide referi-
mus maritima atque fluviatilia iuri
regalia. 15. Iura monetæ. 16. Ve-
stigalium. 17. Multarum atqui
pœnarum compendia. 18. Munerum
ordinariorum & extraordinariorum
indictiones. 19. & utriusque pri-
mæ & secundæ instantiæ iura , qui
apud nostras civitates reperiuntur ;
quibus

quibus immediate ad Cæsarem iure
Saxonico appellatur, nisi iuxta præ-
missa practis sit aliquid innovatum.

Huc usque Dauthius satis diluci-
de tem explicuit contrarie Knichto
oppositam. Atque ut eo clarior &
firmiter eadem innotescat cunctis,
Confessum totius Collegii Consi-
liariorum Hallensium adiicere libet.
Nullam enim, *ait Knich. in Epop n.*
137, maiorem in mundo Dd. con-
stituunt probationem ac proprii oris
confessionem, quamque superlativam
aliam probationum statuunt. Ita
simil patescet, qua veritatis specie
Capitulares illi informant Legatos
suos, ad Imperatorem Rudolphū I I,
p.m. investituræ petendæ causa mis-
sos. Itane vero publice quid propo-
nendum? Historiæ fundamentum
in eo consistit. Per aliquot annos
tentatum erat, num civitas Magde-
burgensis posset induci ad hoc, ut
prætaret homagium Administratori;
quod tamen solummodo a securatio-
nis aut emendæ est, non subiectio-
nis, ut nunc invidiose interpretan-
tur. Civitas negabat ex eo capite,
quod Administrator non esset regali-
bus Imperii investitus, nec ab Impe-
tore receptus, aut matriculæ in-

scriptus , ut posset Commissarium Imperatoris in communicandis iubibus agere , aut iuramentum accipere Semper , & merito , in terminis iusti se conservantes , in hunc modum respondebant , Se prius qualificatum Imperio redderet ; tunc se paratos esse , ad praestanda ea , quæ Commissario Imperii tali deberent . Nihil autem se aut Capitularibus aut Administratori concedere posse superioritatis ; quod maxime ambitent Capitulares . Plures in his tractatibus consumpti sunt eonventus . Tandem impositum est Consiliariis , anno 1618 , mense Septembri , ut ipsi de transactione intermedia deliberarent . Vbi propositio talis est formata ; in qua ingenue confitebantur , Quod merito Senatus Magdeburgicus , tam tamen Archiepiscopatui , quam D. Administratori & Capitularibus , superioritatis nullum concederent , sed simplex patititia esset subiectio , & quidem talis quæ nihil obligationis inferre , Nolle enim homagium praestare inquietabant , quum dicant ex pacti fieri ita , ut prius gravaminum instituatur cassatio : Nisi hoc prius fiat nec subditos dici eos posse . ; Nolum in Comitiis provincialibus compa-

tere. Velut 4 , anno 1614, propterea
in conventu protestationes publicas
insinuatunt. 5 , Inde neque quotam
contributionis , vel Imperialis aut
provincialis , solvant. 6 , Velut ne
triplam quidem de anno 99 enumera-
re voluerunt. 7 , Noluerunt ulti-
mam postulationis intimationem
accipere. 8 , In Ecclesiasticis suam
habent autonomiam. 9 , Dispensa-
tionem in matrimonialibus ipsi per-
ficiunt. 10 , In causis justitiae suam
exercant iurisdictionem. 11 , Prætor
ac Scabini ab illis dependent. 12 , No-
nunt introducere quos Administrator
ate quadriennium confirmavit.
13 , Inde Scabini ad Cæs. Mai. con-
figiunt, ubi ad Electorem Saxonie
descriptum obtinuere. 14 , Vsurpant
iure proprio supremam & criminale
iurisdictionem. 15 , Non sicut
Prætorem Principi hoc rerum statu,
sed ipsi propria auctoritate deiman-
dant judicium. 16 , Vectigalia & ac-
tias pro lubitu augent & extendunt.
17 , Nihil in iuribus superioritatis
estat, nisi nudæ appellations : ta-
men neque inhibitiones neque com-
pulsoriales curant, sed pro benepla-
to edunt acta. 18 , Quod iustitia
in involuta hæreat, actiones Nicolai

678 R E R V M P. H A N S:
Schmidii & ædium autæ galeæ de-
monstrant. 19, Tentarunt quoque
sæpius appellations tollere. Inde
concludendum, quod civitas Magde-
burgensis mox se penitus exempti-
tiam redditura sit, (id est, in pristi-
num primæ foundationis Ottonicæ
statum redditura.) Quare deliberan-
dum iam est: An non potius tolera-
bilibus remediis civitas Magdebur-
gensis ad Archiepiscopatum retra-
henda, quam nimium disputando
& subtilisando omnia iura perden-
da sint. Alias in libertatem se vindi-
cabit, quum tamen ipsum homa-
giut, si hoc præstet, testari posset,
quod universaliter subiecta esset, &
sic ad reliqua omnia per consequen-
tiam reverti simul cogeretur.

Ad hanc propositionem decrevum
tunc fuit ex consensu omnium pre-
sentium Consiliatorum, (excepto
uno. D. A. Sch., qui Capitularibus
in elatione addictus semper fuit,)
quod quibuscumque medis & con-
ditionibus super homagio cum civi-
tate esset transigendum; velut etiam
sex illi cum propria manus subscripti-
pione sub dato 18 Septembris eius-
dem anni hanc sententiam ad Capi-
tulares perscripere, eos ad transactio-
nem

nem talem maximopere hortantes. Callidum certe consilium , id ipsum tamen nimia argutia dicti hominis, aut potius invidia, Capitulariumque ambitione, qui superioritatem absolutam affectabant , plane disruptum fuit. Vnde totus hic conatus , super canis illius Æsopici avaritiam fundatus , in eiusdem fabulæ nervum erupit adeo , ut nec Administrator, nec Capitulū in proposito suo quidquam obtinuerit , quoniam ita temere utraque pars inter se dissiderent . Quantū mali discordia hæc cauſa fuerit , id nunc in oculis est omnium. Eadem civitatum insana persecutio passim in aulis Germanicis viguit ferme per seculi spaciū, & quidem in tanta sapientia vchementia , ut in sanguinolenta tragicaque exempla detrusa fuerit , non sine ingenti Principum ipsorum danno & extrema ruina. Nec certe adulatores aulici aut consultantes à culpa tam exitiosa cura liberare se poterunt. Historiæ adfunt, eventusque rerum calamitosissimi , qui testimonium rei apertum exhibeant. Etiam multorum consilia & suggestiones in autographo mihi sunt ad manuum. Exhorresco ad talia, quoties percurrere & pensitare hæc

V V 4 mecum

mecum soleo. Nihilominus inventi sunt I Cti candidi, qui supradictam civitatum distinctionem doctissimi & integerimis pro conscientiae ingenuitate approbarunt & celebrarunt scriptis. Mihi instar omnium sunt D. Matth. Stephanus, & Ioh. Sibrandus, cum Besoldo, qui materiam hanc secundum iuris & historiarum cognitionem, in qua potissimum omnis vis diiudicationis consistit, post Dauthium, quam optime intellegunt.

Vt ergo patriæ tranquillitatis illi & pacis clancularii turbatores saniora nunc ex publicæ, & quidem tanta calamitatis experientia, ex ipsa item saniorum auctorum doctrina, condiscere assuecant, in gratiam publici boni, cui prius unusquisque pro conscientiae vitibus addictissime studere debet, notas & requisita talium civitatum, unde vera distinctio illa confirmatur, ex dictis auctoriis summatim connotare & his annexas operæ pretium erit; præfectum quum talia scripta non sint in manibus omnium. Blateratores non curio.

C A P . VII.

*De veris & genuinis requisitis atque no-
tu liberae reipublicæ in ci: citatibus ,
& seruae: cum elucidatione e-
videnti introdutæ distin-
ctionis de ijs-
dem.*

Veritatis duciſſima ſemper gratia
eſt: præſertim apud eos qui man-
cipati affectibus vivunt. Et tamen ,
cu:us monita ſana ſunt, iſ ex iſiſſimo
amore prodeſſe cupit ſingulis. Quiſ
etiam non libenter audiret, aut cu:in
gratia exciperet eu:in, qui libertatem
iustum omnibus commendat. Om-
nes enīm, (recte ait Sibrand. in urb.
Lub. iur. pub. par. I, ſect. 2, n. 23,)
libertatis iucunditate demulcemur ,
& per paucos invenias veros ac opu-
lentos mercatores civitates aut regio-
nes dura ſervitute preſſas inhabitare.
Caveant itaque (ita pergit n. 24) ci-
vitatum maſtiges, ne , tam de pri-
legiis, iisde concessis, immiñuendis,
quam augendis, ſint folliciti . Vtci-
que enim tam domino quam ſervo ,
conſiliis ſuis perverſis, ciuitatum in-
petniciem iaitis , extreimum exitium
Vv s acce-

accelerant. Licet autem sumamus eam quam Knichius ita mordicus defendit distinctionem, qua aliae civitates imperiales, aliae provinciales dicuntur; nihilominus, *ut re deſerit Stephan. noſter*, res eodem recidit. Namque imperiales aliae liberæ in statu absolutiori, aliae vero minus inveniuntur, sed mixti quid habent, ceu esse Knichi. tergiversando, *Encyclop. c. 10, n. 20;*, confitetur, quod in ipso collegio Hanseatico civitates inveniantur quædam nec Imperio directe, neque statibus subditæ. Sic etiam, *Encyclop. c. 13, n. 19*, civitates non simpliciter imperiales, sed libertas agnoscit, contradistinctas a reliquis in hoc ordine. Eodem modo nec abnegate potest, (*Encycl. c. 16, n. 10,*) quod dentur civitates quibus ius liberi territorii sub certa formula concedatur. Ad non igitur ad seriem imperialium crunt referendæ? Namque alias dicit, *d. c. 16, n. 53*, quod nullum dubium sit, quin civitas, non recognoscens superiori, omnia possit, quæ Princeps. *Steph. Aufr. ad decus. Capell. Thol. 406, n. 6, apol. velit. n. 32.* Et tamen sibi contradictorius, (*Encycl. c. 1, n. 256,*) in odium civitatis

Brunf.

Brunswicensis asseverat, quod nulla
detur civitas in Imperio acephala.
Quid aliud est non recognoscere su-
periorē, quam in acephalia hac suum
proprium habere statum? Acephalia
enim respectu Principis dicitur, cum
quo in eadem puritate propter iuri-
dictionem in suo territorio est con-
stituta, cœu Princeps in suo: Nulla-
tenus autem respectu Imperii: Alias
iniuriosa foret hæc interpretatio. Vn-
de etiam illud communiter falsum,
quando adseverat idem Knichius, in
tract. de investit. part. 1, c. 2, n.
146, quod civitates communiter
iurisdictione destituantur. *id. in En-*
cycl. c. 16, n. 61. Etenim hoc veræ
originationi civitatum ex natura
contrarium. Ipsæ historiæ testan-
tur, & natura hoc docet, quod nul-
lus Princeps ex se potestatem aut iu-
risdictionem Imperii sui habet; sed
quod populus communī consensu
eam in priuatum suum centulerit.
Ita quoque populus, quamcumque
condidit civitatem, iura sua regimi-
nis causa priuitus in caput cōculit.
Quod adeo verum, ut nulla civitas
dari potuerit tum, quæ non societa-
tis iura habuerit, & ea hinc Prin-
cipi aut Regi communicarit suo. *Ve-*
lut

l ut etiam superius in genti^z Saxonica
moribus primis hoc delineavimus; & Bo-
ter. in lib. de orig. urb. c. 2, & 3, idem mo-
strat. Quod vero ex postfacto Prin-
cipes ex suo potentia^x commodo civi-
tates erexerint sibi, & eas beneficiis
sive privilegiis donarint, vel etiam
ex titulo oneroso talia ipsi^s concesse-
rint; id certenon talcm absolutam
parit locutionem, ut Knichius ea-
usus est. Ideoque distinguenda sunt
tempora, & fundationum instituta:
tum etiam illud respiciendum est,
quaratione hæc vel illa civitas se in
libertatem alseruerit. Exempla Bo-
din. de rep. l. 1, c. 9, n. 125, in Lubeca,
Ilma, & Brunsviga recte allegavit.
quem Knichius, Encycl. c. 1, n. 237, &
scgg. frustra refutare conatur; Si bran-
do etiam, de iur. Lub. part. 1, sect. 2, n.
5, clare id notante, quomodo urbis
Lubeca anno 1226, annuente Impe-
ratore Frederico II, singulati strata-
gemate jugum iniusti dominator
Woldemari Danici Regis excusserit,
& copiis Episcopi Bremensis, Ducum
Saxoniar^x, & aliorum, adiuta liberta-
tem recuperata defendet. Et Crant-
zius, Vand. lib. 7, c. 9, sanguine & gla-
dio privilegia Lubecam acquisiviss:
affirmat, quod in allegatione sua

Crantii

Crantzii Knichius ibidem plane diffimulat & obtegit. Propter hanc virtutem Fridericus & quod ibi Lubecam limitem Imperii Romano-Germanici designaret, aliosque ob respectus, Lubecæ plenam libertatem Imperialem attribuit, & Imperii Statisbus eam adscripsit. Cuius rei, & quomodo Lubecenses Imperatori discelsero illinc fidem jurato dederint, in ipso ingressu portæ Molinatæ firmam statuerunt memoriam: ubi binis clypeis, tanquam symbolo sancto, quotum in uno aquila Romanorum, in altero erecti duo digiti cum pugno cernuntur, mutua obligationis historia spectatori exhibetur.

Quar autem liberæ civitates vocentur, id Sibrandus d. *scit. 2.* variis exprimit rationibus. 1. Quod libertatem sibi constituerint ab origine, aut reservarint, aut se in libertatem vindicarint. 2. Quod à capite libertimo, Imperatore, dependeant. 3. Quod, iuxta Scipi. Gentil. de iuri d. lib. 3, c. 23, hæ Germaniæ civitates iurecum rebus publ. Italicis comparantur, ac proinde in suo populo ac territorio tantum, quantum Imperator in suo Imperio, possint, nec aliter de tali civitate, quam de ipso Principe &

& Cæsare, judicandum sit. 4. Adversa reipubl. forma, quod in suis territoriis utantur liberi status regimine, unde & respublicæ appellen-
tur, & haud nudæ civitates. 5. Quod earum cives & incolæ in toto Ger-
manicæ Imperio secura libertate cundi-
ac redeundi fruantur, ac libero com-
mercii iure gaudeant. 6. Quod ipsi
maiora & eminentiora privilegia ab
Imperatore concessa fuerint, undi-
quoque ab ipsissimis Imperatoribus
Nobiles ac Nobilia sacri Romani Imperii
membra appellantur. Author *Grund-*
lichen berichts de Imperiali civitate Fried-
berga, part. 1, punct. 15, n. 4. Matthias
Stephanius autem, in *disc. Academ.*
part. 1. disc. 9, catalogum ferme inti-
grum recenset requiritorum & noui-
rum, ex quibus distinctio civitatum
facile cognosci, & earum libertas au-
servitus dijudicari possit. Eorum at-
tem nonnulla statim primitio con-
cernunt, reliqua' ex his consecuti-
va & quasi propria sunt libertatis
Verba eius ita habent: Et quidem ci-
vitates liberas Imperiales esse Statu
Imperii, non dubitandum est. 1. Qui
ut civitates Imperii feudatæ, nem-
nem superiorem præter Cæsarem &
Imperium recognoscunt. 2. Quia libe-

matriculam Imperii relata sunt. *Gail.*
i obs. 21, n. 2. 3. Quia eadē ferunt
incommoda cum reliquis Statib⁹,
Electorib⁹, aliisque Principib⁹.
 4. Imponuntur eis collectæ in comi-
 tuis. *Recess. Imp. de anno 1541, Aug⁹.*
§. vvañ auch. Gail. d obs. 21, num. 9.
 5. Quia ab Imperatore ad comitia
vocantur. 6. In iis ius suffragii ha-
 bent. *Recess. Imper. Aug. de anno 1548,*
§. vvañ auch. 7. Quia in camera Imp.
 prima instantia conveniri possunt.
Gail. i obs. 1, n. 17. Hisce modis fere,
 aliquem statum Imperii esse, probari
 potest, *ex Georg. Obrecht. lib. 2 de iu-*
rūd. c. 7, n. 9, & seqq. Quibus vero sub-
 necēda sunt sequentia: scil. 8. Quod
ri regiliuin, civitatibus Imperialibus
competentium, eadem liberum &
publicuin religionis exercitium in
 territoriis suis instituant. 9. Velut et-
 iam hoc in posterum absque pertur-
 batione in iisdem permitti debet, nec
 molestandi sunt uspiain. *Recess. de an-*
no 1555, §. Und damit, & §. Nachdem.
 10. Habent itidem ius salvi condu-
ctus æquè ac Duces. *Recess. de anno*
1442. tit. Ven. ryfgen. 11. Habent ius
confiscandi. c. unic. quæ sint regal.
Cslm. resþ. 29, n. 534. 12. Item ius
indicendi collectas suis civibus.
Cslm.

Cothm. d.l. 13. Item vectigalium. *d. c.unic.* 14. Item Episcopalis audienciarum. *l. 1. & tot. t. Cod. de Epis. aud.* 15. Recognoscunt flumina navigabilia ab Imperatore. *d. c.unic.* 16. Quia & eiusmodi civitatibus competit immixtus iter per suum territorium facientibus gratulandi, cosque excipiend:, contandi, & ad fines territorii deducundi. *Cothm. d.l.n. 531.* 17. Easdem habent archiva, probat Rutg. Reland. in tract. de com. part. 2, lib. 5, c. 4, n. 21. *& seqq.* 18. Habeant itidem ius bona vacantia occupandi. *l. 1, & 4. C. de loc. vac.* 19. Item indicis relictio confiscandi, & alia. Civitates Imperii ita omnia jura habent regalia Principum, licet eius dignitatis gradum non obtineant; ideo privilegia auctiostrarum instantia excepta sola maneret. *Gail. 1. obs. 1, n. 21, &c.* His annexenda sunt notatu dignissima, quae Besoldus in dissert. de jur. Emp. civit. notavit, n. 8, 10, & 12. Certe, inquit, num. 8, civitatibus haud nondum nomine status cessit; virtutes sua amictum venit, ornamentiaque ac iuxta sua secum trahit. Ac status essentia (præter suffragii ferendi jus, ut modo dixi) in eo quoque consistit

(20.) ut Caſatēm in ſuo territōrio
repræſentet : & , tanquam Imperii
membrum , participet de eminentia
iureque totius . 21. Præterea civita-
tes Imperiales propria territōria ha-
bent, & Imperatorum ea nomine im-
mediate recognoſcunt . 22. Habent
ergo & ius territōrio adnexum ; quod
aliud nil niſi ſuperioritas eſt : *die
lands-obrigkeyt.* Cui enim territōrium
competit proprius ſumptum , (puta, ut
Imperii ſtatui,) eidem quoque coim-
petit ius territōrio cohærens . In pace
constantie , multa paſſim privilegia
& autoocraticum ius civitatibus tri-
butum videmus: Idque non pertinet
ad Italicas ſolum civitates , ſed &
jam tum ad eorum nominam aliæ
complutes in Germania fuerunt . Et
ante Rudolphum primum (à quo ex-
libertatem habeat ; *Lehman.* 5 , cap.
106) non libertate magis Lombardicæ
ſacrant civitates , quam hodie Impe-
riales . Quod & docui in *diſcurſu d.
mīrid q* 17. Accedit , quod Germani-
æ civitates compluta regalia , jam
per multa ſecula , ſine contradictione
habent : imperium nempe merum ac
mixtum , plenarium beneficium reli-
gionis ; contraſunt item foedus ;
Mjus.6 obſerv.2. 23. Item mittunt

legatos. 24. Et bella gesserunt spissime cum libertatis suæ inimicis; nec crebrius fere aliud in historiis inventur quam civitatum bella & fœderata. *Num. 10 autem:* In specie namque (25.) civitatum Imperialium (*inquit*) securitas clucet ex reformatione Imperatoris Sigismundi, de anno 1416. qui eas non solum (26) *zuverdige reichs-städte* appellat, & libertatem suam à Christianitate habete dicit; (*in der geistlichen reformation, cap. 3, vers. 11,*) verum etiam expresse eisdem indiget (27) *beyßg.* (*in der weltlichen reformation, c. 10.*) Sanctum autem, *auctore Martiano I.C.*, est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum existit. l. 8. *in pr. D. d. rer. divis. & qualit.* quod factilego conat^e violare attentantii, qui civitatum libertatem, iura ac privilegia, quavis arrepta occasione, quantum possunt, imminutum vel etiam prossus abolitum eunt; earumque cives, tanquam rusticos in uno induitos, alto supercilio despectant, sisque iniuriosè insultant: cum intermen nihil æquius sit, quam omnes & singulos Imperii ordines atque Italius, se se invicem, secundum cuiusque gradum dignitatis & qualitatem,

p. 103

pacis publicæ conservandæ gratia,
 comiter atque officiose observare,
 humaniterque sustinere. *Dignitas.*
 12: Quinimo, si civitas Imperii (*in-*
quit) certa lege, pacto vel conditione,
 subdita alicui principi sit; aut in
 ea princeps iura quædam singularia
 (merum puta imperium, vectigalia,
 salvum conductum, item *denforst*,
 vel similia) ex prescriptione vel con-
 ventione habere competiatur: extra
 eam tamen conditionem. atque iura,
 istæ libertate sua, iureque quod ut
 Imperii status habet, placidè frui po-
 test: nec ipsum territorium, aliaque
 regalia, principis esse censentur. Sic
 in Goslatia Dux Brunsvicensis iuri-
 gna quædam obtinet iura: licet ea
 Imperii civitas libera sit. Eiusmodi
 quoque conditionis fuit Noriberga,
 cum in ea Marchio Brandenburgensis
 Burggraviatum sibi adhuc vindica-
 ret: ut & Magdeburgum, in quo Dux
 Saxoniarum similiter Burggraviatum sibi
 ascribit. Sic & ex jure Advocantiae
 (*schutz und schirms gerechtigkeit*) die
Landsfürstliche Orlage non potest
 introduci: licet dicantur *die Obersten*,
 vel etiam *Erbföhren-kerrn*. Ideoque
 dominus pro hisce, tanquam subdi-
 tis, in Camera supplicare non potest.

Quæ præiudiciis Cameralibus robo-
rat Ruland. *de interrogator. lib. 2, cap.*
3, 11, 12, & seq. Imo nec homagium
semp̄ subiectionem inducit; Cettum
enim est, Coloniam Agrippinensem
illustrem esse Sacri Romani Imperii
atque liberam, & aliam, ut supra
deductum, præcipuum ac nobilem
civitatem; & Archiepiscopo tamē
homagium præstat. *Vide heic Thom.*
Mich. de iuris d. th. 57, l.c.d. *Et Brun.*
de univers. th. 33. Signis autem illis
sive notis 27 ordine hactenus enu-
meratis, unde vel libertas vel subie-
ctio civitatum arguatur, hæc etiam
ex Dauthio adiici possunt: videlicet,
(28.) Magistratuim libera creatio.
29. Ius condendi leges & statuta.
30. Ius armandiæ. 31. Mœniūm ere-
ctio. 32. Fortalitionum extensio &
ædificatio arcium. 33. Ius cuadendi
monetaim. 34. Ius inmediate pen-
sandi Imperio; alias enim solutio
collectarum magna subiectionis tel-
sera habetur. *Vide Brun. de univers. th.*
38. 35. Ius collectandi cives. 36.
Augendi vectigalia pro compensatio-
ne, quod in viis publicis, pontibus,
fluminibus sustentandis sustinent ci-
vitates. *Vid. Br. d. l. th. 24.* Item pi-
cationum & salinarum redditus. &c.

Vid. Br. d. l. th. 26. Verum omnium signorum talium deniam firmitudinem addit (37.) vigilantia, quæ adhibetur in confirmationibus, à Cæs. Mai. singulis casibus petendis, quoties novus in Imperio electus est Cæsar, quod certum argumentum suggerit, civitati cuique libertatem in favo ita contineti.

De differentia autem Imperialium & liberarum civitatum consulat quis Besold. d. *diff. de iure & imp. civit. Imp. n. 4.* Sic etiam de pactitiis, exemptioniis & privilegiatiis agit luculèter Clut, *in syll. rer. cot. th. 27,* & ex eodem Bruning. *de variis iuris spec. th. 15.* Quum vero ille hæc quas in compendium liquidum redegerit, iuvat me ipsius huc referre verba. quæ ita se habent: Duo ad statum pactitium necessaria sunt. Primo requiritur, ut se submittens respectu illius cui se submittit, vel in totum, vel pro parte, liber sit. Secundo ut submissio illa fiat certis tantum capitibus; in cæteris vero integra servetur libertas. Notabilis est doctrina Gaij. 2 *olseru.* § 4, *num. 10;* ubi sic scribit; Singulatiter observandum esse, castrum vel civitatem, certis pactis & conditionibus alicui Principi vel alteri civi-

tutius libertam, solum subditam censem
seri quoad illa pacta & conditiones;
in reliquis liberam permanere. Vbi
& hoc subdit Gaius, in Germania
nonnullas esse civitates quæ certa
lege & conventione superiorem ag-
noscent, & extra pacta conventa pla-
cide sua fruuntur libertate. Facit huc
l. 2, ff. de iur. immunit. l. nō dubito 7. §. li-
ber populus. ff. de capit. & posti. revers.
Exemptio duplex est : originaria,
aut accidentaria. quemadmodum enim
Ecclesia quæ libertatem à fide catho-
lica ante Episcopum obtinuit, ori-
ginariam exemptionem habet; ita ci-
vitates quedam sunt, quæ concessu
ab Imperatoria Maestrate territoriis
& dignitatibus, quoad Principes post-
modum investitos, exemptione ori-
ginaria gaudent. Quod non obscure in-
dicat Dn. conferens in causa Fiscalis con-
tra Beyerne & Orteburg, decis. Mich:sn.
tom. 3, decis. 6, 1, 61, pag. 89. Exem-
ptio accidentaria ex præscriptione,
cōtractibus, pactis aliisque fontibus,
scaturit. Sed, inquies, cum etiam pa-
ctis & contractibus conciliari possit
exemptio, anne tum exemptitia &
pactitia eadem erit civitas? Neg-
imus: Pactitia civitas pacto liberta-
tem, quam ante ampliorem habebat,
minuit,

minuit. Exemititia civitas pacto libertatem, quam ante non habebat, acquirit. Et sic, quæ ante libertate fruebatur uberiore, pacto certo iam fit subdita civitas; quæ vero ante graviore premebatur onere, per pactum illo onere vel in totum vel pro parte eximitur. Vnde pro pactitia civitate presumptio libertatis militat: exceptitia servituti subiacere creditur, nisi exemptionem doceat; quod & in privilegiaria obtinet. Sed hoc inter exceptitiā & privilegiatā civitatem interest, quod exceptitia in casibus exceptis pro libera reputatur; privilegiaria vero subiectio, subjectionis notam non cluit. quemadmodum in simili actio exceptatum dicitur, si actor agere posse desit; non item si ex privilegio vel per exceptionem actio reddatur inutilis.

Ita Meichsner. tom. 2, lib. 1, decis. camer. 9. In causa Mentz contra Erfurt, num. 19, pag. 146. Non tamen negamus, certis etiam modis exceptitiā & privilegiatā & pactitiā civitatum nomina confundi posse. Illud certissimum, ex alia quam pri-
vilegiorum scutigine promanari posse. Nam propter nimiam domi-
norū servitiam subditi ab eorum iu-

risdictione eximi, immo impune discedere possunt, ita ut à domino repeiri & revocari nequeant. *Luc. de penn. in l. si coloni 12, quæst. C. de agricol. & censit. Gail. obs. 17, lib. 1, pert. ubi ex professo hanc questionem tractat.*

Proinde etiam ex ipso usu civitatibus ea distinctio manet; & præsertim Saxonice urbes hanc prærogativam sibi vendicant, quum eam libertatis specie usque à Carolo Magno obtinuerint, utpote, qui Saxoniz toti, præ aliis populis, antiquis legibus vivere concedebat. *Quod re De cunctis Mattb. Steph. lib. 2, pert. 2, cap. 1, n. 15, de iurisd.* Civitatum alia, inquit, ratio apud Romanos ex instituto veteri fuit, quam iuxta modernum statum. Ibi enim duplicis generis habebantur: Vnum eorum, quæ propriis legibus vivebant, quarum cives vocabantur municipes, quasi munerum cum populo Romano participes, nullis aliis necessitatibus neque alia lege constricti: Alterum eorum, quæ Romanas leges vel incolas acceperunt; & coloniae dicebantur. *de quibus Lazio in comm. reip. Rom. sect. 1, & 2.* Hæ distinguuntur in minores, & maximæ, quæ metropoles appellantur. *I. si duas. §. si minores ff. & excus.*

excus. tut. &c. Alias in maximas, minores, & maiores, pro ratione privilegiorum maiorum minorumvè, quibus fruebantur. Decet autem, inquit Modest. in l. si quis 6, §. 2, in fin. ff. de excus. tut. , maximo quidem numero immunitatum uti metropoles gentium : secundo autem, quæ habent vel forum caffatum, vel loca judiciorum : tertio vero reliquas. At iuxta modernum Imperii Rom. statum aliter distinguuntur civitates. Alia enim & nova existit reipubl. forma à tempore Imperatoris Caroli Mag. ad Germanos translati : Et alia est inter eas differentia. &c. Velut iam dictum est.

Sed de his tunc pluribus agendum erit, quum specialiorem cuiusvis civitatis faciem delineabimus. Nunc ad finem societatis complecte tendimus.

C A P . V I I I .

De corpore & universitate societatis publicæ ,

Atque ita ad illud societatis humanæ fastigium peruentum est, ut corpus se universitati sistere posset. Sic enim tempus transcendit æ-

vum, quo inter homines magistratus politici potestas apparuit. Statim atque naturæ impulsus homines vagantes palantesque conciliavit, ut in unum coirent locum, magistratus eius esset. Id: quoque, ait *Don. Garf. Magistr. de magist. in præl n. 21*, quemadmodum civitate tu à familiis ortum habuisse competitum est; sic, à magistratu œconomico politicum fluxisse liquidissime patet. Assucti etenim homines uni patrifamilias obsequi, moremque gerere, illiusque imperium facere, in civitatem transilientes, omnibus sibi unum constituere qui munera magistratus obiret: Hunc enim principatum & monarchiam originem referre suam credimus; pronunciareque possumus, magistratum à natura originem duxisse; quemadmodum civitatem, quæ societas politica, maximeque ad vitæ commoditatem instruta dicitur, ab eadem auctoraprimordia sua recognoscere, satis perspicuum est.

Vtque tandem id exprimamus, in corporis ratione, quæ iam restat, si dilucide apparet, quomodo se hoc universitati involvat, ut inde vita in plenitudine vigendi sibi sumatur. Corporis autem notio licet deceperit possit,

possit accipi modis, tamen omnia si-
gnificata ad duo possunt redigi; ut
vel numericè vel collectivè intelliga-
tur. Goddæus *ad l. 130, §. d. V. S. iuxta*
sententiam Pomponij Icti, tria eius fa-
ct genera: Vnuum, quod uno, inquit,
continetur spiritu; alterum, quod ex
contingentibus exurgit; tertium,
quod ex distantibus constat. Primi
genetis, ait, hominem, lignum & la-
pidem esse: secundi, ædificium, na-
veum, armatum: tertii generis consti-
tuat populum, gregem, legionem,
&c. Sic & corpus politicum est plu-
tiuum collegiorum, pagorum, fami-
liarum, hoc est, personarum diversæ
familiæ, diversique ordinis & pos-
sessionis coniunctio. Atque tale cor-
pus hoc proprie pertinet. Veluti hanc
ob causam rectè Dn. Melch. Golda-
stus, *in collectionu constitutionum Imperi-
iæ! tom. prim. statim in limine*, Ordines
Imperiales omnes cum dignitati-
bus suis in corpus certum redigit,
corpus membrorum Imperii Germani-
ci id appellans., & secunda vice
idem Sacri Imperii corpus in sua
membra & officia quadripattitum
producens; ut inde au:ustissima eius
amplitudo p:re cunctis terræ regnis
apparet, quod ibidem qui volet consu-
lat.

lat. Quenadmodum vero corpus humana vires & soliditatem cohaerentiamque medio nervorum & ambientis cutis acquirit; ita quoque politicum ex universitate & eius complexu continuatatem cum firmo vigore nanciscitur. Baldus enim *in l. 5, num. 11, C. de exec. rer. Iud.*, affirmit, universitatem nihil aliud esse, quam homines ipsiusmet universitatis collectivè sumptos. Nam homines separati & singuli non faciunt universitatem & populum. Ideo universitas non dicitur homines, sed hominum collectio in unum corpus mysticum & abstractivè sumptum; cuius significatio inventa est per intellectum. *Cacheran. decis. 17, n. 14.* Verum talis universitas à collegio & corpore, quod est coniunctio plurium collegiorum, ita differt, ut universitas dicatur respectu alicuius territorii. *Impl. pol. lib. 1, cap. 4, q. ult.* Quaatione universitatis nomen est nomen iuris, non personarum: Patiter ut hereditatis nomen differt à rebus ipsis, quarum denotat universitatem. *Medit. §. plebiscitum. decis. 2, num. 7. Losa part. 1, c. 1, l. item. §. non ff. de pet. lat.* Hinc Castrensis, in *l. 7, n. 1, ff. quod cuiusque univers.,* scribit; Universita-

item quandam esse personam fictam, ex pluribus singularibus personis constantem. Etenim universitas, quamvis non animum, non intellectum, nec etiam corpus habere videatur, si abstractivè sumas; attamen legiūme congregata atque convocata, sustinet ac representat vicem unitis personarum, quæ est aliquid diversum ab hominibus universitatis. *l. mortuo. ff. de fiduciis.* *Moditus,* §. *plebiscit.* *dubit.* 148. Vnde maxima est differentia, an actus aliquis fiat ab universitate, seu vero à pluribus ut singulis. *l. i, §. quibus.* *l. scut.* §. *si quid ff. quod cuiusque universi. nomine.* Hinc liberatio facta universitati, non afficit singulos homines universitatis; nec è contra. Idem videmus de bonis Universitatis. namque bona non dicuntur bona singulorum; & è contra. Sicque jus universitati legatum, singulis non competit. Nam quod est universitatis, unius corporis est. Ideo plurimum seu singulorum non existit, quoniam universitas est persona per se representata. *l. 6, §. universi ff. de rer. divis.* *sed si.* §. *qui man. ff. d. in ius vocan.* Et alijs pluribus exemplis explicat Losæus, l.c., n. 16, & segg. Ac porro, quod aliud sit universitas, & aliud singuli

de

702 R E R V M P. H A N S.
de universitate , apparet etiam ex eo,
quod universitas eadem maneat , li-
cet variæ mutentur personæ. l.7, §.is
Detur ff. quod cùmque univer. Et
sic populus idem manebit hodie, qui
fuit iam à centum annis ; licet om-
nes , qui tunc erant , mortui sint , &
alii subrogati. Propter eandem etiam
rationem ius & noinen universitatis
conservatur in uno solo qui tenet anfit
de universitate. **Bald. & Castr. m.d.**
7, §.ult n. i ff. **quod cùmque univ.** Uni-
versitatis enim nomen manet & du-
rat, et si ad unam personam reciderit.
l.7, §.s, ff. **quod cùiusque un.** Etenim
in hominum universitate tria consi-
derantur: ipsi scilicet homines, res, &
iura corum. Vnde licet homines ex-
tinguantur , remanent tamen nihil o-
minus res & iura ipsorum hominum,
quaꝝ nempe propter mortem homi-
num non extinguntur. Ac propria
illa iura representat tota univer-
tas in uno , l. sicut inf. ff. **quod cùmque univ.** ; etiam omnibus de univer-
tas extinctis. Nam donec quis su-
perest , res non potest carere iure &
administratore. Atque ita universi-
tatis privilegia durant , mortuis om-
nibus de universitate. Nam quod u-
niversale est, perire nequit. Sicut ho-

mo in genere non moritur. Proinde universitas actu perire potest, sed non habitu, ut loquuntur, in quo generis conservatio superstes est. Sic & privilegia & iura alia conservantur eidem. Postea renovata universitate, omnia iura resuscitantur; interim autem transeunt ad fiscum. *Moder.* §. *plelicet.* q. 85. *Besol. pol.* c. 12, n. 60. Bona autem & res in communi universitates habere possunt; sicut & hoc cuiuslibet personæ singulari concessum est. pata, nemora, pascua, piscinas, salinas, tudes, &c. item pecuniam in ratio, bursam communionem, provenitus, &c. l. 1, §. quib. ff. quod cuiusque vni. loca civitatis. l. inter publica ff. d. U.S. Sed de his, quomodo possidentur & amittantur, vide *Loſaum*, de univers part. 3, & 4. Nam bona eas si admittantur universitati & civili sociationi, desinit esse publica. *Mencej.* lib. 2 arbit. cas 598. *Petr. Greg. Tl. ol.* lib. 3 §. *Synt.* 1. *Gail. lib. 2, obs 61.* *Vid.* *Altib. diceol. lib. 1, c. 21, n. 33.*

Academiae etiam alias specificum universitatis nomen attingunt. In quo consule Matth. Steph. *dis. acad.* 147. 1, *dis. 8, n. 3, & scqq.* *Besol. pol. c. 12, n. 1, & scqq.* De tam constricta enim nimis in significacione heic non agi-

704 . R E P U B L I C A . H A N S .
agimus; sed potius *cum* Melch. Gold.
facimus, ut supra dictum est; quum
hac ratione universitas sit plurimum
collegiorum, familiarum, & corpo-
rum, juris communione sociata mul-
titudo. l. 2, l. 7, §. 1, ff. quod c. unusque
un. l. 30 ff. de usucap. Sed in pluribus con-
sultatur Alth. pol. cap. 5. Bod. lib. 3 de
rep. c. 7. Losaw de iur. univers. per tot.
Hotom. quest. ill. 42. Deut. 13, 12, 6
seq. Gen. 34, 15. Exod. 11, 2, & seqq.
tit. Cod. de colleg. lib. 11. & tit. de pri-
vat. corp. urb. Romæ. Nos ad tec-
pum tendimus.

C A P. IX.

De republica, & maxime in statu Christianitatis, quid sit.

A B soluto iam & demonstrato uni-
versitate societatis corpore, & quo-
modo membris suis ordine in uni-
versitate detecta coheret; Necesse
est, ut quoque nunc paucis animam
cius perlustremus. Non etenim suf-
ficit, corporis novisse situ, & compo-
sitionem membrorum; sed etiam ip-
sius internam intelligere essentiam,
ex qua profluant eius actionum fa-
cilitates & operationes, quibus i-

in hoc mundo vividum ostentat. Prout Respubl. est, ita & uoque nobilitatem corporis politici sui arguit in vita sive effectu suo, quam civitatem diximus. Vbi simus de vera Republ. definitione, quam adeo multis sentibus ignorare cerno actum est; ut non opus sit in his diu se torqueat amplius. Sed tamen quoniam omnes, quicquid de republ. scripserunt, parum solliciti sunt, ex quo fundamento, & quid, ac quibus scribunt; paucis utram in his ipsorum errores detectandi sunt.

Profitentur se quidem Christianes & quod Christianis sua scripta credunt; ut plurimum tamen res proponunt Christianis haud probe convenientes. Et enim non putant ex ipsa facta Scriptura, & maxime ex novo Testamento, reipublicæ constitutionem esse desumendam; ita semper luxuriant in Ethnicorum placitis, atque omnia ex ipsis determinant. Nullum heic usum habere opinantur, immo tident, quæ Christus, quæ Apostol, aut Spiritus Iehovæ per Apostolos illis loquuntur. Quis non deplorat extremā perversitatis malitia? Numirū ciusdem sunt sortis homines, quales tunc olim erant ante cataclys-

mum inguentem. Posteaquam igitur nunc iterum mortales suam in ira Dei tantoperè tanta obstinacia concitarunt Turbam, perinde ac Spiritus Dei etiam ante diluvium iudiciorio habebatur, quis non intellegat, similis ultionis, tam pertinaciter i Turba magna iracitate, tempus etiam num acceleratum iti? Unus inter omnes Danicus vix agrè invenitur, qui titulum politicæ Christianæ tangere vel in medium producere fuerit auffus. Reliqui propè omnes hoc s: sanctiori conatu, ac si in summam alicui cedat ignominiam, indigni faciunt; dum tantum censetur nefas, si alicubi ab ethnicistni usu cibriori sit deviandum. Quin ipse nos adeo pridem ex ore magnorum virorum non absque horrore audivi, qui extremæ stoliditati aut vesania ho adscribere solebant, si quis decisiones politicas aut juridicas ex ore & Verbo Dei petere aut desumere velle quum non tantum nimis esset durum; sed etiam nec eleganter nec temporum rationitalia competenter. Quasi is, qui ipsa est sapientia Patrum & in quo vivere, moveri, & esse debemus, qui que sui imagine in Spiritu suo nos donare cupit, non verba vitz

miora & solidiora protulerit, quam
que flubunda & vana somnia ho-
minum configunt. Verum enim
vero verba Danxi, quam oppido sint
oportuna & rei huic accommodata,
paulo infra adducam : Audiamus
modo prius, quid reipubl. Christianæ
nominis revera nobis censendum ve-
niat, ex quo patebit facile, quantum
omnes in suis rerum publicarum con-
stitutionibus à via declinent.

Est igitur Respubl. Christiana nil
aliud, quam populi Dei ad unitas an-
. Et a potestas, quæ ex delctione proximi
mū iuxta pietatis virtutem procreat
civitatem eam, in qua pacifice vita
huius ævi ad gloriam Dei unicè trans-
figatur. Hæc, hæc, vere est Respubl.
Christianæ ; & ita conformatam esse
oportet, quam Christus ipse, legibus
suis ex sinu Paulis nobis revelatis, pra-
scripsit. At enim quis est, qui recum
vit & que aliorum atque æternæ repa-
ratorem salutis digne cureret? Licet il-
le civitatis aedificationem omnem
sibi destinari cupiat unicè, tamen ne-
mo audit; sed unusquisque suas se-
quendas sibi vias eligit. Ideoque pra-
vitati cordis eorum tradit eas, ut in
consilis vanis ambulare pergant, ut
que sit graviter ipse Iehova Ps. 81,

12. Talis enim Reipubl. formatio, qualem sibi homines confinxerunt, non est ex Ichovæ viis aut statutis ad voluntatem divinam adornata; sed ex cordis pravitate, immo Ethnicis in meditullio, progenita.

Atque hoc est in quo quidem Danæus verani quoque mentem expedit. Verumtamen, quoniam misericordia nobis mortalibus nil crebrius est, quam à Dei vestigiis levissime diverti, &c., quæ una manu adificamus, mox altera destruere; præclare autem dicta, quibus ad communem amplificationem rem cum priuis indigimus, nimium iterari, si vel ad nefas inculcentur usque, non possit idcirco, quæ in hoc negotio divinitati veritati præcipue congruentia proficit Danæus, heic audianus. Politici præcepta (*aut in proæmio*) scripsæ varii, cum homines philosophi, tunc alii & veteres & novi autores: si qui ad purissimum Dei verbum tñ exigeret, nemo, meo quidem iudiciorum adhuc repetitus est. Atqui, si quo aliquo in loco gravissime peccati ab omnibus potest, dum à Dei voluntate discedunt: maxime in hac re vero. Nam, cum à Deo opt. max. mundus hunc regi, felices quererim omnium successum.

successus exspectandos esse fatendum
sit ; certe omnium tum urbanarum
tum militarium actionū (unde Reip.
summa pendet) felicitas ab uno eo-
dem Deo est speranda. Verum ab eo-
spectari qui poterit , si Remp. ipsam
totam , aut quid in ea , contra Dei
ipsius expressissimum mandatum, vo-
luntatem ac consilium, instituimus
aut suscipimus ? Certe nullus ex co-
fālix exitus expectari poterit. Quam-
obrem erat cum æquius , tum etiam
optabilius, ac omnino magis necessa-
rium , ut p̄r cæteris h̄c una p̄ce-
pta (quæ politica nominantur) ex il-
lā divini verbi regula maxime sume-
tentur, id est, ex ea quam Deus nobis
derebus omnibus (quæ in actionem
vitæque humanaū cadunt) in ver-
bo suo p̄scripsit. Quid sit enim
politicè non modo atsq; quedam è p̄c-
cipuis una; verum etiam ceteratum,
quibus hominum inter se societas
colligatur conservaturque , facile
princeps, & , ut loquitur Plato , οὐαὶ δημοκρατίᾳ , aut , quemadmodum
Aristoteles , οὐαὶ ἀρχηπεπονθίᾳ . e-
quidem ad eam vere, tuto, utiliterque
tradendam , fuit estque divinitatē lucis
et ac veritas verbi Dei p̄ferenda,
qua duce neque aberrant homines.

Y y ; . neque

neque inania & vana pro solidis, ve-
lut Ixion (ut est in fabulis) nubem
pro Iunone , amplectuntur. Neque
vero verbi divini adjumento ad eam
scientiam copiose luculenterque cō-
pletebant & describendam politici
scriptores carebant , si modo ad illud
attēdissent: Sed homines, etiam Christianum
noīnen profitentes , profa-
norū autoriū libertis literisque ab
ineunte ætate semel instituti , in iis-
que postea diutius innutriti , nihil ex
divina Scriptura sumi tradivè posse
crediderunt quod ad eas artes petti-
neret quas profani philosophi tra-
dassent. Ex quo evenit , ut & ethi-
cen , & physicen , & politicen , ex Ari-
stotelis , Platonis , Taciti , Senecæ , Plu-
tarchi , aliorumque similiūm scrip-
tum monumentis discerent potius ,
quam ex Dei verbo ; id est lacunas , &
eas quidem s̄c̄pe putres , potius quam
ipsum aquæ salutatis vivum fontem ,
mallent consecrati . Inde tot in qua-
vis philosophiæ parte errores natū-
ri , quos etiamnū hodiè mortdicus Chris-
tianæ quæ vocantur scholæ nihil-
minus tueruntur , ac retinent : Inde et
inter Philosophiam & veram Theo-
logiam contentiones ortæ . Quæ
omines facile evitarent homines , si ex

P A R S S E C V N D A . 711
uno Dei verbo sapere , non ex huma-
nis commentis, didicissent , ac nunc
etiam discerent. Mihi quidem hoc
fuit perpetuo propositum, ut philoso-
pharer ; & quidem non paucis , ut
Neoptolemus ille apud Enniūn vo-
luit ; verum ut vere philosopharer .
Ecquæ enim est falsæ clementitæque
scientiæ & doctrinæ utilitas? Itaque,
quantum quidem potui , singulas
philosophiæ partes ad verbum divi-
num semper revocavi, velut ad veris-
simam omnisi veritatis atque om-
nium rerum (de quibus illud verbum
agit) normam : Contra quod si quid
extet scriptum , istud & falsum , &
blasphemum , & execrandum judi-
co , à quounque tandem fuerit tra-
ditum , & de re quacunque affirma-
tum. Est enim divina Scriptura non
tantum *m&s;*, id est, rerum quæ cre-
di , verum etiam *o&gk;*, quæ agi
debent, regula certissima & immota.
Quare ut , quæ sit optima civitatis
regendæ ratio, intelligatur , quæ res
πλημή δημόσιη , politica scientia ,
nominatur ; estque pars potissima re-
rum omnium quæ in hominum a-
ctiones cadunt , quibusque pietas ac
iustitia hominum inter se contine-
tur,) est , inquam . politiciæ scientiæ

712 R E R V M P. H A N S.
præceptio resteque gubernandæ civi-
tatis ratio vera ex ipso Dei verbo,
quantum fieri potest, ducenda. Au-
gustinus, epist. 3 ad *Vetusianum*, de S.
Scripturaloguens, Hic etiam, ait, lau-
dabilis est Reipubl. salus. Neque
enim conditur & custoditur optima
civitas, nisi fundamento, & vinculo
fidei, firmatque concordia, quam
bonum commune diligitur, quod
sumus ac verissimus Deus est, &c.

Non inconvenienter hæc prelati
sunt. quæ merito omnes excitant
& informant politicos. Proinde qui
in tali sententia constanter perseve-
rat, nec ab eadem facili deflectit mo-
tu; egregium certè præstabit opus, &
homine Christiano dignum perfi-
ciet. Fac hoc, & vives, ait Christus.
Nec enim verba sufficiunt, ubi
facto opus est. Sed uti nostraræ ratio-
nis miseranda fett cœcitas, quando
in suas toties relabitur vanitates; ita
fit, ut, quam diu profana divinit
miscentur, eaque præ cœlestib[us]
mandatis in potiori habentur lo-
co, omnes ab eodem semper devo-
remur errore, & cæcus cum cœco in
eandem abipiatur tenebrarum fo-
veam. Utinam mortales, corrupti-
mæ suæ naturæ corruptionem vix
intelli-

intelligerent, nunquam ita temere cœcis tationis inventis aut syderei illius Spiritus impressionibus se submitterent. Verum quis stolidum in sua præteritate corrigat mundum? Quis est in tantis tenebris qui non suam sibi excelsè nitidam configat lucem? Tum quoque quid non communiter receptus habitualitatis suæ dictat usus? Deus venter est, & in diem vivitur: & sanctior est ille, qui dicitur est, *ait D. Hieronym. ad Chromat.* Sic ducit sepi a percau. Nec opus est, ut surdaster cum surdastro litiget amplius.

Quoni igitur ex supra illatis constet, quod reipubl. cuiusvis consummata constitutio ex duabus confluatur & in ordinem iustum redigatur partibus; internis & externis; unaquaque autem eorum hoc habeat officium, ut vel auctioni vel conservationi incumbat: effectum talis iustum præstare tenetur. Sic internæ conservationi maximè inserviant libertas, leges, virtus, industria, potentia &c. mortalium; sed in primis divina gratia; sicut etiam hoc referri potest ætarium publicum, cui septem genera conficienda pecunia apponit *Bod. lib. 6, de Rep. c. 2,*

Y y 5 Inter-

Internæ auctioni , quæ aut natura-
lis aut industrialis est, & hæc iterum
aut voluntaria aut coacta; ci p̄timi-
tus inservit, propagatio populi; huic
rursum libertas , unio vicinitatis aut
proximorum, arrogatio, adoptio , af-
finitas &c. omnium autem maxime
& fundamentaliter heic conducunt
negociationes & commercia , nec
minus & fœdera huic intentioni in-
servientia. Sic &c extenæ patres in-
ternis correspondere debent , ut aut
stabiendo proflent, in munitione,
fortificatione, ædificiorum erectione,
propugnaculorum ordinatione &c.
aut amplificando in legitinis mediis
per privilegia, concessiones aut fœde-
rum compactiones ; aut violentiis,
quod sit per bellum. Verum quum
ultimum hoc ad scopi nostri inten-
tionem nil iam faciat; id , quod in
privilegiis & in fœdere iusto consi-
stit , paucis subiectius. Ita enim
inde patebit , quanto cuin funda-
mento necessitatis & munimini , nec
minus ornatus atque utilitatis Ger-
maniz, Fœdus Hanseaticum in tan-
tam tot seculorum extensum sit du-
rationem , unde merito hæc ipsi de-
betur celebritas, & observantia.

C A P. X.

*De Privilegijs, unde & quid sint,
ac quomodo iure conce-
dantur suo.*

EX quo mortalium consensus omni libertatis sunt facultatem in superiorum quandam potestatem transstulit, ut ita dominationis nutui viveret subordinata; necesse est quoque fuit ut disciplina legum simul submittetur, quas aequali iure distributum exciperent. Verum, ne vis potentior ab ingruentibus, aut ab aequitate ipsa deviantibus aliis, immineret, vel disturbaret universitatis corpus, hanc raro autem ipsa dispositio loci ac commoditas rerum negotiorumque exigit aliquam libertatis translatam restitucionem & prerogativam pro reliquis subiectis: orta inde est quod unum legum & iuris communis exemptio, quae pro loci, rerum, personarumque necessitate assignata fuit plurimis, boni publici causa. Atque hoc peculiare ius, quum, respectu & comparatione communis iuris, aliquid singulatatis inferret, & commodum iis, qui

qui expeterent, adiiceret; nuncupatur id *Privilegium*: quasi nova lex privatim addita fuerit aliis, ob causam specialem. *gloss. in l. 21, §. idem ff.* *ad municip.* unde etiam alii privilegium, quasi privans legem communem, dictum volunt. *Iasen. in l. s. n. n. 27. ff. de constit. princ. Mozz. de contr. §§, n. 25. Petrus. in c. 1 de constitut. Enenck de privil. lib. 1, c. 1, n. 6, & 7.* Quamvis autem interdum latius, interdum strictius accipiatur, ut ~~est~~ idem notat pluribus Enenck: adeo ut etiam Gellius, lib. 10, c. 20, scribat, quod veteres, privilegia leges appellant: tamen ita, ut iam dictum est, proprie *privilegium* accipitur. Unde privilegiati dicuntur, qui a iure communi excipiuntur. *l. de curiis. C. de silent. lib. 12.* Et privilegia ita interpretanda sunt, ut aliquam contineant gratiam contra ius. *ut illi in c. sicut Romano. de rescript. privilegium enim ius dicimus tale, (aut Enenck. d. l. n. 10,) quod adversus generale ac commune ius exceptionem & relaxationem, eoque privationem legum, certo in casu, seu suspensionem, introducat; quo nixi quibus illud datum est, legibus in illo casu communibus soluti intelliguntur.*

S. J.

satiū describit l. 14, C. de usūfr. & habit. l. 9, C. de testament. Quod rectius alii ita definiunt : Privilegium est ius , quod contra communem civiliū ordinationum tenorem , propter aliquam naturalis æquitatis rationem , certa constituentium auctoritate introductum est. Vnde apparet , quod privilegia contra ius naturæ vel utilitatem publicam , non magis sunt privilegia quam tyrannis lex est ; ut Cicero de ll. differens probat. Et hic est verius sensus l. ult. C. si contra ius vel utilit. publ.

Multa & varia huic in iure civili nomina imponuntur. Ut ; Beneficiū interdum dicitur. l. penult. ff. de constit. princ. l. ult. ff. de adopt. &c. Iuris in l. 2. l. 7. ff. de testam. Lex. l. 5. ff. de testib. Prærogativa. l. 4, §. 5. ff. & offic. procons. Consuetudo. l. 4, §. ingressum. ff. de off. proc. Rescriptum. l. 6. ff. de iur. fisc. Concessio. l. 1, in- princ. ff. de testam. mil. Indulgentia, Benivolentia. l. 52. ff. de acquir. vel emitt. Constitutio. l. 1, §. item. ff. que sint. sine appell. Sanctio. l. 2. C. de locet. præd. Exceptio. l. 7. C. de veſigal. Germanicè Freyheyt, Handvest, in iure Sax. dicitur. Hebræis Perah vel Pirahot , quod libertates , privilegia cisi;

718 R E R V M P . H A N S .
est; à verbo *parah*, id est, *privare*,
eximere. *liberum facere*. unde vox *Parbo*,
olim cognomen regum Aegypti: qua-
si rex sit homo singulariter privilegia-
tus, & numero communis exemptus.
Enenq. d. l. i de *privil.* c. 1, num. 14.
Ideo verum est, quod nemo sibi pro-
pria auctoritate privilegium adoga-
re possit; c. 25, q. 2, c. 22. Sed hoc
competit illi, qui principem locum
obtinet, *Bod. lib. 2, c. 1, de Repub.*
solus etiam sit conditor & interpres.
l. 6. ult. C. de ll. Solus enim date po-
test privilegia. per *novel. 6, c. 2.* Prin-
cipem enim hec excipiunt Icti, qui
summa habet potestatem. Nec te-
fert, siyc unus sit, sive plures. unde
etiam *Rebuspubl. licitam*, quæ sup-
riorē non agnoscunt. *l. scitote 2, c. 6,*
q. 3, c. 18, de iure iur. Velut etiam
concedere videtur Princeps privile-
gia tacite indulgendo. quod sit in
more & consuetudine antiqua. §. 7.
de conceptione digest. c. mos antiq. 6,
dist. 6, c. conquesitus 8, 9, q. 3. Voi
communis præscriptio etiam sat
operatur. c. *audientiam. de præscript. 15, d. t.*

Subiectum autem, quibus inha-
rent privilegia, sunt personæ & re-
l. ult. C. defrui. & litis expers. Perso-

narum ratio dupelex est: vel enim
 Principes sunt, vel subditi. Principi
 competit regalia in signum supre-
 mæ præminētiæ & potestatis. Quæ,
 quoniam non sunt aliis communia,
 sed cius propria, merito ita dicuntur.
 Hæc si tite cognoscantur, facile pote-
 tius perspicere, in quibus præroga-
 tivæ aliis concessæ fuerint. Ideoque
 regalium Principis quedam commo-
 dum cius pecuniarium recipiunt, ut
 est ius fisci, multarum, pœnarū &c.
 deinde pertinent ad Principem bona
 vacantia, vestigalia, collectæ maiores
 Imperialesvè, portuum, ripatica, re-
 ditus pïscationum, salinarum; paran-
 giarum præstationes, dimidium
 thesauri inventi, &c. Sic & personis
 habet ius conferendi vel dignitatem,
 vel officium, beneficium, vindictam,
 vel quidpiam huiusmodi quod eam
 ab observatione legum communium
 liberet. *de quibus vide facil. Frid. de pri-
 vil. tb. 31, & seqq., longum referentem
 catalogum.* Modus autem concedendi
 privilegia olim in Comitiis centuria-
 tis fiebat solummodo, quod etiam ita
 lige 12 tabellarum caustum erat. *Cic. pro
 domo sua, & pro Sextio.* At nunc in
 potestate est eius vel illorum, in quos
 regalia summa devoluta sunt. Ac licet

tenor

tenor privilegiorum ad unguem sat-
vandus sit, l. i. §. 10. ff. *de exercit. all.*
& perro, *de privil. l prospexit. ff qui &*
à quib. manumiss.; tamen causa im-
pulsiva maxime declarat & restringit
privilegia. l. 77, §. 20. ff. *de legat. 2. l.*
ult. ff. de test. mil. Vnde reale privile-
giū intelligitur, si descendat ex con-
tractu. l. 8, §. 4. ff. *depig. act. l. iuri gent.*
§. 5. ff. de pact. Si vero ex statua, per-
sonale est. l. 5, §. 4. ff. *de iure immu-*
nit.

Finis autem privilegiorum est, con-
sulere bono publico, succurrere infi-
mitatibus, avertire futura mala, &
præcavere incommoda Reipubl., nec
non fortitudinem præmiis afficere &
bene meritos remunerari. l. 26. ff. *de*
testam. mil. l. 1. ff si ventris nom. l. 58. C.
de decurion. l. ult. C. de statuis.

Vnde effectus quoque privilegio-
rum est, quod tantum operari,
quantum consuetudo & præstigiū o.
l. i, §. ult. & l. seq. ff. *de ag. & ag. plur.*
arcend. Veluti & privilegia realia pa-
petua sunt, & ad hæredes transmit-
tuntur. l. 3. C. *de censib. l. 42. ff. de ad-*
min. & per. tut. Maximi vigoris sunt,
quæ corporibus, collegiis & civitati-
bus generaliter dantur; quia similes
ad posteros extenduntur. l. 4. §. 1. ff *de*
censi.

ans. At personalia sunt temporaria.
l. 12. C. de prox. Sacr. Scrin. l. 3. C. de
excus mun. nisi specialiter transitio ad
hæc les indulgeatur. l. 5. C. de silent. Maxime
durabile & inexpugnabile
est, quo d' titulo oneroso est compara-
tu. n.

Ex quibus patet, quod variæ se-
cies privilegiorum dentur. & præter-
tum decem d' v. siones refert Enenck.
lib 2, c 1 qui ibi consulatur. Saltim hac
vice ad monendum putamus, quod
privileg. s contraria sint: iniq. itas.
l. 4 C. de emane. mendacium. l. 5. C. si
contra ius. &c. l. 29. ff. de falsis. dolus,
l. 51. ff. de re iud. delictum. l. 1. C. ubi
Senat. &c. l. 2. C. de priv. sciol. ab-
usus l. 11. C. de Iudicis. Nov. S, c. 13.
& non usus. l. ult ff. de excus. tur. item
renunciatio. l. 46 ff. de pactu. item si
celer causa. l. 43 ff. de vulg. & pu &
mots privilegiati. l. 26. ff quando aces
leg. Scire extincta, reale privilegium
extinguitur. l. 5. ff. ut legat non. cav. l.
55 ff. de condit. & demon. Vnde civita-
te destructa, privilegium impicitur. l.
4 ff. de censib. l. 21. ff. quibus modis usu fr.
amitt. Si vero opus reparacionis sit,
sup' n' litur & non extinguitur. l. 59.
§. 1. ff. de condit. & dem l. 9; §. sacram.
f. d. V. O. Nam etiam bello capta ci-

vitas, si vindicetur in libertatem, iu-
ra sua pristina recuperat. l. 12. §. 6. l.
20. §. 1. ff. *de capt.* v. l. 26. ff quib. modis
usufr. &c.

Ex his autem patet, unde sit, quod
in iure civilis xp̄ius exceptio occur-
rat, cuius supra mentionem fecimus;
velut immunitas à muneribus, oneri-
bus, operis, collectis; & cur hodie
tam exosum sit nomen illud, quando
nonnullæ civitates p̄r alii à tributis
& oneribus exceptis & liberatis sunt.
Rul. de com. l. 5, p. 2, &c. 4. Atiunt enim;
Salus publica flagitat, ut recessa sit ex-
ceptio, quam fieri potest maxime,
onusque non imperio, sed statui ex-
imenti accrescat. *Vict. de caus except.*
concl. 19. & *Schomb.* lib. 5 fol. c. 7. Non
incongruum quidem consilium, sed
cum nimis exacerbatos reddit ani-
mos, & lites ex litibus gignit; rectius
foret æquitati suspectias ferre. Omnes
enim inclinant in hoc plerumque, ut
interpretationem ex periculosa illa
clausula petere velint, quæ privilegia
saltem rebus sic stantibus concili-
cubit. Ast quantam segetem malo-
rum disseminat in mundum haec
locutio, id tot strages & cladæ testan-
tur aperiè. Utinam tandem meket
adesset recipiēntia omnium, & ho-
nors

mines agnoscerent , quod non incomptè nonnulli proferunt politici , qui pœnit loco Respubl. in genus humanū statuunt introductas. Oleni flammis infundunt , & securitatem nimiam cordibus protervis suggerunt , qui hoc negare ausint. *Vid. Chr. Matth. in pol. lib. 2 , sed. 3.* Etenim intermortua charitas satis indicio est , quam Deus sit à tali forma regiminis alienus. An non inde tantus legum humanarum culumus profluxit ? Num talis Resp. possit esse grata Deo , quæ sibi ipsi in tantis flagitiis & dolis oneri est ? An id amori Dei possit adscribi , quod is non potest non summo odio prosequi ? Odio habet omnes verbi transgressores sui. Alius autem non est præter Chr̄stum , qui legem compleverit. *Quicquid igitur in Christo non fundatur , ab ira Dei certe nequitquam est exemplum.* Si unicū omnium legum lex in Rebuspubl. observaretur , quam Christus *Luc. 6 , 41 , & Matth. 7 , 12* , nobis inculcat ; Quicunque volueritis , ut faciant vobis homines , hæc & vos eis faciote ; &c. proprius certè omnis Respubl. accederet ad amorem Dei , & statum Deo amicum referret. Verum quoniam omnes ab eo absint , & potius multi-

724 R E R V M P. H A N S.

plicitatem ament quam unitatem, ideo imagis etiam in profunditatem ita Dei se precipitant. Et hinc est, quod natura vel creatura, sive totus mundus, tantopere suspirat, quo tandem a servitute corruptionis huius libertati possit; seque in libertatem vindicate anhelit; ut D Paulus ait, *Rom. 8, 20, 21, & 22.* Ita natura inq iissimo pondere actionum humanae & malignitate vieta ac suppressa jaceret, ut penitus abhorret a vinculo eius, cui implicata heteret. An non igitur poenæ loco sibi tales Respublicas impositas diceamus, quæ a Dei & proximi dilectione sunt alienissimæ, & in quibus nil nisi violentia legum conglutinatio, fœderumque constrictio, cum acri disciplina, vel dum lucti aliqua indulgentia, qui in privilegi auctoritatem, talem, ut iam dicitur est, redundet, animos conciliare possit? O futuri necessitudinis vinculum, ubi ferreis quid coaginentatur clathris!

C A P . XI.

*De fæderiū natura propria in genere ,
varique eius acceptiori-
bus , & infinitive
vera .*

Quemadmodum societas publica & civilis in formam symbiotican coēat, & quomodo, si omnium legibus consticta sit, aliquam inde relaxationem iurium pro maiori favoris mutui gratia acquirat, huc usque dictum est. Sed quum ad conservationem & amplificationem Reipublicæ non satis sit, ut inter se iuris al quo vinculo concatenetur; sed etiam firmitudinem sapientiae externam & augumentum sibi querere à vicinis cogatur; atque nul ibi æquè idoneum & conciliabile inventatur, quam fæderiū consociatio: postulat jam rei evidētia, ut eam quoque paucis perlustracionis. **Q**i enim in regimine absque certo vitæ exterñū munimento res prosperas adveniasque experti sunt, fatentur, quam sapientiae periculis expositos se vixisse, & vix potuisse à se propulsare vires hostium, nisi fuisset ab amicis & confæderat-

tis adiuti. De Germaniæ regulis scribit Iovius lib. 32 *bistor.*, quod mutua ope & sanctissimo liberalis amicitia jure seipso ab iniuria & superbia potenterum facile defendant. Auxilia enim humillima consensus firma facit, ut ait *Publius*: & vel Scyluri tela documento sunt, quanta difficultate juncti fasces disrumpantur, qui octoginta generosis suis filiis, referente *Pintarcho*, firmam animorum & virium coniunctionem hac similitudine adumbravit. Hoc pacto coniuncta fœdera in animorum morumque similitudine magis atque magis confirmantur, quandoquidem pietatem produce, & prudentiam consulticium loco adhibentis. Fœdera igitur meritato inventa fuere ab omni ævo, ut amicorum usu potentiaque terrere hostes, tuos autem patriamque tueri posses. Vide *Ubertum Foliettam de fœd. cels.* *Mancen.* lib. 6 *de iure princip.* c. 13. *Erenb.* lib. 1 *de fœd.* c. 2, n. 2; 2. *Alex. ab Alex.* lib. 5. *Gen. e.* 3. *Camer centur. succīs.* cap. 6. & cent. 2, cap. 78. *Bod. s. de Rep.* c. 6. *P. Greg. Thol.* lib. 11. *de Rep.* c. 11. *Comin.* lib. 2, p. 360. *Pariticam.* lib. 27 *defacit. convent.* t. 7, n. 7.

Conspiraciones equidem improbae & coitiones turbulentæ iace yetan-

tut; l. 3. ff. ad l. *lul. de vi. publ. Auf.*
Bul. tit. 15. Verum in legitima fœde-
 rum cognitione, constitutione &
 pactione, ritè hæc considerantur se-
 quentia: 1. nominatio. 2. quid
 fœdus sit. 3. quæ fœdetum species
 aut genera. 4. cum quibus probabi-
 liter incunda. 5. qui icere possint.
 6. sib quibus conditionibus, & quæ
 cautelæ. 7. quis modus. 8. quod of-
 ficiūm confœderatorum. 9. quæ so-
 lemnitates. 10. quæ duratio, & quis
 effectus eorum. 11. eorum cognata
 quantum. 12. quomodo dissolvantur.

Quantum igitur ad primum, no-
 minis rationem, attinet, Festus a-
 pud Latinos fœdus ab eo appellatum
 dicit, quod in pacificando fœdere ho-
 stia necaretur, & cæsa porca iungè-
 bant fœdera. vel quia in fœdere in-
 terponatur fides. unde & Varro
 fœdus quasi *fidus* dicitur, quod fœ-
 dere tali certa fides pacis nitatur. *Bod.*
5. de rep. c. 6. & *Erenb.* 1 *de fœd. c. 3.*
Z'pper. 4. *de leg. Mofii c. 6.* Fidei c-
 num proprietas essentialis est, quod
 nihil ambigu, fucati, aut dolosi ad-
 mittat; quam talia cuncta fidem
 subvertant penitus. Ideoque ipsi
 quoque Ethnici pactionem ad
 sanctam fœderis habuerunt, ut sin-

gulari cum solēnitate nec sine victi-
mis celebrarent eam. quod sanè non
ethnicorū fuit inventū; sed ex sancto-
rum patriarcharum historiis illud in
abusum gentilem fuit abceptū; cū di-
abolus semper apud suos fraudulentus
Iehovā imitator esse cupit. Iehovā e-
nīm ipse post cataclysmū statim au-
tor fuit fæderis, quod tū cū Noacho,
& filiis, nec nō posteris eius, pepigit;
ubi in æternū huius fidei testimo-
nium, itidem, adiccit, ut sit si num
fæderis inter Iehovam & terrenas in-
colas. Gen. 9, v. 13. Magni sanè my-
sterij arcus ille imaginem refert,
quod antehac nemo in mystica sua
explicatione affectus est, præter Teo-
tonicum; cuius verba in myst. mag. si
ue comp. in Gen. cap. 33, sic se habent.
Fœdus hoc cum hominibus initum
figuram refert trium principiorum
essentiæ divinæ, velut essentiæ essen-
tiarum : Nam arcus ille signum est
fæderis huius, ut Iehova reuinisce-
retur & intimè secum recoleret, ho-
mini in tribus istis principiis, ex qui-
bus ad sui imaginem procreatus est,
vivendum esse. Sed ut rāmen respi-
ceret ad hominis imbecillitatem, &
periculositatem ingentem : inde i-
maginis huius formam obiiciebat, ut
amplius

amplius furor eius ex suscitaretur, & vitam omnium pessimandaret. Ibis enim colores omnium trium principiorum continet. quippe primi color est rubeus & fulvo-fuscus, qui significat tenebrosum & ignem mundum, tanquam primum principium itæ Dei. Secundi vero color est albidus & flavus, qui color est maiestaticus, indicans imaginem sancti mundi, & amoris Dei. Terti i denique color est viridis & cœruleus: Cœruleus ex chao est, & viridis ex aqua aut sulphure. ubi in fulminazione ignis, sulphur & mercurius ab invicem separantur; ibi distincti prodeunt colores, qui nobis internum spiritualem indicant mundum in quatuor clementis contentum iacentem. Arcus iste figurans extremi exhibet iudicii, quatenus interni spirituales mundi rursus manifestabuntur, & quatuor elementorum mundi absorbent in se. Ideo gratosum fœderis signum est, quod iudicem mundi in fœdere denotat, videlicet Christum, qui in omnibus tribus principiis in fidem diei apparebit. Velut iuxta ignis signum index severus in Turbam, & inculta, quæ in ea deprehendentur,

igneum iudicium exercebit, & inflammabit Turbam. unde primum principium in sua ignea proprietate apparebit. omnes res enim huius mundi in igne primi principii, tanquam in centro aeternae naturae, probabuntur; ubi Turba omnium rerum in igne absorbebitur. At iuxta Iucis signum in medio igne tanquam amabilis facies omnibus sanctis apparet, & suos sub amoris & humilitatis umbraculo ab omni ignis flamma innocuos conservabit. Demum secundum externae naturae modi huius regnum in assumpta humanitate apparet; & coram illo externum mysterium quatuor elementorum, tanquam iuxta sulphur, mercurium, & sal, iuxta omnes proprietates miraculorum in effato & fortinato verbo, videlicet iuxta lucem & tenebras, manifestabitur. Huius imaginem & figuram exhibet ista quia est contrafactura aut resplendentia obiecta soli, ut inde constet, quæ proprietas in proprietate lateat. &c.

Ita quoque sœdus solemne Iehovæ iniit cū Abraham, quem ipsi & posteris eius terrā sanctam promitteret ibi victimæ ex vitula triennali, trien-

ni capra, ariete triennali & turtur; cum pullo columbarum iussu Dei sancita fuit. *Gen. 15. v. 10.* Cuius explicationem hieroglyphicam ita Teutonicus *cap. 36 in myst. mag. comment.* introducit. Heic, ait, vera figura de victima Christi pro humano genere; ipsius passio, mors, & persecutio, tum quoque ipsius Victoria, depicta est: velut simul hominum peccata & vanitas. &c. Tria enim animalia, puta vitula triennalis, capra & aries, significant partem exterræ humanitatis temporalem, ex limo terræ comparatam. Quod vero triennalis esse debet, indicat totum exterrum hominem triplicem, ex sulphure, mercurio & sale constantem; velut tres proprietates trium principiorum, quæ in terra quasi in una latent essentia. Dislectio Abrahami significat duplicitem limum terræ, videlicet crassam proprietatem ex tenebroso mundo, & subtilem limum ex cœlestis mundi proprietate; quæ ab se invicem morte separandæ veniunt; quam Adami cupiditas introduxit; ut inde lucis & tenebrarum comparatio appareat. Turtur vero significat miseram animam in animali proprietate captivam; velut & pullus columbae imaginem

ginem Dei in homine defunctam, quæ in victima renovari debet tanquam nova regeneratione. Quod vero columbae istæ binæ non dissecantur; sed integrè in victimam offeruntur; indicat, quod animæ & homini interno nihil de luto cœlesti adiumentum sit, sed in essentia sua integræ mansuri sint, & iracundo igni Dei in Christo toti in sacrificia cessu-
ri, atque ita per ignem iræ seu mor-
tem tanquam per ingentes tenebras,
mortis & inferni terrorem, traducen-
di. &c.

Ita quoque Ichova, Gen. 17, v. 1,
3, & 4, repetit hoc fœdus & id cum
Abrahamo renovat, ipsi simul nomen
Abrahami in signum firmi fœderis
imponens, quod fœcundatus esset
seminis multitudinem eius. Tanta
est Ichovæ nostri in genus humanum
benignitas & clementia, ut undique
ad fœdus promptissimum se expo-
nat. Cui Gen. 6, Exod. 6, 4. & 19, 5. &
24, 7, &c. & 34, 27, Levit 26, 55. Deut.
4, 21. & 5, 2. Esa. 49, 2. & 61, 8. Ier.
14, 3. 4. & 24, 7. & 30, 22 & 31, 1,
31. & 32, v. 38. Ezech. 11, 20. & 14,
11. & 34, 21. & 36 28. & 37, v. 26.
Ose. 2, 18. Zach. 8 8. & 13, " Rem. 11,
27. 1 Cor. 6, 16. Heb. 8, 8. & 10, 6. A-

poc. 21, 3. &c. Stupendum sanè est, quod aeterna maiestas, cuius voluntatem & potestatem convenit esse omnium libertimam, ad normas sese pactorum obligare & obstringere dignatur, quum nulla necessitate adacta esset, nec spe commodi alicuius illecta faceret. Bonus ipse est solus; ut ait Christus. At poterat bonitatem suam liberè absque ullo fœdere satis declarare: tamen voluit nobis esse cognitum, quid de illa nobis polliceri debeamus. Potuit efficere hoc simplici verbo, & proinisis, absque iuris iurandi obligatione. Verum consilium fuit eius, animos nostros infidei ergi se & omnino da fiducia, obligatione fœderis & iurejurando confirmare. Hoc enim pacto immobilitatem consilii sui erga nos testam facete ad hoc voluit, ut per duas res immobiles, promissionem ac iuratum, (quandoquidem impossibile est, mentiri Deum,) solatum haberemus omnium finissimum, ad quod in omnibus temptationibus tuto confugeremus, specie nostro ad finem usque retinendæ corroborationem quereremus.

Fœdus hoc aliud est generale, aliud speciale. Generale, quod pepigit cum uni-

universa terræ machina, omnibusque
inhabitantibus eam. ut *Gen. 6, 8. Ier.*
33. Speciale, quod cum credentibus
sancte dignatus est. Quod fœdusa-
lud antiquum, aliud novum est, in
Christo renovatum. Antiquum san-
guine consecrabatur. *Exod. 24, 8.*
Hebr. 9, 20. Ex hoc factum, quod
Ethnici imitati sint hunc modum in
juramentis & sacrificiis; ut *Rosin. an-*
t:q. Rom. lib. 10, cap. 5. ex Feste refutari;
quod porci quoque effigies inter ini-
litaria signa quinuum locum obti-
nucrit; quia, confecto bello, intu-
quos pax fieret, cæsa porca fœdus fit-
mare solebant. *Vide Rosin. ant. Rom.*
lib. 10, c. 2, & 22. Liv. acc. 1, lib. 1. &
lib. 9, p. 218. Vnde etiam alii fœde-
r:is nomen, quasi à fœdè tractando
aut cædendo vietiōiam, dici voluit
ut notat *Erenb. lib. 1 de fœd. c. 3, n. 20.*
ceu mors talis optabatur ei qui à pa-
ce facta temere resilit. *Alber. Ger.*
lib. 1 de leg. c. 13. P Mart. lib 1 Sam.
c. 18, 3. Sed verior est & magis pro-
pria ratio fides, unde fœdus & fidus
codicim modo sumptum dicitur. c. 1,
§. fin. de fœd. per quos fiat invest. Cr-
isc Sobz cap. 14. *Borch cap. 1, num 2,*
de fœd. Vnde vasalli fideles. cap. 1,
b: qui fœsd. dar. &c. *Erenb. 1*
fœd.

fæd. lib. 1, cap. 3, num. 15, 16.

Quamvis autem ex ipsa notatione nominis satis cōstet, quid fœdus sibi velit; tamen non tantum homonymias secum dicit; sed etiam improptias habet interdum acceptiones. quod recte, ex Erenb. d. l. num. 37, monuit Keckerm. pol. lib. 1, cap. 24, pag. 389. ubi dicit: Fœdus vel propriè, vel impropriè accipitur. Impropriè itetum vel laxius vel strictius. Laxius est inter principem patronum sive defensorum, & eius qui sunt sub eius defensione. Sic civitas Erfurtensis, Mulhusium Imperiale, cum Northusia, tutelarem habent Dominum Elect. Saxoniat: Imperialis vero civitas Goslaria Ducem Brunsvicensem. In superiori Germania maiores civitates Imperiales protectione sustinent minorcs. &c. Item sic laxior acceptio hæc est inter Principem & eius tributarios. &c. Vide Bodin. lib. 1, c. 9. Arctius autem fœdus impropriè dictū, dedititiis adscribitur, qui quum antealibiores essent, postea sub partita certa ratione aut fœderis se se dederi victori coacti sunt. Licet recte statuatur, quod confœderati minus dici queant. Keck. d. l. p. 392. Alias quoque (ais Erenb. d. l. n. 37,) accipi-
tut

tur fœdus pro inducione, sive trœugi,
pro coniugio, ut fœderata lecti, tori,
&c. pro amicitia inter sanguine con-
iunctos, pro conciliatione rerum
controversiarum, pro conventione
pacto, liga, unione, irenico, consta-
tentia, concordia, &c. Arum in
disc ad auct. bull. dis 6 th Cels. Marc.
Raven. lib. 6 de iur. princ n. 2. o

Propter è autem fœdus acceptum
varie scribitur apud auctores. *Bol.*
lib. 5 de Republ. c. 6, circa pr. Diffusus
nonnibil. Erenb. lib. 1, c. 1, n. 4 Kœ-
kerm. d. 1 p. 39 Zupp. dell Mosaic lib.
4. Hockenshaff in discipl mor. lib. 2, cap.
ult. n. 2. Ex quo Hænonius, diss. fil.
ult. th. 2, talem conficit definitionem.
Est autem, inquit, fecundus Reputipl.
nihil aliud quam obligatio seu po-
tius pactum solemniter factum de-
quæp. am sihi mutuo est imda. Qui
ita quoque acceptat Aquinatus. in du-
curs. acad. de iur. publ. dis. 28, th. 27, in
verbis: Est autem fœdus pactu u-
publicum inter Principes aut civitates
liberas, de mutuis auxiliis aut alia
quæpiam se sibi praestanda solemnaria
convenitum. arg. l. 5. ff. de part. Berol.
lib. 2 part. pol. p. 112. Quam eodem
modo quidem & Cammannus, in
sib. de iur. maiest. diss. 5, th. 82, test.

mat; nisi quod paulo enucleatori-
bus verbis, quæ fundamenta essentia-
lia fœderis concernant, eam expri-
mat; inquietus: Fœdus propriè dictum
est pactum publicum, quo diversa-
rum Rerum publ. capita, maiestate
prædicta, salvo utique maiestatis
jure, sese mutuo solemniter obligavit,
ad rem quamquam sibi mutuo præ-
standam. In huius definitionis enu-
catione tria maxime sunt observan-
da. Primo quod publicum pactum
dicatur: quia, licet publica pactsa ferē
ex iisdem proficiunt causis, ex
quibus privata; tamen hæc distinc-
tio, qua fœdus comprehenditur, di-
visionem iuris publici & privati ex-
primit. *I. 1. ff. d. I. & I. Heig.* in §. *Iu-*
niu. Inst. Arum d. disc. 28. th. 28. Dein
de statim nobis heic occurruit perso-
na, quibus & cum quibus iuxta cō-
mum hodiè locutionem fœdera-
ferite licitum sit; nimitem, qui iuri-
bus maiestatis gaudent. qua ratione
merito illi, qui privatorum loco ha-
bentur, à tali iure excluduntur. secun-
dum viçarem opinionem arg. *I. 1. ff. de*
Senat. Bod. 1 de Rep. c. 7, n. 77. Greg.
Thol. 23 de Rep. c. 3, n. 8. Kirchn. dis. 14
Keip. th. 1. Clapm. 1 de arc. Reipub.
13, in fin. Denum in fine ipsius iœ-

deris id demonstratur, quod populi inter se amici, vicini, dedititii, ad rem quamquam sibi mutuo præstandam obligantur. ita ut induciæ, pacificationes, quæ fine totoque genere i fœderibus differtre videntur, quum in simplicibus iuris naturæ & gentium terminis subsstant, ne alter alterum lœdat, his verbis sub fœderibus comprehendi non possint. Quippe fœdus aliquid amplius habet, & singulatim pacta auxilii mutui & fidei certarum cum certi subsidii determinatione continet; quum è contra inducis nil nisi offensio prohibeat. Sic etiam amicitia & concordia inter privatos concessa est, & ipsa iucunditas consociationis hoc postulare videtur. Quo autem discrimine fœdera & sponsiones pactionesque inter se distent, consule in hoc H. Grot. de iur. bell. & Pac. lib. 2, c. 15, n. 2, 3, &c.

C A P . XII.

*De fæderum varijs generibus, &
licitorum requisitu necessa-
rijs , securitatis
causa.*

Constat Christianis omnibus, quibus saltem aliqua sacræ Scripturæ lectio & cognitio in usu est, quod tria adinodium sint vocabula fœde-
ris, pacti, & testamenti. Vnde etiam patet, jure divino & naturali esse concessa fœdera; quod ita abunde pro-
bat Erenb. lib. 1, c. 2, de fœd. Atque duo hæc, notationem inquam nomi-
nis, atque definitionem rei, satis su-
periori capite explicavimus. Proinde ad tertium ac sequentia præcedimus
membra huius disquisitionis.

Divisio autem fœderum & genera-
ciorum maximè ex conditionibus pa-
titorum exurgunt. Summiatim tamen
alii licita à politicis & juriscons. ; alii
illicta ponuntur. Illicita fœdera
dicuntur conspirationes, factiones
aut coniurationes. Et partim iniqui-
tate & iniuria, partim crudelitate
laborant. Namque eas aut personæ
ineunt, quibus nullus in publicis
Aaa 2 cor.

749 R E R V M P. H A N S.
competit status. quare privatis ma-
chinationibus clanculariè ea sub-
eunt, ut inde vel lucra in detinend-
tum aliorum, vel gloriolam aucepant
queant. Aut sibi finem in iis pro-
positum habent perniciem aliorum. Al-
que tum maximè religio prætenditur
velut egregiè Nordermannus, in dis-
sertatione sua iuridico-pol. de iure Prin-
cipatus, th. 65, de hoc agit, cuius ver-
ba adscribere libet: Non minus dete-
rator, inquit, divisionis monstra, qui
subditorum sceleras factiones quo-
unque modo factas. Intimò & ligas
sub pretextu religionis initas, ut vir-
tutum vias, rebellionis matres, &
omnium scelerum opereula, cum
fuis auctoribus ad orcum ablego. Tur-
bare enim pacem, & Rempubl. in dis-
crimen adducere, est sumnum Maj-
statis crimen, & severe prohibitum. I.
quisquis. C.ad I. Iul. Mac. Paul. 5. fct.
29, §. 2. Constit. Imper. sub an. 1521,
firè per totum; & an. 1526, §. 7um an-
dern: & an. 1530, §. dergleichen. Clas-
s sent. §. Ies Mai. 11. Mys. respons. 5.
44. Carthaginem eiusque imperium
factio Hannoniana & Bathania do-
rum subvertit. Romanæ Republicæ
interitum causata factio Syllæ, Marii,
& aliorum. Galliam exercuit exire-

mē factio inter domum Aurelia-nensem, & Burgundiam. *Comit. lib. i.*
 Angliam vero domus de Lancastre &
 Iorgk ; ubi in septem conflictibus pe-
 rierunt 80 Principes regalis sanguinis;
ut Angliae annales testantur. Non mi-
 nus exagitavit Italiam Guelforum &
 Gibellinorum factio, justè tamen &
 suo merito. Origo Guelforum est à
 Welfo, fratre Heintici Superbi, Saxo-
 nia & Bavaria Ducis , qui propter
 crimen Maicstatis & affectatum Im-
 perium suis Provinciis ab Imperatore
 fuit exutus. Hinc G. Welfo mittebant
 auxiliari copias Innocentius Papa,
 & Sicilia Rex , ut legitimum suum
 dominium Imperatorem , ne Italiani
 & Calabriam cum Sicilia vindicaret,
 more consueto bello implicarent. His
 tesseræ loco erat nomen sui ducis ,
WWelf. Cunradi vero Imperatoris mi-
 lites tesseram habebant **W A Y B L I G;**
 à pago Suevit in quo erat nutritus.
 Verum iusto Dei iudicio dignum re-
 bellionis & perfidiz militiæ præmiū
 secum reportarunt. Hæc enī factio-
 num nōmina in Italiam transstu-
 lebant. unde postmodum infinita ex-
 orta incommoda. Extra casum rebel-
 lionis, divisio procerum in defensio-
 ne Rēpub. admodum quoque peri-

Aaa 3 culosa.

742 R E R V M P. H A N S.
culosa. Et indubitatum interitus
præludium, à sociorum fœdere disce-
dere, ac separatis negotia tractare.
Comin. lib. 2. *Micipsa apud Salsus. de*
bello Jugurth. Quinimo & partialitas.
in Republ. lib. 3. n. 13. ubi ex Baldo par-
tialitatem dicit esse tanquam verum
in caseo. Notatu denique dignum,
quod omnes, qui belli cunicula ad
Reip. fundamenta evertenda adhi-
buerunt, hos plenunque ruina op-
pressit. Sic factionum vigor in Gallia
exitit causa omnium malorum his-
ce postremis temporibus, ac florentissi-
mum regnum fere ad finem periodi
perduxit. Hoc scelus impium, pietas
zelo palliabant rebelles. *Rex Na-*
varra in epistol. ad Ordin. Gallia. Ali-
Et cr des moyens & abus du Papæ Six. V.
Armis, vi, dolo & proditione aggre-
diuntur, quod verbo Dei, Spiritus po-
tentia, mansuetudine, humanitate
esset petagendum. ut ex Invillib. Im-
peratoris Caroli V præc. constitut. cri-
minal. §. 7, patet; de quo supra, thes. 26,
& alibi, dilubs.

Vnde aurea bulla, cap. 15, reprobat,
irrita pronunciat, & condonat, o-
mnia illicita conventicula, conspi-
rationes, colligationes & confœde-
rationes, quas ipsæ civitates, vel alii
subdit,

Subditi, prætextu parentelæ , recep-
tionis in cives, vel cuiuscunque al-
terius coloris , absque dominorum
auctoritate, iisque nominatim non
exceptis, faciunt & ineunt. Sicut si pre-
terito saeculo conspiratio rusticorum
fuit. *Vide recess. Imp. de an. 1526, &*
ann. 1529. Sleyd. lib. 4, & seq. Tum
etiam omnes subditorum & inferio-
rum colligationes illicitæ & prohi-
bitæ præsumuntur. *in Const. pac. publ.*
de an. 1548. l. 1. & 2. ff. de colleg. l. 1.
& 2. C. de sedit. Subditi igitur absque
Dominorum auctoritate nec con-
venticula celebrate, nec colligatio-
nes confœderationes vè inire queunt.
l. 15. C. de Epif. l. 5. C. de his qui ad Ec-
cles. Lauderius, de confœd. 9. 20; Ba-
rone, inquit, vel civitates, si faciunt
legem abique principis auctoritate,
non valent tales conventiones. Fari-
nac. in pract. crimin. q. 113, n. 35. Vide
tractatus des Landfreidens, de ann.
1490; ubi Imperatores promittunt,
se omnes illicitas subditorum, no-
bilium & populi confœderationes,
conspiraciones, & seditiones contra
Electores, principes, & alios initas,
sublaturos & abolituros esse. Nihilo-
minus ipsa aurea bullæ, d. c. 15, con-
fœderationes admittit, sed iustas, &

quas , & legitimas: maxime quas
Principes, civitates, & alii, pro gene-
rali provinciarum pace & quiete, in-
ter se firmarunt. Eas enim suæ de-
clarationi specialiter reservans, in suo
vigore relinquit . Inde patet Politi-
corum non nullorum inquisitoris tortura,
quando volunt, quod in universum
fœdera sint evitanda, quam de illici-
tis quidem sine dubio verum sit; de li-
citis haut perinde, quos ob id non
imperito Arrianus refutat. in dis-
curs. acad. 28, de iur. pupbl. th. 33, &
segg. Vide Buxdorf. diss. ad. aur. bul. c.
15. *Quid propriæ licitum & illicitum,*
vide Nordröm. in diss. de iur. princ. th.
74, per. tet. Fœdus autem licitum &
legitimum quid sit, in superiori ca-
pite dictum est; & potissimum quo-
que ex hoc appareat, ad quem in pa-
titione sua destinantur. Nam si respi-
ciant publicam regni aut Reipubl.
salutem, patriæ , libertatis subditio-
rumque conservationem , defensio-
nem licitam ; iudicantur licita & le-
gitima. *Hortled. in discurs. ad Slezj.*
th. 24. ubi plures allegat. Dd. Gold. in
pol. Imper. part. 31, fol. 1374. Myn-
singerus Cent. 6, Obs. 1. Vbi inter alia
scribit, quod in Camera imperiali,
1553, fœdus inter Episcopos Wutte-

burg. & Bamberg. ac civitatem Nürnberg. adversus Albertum Marchionem Brandenburg. ex hac causa & ratione pro licito iudicatum fuerit, licet praedictus Marchio hoc ipsum fœdus tanquam illicitam conspirationem contra se factam in Camera graviter impugnasset.

Ex licitis iterum varia & diversa constituuntur genera. Aut enim vel ratione causæ consideratur; vel ratione temporis. Ratione causæ aliud est simplex, aliud compositum. Si simplex est, quod unicam tantum separatiim intendit causam. Atque hoc aut est defensivum, aut commerciorum. Fœdus defensioalis est, quod contrahitur propter mutua auxilia & succursum præstandum. Fœdus hoc iterum ratione contrahentium, *iuxta Procklum*, *in lib. 7, ff. de captiis. & postlim. reverf.*, est vel par, vel impar. Par fœdus, *iuxta Reckerm. syst pol. lib. 1, p. 390*, vocatur quando fœderati sunt æquè pates, vel penè æquales. Impar vero fœdus est, quo altera pars confœderatorum dignitate vel potentia est superior, altera inferior. Ita etiam P. Faber, *1. semestr. c. 7*, talen quidem approbat distinctionem fœderis; sed tamen

A a a 5 maxi-

746 R E R V M P. H A N S .
maxime ad vires potentiae respicit, &
conditiones , quæ unicè in fœdere
considerandæ sunt; quando inde fœ-
dus vel æquale aut inæquale con-
cit. Aequale censetur , quum una
Respubl. ab altera confœderata tan-
tum expectat, quantum se ei præsti-
turam in auxilio promisit. Quale
fœdus initur inter Respubl. bonis &
viribus æquales. Estque hoc fœdus
iterum iu cadem re, vel in consimili
æquipollente, ut quum una Respubl.
defensionem , altera pecuniam &
commeatuū subministracionem in
eadem paritate promittit . Fœdus
inæquale dicitur, quum non tantum
quantum ab una parte promissum
est, ab altera expectatur. quæ fœdera-
ineuntur ab his plerunque Rebus-
publ quæ viribus & bonis sunt inæ-
quales. In fœdere impari aliquid
subiectionis & deditiois deprehen-
di, putat Erenb. lib. 1 fœd. c. 4, num. 3.
Verum quum hoc contra naturam
fœderis sit propriè ita dicti , non po-
test id ita simpliciter accipi. Etenim
confœderatorum ea est conditio , ut
ab omni subiectione in hoc sint ex-
empti , & non nisi socii aut collegz
habeantur , quamvis viribus sint im-
pare. Proinde quota pars contribu-
tionis

tionis ita instituitur , ut proportio vera ad scopum quadrat. Si vero subiectio aut servitus submisceatur, tunc naturam fœderis propriè dicti amittit , & in aliam speciem regiminis commigrat , nec amplius fœdus appellari meretur ; ut *supra monimus*. Tunc enim exurgit illud impropterum fœdus , clientelare quod ICti dicere solent ; quod inter patronos , sive protectores , ac defensores , & eorum clientes, erigitur. Germanicè *Schutzbarm*, & *Schutz-eruvante*. Atque hoc propterea omnium periculosisimum putatur , quum patroni tales facile domini formam induere possint, nisi bene accurateque libertati caveatur. Bod.lib. 5 de Rep.c. 6, n. 584. Quamvis vero inter subditos & clientes magna sit differentia , & magnum in controversiis subiectiōnum adferat momentum ; tamen tam clientes quam subditi & vasalli fideles nominantur à principibus ; quod hac formula strictè observatur , *Unserc liche ge-treue.*

Fœdus commerciorum est, quando sanciuntur fœdera in negotiacionis commercio, ut nempe omnes, qui in eo fœdere continentur, ultra citroque ius commendi & res varias trans-portandi

portandi habeat. Velut eiusmodi fædus Hansæ Teutonicæ habent in aliis regnis, ubi ipsorum emporia visuntur; *de quibus inferius*. Belgæ quoque hodie simile colunt cum Turca, & Venetianis.

Tantum de fædere simplici. Compositum autem fædus, quod ex defensione & commerciis simul constat, dicitur, quando sancitur tum ad præstanta ea, quæ mutuum exigunt subfidiū aut auxilium, tum etiam ad commercia liberè exercenda inter confederatos. Tale est fædus celeberrimum hodie Hanseaticum; *de quo in sequenti tractatu speciali ageretur.*

Tantum de fæderibus ex ratione causæ sumptis. Ratione temporis, fædus iterum duplex est. Aliud enim vel indefinite componitur; & est perpetuum: aliud temporarium, quod ad certum statumque tempus contrahitur. Perpetua vero tam diu durant, quamdiu gentis & Reipubl. non men erit. *Kirch. de Rep. disp. 17, lit. b.* His tamen opus est renovatione, ne temporis diuturnitate & reticentia amicitiaz refrigescant. *Bod. d. l. n. 615.* Temporaria fædera aut sunt absolute sumpta, aut conditionata. Absolute sumpta

sumpta dicuntur reciprocā , quod quisque sociorum caussam communem pro sua foveat ; & quæ unius inferatur injuria aut vis , quod ea quoque alteri illata videatur : unde omnes quasi unam repræsentant personam . Conditionatum vero iterum est duplex : Aut enim ad certum denominatum tempus extenditur ; ut eo elapsō , etiam fædus expiraverit : Aut ad unius partis è vita excessum statim vigorem suum amittit.

Ut autem fædera hæc ritè sibi constare possint , corūm requisita attenē observanda sunt . Quorum primum est , ut utinque status sint liberi , qui jure regali id perficiant , & propterea inter se maneant socii & collegæ , nec ullam agnoscant unquam iurisdictionē alicuius in se ; quæ ipsum alias statim subvertit fæderis fundamentum . Deinde ut caussam communem in solida amicitia cultura & mutua animorum coniunctione radicatam soveant ; parergo autem utilitatem respiciant . Alias , si utilitas in potiori habeatur cura , (quæ tunc in causa erit , ut nihil ex fide & amore mutuo fieri possit ;) inverso modo omnia procedent , & suo carcerit res successu . Tertio , ut gentium , & iure civili ,

750 R E R V M P: H A N S.
civili, constitutionibus etiam Imperii, licitum, ac ita iure validum sit.
Quarto; Sed antequam quis ad fædera procedat, necessum est, ut intimè & integrè conditionem atque affectionem eius Reipublicæ, cum qua alter contrahere volet, noscat; ne niam pro bono sibi conciliet. Quinto; Nemo debet facilis aut præcepis esse in contrahendo fædere; Siquidem nihil promptius aut magis obvium, quam ut hac ratione facillimè quis alienorum se peccatorum faciat partipem, unde alienas quoque inse contrahat pœnas. Sexto, Cum manifestè impiis, aut qui in dannis hærent & calamitatibus, quas ex proxeris sibi creatunt, dubia sunt & periculosa fædera. Septimo; Periculosa & dubia esse fædera cum nimis remotis, est quidem verum; sed nolle nimis miseris & afflictis, aut valde periclitantibus, quidquam auxili præstare, inhumanius, & multo magis inchristianum est. *B. sold. pil. lib. 2, c. 6, n. 16.* Attamen quomodo cum illis in fæderis vinculo sit coendum, nisi subsit commune periculum, magnæ est considerationis, si nullus inde fructus salutis expectari queat. Octavo; Qui utilitatem & comitio.

commodum proptium ante omnia
urgent, eorum fædus semper tibi sit
suspectum. Nono; Priusquam fædus
ineatur, ponderanda sunt intentio,
potentia anteacta, similitudo mo-
rum, ingenium, & indoles corum,
cum quibus fædus paciscendum est,
ne in leoninam incidas societatem.
Decimo, Fæderæ sint temporaria pri-
mitus. Vnde & ea, quæ conditio-
nem primæ violationis & vacillatio-
nis adiectam habent, præsertim inter
eos, qui sorte pares sunt, præ reliquis
acceptabilia apparet. Proinde, unde-
cimo, quisque id primum dispiciat,
ut libertatem illas contineat &
conserveret, nec ulla in re indefinite in
longum tempus consentiat. Duode-
cimo, Quum fallax sit mortalium fi-
des & lubrica, in primis autem co-
rum quibus Deus cum verbo suo lu-
dibrio est; nihil tutius erit, quam, si
obsides aut pignora vel fideiussio aut
tale quid intercedat securitatis cau-
sa. Decimotertio; Caveatur, ne pa-
tronii clientum arces vel oppida pi-
sidio militari tencant. Decimoquat-
to; Periculosum etiam est, impotenti
potentem iungi; quoniam occasione
& pretextu fæderis impotens facile
poterit a nimis præpotenti penitus
oppri-

752 R E R V M P. H A N S .
opprimi , ut hac occasione amici sui
fiat servus. Decimoquinto : In fæde-
ribus æternis sc̄pius fiat renovatio,
ut incommoda & futura mala po-
sint praetaveri , animorumque resul-
citetur fervida coniunctio. Decimosexto , Dehinc fæderia , cum populo lib-
ero quæ sunt , magis firma est
quam quæ cum Principibus inea-
tur , non incomptè autumat Machia-
vellus , i Com. 59. & Polybius , lib. iii
quum (ut ibi Aratus loquitur) Reges
à natura suis utilitatibus amicitias &
inamicitias metientes , viliorem ha-
tam quemcunque facile contem-
ptui habeant , & servilem præ sui
dignitatibus putent. Bifol. d. l. pol. 2,
cap. 5. num. 17. Declinoseptimo deni-
que ; In fæderibus constituendis ni-
hil xquæ necessarium est , quam ut di-
rector aliquis decur & præses , tum
quoque arbitri controversiarum , sed
absque iurisdictione , ut socii mandat
possint.

C A P . X I I .

*De ijs, quis fæderi icere possint, &
cum quibus fædus in-
cundum.*

Licet fæderis coniunctio maximè naturalis sit; ceu in coniugii effigie & specimine id manifestum est; tamen in ius regale id ita abscessit penitus, ut in summitate & culmine regiae maiestatis non ultimum promereatur locum, sed *xvijos* Imperatori propter absolutam libertatem potestatis adscribatur. *Nov. 105.* *pr. Erenb. 1 de fæd. 2, n. 29. Peregr. de iure fisci, t. 1, n. 15.* In quo iulta etiam causa fæderis contrahendi semper præsumitur. *Gail. 1 de pac. publ. 4.* *Alb. Gent. 1 de iur bell. 3, f. 31.* Vnde, ex huius concessione, expressa aut tacita præscriptione, ius hoc competere Electoribus & reliquis imperi membri, patet. *Zaf. lib. 2, cons 1.* *Erenb. lib. 1 fæd. cap. 2, n. 228.* & *Da. communiter ad l. 7 ff. de captiv.* & postlim rev. *Born. de iur. Mar. c. 25.* *Beso.* *disp. 6 pol. th 6.* Velut etiam civitatis in imperii ius regale habentibus, id liberum est. *Gail. 1 de pac. publ. c. 16.*

n. 14. Erenb. 1 de fæd. c. 4, n. 12. & lib. 2, c. 1, n. 3 5. Myrs. 6, obs. 2. Ord. Cam. p. 2, t. 9. At civitates illas, quæ loco privatorum habentur, & aut negligenteria aut violentia iura adeò libertatis suæ penitus amiserunt, fædera illicite contrahere, juxta constitutions Imperii omnium prope est sententia. arg. l. 1. ff. de senat. Bod. 1 de Rep. 7, n. 77. Thol. de Rep. lib. 23, c. 3, n. 8. Kirch. disþ. 14 de Rep. th. 1. Clap. 1 de arc. Rer. 13, in fin. quamvis cautio maxima adhibenda sit, ut postea patebit. Interim tamen heic ingenio quæstio de reliquis Imperii membris agitatetur & controvertitur acriter: Num Principibus & civitatibus permisum sit, sine consensu Imperatoris inire fædera? Vbi Dd. id maximè licitum affirmant, modo non quid h. at in præiudicium Imperii aut Reipubl. communis; sed potius omne molimen paci publicæ & conservatiōni eius delinatum sit. Menoch. lib. 1, conf. 32. n. 3. Erenb. 1 de fæd. 1, fol. 19 z. Velut etiam id supra ex akt. bull. tit. 15 probatum: constat, quod fædera inde licita maximè dicantur, quia id continent, quod Reipubl. nullum damnum gignat. Ideoque recte sentit heic Bodinus, 1 de Rep.

s.7, quod sumimum Imperii caput & superior quivis ipso effectu ab omni infestatione tacite exceptus jure ipso intelligatur ; licet non expressè in confederatis autographo nominatus sit. Tametsi , *cum speculo Sax.* lib. 1, art. 1, potius cura adhibenda sit ut rite nomina exprimantur. Velut hoc accuratè observatum est à coa-fœderatis Hanseaticis , tam in communi corporis fœdere , quam etiam reliquis particularioribus & qui ab iis dependent ; ut *in sequentibus apparabit.* Similiter quoque excipiendi, sunt nati & confederati Cæsaris; qui non offendendi: quum alias , si ki offendantur , crimen Maiestatis committi putet. *Menoch. cons.* 99, n. 37. *Bod. s de Republ.* 6. *Erenb.* 1 *defœd.* 2, f. 194. & *lib.* 1, c. 3, n. 9. Ac ut eo me-lius in officiis sui ratione contineantur omnes , solet talequid in trans-actionibus publicis & quavis com-positione belli observari , ut simul quilibet status singulariter se obliget , quod nullum fœdus contra Imperatoris , natorum eius , & reliquorum statuum salutem atque commodum inire velit. Exemplum est in Magdeburgensium banni absolutione & re-cceptione aut reconciliacione cum

Imperatore Ferdinando I , de anno
1551, die 9 Novembris, artic. 2 cap.
iulacionis ; ubi non tantum renuncia-
runt omnibus confœderationibus ad-
versis , sed etiam promiserunt , quod
nullum unquam fœdus sub quo cum
que prætextu aut specie inire velint,
nisi prius S. Cæs. Maiestas , reliqua
membra Imperii & Status , utraque
domus Austriaca & Burgundica , &
cæteri Imperatoris Ducatus atque
Provinciaz expressis verbis excepti
sint. *Merkel.de obſid. Mag. pag. 2, lit. O.*
Imo generalis est conclusio , quod
fœdera contra superiorē regulariter
nullo jure fiant. *Quetta. consil. 6.* qui
alias fœdus eiusmodi per se sit inva-
lidum & nullius efficaciaz. *Erenb lib.*
1 de fœd. cap. 2, n. 23 §. Nihilominus
ex antiquissimo libertatis iure , quod in
superiori libro satis explicavimus , pri-
legioque fortitudinis , concessum esse
videtur Romano-Germanici Impe-
tii membris , ut sui juris , pacis publi-
cæ , libertatisque communis causa ,
vel inter se , vel cum exteris lœdus in-
cant. *Aur. bul. tit. 15. Rec. Imp. ann.*
1495, §. Auch sollen. Clut. fasc. th. 7.
Bisold. lib. 2 pol. c. 6, n. 9. König pol.
par. 1. cap. 5. n. 67. Verum est, ut redi
obseruavit Bisold. in discurs. de civit lib.

Impiri

Imperij, quod in historia Germanica nihil frequentius occurrat, quam fœderata Principum & civitatum. Vnde satis manifeste constat, quam nortantum studiosi fuerint libertatis, sed quod etiam illis conditio status minus stricta fuerit; præsertim Saxonum generosior animus extitit; qui odio habuit extremo iugum illiberale servitutis: Et quævis jus confœderationis Dd. libenter membris Imperij iustis attribuant, tamen inventi sunt hoc potissimum tempore, qui civitatibus aliquot Hanseaticis mixti status novam intentarint lit. m, & non dubitatint, ipsum queque Hanseaticum corpus non nihil atrocius convellere, idque culpare alicuius conspirationis, quum tales civitates in complexu suo contineat, quibus ius confœderationis non competit: Imo eousque audent adscendere, ut antiquissimo & celeberrimo huius fœderi titulu*m* conspirationis affricare non dubitent.

Quod haud obscurè quidem, quanvis perplexa loquax studens, ille Erenb. *de fœd. lib.* 1, c. 2, n. 44, innuit. Quem non incongru è Keckermannus perstringit *in curs. pb. diff.* 33, q. 18, pag. 688. Ibi deinde subiungit aliud, iuquit, quod & periculoso

B b b ; valdè

758 R E R V M P. H A N S.
valdè dictu scriptuque est , & tale
omnino , quod valde optem ab isto
viro vel non scriptum , vel maiori-
bus argumentis dedisse evictum. Ac-
cusat enim Hanseaticas civitates
conspirationis. &c.

Quod ille quasi oblique tangere
voluit; id sane aliquis anonymous ab
aulicis G. subordinatus non sine ma-
gnis & acerbissimis protulit iniuriis.
Scriptum vero illud quod sub perso-
na illustri ciusque prodiit reginane,
pasquillo non est absimile ; adeo ex-
fertum scatet passim calumnias &
maledicentias. Etiam ipsum nomen
libelli quo *flabellum muscarum* , sive
Fiegenvedel. inscribitur, satis acrem
ignominiam Aristarchici & Archi-
lochici stili redolet, & ad inodum ve-
hementer calumniam representat. Si
quem tempore illius utcunque cla-
psi cura non pænitet & absque sca-
dalo quid censere se forte posse arbi-
tratur, cognoscat illud scriptum , &
conferat cum eo locos aliquot in se-
cunda repartitione alterum Brunsvic.
Historie; in prima. Examen illustri per-
sonæ illustris , pag. 77, 161, 199, 286,
350 ; & *Refutationem difensionalem*
Brunsv. p. 1158, 1195, 1201, 1205.
1217, 1223, 1239, 1252, & seq. 1306,
1363,

136; 1484, 1448, 1674, &c. Alias quoque materiam hanc ubique sparsam talibus in actis inveniet. Auctori anonymo, qui tamen *in alijs*, & *presertim in Retorsione contra Brunsv.* non adeo incognitus vult videri, calculum suum satis importunè addit Knich. *in velitatione apoleg.* item *in Encyclop.* c. 10, n. 196, & seq. Et Erenb. d. n. 44. Sed recte non, respondet Dauthius, quod materia talis Retum-
publ. carum non admodum co-
gnita fuerit multis. Aliud ergo, i-
quist *Besol.* *in pol. lib. 2, c. 6, n. 10,* re-
spendendum esse probabile quibus-
dam videtur, de civitatibus, quas
mixti vocant status. *Brunsv.: disp. d.*
iur. univers. th. 17. Gail. 2 obs. 54, n.
10. Idq; posse probare, aiunt, celebre
civitatum Hanseaticarum, mariti-
marum, & aliatum Teutonicatum
fædus; cui cohæret fædus civitatum
Vandalicarum. Non ergo ferendum
(ita pergit *Besol. d. l. n. 11*) esse vi-
detur, quod scribit VVarem. Erenb.
1 *de fæd. 2, n. 44;* si penitus exami-
naverimus huius fæderis naturā, vix
negari posse, quin sapiat (quoad non-
nullas civitates) specimen coniuta-
tionis: quum multæ civitates co-
comprehendantur aliorum imperio

subiectæ. Ast huic adsercioni plus quam sufficienter respondet unitarum civitatum Hanseaticarum necessaria Responsio apologetica d. d. Luleck 24 Aprilis, an. 1609. Addit. Bets. tract de famili fol. 53. Bart. Muscul. tract. d. confrat. th. 15. Clut. paradox. th. 8. Arxma. in discurs. 6 ad aur. bull. concl. 9. fol. 252, & seq. Matth. Steph. lib. 2 de iurisd. p. 2, c. 4, n. 4. Hieron. dispens. tis. 3. pol. aſlit. 6. Cam. diff. 5 de Reg. th. 103. Thesoro pol. part. 3. Louis Seru. tom. 2, plauit. 11, fol. 299. Stuck diff. Inst. in exeg iurisd. concl. 7, fol. 527, & seq. Confer. Gilro. in symplor. p. 1, t. 2, de reconv. vot. 1, in caus. Arch. Mog. contra Erfurt. f. 97, n. 97. Rhland. de commis p. 2, lib. 5, c. 4, n. 47. Tuin, si ad extrema recurratur, multa vetustas receptionis non tantum excusat, sed etiam patientia superiorem & approbatio publica omnes culpationes tollit, quæ tanto cum fervore in actis Brunsv. urgentur pref. finit, e cui sit quoque in Repartitione testis p. 3 42, 407, 454, 457, 460, 586, 655, 853, 854, 863, 864, 1174, 1167, 1200, 1201, & seq. 1207, 1225, 1232, 1292, &c. Consensus enim tacitus etiam supplet aliquid pro decreto. Bald. l. fin. C. si maior. fact. Ceu etiam consensus

sensus partium facit perverti ordinem
juris. gl. c. cum alio. de causs. poss. &
propr. Et facere factum plus est quam
verbo. Anch. conf. 173, n. 5. Vt fa-
cere dicitur, qui, cuim possit, non
prohibet. l. adigere. in princ. ubi gl. ff.
de iur. patron. l. quid ergo. ff. de his
qui inf. not. Consensus enim facti
perditus suum. Bald. l. si pater 10.
C. de inst. & suist. Tum, pati item est
quod facere. l. 3, §. dare. ff. de usufr.
Ac, velut patientia est actus successi-
vus; (Zaf. l. devort. n. 8. ff. solvit. ma-
tri.) ita patientia longa superioris
habet vim privilegii quod sibi infe-
rior acquisivit iustè. Bal. l. 2. C. que sit
long. consal. Patientia quippe facit
presumt contractum. Cast. conf. 161.
Imo patientia habetur pro precepto.
l. liberorum. ff. de infam. aut mandato. l.
qui patitur. ff. Mandat. Sicut & pa-
tientia taciturnitate absque ulla ex-
ceptione consensum importat. Dd.
l. si filius C. de pet. her. quum sit rati-
hbitio. C. fin. de iure iurand. lib. 6.
Vnde tacens & sciens item suam pra-
fici, videtur presumptionem con-
firmitate. Dd. c. auditio. de prescri. Con-
firmationis autem quantavis sit, id
l. legem obvenire. ff. de V. sig. satis expli-
catur; quum confirmans dare quid

762 R E R V M P. H A N S:
dicatur; uti & cōfirmatio vim decreti
habeat. *Bald. l. quecunque. col. i. C. 2*
bon. quæ lib. Namque illa supplet de-
fectum solemnitatis, formæ & pe-
sonæ. *Bald. l. fin. ff. de test. tut.* Sed d.
bis alibi pluribus.

Nunc dispiciendum quoque est,
cum quibus fœdera licet & utiliter
contrahantur. Bodinus, *lib. 5 de rep. i.*
6, " 579, & 589, perquam dodici
quidem ea de re agit; velut etiam Al-
thusius, *pol. c. 20. f. 275, & Arunatus,*
disc. 28 acad. de iur. pub. th. 42, & sigg.
Sed longè sapientius ipse Iehova ver-
bo suo diversis in locis componet.
Exod. 23, 32. & 34, 15. Dicht. 7, 3. &
20, 13. 1 Reg. 20, 36, 42. Aut enim
cum amicis, aut cum hostibus, aut
cum iis, qui nec amici nec hostes ap-
pettiunt, nobis res est; ubi certè ma-
gna opus est circumspectione. Nec
minus & id considerandum venit,
quod aut Christiani sunt Principes suae
Respublicæ, aut à Christianis mo-
alieni. Utrobique nec hoc negligendu-
m, quæ potentia & fortuna com-
moditas, simulque animi dotes ad-
sint. Potentes enim quidem sunt
quærendi securitatis maioris caussæ;
verum sæpen utero in confederatis
prudentia potius & virtus quam o-

pium & divitiarum cumulus desideratur. Quid enim prodest, si opem in opibus frustra requiras? *Vid. Lips. lib. i de magnit. Rom. Imp. c. 3.* Sed & ab egenis, prater condolentiam communem, quam loco subsidii tibi persolvant, interim te domum cum inani responso amandantes, nihil adiumenti in rebus adversis, solatii parum accipies: qualium terum ipse spectator & auditor non semel fui. Piusquam ergo ad negotiorum communium atem deveniatur, cum quibusnam tibi res sit futura, diligenter ponderato. Maxime quoque periculosa sunt fædera, quæ cum iis ineuntur, qui sub diversa politia & sub diverso vivunt climate cali. *Iun. p. 2. q. pol. 70. Alth. c. 20 pol.* Circa ethnicos & manifestè impios quid sit notandum, id iuxta monuimus: *Habes certe, quod caveas.* An vero Christianis cum Ethniciis contra Christianos fædera contrahere licitum sit? *Quis hoc suadeat, absque necessitate extrema?* Non mihi hoc vendico. Imo Christiani nominis suavitatem omnino anxiunt, & latvam diaboli induunt, quoties alter alterius spirat sanguinem. *Vide tamex Arum. d. disc. 28, th. 51.* Ali autem consensus in religione requiri-

quiratur in confederatis, id est, An cum iudeis vel infidelibus, ut Turcis, Saracenis, Tartaris & id genus aliis, licetè fædera contrahantur, admodum arduæ questionis res est. Iterum verbum Dei suum heic interponat decisionem. *Exod. 34, 12. Iud. 2. 2. 2 Paral. 16, 7. & 18, 1. & 20, 37. Nehem. 13, 23, 21. Ose. 12, 1.* Vbi omnino hoc prohibetur, adeo ut etiam pæna affecti sint cōtra id delinquentes. *2 Par. 20, 37. Iud. 1, 24, 27. & 3, 5. 1 Reg. 20, 36, 42.* Affirmat hoc tamen Bod. d.c.s, n. 199. & de Rep. 7, n. 17, in fin. Lun. q. pol. 74, fol. 170. Etenim de fæd. 1, n. 8, & 11, 12; & 24; Kirch. disp. pol. 17, cor. 2. Quam difficilis autem ea res sit, id fac doctè declarat Kecker. pol. c. 24, f. 389. Hoen. disp. u. t. pol. th. 1, a. Vide Acutii. d. disc. 28, tb. 53. & Schonb. pol. lib. 4, c., 6. qui omnino negativam statuit potiorem: quia serpentis virtus, & in proximū quemque transilunt. ex Exod. 34, Deut. 7, Amos. 5, Ffd. 31, Iud. 2, Gen. 4; Natth. 10, cuius pluribus hanc probat sententiam, quæ sancte non exigua est aut levis cendi da. Vide omnino Norderm. de iur. prin. tb. 78. Eamdem pluribus quoque ex Celso Mancino de iur. prin. lib. 6,

lib. 6, c. 17, deducit Konig. in *pol. par.*
 1, c. 4, n. 84, usque ad n. 149. Sic &
 Befold. in *pol lib. 2, c. 5, n. 13.* Cui sub-
 necfit quæstionem; An hæreticorum
 fugiend. sint fædera? Quis vero pro-
 priè est hæreticus? An ille, quem ita
 clamat opiniastri & habitualistæ?
 An ex constitutionibus humanis
 tam acdum negotium dependeat?
 An non omnis opinio hominis fal-
 lax? Sed ampla nimis est materia;
 quain alibi Deo volente, trutinabi-
 mus. Interim maneat sententia *Bisof' dī*
d.l. n. 26. Nec minus diffic illima &
 ea est quæstio. An quoque, si vicini
 duo Principes vel civitates potentes
 mutuis bellis se divixerint, consulum
 sit alteri eorum sese adsoc'are, aut
 planè ab iis abstinere? Neutralitas
 quam sit res periculosa, docet Lips. 4
pol. 9, n. 49. Keck *pol.*; 1, *in fin.* Erenb.
 1 defæd. 1, n. 182. & c. 212. Clvp. *de*
arc. Rerump. 7. Alth. c. 20. Hoen. *disp.*
pol. ult. th. ult. Quomodo vero in om-
 nibus casibus se quis heic gerere pos-
 sit, de eo singularem tractatum con-
 scepit Neumeyer de Ramsala: Vbi
 potissimum quæstiones, *cap. 12 & 13,*
 ponit de bello civili, & iis, qui ob re-
 ligionem armis infestantur. In ne-
 cessitate vero constitutio extrema
 suadent

766 . R E R V M P. H A N S.
ſuadent politici, ut in potentia virili-
bus pares aut impares quis obſeruer,
& inter pares illum, qui optimus fit
naturæ & ingenii. *Lipſ. d.l.* At ſide
tyranno fit quæſtio, an quis ſibi non
potius ab eo prorsus cavendum sta-
tuat? *Quis ardentiibus ignis flammis*
ſe concredat temerè? *Cis. 3. effig.*

C A P. XIV.

De conditionibus fæderis, & modo contrahendi aut constitui- endi pactiones fir- missimæ.

Plusquam ampla & diſuſa hæc
est materia, & gravissima conſi-
derationis, cum quibus & quam cau-
te fædus ineas; quæ hoc loco nea-
plene explicari poterunt, praefatum
ſi exempla declarationem illustrare
deberent. Sed tamen quin condi-
tiones & modus contrahendi, pactiones
que fæderum constituendi, uſi-
tis expeditum enucleatumque reſi-
dant, tanquam sextum & septimum
huius diſquisitionis tuembrum, non
pancis duo hæc examinando perlu-
ſerabimus. Interim bene obſerveat
monicum Bodini, *de rep. lib. 5. p. 5.*

932, de differentia sponsionis, fæderis, pacti & pacis, ne quis in eorum confusionem temere incurrat. verum isthæc alibi accuratius explicabuntur.

Conditiones igitur id propriè exprimere debent, quod æquum, honestum, utile & possibile sit. Nam quum fædus in mutuæ amicitiae fundamento subsistat, pati iuste & lege in fædus atque in amicitiam ventur & descenditur. Proinde nunquam cum pietate aut ulla vittute politica pugnare debent; sed potius ad harum præsidium faciant; *ut rectè ait Hæn.d. d. ult. th. 29.* Sed è contra maximo. perè cavendum est, ne quis utilitatis & privati commodi, vindicandæ iniuræ, aut aliis leviusculæ caussæ gratia, vel respectu occulti honoris vani, ambitionis, voluptatis ludicræ, ludi iocique gratia, vel securitatem in carnis mortalis brachio querrens, fædus contrahat. Nisi enim ad Dei gloriam, proximi dilectionem, conscientiæ patriæque libertatem, subditorum salutem & conservationem respiciatur, & ut cælestis verbi maiestas aut stabiliatur aut amplificeatur, is finem & effectum fæderis ut non considerat, sic quoque nec causa

sam principiumve illius intelligit.
Veluti oī dictas rationes fædera im-
probata sunt omnino in rege Alâ Is-
dæ. 2. Chron. 16, 7. Nam licet Aſz
pietas admodum prædicetur alias ia-
co, quod fecerit quæ recta videtur-
tur in oculis Iehovæ, sicut David pa-
ter ipſius ; 1 Reg. 15, 11, iimo & ani-
mus ciuiſ integer fuerit erga Iehovam
omnibus diebus suis ; v. 14 : tamen
multiplex in eo, quod adeo temerè,
& cum profanissima prodigalitate
profusioneque diviciarum sacratum,
adversus confratrem Regem Iſraēli-
rum Baheschamum, cum Syriæ Regi
Benhadado fædus inierit, commisit
peccatum. Causam quidem iustum
prætendere potest, & talem, quæ ri-
tionem status , ut hodie loquimur,
maxime concerneret ; quoniam Bi-
heschamus ipſi fortalitium ingens,
Ramæ munienda cauſa , ex adverso
opposuerat , ut regi regnique totius
subditis omnem intercluderet com-
meatum : Nihilominus Chanani ſe-
tes à Dōc missus ipſi ad oculum de-
monstravit, in hac defectione à Ieho-
va, proprii cōmmodi respectu, gra-
fimā cum peccata turpissime cumu-
lavisse; non tantum Benhadadum
dixipiebat aliquot civitates Iſraē-

litterum & rotum tractum Cinne-
reh , ac totam terram Naphtali,
concitando ; sed etiam lapides ac li-
gua omnia, quæ ad munendam Ra-
man magno laboris conatu Bahe-
schaimus eo convehi curarat, per sub-
ditos deportari mandando ad con-
dendas urbes Benjaminitarum Geba-
hum & Mitzpam ; ut ita in suum ta-
lia converteret lucrum. Quibus flagi-
tuis etiam hoc crimen adiecit longè
gravius , quod veritatem exprobasti
lapsus noluerit agnoscere aut corri-
gire; sed potius è concepto in sanctum
vatem odio, in carcerem Cippi illum
coniici jussit ; ut cœlesti huic viro
id obtigeret , quod dici solet , Veritas
odium patit. Abrahamus Patriarcha
quidem olim quoque in fœderis pa-
cto cum tribus fratribus Hanæro,
Eschole & Mamre vixit, quum ipsi s-
tum esset incola : Verum tamen illud
amicitiae mutuae pactum in talera
abusum neutquam abripuit, sed vere
reciprocum cum iisdem fœdus exco-
luit. Nam , quum ipsi annunciate-
tur , quod Cedor-lahomerus Rex He-
bæni sive Persia , cum suis quatuor
ad sociatis regibus (qui expoliatum
irruerant & expugnatam Regem, Be-
rahum Sodomæum ; cum tribus eius

confederatis, propter rebellionem &
 denegatam contributionem, quam
 ipsi tamen hucusque per duodecim
 annos præstiterant }, agnatum suum
 Lothum cum facultatibus omnibus
 captivum abduxissent; ille confessim,
 recognita, cum ministris suis & con-
 federatis, liberandi & cripriendi ag-
 nati causa, arma quidem induit; sed
 non ea intentione, ut ullum inde si-
 bi quæstum faceret, licet Rex Sodo-
 mæus liberali manu cum ipsi obse-
 ret; sed potius in finē; ut proxi-
 mi sui salutem etiam cum dispendio
 vitæ, absque proprii commodi respe-
 ctu, rite recteque curaret. Abraham
 (*ait Teutonicus in commentario suo ad Gen. cap. 38,*) quum Ethnicios obsec-
 ret victoria sua, nihil ex bonis rapili
 sibi petebat; sed omnia Regi Sodomæo
 reddebat, quæcumque illi cripuerat.
 Ethnici, & solunummodo zeloten æ-
 bat in Domino. Non ille arma inde-
 bat propter regiones & regna, sed ut
 liberaret fratrem suum ex manu ho-
 stium. Hæc certè vera erat zelos-
 pia, quam Ichova in eo urgebat. Nea-
 consurgebat, ut bellum propter re-
 gain aut civitatem occupandam sub-
 ieret. Et quamvis obtineret talia, ac
 eamq[ue]p[er] quidquam eorum sibi expas-
 sebat

bat : sed re confecta, in suum locum pacificus revertebatur. Verba eius & promissio erga Iehovam sade notabilis est *Gen. 14, 22, 23, & 24.* Sed ne quis putet, conatum hunc & factum hoc bellicum absque peccato fuisse, aut gravi aliqua caruisse culpa ; certe miraculosam protsus Iehova reconciliationis adhibuit misericordiam : & Abraham in ipso momento ex ire regno in tegnum gratiae retraxit : mitendo Melchisedechum suum, qui ipsi panem & vinum, novat promissionis & testamenti in Christo pignora offerret, ut illius benedictione in integrum restitueretur. Non certe Melchisedek iste filius Noachii Sem fuit , ut Hebraeorum fert interpretatio erronea; quam etiam ipsa epistola D. Pauli *ad Hebreos cap. 7, 3.* satis evidenter declarando refutat, ubi scriptum est, fuisse hunc sine patre, sine matre, sine genealogia, sine initio & fine: quippe mysterium illud typicum efficaciter Spiritum Iehovae in Christo representat.

Quod idem Teutonicus in *d.l.* graphicè depingit? Veluti enim heic in persona Melchisedeci ei sistere se voleat ; ita quoque in tripliici figura Postea, quum ad ostium tentorii ibi-

772 R E R V M P. H A N S.
dem Abrahamus federet, eidem appa-
ruit in planicie Mamæ. Sed ita se
habent Teutonici verba: Admodum
initifica est hæc Spiritus locatio in
Mose, ubi dicit: Postquam reversus
fuerat Abraham à eæde, quod tunc
Rex Sodomæ in occursu ejus egre-
sus sit, & Melchisedec Rex Salem
protulit panem & vinum: qui fue-
rit Sacerdos Iehovæ altissimi, qui ca-
lum terramque possidet; atque is be-
nedixerit Abraham: cui etiam A-
braham decimas persolverit ex omni-
bus. Licet alias in S. Scriptura de hoc
Sacerdotio nihil inveniatur, tamea
verissimum fuit, in figura Christi. E-
tenim Spiritus in alio loco ita de
Christo testatur, quod sit Sacerdos
in seculum secundum ordinem Mel-
chise dici. Ps. 110.4. Ita plane typicè,
Spiritus Iehovæ figuram Christi pro-
ponit nobis apud Abrahamum, &
vocat illum Regem Salem & Sac-
dotem Dei altissimi, tanquam Sac-
dotem salutis æternæ & Christiani,
qualiter id ipsum in Sensuali lingui
sonat. Id est: Christus Abraham
benedixit, & ipsi panem vinumque
obtulit, tanquam carnem & sangu-
inem suum, & ipse Pontifex summus
est coram Deo, qui Abrahamum li-
berosque

berosque eius reconciliavit. Nam Abraham gladium iræ Dei contra Ethnicos gestaverat: Ideo iam Melchisedeck apparebat ei, atque benedicebat, ne gladius Turbae illum deprehenderet; ac protenus ipsi panem & vinum, id est, cælestis ens, apponebat, quod in ipsum introducere cupiebat, ac in carnem & sanguinem transformare, ut ita Patriis ita in fædere hoc tanquam in typo vivo complanaretur. Etenim iste Sacerdos omnino verissimè spiritualiter est accipiens. &c. Sic Rex iste & Sacerdos, erat ille, de quo ipse prædicatio new instituebat, qui cum eo fædus hoc iniebat, quod æternus eius esset mansus Pontifex summus, cui Abraham decimas, velut decimam proprietatem proprietatis humanæ (id est, portans in Ternarium sanum, ubi angelis & anima exsuscitati & in essentia cælesti corpore induiti sunt; ut alibi, in lib. de 40 quaest. anima, q. prima, circa finem, idein docet) persolvebat, & Sacerdos simul panem ac vinum exhibebat, cum benedictione sua, tanquam amoris igne, videlicet Tinctura lucis, una cum essentia cælesti, ut Abraham in hoc pane & vino Tinctuam lucis in ignita anima reci-

Ccc ; peret,

774 R E R V M P. H A N S.
peret , & imago Dei in eodem redin-
tegraretur , quæ in Adamo cum fæ-
mina disrupta erat. Inde Christus ipsi
cœa feminæ Tincturam cedebat Eccl
Lucis, ut virilis & fæminea proprietas
in unam rediret imaginem. Hæc ita
Spiritus Ichovæ sub regio Sacerdote
in Salem indicat nobis. Nam Esa,
quum perditæ Biblia in cognitione
Spiritus Dei de novo amanuensib[us]
suis ad calandum dictaret, cuncta hæc
apertè vidit: ideoque hæc ita Spiritus
Ichovæ ponit. Ex quo satis dilucide
perspicitur, quamadmodum Esa in
effigie spiritus historiam Abrahami
conscripterit. Quippe tota historia
de Abraham sub Christi persona
præfiguratur, quum typum Christi
demonstrat. Hunc Sacerdotem de Sa-
lem , vidit tunc Abraham in spiritu:
Sic etiam, quoties Abraham sacrifici-
bat , adstebat ipsi hic Sacerdos in sa-
crificio , & sacrificabat Deo : quia
mundum sacrificio reconciliare Pati
debebat. Inde erat Sacerdos Dei. &c.
Quanta igitur mysteria sub paucissi-
mis illis lateant verbis sanctæ Scriptu-
ræ , ex his satis patet. quod & exinde
constat, quoniam Abraham non tantum
in pietate & sanctitate debita, quam
sub regno itæ Dei, tantum perficerit

actum bellicum; non inquam, in amore Iehovæ, cui per dulcissimum & sanctissimum ministerium Christi prius cum reconciliari & restituī oportuit, quām Deo se gratum exhibere filium denuo posset. Quapropter non ita leviter de fædere & armis Abrahami judicandum est, ceu vulgus interpretum id in vili testimonio habere, & suas enormitates atque crudelitia virtutia hoc exemplo palliare solet, qui putant, hoc factō Abrahami multa magna & dura facinora excusat posse: quam tamen Christus in persona Melchisedeci, Sacerdotis aliquius sancti, cælitus ei comparere, & suo corporis & sanguinis testamento aut sacrificio Patri eum reconciliare coactus fuerit; etiam si Abraham ex amore agnati & eius liberationis bellum hoc subierit.

Sed ad conditiones fæderis redimus; quas diximus in quatuor iiii: proprietatibus consistere. Fædes enim omne sive in eadem re, sive in simili conficiatur, utrobiique suam requirat honestatem, æqualitatem, utilitatem, & possibilitem; alias & fructu & effectu caret suο. Ideoque inæqualitates, quantum fieri potest, in consarcinandis conditioni-

bus evitentur, & omnium maxim^m
illud dispiciendum est, quomodo
præcaveatur quicquid speciem sub-
iectionis inducere queat. Velut supra
diximus, quod inæqualitas potissi-
mum ex clientelari, tributario &
deditio fædere, in propriè ita dicto,
exoriatur. Vbi summæ certè adhi-
bendæ sunt cautelæ, ne iurisdictioni
quis ac potentia^x suæ præiudicium
aliquid creet in ullo actu aut negli-
gentiæ culpa; præsertim quum iuri
protectionis primum plerumq; sub-
minister gradum iis ad iurisdictionem
adquirendam, qui in finibus ex-
tendendis & propagandis percepio
sunt occupati.

Quæritur heic, si quis ex alterius
jurisdictione & territorio sit ci-
etus, aut relegatus, an ille in con-
federati regione commigrare queat,
aut recipi ibi possit? Affirmavit
statuit Menochius, nisi expressis hec
paetis cautum sit, ne alterius ob illa
lelia relegatum accipiat. Men. li
arbit. Jud. q. I. o, n. 6, & seqq. Au-
ma. de iur. publ. disc. 28, th. 67, §
68.

Hactenus de conditionibus consi-
derandis; sequitur nunc de modo
iungendi fædera. Quis est inter pri-
dens

dentes politicos, qui, ignoret, fæderia diuina salutaria esse, non posse, si fiducia virium & potentiae propriæ ac fæderum spe, non necessaria suscipiantur; si dispates sint confæderati; si nec unum & solum publicū, sed privata sub praetextu publici quæsierint? Si ulla unquam seculo in usu hoc pessimum fuit defraudationis & depéculationis studium, certè hoc tempore quam maxime apud omnes prope vigerat atque floret. Etenim ipse vidi & audivi sapientius, non absque dolore, quomodo sub praetextu pietatis & religionis quamplurimi ex nomine sancto boni publici sibi non tantum commercium conferunt, sed etiam amicis integerimis, qui hisce blandimentis speciosissimum credulos exposuerunt, extremas consarcinarent calamitates. Quod subtilissimi, præ aliis id factitate solent, quo videlicet nuspiam verum candorem demonstrare iuxta tenorem concepti fæderis cogantur, aut cogi queant. Ideoque ambigua verba maxime enucleare discunt, & generalischeinante omnia contegunt. Verum, qui acutioribus rem intueri oculis cupiunt, talibusque negotiis arduis destinati sunt, duo hec ante

omnia bene dispiciunt. Quorū primū est, ut res de quibus tractaturi sunt, prius recte disponant, casusque ius speciales cum circumstantiis dilucidè depingant, prout ipsa rei necessitas requirit: & ut omnia scriptis publicis concipientur, inque iis clarè ac discertè exprimantur, cum qua persona, corpore, populovè communicas sit instituenda. Deinde, ut ambiguitates & captiunculae in generali forma loquendi evitentur, & omnia claris, perspicuis, apertis, & expressis verbis cōcipiantur; ne iusti iniustive specie, periutio latebra decipiend q; occasiō queratur. *Bed. lib. 5. de rep. c. 6, n. 594.* Quum enim tantæ sit hominum fraudes, dicente codem d. l. n. 607, tot in mentib; latebris, tantique recessus, ut fidei violandæ occasionses etiam ex rebus quibusque levissimis querantur; formulæ fæderium erunt cautè conscribendæ, ut, quicquid non sit in formula, illud neque sit in fædere & recipia. *Arun. de iur. publ. disc. 29, th. 80.* Quanquam perfidia nemini, perfidiae latebras querenti, de esse possit, si quis in eum crudelis impudentiæ rigorem inciderit, ut nihil recte dictum aut factum censere velit, quod sum for-

tuna in proprii comodi studio non consipit. Crudelis enim talis astutia triplex sibi ut plutimum consuere solet fraudis pallium.

Sunt primo , qui manifestè perfidiam committere non verentur, dum sententia sua malitiosam interpretationē affingunt. Quale exemplum de Solymanno Turcarum Imp. & Abraimo Bassa refert Bod. lib. 5, c. 6, qui nihilominus Bassan eo tempore, quo dormiret , necati iussit, licet iure iutando ante confirmasset, quod non esset mortem illi illatus, dum viveret. At postea mentem hac interpretationē explicavit, quod dormientes non pro vivis sed defunctis habeantur. Quale exemplum etiam nuper tetulit vir integræ famæ , qui mediator fuerat inter milites praesidiarios & magistratum sat notæ Republicæ, quum milites propter defecatum salarii, priusquam solutum esset debitum, ulterius obligationem sequi recusasset. Magistratus vero quum tandem post multas obligationes promitteret solutionem, si in usus hanc abnegationem officij pro specie tchellionis aut seditionis allegare voluit, ut soluta mercede, sub praetextu criminis admissi , ultimo eos afficeret

ret suppicio. Hoc auditio, noluerunt milites quidquam isto nomine accipere, priusquam condonatione facta penitus essent reconciliati superioribus. Quod itidem sub æquivocatione quidem illis fuit promissum; & tali conditione, ut, accepta solutione, se sistentes in territorio magistratis: ubi concluserant, quod principales eos, qui solutionem petierant, è iudeo tollere vellet. Sed hanc fraudem quam Mediator ille perciperet, in faciem magistratui illi contradixit, adiecitque, quod nollet in publica fide fallax deprehendi, quin statim militibus id detegere, quia boni viri non sibi, aliquid duplici proferre conscientia, aut tali æquivocatione iuderc, ne dum quod hoc boni magistratus indicium esse posuit, cui omnis fidei concredita est custodia. Quo verbo in pudorem conicit singulos adfessores, & obtinuit integritate sua privata, ut etiam publica fides illius magistratus, salva perstat. Simile exemplum ante triennium ipse vidi, quum inter Princem & civitatem quandam, p. sub fidei certique silentii juramento, pacta constituerentur æqua secreto modo; quæ non tantum propalavit magi-

scari

stratus commodo suo studens , sed etiam cum damno alterius penitus negotium subvertit ; prætendens , rebus sic stantibus id ita esse intelligendum , &c. Quum eiusmodi dictæ Sophisticationes passim in usu fuerint , adagiis aliquot , de Phœnicum pactis , Thessalorum commentis , pacto Locrensi , & commento Thracum , locus (proh dolor) factus est . scundus nesciret
Vit. Erasm. in chil. tit. de inconstancia.
 &c. Præclaræ certè interpretandi rationes , ex Diaboli schola haustæ .
Arum. de iur. publ. disc. 28, th 82.

Sunt alii secundò , qui non tantum verba , sed & syllabas aucupari noscunt . Ceu de Ludovico V Reg. Franciæ historia est , quod Ludovicum Luxemburgensem , magistrum militum , sub verbo hoc , Se capitis tanti viri egere plurimum , ad capitale supplicium abripere studuerit . *Cominesus de reb. Gall. Bod. d. l. num. 607.* Simile quoque in Sleydano lib. 19. legitur exemplum de incarceratione Landgravii Hassiæ .

Tertio , sunt etiam alii , qui veteratiori , & nimis callida iuris interpretatione fidem fallere non dubitant , pacemque violari negant . Ut , si quis pactus sit , ne offendetur , & tamen

tamen furto aut alio velamine criminis res possit auferti . &c. *Arum.*
Ibid. th. 83. Velut etiam de Legato Romanorum, qui cum Antiocho de divisione navium egerat, exemplum refert Bod. *d.l.* Ita fidei subversio quavis sophisticacione facile comminisci potest, si verborum perplexitates non rite explicitur .

Proinde modus prope omnis in fide consistit, quæ etiam fundamentalem formam exhibet confœderationis contractui . Perniciosa hostis non est, quam qui sub specie amici duplex est, inque verbis aliis apparet ac in corde sepultum tenet. Ac fides bona non patitur hanc ; sed verbata cunda exigit, cum effectu , quem nec utilitatis publicæ, ne dum privatio ulla violare debet. Etenim, abrogata vel violata fide, omnis inter homines societas concidit, quæ nec fædere, nec ulla conditione pacis potest recuperari. Ipse met Reipubl. Princeps fiet omnium exul , qui erat omnium Præful. ut loquitur Bald. in *l. Princeps. ff. de l.* Proinde Saxoquin is mostum antiquus , ut quisque secundum promissa & verba obligatoria cogereat strictissimè vivere. Ac si quis vacillaret, eum mortestes , non vicinitate

Jera.

serarunt. Aut enim excludebant tam ex omni confortio convivali, aut nemo ipsi propinabat. Vnde proverbium exortum, quod tales de klap-kanne vorbez geln mueste: quasi non esset dignus, qui cum honesto cœnaret, si fidem non servasset debite. Nec rato compellebantur ad obstagium præstandum. *Vid. Monach. de iuris d. part. 22, c. ult. Mell. in const. Sax. p. 2, tit. 22. & 3 semest. cap. 3. Kopp. q. 3.* Constantia & integritas hæc Saxonum in servanda fide adeo famosa olim redditæ fuit, ut etiam ad exterros proverbii loco cimicariet, & firmissimum putaretur, si quid Saxonica fide esset promissum.

Sed ut in fæderibus coniungendis modus dictæ fidei co-syncretor apparet, cautæ binæ erunt. I. Vt, si quid discordiæ antea fuerit inter paciscentes, id penitus amnestia consoliatur, & rancor omnino tollatur ē medio; certæ cum pœnæ constitutio ne exprobraturo interrogandæ. Deinde, si quid discordiæ inter membra exoriatur, hoc ad arbitrium compromissi alicuius remittatur. Sic etiam, si verba dubia inveniantur, id selecti ad hoc & ē confederatis deputati exemplient, astiment, declarent, ac

concludant. &c. Quibus de causis
non tantum esse oportebit fæderum
protectores aut directores; sed etiam
omnino consultum erit, ut statim
temporibus conventus communet
atque deliberationes instituantur;
quo instus semper vigor conseretur,
damna autem in tempore, ne inve-
terescat malum aliquod, è medio tol-
lantur. Ceterum, director ille vel
prorector & ipse socius erit, nil al-
tra: neque juris quidquam in cate-
ras obtinebit.

Quæritur heic, nuto rupta fides
videatur, si socii patrem fratrem svè,
fæderibus non comprehensos, viola-
veris? Causa quidecum inquirendæ est;
sed male negativam vult Bod. d.l.s.
c. 6. Vnde quoque Arum. d. ds. 28, th 84.

Sic arduam quoque banc questio-
nem hodie duo inter se confederato-
rum corpora ventilant: An teneantur
confederati ad ea præstanta, quæ in
Notula autographi aliter fuerunt
subscripta, quam in expressa reservati-
one protocolli & explicatione eis
sint memoriae causa annotata? Una
pars verba fæderis vult strictè obli-
vati; altera vero, ad reservata cum
protestatione recurrat. Si quid cen-
sendum foret secundam strictam ju-
stitiam

ris regulam ; certè , quod altioris est indaginis , cum eo quod probatio nis est liquidæ & manifestæ , atque in continenti documentis publicis confirmatur , hanc , comparari , nedum confundi potest . Etenim probatio in continenti , secum importat executionem paratam , aut processum summarium requirit ; & excludit exceptiones , quæ sunt de Iuris apicibus . *Col. de Proc. Execut. p. 1. cap. 10 , num. 308.* quum alterum ex longè petitis adducatur , & prius ordinariam exigat rei abstrusæ per notissima jura cognitionem . Imprudentia est , dicere , Non putaram . Res magnæ consequentæ , providum presupponit consilium ; præsertim ubi tam multa tot vicibus ex intervallo confluunt ingenia , quæ primas inter prudentes sibi partes vendicant . Litem suam ipsi inter se dicimant . Alias notorii ordo est , ut ordinem juris non requirat . *Col. de Proc. Execut. p. 1. c. 1, n. 22.*

C A P. X V.

De solemnitatibus & ceremonijs federum : de quæ officio confœderatorum & quam anima re id propriè consistat .

UT nunc sunt mores hominum, sedata humana ut plurimum præstata nomen nihil habent quidem; nihil minus saepius terriculamento sunt vicinis aut hostibus. Atque hanc auctoritatis gratiam ut sibi eo magis concilient confederantes, idcirco amores & conatus splendore suo ceremonialiisve non caret.

Ritus autem celebrandi aut sunt de fœderis sanctione, vel de eius confirmatione & approbatione, vel decisum publicatione.

Quoad primum, ante omnia de pactis conventis agi oportet, quibus fœdera tanquam firmamento innitantur. Deinde vero olim vacuis sermonibus quidem fœdera sancti solebant. Veluti *supra cap. 11* ostensum est, quod Patriarchæ atque Reges victimis & iuramentis ea confirmari oportet. *d. l. 5, cap. 6, solemnitates aliquæ recentissimæ*

recenset. Veterum alii, ad modum sanctorum Patrum, cæsis victimis, alii jactu lapidum, fædus iniebant; ubi simul hi ista verba submiscebant: Si sciens fallam, ita me Diespiter, salva urbe atque, honis ciiciat, ut ego hunc lapidem. *Ros. de ant. Rom. lib. 3, c. 6;* *ibid. 10, c. 1,* plures recenset ritus. Reges Parthorum & Armeniæ iunctos pollices & eodem nexu colligatos leniter vulnerabant, cruentumque expressum exugebant. *Bod. d. l. & Arum. d. dis. 28, th. 95.* Sic veteres nostri Germani manuum implicatione fædera contrahere solebant. Qualis solemnis mos stipulationis etiamnum apud nos in usu est: iuxta illud vulgatum: *In dextra fidesque.* Saxones monstrato & erecto in cælum pollice cum duto capitis confitabant simul verba promissoria. Quem ritum adhuc seniores nonnullos observasse vidiimus. Alii ferro candente aquæ frigidæ immerso, lira carnium execratione fædera sanciebant. *Bod. d. l. pag. 95.* ubi & addit ex Cæsare, quod Galli veteres collatis signis sanctimè fædera iuxerunt. Nonnulli victimarum sanguine gladios tingebant. Iculi Clearchius Lacedæmonius & Tissaphernes Persæ talē coniunctionem

inter se se coiere Qui arctissima con-
spirationis fide coniurabant, pecula
vino ac sanguine, quem inficto sibi
vulnere expresserant, temperata, si-
mul absorbendo evacuabant. quales
levitatis mores etiam imitari hod è
solent juvenculi nostri, qui dissolutè
vivunt. Vide Camerar. 2. medit. c. 78,
& c. 59. Abraham quum fædus cum
Abimelecho pangeret, greges & ar-
menta ei dabant. Gen. 21, 27. Alii con-
iubio stabiliti rectius fædus putant,
Bedini. l. d. & Arum. d. d. p. 97.

Sed intisiurandi ratio, in fæderi-
bus ineundis vetustissima, quæ &
nostris quoque moribus confirmata
tum, procul dubio Iudaicæ genti ac-
cepta ferenda est. Sic Abimelech &
Isaac jurato ineunt fædus. Gen. 26, 31.
David & Ionathan. 1 Sam. 18, 3. &
20, 16. & 23, 18. Ioiada & præfetti
militum. 2 Reg. 11, 4. 2 Paral. 23,
1. &c.

Porto, divina lex (ait Næn. diss.
ult fol. th. 10, l. f.) alterius, quam Dei
æterni nomen ac numen iureiurando
obtestari vetat. Si enim solus est, qui
numinis sui contemptores & perfidos
ulcisci potest. Deut. 19. Ieram. 11.

& 5.

Qualis formula esse debeat pro-
missionis

missionis fidelis, tradit S.S. *Deut.* 6,
13; *Apoc.* 10,6, *Daniel eth. Christ.* 2,
cap. 9, *fol.* 152. Idque Christus plenè
explicat *Matth.* 5,33, & seqq. Chri-
stianorum verbum non debet esse
frustaneum: Quod non in veritate
firma consistit, à malo ortum traxit.
Hinc à clausulis, quæ magis sapiunt
imprecations & execrations, quam
solidum veritatis servandæ respectū,
abhorrendum est penitus: nec nimis
arctum obligationis vinculum inter
veros Christanos efflagitare oportet.
Sed ubi tales invenias? Ideo necessa-
riò recurrendum est ad illud, quod
Dei testimonium cordi cuiusque in-
terponat. Si Christum audiamus ri-
tè, sat habemus in ipsius prescripta
formula afferationis. Quid vero de
horrenda (*ut ait Ritteris part.* 9, *in*
Novell. *cap.* 2, *n.* 1.) formula uti-
randi sic tenendum in *Novel.* 8, id
quilibet cognoscat i'li'cm apud R'tt.
& Cuiac. *m' recit. suis ad rit. de ure-*
mir. lib. 2, *decr.* c. 26. Iuramentum er-
go (*dicit auct. apud Arum in iur. pub.*
d.d. tb. 100.) quum præcipuus sit
confederatorum nexus, ut hoc Iu'ia-
ca gens probè intellexit, (*Gen.* 13,
Ios. 9.) valdè requiri mus. & quamvis
inter Christianos nulla debeat eff.

differentia inter simplicem loquaciam & juramentum; (*Cuius. 11, 10f. 7;*) tamen metu divini numinis (*l. 8. ff. de cond. inst. 1.*) plus operatur iuramentum, quam simplex promissio. *c. debitores. de iure iurar.* Licet nonnulli, quod dolendum est, apud Christianos contemptu religionis faciles inventantur. *d.l. 8.*

Præstatut autem juramentum aut à principalibus ipsis: aut, quod hodiè usitatus mos obtinuit, ab iis, qui singularem ad id commissionem sive mandatum speciale habent: velut sunt etiam legati; (*cap. 1, §. sed utrum. f. per quos fiat invest.*) quod in confederatione Hanseaticarum & Belgicarum anno 1617, ceu plenum mandatum id requirit, Observatum vidi. Verum quod per procuratorem non fieri possit, vult quidem Etenh. *lib. 1 de fæd. c. 1, n. 129, pag. 83;* atque id affirmat partim ex auctoritate Bod. *lib. 5 de Rep. c. 6. & Bald. in l. un:ca. C. 4: caducis;* partim quod iusurandum adeo arctè cum persona cohaereat ut ab eadivelli nequeat. Sed si actus iudiciales per plenipotentiam possunt exerceri; quur non etiam talia extra iudicialia? præsertim quum data fidis Christianorum idem operari debat.

beat quod iuramentum ; *Cuiac. lib. 22, obs. 7*; immo & iuramentum invalidum sit servandum ; *Dauth. in cap. quamvis. de pact. in 6. n. 29*: ac pietas, cui simplex sufficit promissio , per iuria nesciat.

Binx heic agitari solent querelles. Primum; An iuramenti loco eti-
pollens sit admittendum ? ut , si quis
fidem honoris, nominis, dignitatis &
famæ adiiciat : *Bey höchsten eeren* ;
& , *Fürstlichen treuren*. videatur
Mynt. cent. 1, obs. 17. & *Gail. 2 obs. 59*;
qui pro iuramento id haberi volunt.
Quibus stipulatur Besold. d. l. 2 pol.
c. 6, n 33.

Secundo queritur: An sufficiat, si
quis recuset iuramentum, & tamen
iuramenti loco se obstringat ? Licet
iuxta Christi præceptum eandem vim
obtineant, quo iuramentum censeri
possit ; unde & *Beufl. de iure tur.* &
Mynt. d. cent. 1, obs. 17, implicitè id
contineri dicunt: tamen, quoni causa
sit publica ; & nominis divini in-
vocatio maxime sit de essentia iura-
menti; tum quoque secundum ius
comune res sit iudicanda, in quo
solemne iuramentum promissioni
simplici praefertur ; & ut quoque
fraudis suspicio aut clusio perfida.

evicitur, æquipollens admittendum non putant. *Erenb. lib. 2 de fæd c. 1. Arum. dict. lo. th. 101. & 103.*

Ad confirmationem fæderum maiorem etiam hoc facit, si dubia fides sit, ut præstito iuramento, pro servando fædere obfides dentur. *Gail. lib. 2 de pac. publ. c. 21. Dd. in l. obfides ff de testam. Sleyd lib. 24 com. Besold d. l. n. ; 4. Oblides autem quid sinit, explicat Arum. d. l. th. 105.*

Atque ne quid mutuis promissis facilè immutari, aut verba obligatoria inverti, aliterque ac dicta sunt accipi in interpretatione possint; quavis sit contractus iuris gentium, ut non sit de essentia eius Scriptura; tamen non tam usus, quam negotii necessitas, notulam certam postulat, ut contractus probatio eventualiter indecòrectius constet. *l. 20, §. sed. C. de testib.* Tum etiam sèpius plures sunt articuli, quam ut nuda possint conservari memoria. unde prudentis officium hoc quoque requirit, ut negotiorum custodiā litteris bene conservet. *l. 4 ff. de fide inst. l. charru ff. de prob.*

Si igitur litteris demandati sint articuli pro solidioris confirmationis robore; necessarium quoque est, ut manus

manus propriæ subscriptio addatur cum subsignatione sigilli. velut hoc communis tot seculorum consuetudo approbatum servat. *l. sicut.* §. *non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hyp.* Vbi duæ iterum succurrunt quæstiones : An subscriptio etiam per mandatarium aut legatum fieri possit ? Si dominus non sit in vicinia, res autem morā non ferat, atq; in strætio cum mandato id ita explicit; poterit quidem loco principalis sui ea omnia perficere , ad quæ ipsi plena potestas data est; sed necessarium est, ut eius instructio cum mandato affectis incorporetur, & cum originali subscripto adseretur. Ita etiam Secundò queritur ; Num subsignatio subscriptioni, an subscriptio subsigillationi sit præferenda ; & quænam sit potioris iuris, si alterutrum sit omissum ? Casum novi in aula Electoris Saxoniæ aliquando ita fuisse, ut sola subscripta produceretur manus ; & decisum fuit, *iuxta Gailium*, quod manus subscriptio prævaleret.

Absoluto itaque modo & solemnitate confederationis in contractu, nunc pauca quædam de officio confederatorum quoque erunt attinenda.

Porro, nervus iste consistit maximè in eo, ut omnia secundum articulos pactionis fideliter præstentur, & ritè fædus, in placitis suis conservetur. Vnaquæque enim res, quo maioris est utilitatis & amplitudinis, eò citius quoque ad extrema pericula prolabitur, nisi bonis consiliis in quovis tempore suffulciatur, & simul suis certis communiatut limitibus. Ideo qui in uno harent fædere, videant, ne promiscuè se aliis simul implicent, & eorum occasione etiam inviti ad negotia iniusta & pernicioſa rapiantur; quum non raro ruina unius confederati omnem reliquam secum præcipitet multitudinem. Etenim, dum impliciti fæderibus sequi alienis furores cogantur, facile concidunt omnes. Non opus est, ut hoc tempore turbulentissimo ex longinquis seculis aut historiis pertantur exempla. An non ante oculos est totius Germaniæ status tristissimus, & in ruina sua involutus pessimè? Quæ causa? quis Auctor? Peccatorum quidem servi perditæ in natura nostra sumus omnes, & quisque suam patitur noxam; Sed quisnam mala sua etiam in alios & vicinos coniecit? Quis huic vel illi fuit stimulo,

mulo , sub specioso boni publici titulo, & Euangelicæ religionis pallio? Nonnè audit i sunt passim tales disseminati nunc i? Vix per aliquot annos antehac circulorum , regionum, provinciarum , publici & privati, subornabantur conventus, ubi non subministrarentur cruentæ irritationes & exacerbationes quam plurimæ. Sed ex qua plaga mundi affluebant? Per quos ventus insuflabatur? Quænam erant missiatis ones creberime? Nonnè conclamabatur, O mortales, mortales, Euangelica nunc maiestas petitur , Euangelica libet: as carceri æterno emancipatur ! Euangelicus splendor penitus supprimitur! O socii, in unionem coite; ac ferro & armis vos ab hoc iugo liberate! Socios habetis amicos, fideles, fortes, & eratos adiutores!

Nunc opus est animis , & cordis perclore firmo.

State viri, atque videte, si et que causa malorum.

En, ad sunt tenebrae, tenetarum dira propago !

Ita magno & perpetuo semper conaminis auctu hocce urgetatur. *Cui Elia in viribus artis. Alpha uter γετινος num illud nostis? Salsuginosa vicinia similes*

miles eiicit hamos. Sed quamvis cur-
rant aliqui , ne pluvia madescant, in
fovea tamen præfocati hærent; nec
adhuc Acesias (quod dici solet) me-
dicatus est. Memini, quæ vidi, &
quorum auditor atque spectator fui.
Accidit nimis, quod in testudine
sieri cernimus: si una chorda disce-
pet, tota illico harmonia turbatur;
Sic si unus confederatorum prema-
tur, secundus, tertius, & reliqui con-
tinuò idem experientur. Quod ia-
tragico hoc Germaniæ tumultu cec-
nimus, quantopere vallis vitæ de-
ceperit, & nunc scipioni arundineo
innitantur, qui ad Charetis mace au-
reum respiciabant. Ideo quam fidem
quis fæderi destinavit, recte agendo
servet providus , nec ad alios respi-
ciat eventus, aut ad novas seinesca-
rier patiatur calles. Deinde statim
temporibus si fuerint indicti , aut
al:as necessarii, conventus sine inter-
missione visitet, ut suæ fortunæ sit
sedulus observator. Nam facile quid
occurredit, quod informet & doctio-
rem te reddat in cautelis observan-
dis, licet saepius propositi articuli ta-
les appareant, qui te non tangunt.
Præsertim , si quis fæderis director
aut protector sit , visitentur sedulo
dehi.

deliberationes & consultationes
 communnes. Tum quoque universa-
 lis huius officii regula talis est, quam
 olim Wolfgangus Palatinus suo ag-
 nato Fridetico Electori testamenti
 loco, inter alia salutaria præcepta
 vitæ reliquit, (*referente id Clytrae in*
vit. VVolfg.,) iusta & necessaria mo-
 destè semper agere. quod fædus op-
 timum & firmissimum ille putavit.
 Quod si fortè quoque fædera sint pa-
 eta, quæ aliis invidiosa appareant, &
 loca silentio sint involvenda, aut
 res ipsæ; id quoque sanctè præstan-
 dum est. Alias, si res aperta sit &
 honesta, & ita sit constitutū, ac ma-
 xime necessum sit; si cum consilio
 subditorum & eorum consensu sit
 initum; (*velut nec decet quenquam*
*superiorem in fraudem aut præaudi-
 cium subditorum fædus aliquod*
*pangere. Dd. in c. 1. §. præterea de pro-
 hib. fœud. alien. VVeserb. conf. 2. Erenb.*
c. 27 n. 223:) fit merito fæderis so-
 lemnis publicatio. Vbi interdum
 astutiam quandam supponere solent
 callidi auctores, ut suppressis veris ar-
 ticulis, intermisceant quædam ficta,
 quæ populi favorem vel adaugeant,
 vel etiam exterros in terrore aut me-
 nu contineant, ac rci verè gestæ ca-
 pita

pita invidiosa innotescant. Vulgo: enim s^epius plurima absque consi-deratione spargit, quæ magis obsint, quā utilitatis quid creent fæderis intentioni. Præterea danda est ope-ra, ne fæderis atticuli facile aut te-merè mutentur, aut violentur ali- cubi. Nam sunt haud raro, qui pro cōplexione ingenii levissimas ob cau-sas, vel offensiones à sociis acceptas, ruptis fæderibus, statim ad extrema profligunt; velut in Scotis exemplum est, qui aduersus Pictos, cum quibus tamē per 600 fere annos societatem coluerant, ob canes creptos, gravissi-ma gesserunt bella. Omnia prius con-filio communi tentare sapientem o- portet, quā ad arma, aut alias vio-lentias prosiliat. Tum quoque multa sunt dissimulanda. Amici enim vitia noveris, non oderis, in proverbio est. Itaque si controversiæ incident inter confederatos, ex ita apud arbitros componendæ sunt, ut supra diximus. Quod ideo tenendum, ut ab utraq^{et} parte sint pares: quod si dissident, tertium aliquem adoptent, aut illis ei communi partiumvè consensu addi-tur, qui ex æquo & hono, vel etiam iustitia pactorum fæderis, lites di- mere possit. Quod in veterum fæ-de-ribus

detibus accurate observatum esse cō-
perio, quoties p̄t̄sc̄t̄ civitates Sa-
xonis arctiori vinculo se congluti-
narunt. Legi aliquot p̄t̄t̄iones , in
quibus arbitri nominati fuerant civi-
tates aliquot Imperiales superioris
Germaniæ ; inter quas etiam Norin-
berga erat ; ut *suo convenientiori loco de*
hac materia agetur. Denique tota sum-
ma huius officii in eo consistit, ut fi-
des data, quæ neque in hoste, nec erga
hostem violanda est, ut *in sequenti capite plenius explicabitur*, salva conser-
vetur.

C A P . XVI.

*De duratione & effectu fœderum, nec
non solemnitatibus, quæ in mo-
do contrahendi adver-
tendæ sunt.*

Quod ex temporis respectu fœdera-
lia sint perpetua, alia verò tem-
poralia, id superius illatum est. Heic
autem Dd. tam Icti quam Politici in
diversas abeunt partes ; dum alii cum
fœderibus æternis & hæreditariis, alii
cum temporalibus, & maximè iis quæ
certum & determinatum numerum
habent annorum, faciunt ut quæstio-
nē;

fit; Utrius melior conditio sit, & num temporario fæderi, an vero æterno sive perpetuo potiores partes & firmiores sint adscribendæ? Est certè res non levis momenti, & per quam dubia, quid pro laude æterni fæderis potius quam firma decisionem temporarii constituendum veniat. Quanto enim iucundius id, quod solidam firmitudinem, & præsertim æternitatis quoddam fundamentum, substerbit, quam quod mutabilitas & fluctuabundæ hominum opinioni & inconstantiæ committitur; tanto maiorem laudum omnium prædicationem id meretur, cui tuto etiam posteri se cum fortuna concretæ possunt; quum noscant, amicitia tali, quæ certis vinculis legum concatenarite cohæret, non facile se posse privarier. Et, quid vera atque haud facta amicitia in mundo utilius? Veluti nec inconcinka est eorum locutio, qui affirmant, quod amicitia magis quam ignis & aqua sit necessaria; idque mortalibus equidein omnibus, ait Vincent. Castell. lib. 1 de off. reg. c. 63; & omnium maximè regibus, aut Rebus publicis. Etenim, idem d.l.c. 62, hoc firmiter ita tenendum est, regum amicos, esse verum

ac perpetuum æratium . quod etiam de qua vis Republ. intelligendum est. Idcirco, Ex semet (*ait Manilius, lib. 2. Aron.*) non quod natura creavit, Pectore amicitiae maius, nec rarius unquam. Et, *Ovid. de Pont.*

Scilicet heic etiam , qua nulla ferocior ora est,

Nomen amicitia barbara corda mouet.

Et, (*Com. Pl.*) Nihil homini amico est opportuno amicius. Nam sane, *ait Castel. d. I c. 62*, ex omnibus rebus, quas sibi mortales parant, ut *confir-
mat Socrates apud Xenoph. apomne. lib.
2*, nihil est amico præstantius. ut non sine ratione *Cic. in lib. de amic.* scripsisse videatur, Amicitiatum suam cuique permanere stabilem & certam possessionem. Quum enim certa fratre omnia sint quasi dona fortunæ; amicitia, Virtutis, quæ æterna est, opus, altissimis robustissimisque defixa radicibus, nulla vi tempestatis, nullatemporum iniuria potest convelli. Quod sanctè longè rectius de ea amicitiae specie ad severari valebit, quæ perpetuis coniunctionis legibus, & quidem talibus constat, ut nullus fecus, nulla simulatio metuenda sit, quatenus quid dissipari queat; vel
Ecce aliquid

aliquid erroris aut culpæ interveniat , quod ex iure confæderationis & pañtorum consopiri ac tolli protinus non possit. Tum quoque fæderis perpetua longè esse preciosiora , patet ex exemplo Dei, qui arcum propterea in nubes constituisse se proficitur, recordaturus fæderis perpetui (generalis) inter Deum & omnem animam initii ex omni carne, quæ fuerit super terram . *Gen. 9, 16.*

Tale æternum fædus Iehova & cum Abrahamo ac semine illius specificè pepigit , *Gen. 17, 7* ; dicens: Stabilio autem fædus meum inter me & te, ac semen tuum post te , per ætates tuas, ut fædus sit perpetuum ; me esse tibi Deum, & semini tuo post te, &c. Cui etiam hoc sacramenti testimonium eccl sirum sigillum adiecit, *v. 13*, his verbis: Omnino circumciditor natus domi tuæ , & emperius pecunia tua: Sic erit fædus meum in carne vestra, in fædus perpetuum.

Velut etiam æternitatem talis fæderis in sale depingit *Levit. 2*. ubi ait: Omnem autem oblationem munetis tui sale salito ; neque cessare finito Salem fæderis Dei tui à munere tuo. cum omni oblatione tua offerto Salem. Nam veluti sal cibum ab omni putic-

putrefactione conservat , & tutum reddit , suaque natura durabile est , .. & quasi matrix naturæ , quum ex ea in creatione producta sit terra , lapi- des , aqua , & metalla cuncta , ita tra- men ut simul reliqua principia , vide- licet sulphur & mercurius , submixti fuerint : (*Teuton. de trip. vir. c. 2 , in exp. 3 princip.*) Ita quoque oblationes omnes in fœdere Dei sempiternum vigorem precium & devotionis , ab omni putredinis impuritate conservare debent , ut perpetim vita novi fæ- deris nobis sit in Christo purificata . *Vide Croll. in Basil. Chym. de Spir. sal,* pag. 209 . ubi ait ; Sal simplex , &c . quum putredinem nesciat , maxime omnia à putredine vindicat , & natu- rali corpori salutatis , humanæ natu- ræ adeo conducibilis , ut sine co vi- vere nesciamus ; corporibus inditus , quicquid adest humili , absunt , & quod reliquum est solidæ substantiæ adstrictione conseruat . &c . Hæc igi- tur virtutes quum crudo insint sali , quanto potiores spiritui eius conve- nienter preparato ? Eodem modo me- moriam fæderis sempiterni , celebran- dam quovis die Sabbathi , manda : Ichova . *Lev. 24, 8. Num. 25, 12, 13.* ita loquitur Deus : Ecce do ei pacem .

S : c : fæderis .

fæderis mei, & erit tam ipsi, quam se-
mini eius, pactum Sacerdotii semperi-
tatum. Et quomodo fædus hoc om-
nes concordat, docet Moses. Deut. 5.
2. Iehova Deus noster, ait, pepigit
nobiscum fædus in Chorebo. Noe
cum patribus nostris pepigit Iehova
fædus istud, sed nobiscum, &c. Ita &
Deut. 29, 1, 15. & 1 Reg. 8, 21. 2 Chr.
23, 3. Psal. 89, 35, 40. Esa. 24, 5. &
56, 4, 6. & 57, 8. & 61, 8. Ier. 34,
13. & 50, 5. &c. Præterea semper ex
confidentioris reddunt mortales; que
Constantiam durationis declarant,
quam quæ mutabilitati variæ sunt
obnoxia. Et quis ei quid credat, qui
diversa sentit, alia quidem nunc, alia
dudum, & alia mox? Zwing. in mu-
phil. lib. 15, c. 5. Nam in dubio quiet
animus, parvo momento hue illuc
impellitur, ait Com. Quin, Mens in-
stabilis, iniqua utique res est, & noi-
certa amicis. Zwing. d. l. de inconstan-
Sed & variæ clades eadem patitur fa-
cile, & calamitatibus suis obtutur.
Exempla sat sunt obvia, vel in soli
Iudeis, qui toties expositi fuerunt
hostium direptionibus, aliisque misé-
riis, quoties à pacto deviarunt, quod
cum Iehova inierant. Fædus autem
hoc sempiternum ab Hebreis ideo se-
du

dus salis vocabatur, (*Numb.* 18, 19,) quoniam instar salis incorruptum præstare debet amorem in Deum, citra omnem mutabilitatem; ut supra dictum est. *Vide Clut. in parad. lib. 20.*

Eodem modo & Romani imitati sunt hanc rationem; qui, quum apud omnes gentes terræ hoc potissimum, nomine celebratissimi & notissimi esse studerent, quod in omnibus actionibus suis honestatis atque fortitudinis benignitatis mansuetudiae constantiam cum integritatis & præseverarent; omnibus suis foedelibus aeternitatem imponebant; teste *Sabellio, lib. 8 ennead. 1.* Cuius sancti forinula hæc ibi legitur: Romanis atque omnibus Latinis inter se pax esto, donec cælum terraque eundem habebunt statum. Magna certè hæc est arrogancia, & ambitiosum effarum, quo, ceu edicto, sibi sumniam non tantum potestatem præcunctis terræ populis adscribunt; sed etiam, quasi cœlitus essent supra humanas vices aliquem terrorem & metum mortali bus incussum, ostentant. Pax quidem effectus verus omnium confederationum propriè esse debet; sed tam gloriofa jaætantia non tam acquiritur, quam magis subtrahitur, quum

E e ; funda-

fundamento eo careat , quod solida
pietas largitur.

At in fœdere Hanseatico longe
gratiostius quid est , quam infimitu-
dine sua per tot secula duret propter
mutuam necessitatem commercii ;
non quod superbiam sibi arroget po-
tentiam ; sed suis se continet terminis : unde etiam maximè suam sorti-
tur durationem , & summum antici-
tix respectum apud omnes . &c.

Optandum quidem forter , concor-
diam perpetuam his confœderationis
modis conglutinari , posse ; quippe
amicitias immortales , inimicitias in
momento mortales esse conveniat.
Heig. part. i, 9. 11, n. 4. Sed experien-
tia cotidiana & ipsa hominum pe-
versissima malitia suspicionem facit,
ægre hæc à nobis unquam sperari
posse. Etenim quum homines ii, cum
quibus ipse Iehova locutus est, quic-
que sibi in selectum populum ade-
parat , & quibus præcepta sua tot mi-
raculosis factis & tempestatibus ex
monte Zionæo confirmarat , quiq[ue]
ipsi Iehovæ toties , etiam iurati , (*Ies.*
24., 25. 2 Reg. 23, 3. 2 Cbræn. 15,
*12. & 23, 16. Nehe. 10, 29.) synce-
rat promiserant obedientiam , quum
inquam , ii toties fædifragi facti sit*

in Deum; quid non mortales reliqui
committant, qui tot affectuum im-
portunitatibus vieti collabascendo
cotidiè cedunt? Proinde Bodin. *lib.*
s. c. 6, n. 615, & n. 713, fol. 962; &
Erenb. *lib. 2, c. 2, n. 45, pag 35,* non
incongruè locuti sunt, quod non sit
absque pernicie & damno, si quis
xterna fædera meditetur in conso-
ciatione Principum & populorum.
Quare talibus sempiternis fæderibus,
in populari & optimatum imperio,
merito circumstantiarum accursum
moderamen adhibent Kitch. *disp. 17*
de rep. tb. 1, litt b Clut. infas. pa-
ratex. tb. 20, ad lit a. B. sol. lib. 2 pol.
c. 6, n. 38. Seu hac cum condicione,
ut æquissimis non tantum levibus
conficiatur aut corponatur, sed et-
iam adsidua renovatio semper acce-
dat; quia in nihil tam stabile & fir-
mum sit, quod non diutuinitate la-
xetur, & in mutationem vergeat.
vide Erenb. *lib. 1, de fed. c. 2, n. 154.* si-
curi in contractuitatibus exempla
adducunt I Cti. *de quibus mox dicemus*
in sequenti capite. Sed adsidua reno-
vatio quoties suscipitur, quid aliud
importat, quam quod perpetuas
interruptionem hanc novo actu im-
misceat? subiectis certè suis hæc

sempiternitas nunquam quadrat. Ie.
hova quidē est immutab:lis, *Epi. Iac.*
c. 1: Sed constantiam eam fidei &
observantie nunquam satis., etiam
durissimis p̄ennis, inculcate populo
suo potuit. Audi Iehovā in ipsum, per
os & calatum Davidis sui Regis ita
graviter quicitanter. *Psal 81,14:* O
si populus meus auscultasset mihi; si
Iſraēlitæ in viis meis ambularent, vel
momento inimicos corum fuisset
depressurus, quum in hostes eorum
convertissem manum meam. Olores
Iehovæ niendaciter se dedissent ei, &
futurum fuisset tempus istorum in
seculum. Denique cibaturus fuisset
cum adipetritici; etiam ex rupe mel-
le fuisset satiaturus te. Sed verbum
nullum admittunt, nihil animad-
vertendo, dum in tenebris indeci-
nenter ambulant: ideo omnia fun-
damenta terræ corrunt. *Ps. 82,5.*
Quare correctione mitiori proprii
ad sententiam boni reflectit se Be-
sold. *d.l.* dum statuit, quod pecula-
losam sit, indefinite in longum tem-
pus fædus initio, propter incertam lon-
gi temporis definitionem. Melius
itaque est, ait, certum tempus de-
terminare, quam se concertationibus
Dj. committere; quam de ipsi in-

ter se consentiant, quæ sit locatio ad tempus longum. *Pinel. ad l. i, part. 3, n. 6; C. de bon. mat. Soar. ad Gom. tit. d, loc. & cond.* Quæ mens quoque non adeo diversa est Bodini, dum ratione in periculi in perpetuo sedere ita subiectit. *d. l.* Nam, cui fœdus iniquum videtur, ait, occasione oblata fidem falleat propter perpetuam fœderis iniquitatem. (quum mutari possint tempora cum rebus.) Sin breviori temporis intervallo finitur, etiam si grave cuiquam ex sociis videbitur, in eo tamen permanens est. Facile est autem tempore finito societatem emendare, aut novofidere anteyertere ac preoccupate. &c. Quare nec illud fœdus, quod ad beneplacitum contrahentium initur, probandum est. Quis enim tumultum esse dixerit in fœderibus, aliquis mero arbitrio aliquid committere? Et quis ergo sic dubitabit, temporaria fœdera, quæ ad certum tempus, vel ad confederati Principis excellum, vigorem suum extendunt, perpetuis illis dictas ob causas preferenda eis.

In his quum auct. apud Arum. in disc. acad. 28, th. 88, optimam fore sententiam, eius heic lubet ad-

E. c. c. 5 scri-

SIO R E R V M P H A N S.

scribere verba: Temporaria igitur fædera ita constituuntur, ut ut ad certum tempus durent, quo elapsi cessant penitus, aut renovantur seu immutantur; vel tam diu vim habeant, quam diu socii confederati vixerint. Moribus nostris non immrito nobiliora facio fædera anno temporis spacio, cum pacto, uero placuerit, de renovando, inclusa; per eaque tradit Bodinus lib. 5, cap. 6. Dissent. Kirchner, d. loco: Potissimum autem propterea, cum quod eadem visit fæderis decennalis ac centum annorum, si modo sit relatum arbitrio federatorum renovare ad decem annos fædera; tum quod satius sit, ut fædera mutuo consensu de novo renoventur & confirmentur, quam ut invitum in fædere in perpetuum serves, & vel tu, vel ipse, sceleratè ac fæde trangas fædus invitum. Invitum quis erat, idem facit occidenti; iugis Publius Syrus in nimis. Sepius tandem confirmat, ut Principes pro se suisque filii societatem ineant. Exemplo est fædus Smalcaldicum Nam, cum confederati Smalcaldici Mauritium Electorem post mortem patris de fædere interpellarent, propterea quod Heinticus pater pro se filioque minorenii fæderi

fæderi nomen dedisset; respondit; se
vinculo patris non teneti, ac fædus
abnuit: *teste Sleydano, 15.lib.* Quæsi-
tum an rectè? quod iure factum, *cum*
Hagio, quaffio. 11, n. 41. part. 1, affir-
mate non erubescere. &c., licet alias
contractus antecessorum ad successo-
res principes transerant; *l. 2. l. s. n. l.*
de quadr. præscript. tamen id in socie-
tate non obtinet. *ob l. 35. l. 4 c. & pas-*
sim. ff. pro socio. ne aliquis invitus ef-
ficiatur socius ei, cuius esse non vult.
l. 55. §. 11, d. t. quod recte itidem dissen-
dit cl. D. Preses in prælect. polis. Atque
hoc ita in principibus viris obtinet,
ut eorum successores fædere non te-
neantur, nisi fæderis cum antecessore
contracti conditiones ratas habue-
nt. Si enim omnes Principum con-
tractus honeste fidei sunt, *docente A-*
cacio, lib. 8, c. 45. In primis erunt fæ-
dera. Quare consensus interveniat
necessus est. Nihil enim sibi cum pa-
ternis fæderibus commune esse, si
Romani amicitiam ac societatem co-
lere vellent, prius de pactis conventis
agi oportere, dicebat Rex Macedonum
Perseus. *Bodin.* Cuius rei optimata-
rio est, quod iuriandum, seu reli-
giofa illa affirmatio, qua societas ac
fædera veluti firmamento innitun-
tus,

tur, ita personæ iuranti cohæret, ut ab ea divelli non possit. Quo igitur modo ad posteros transferetur? *Bald.*

Sed hæc hoc loco sufficient, dum ad effectum fæderis deproperamus. Sæpius accidit, ut finis cum effectu confundatur etiam ab iis, qui se politicorum eruditissimos venditare solent, ut supra crassum illum multorum errorem in civitate explicavimus, quam alii pro subiecto, alii pro fine venditant, quum tamen se præ omnium oculis pro ipsissimo effectu Reipubl. palpabiliter exhibeat. Ne vero eundem heic errorem committant alii, proinde superius in definitione fæderis finem ita constituimus, ut effectus non exprimeretur simul, sed duo ista inter se distincta & separata manereat. Finis vero & maxime internus, cum dictus fuit, quod præstationem fidelem & indubitatem rei necessariæ pro modo pactionum expressæ requireret. *Vide Erenb. d.l.c. 2, n. 224.* Externus vero per se patet, quod ad conservationem Reipubl. tendat. Quod si igitur pro conservacione status aut rerum cuiusque, aut Reipubl. quibus pericula imminent, praesletur, quod fæderis conditions pro liberatione vel auxilio postulant,

tunc necessario resultat inde effectus
is quem nunc intendimus. Iste vero
num alius esse possit, quam ille ipse
quem Ichova definit, quæ est pax
& securitas vitæ pia. Vbinam, quæ-
ris? Locus superius allegatus est inte-
gre, *Num. 25, 12.* ubi Ichova ipse de-
terminat id, quod ex fœdere resultare
debeat, nimicum pax & tranquilli-
tas. Hanc ideo dat, quod Pinchas ex-
candescens eum à filiis Istraelis
avertet. Vnde consolando Mosca
ipſi pacem quidem denuo promittit,
sed pacem talem, quæ ex fœdere pro-
creetur. Iccirco (ita alloquitur Mo-
sen) dicit: Ecce, do ei meum fœdus,
fœdus pacis. quasi diceret, Pax mea
tunc certa erit, quando? si fœdus me-
um in omni observatione ritè præce-
dat; & hoc vobis pacem progenera-
bit.

Eodem modo *Gen. 21, 25,* Abime-
lechus Rex Gerari cum Abraham
fœdus ultroneum pepigit, ut pacem
in benignitate pari & mutua vita
colecent. & impulsivam causam Rex
addit, quare tale fœdus cum illo icere
cupiat. dicendo, *23, & 24;* Deus te-
cum est in omnibus, quæ facis. Nuno
Itaque iuta mihi per Deum heic, (di-
latibi imprecans, si menditus fuerit
mihi

mihi, aut filio meo, aut nepoti meo; fore, ut benignitatem parem huic, quam exercui erga te, exerceas era me, & erga regionem hanc, in qua peregrinaris. Cui dixit Abraham; Ego iurabo. &c.

Quæ formalia fere eadem idem Rex repetit in renovata confœderatione illa quam cum Isaaco Gen. 26, 28, & 29, crexit. Vbi tamen his discisis verbis explicatur reciprocus, quid ex mutua benevolentia fœdoris procreetur, ait Abimelech; dimisimus te cum pace; ut tu nunc a Iehova benedictus es.

Solemnitates heic quæ fuerint, & quis modus contrahendi, v. 30. & 31 adiicitur his verbis. Quum itaque (Isaac) fecisset eis convivium, comedissentque & bibissent; surgerent mane iuraverunt alter alteri, deduxitque eos Isaac, & abierunt ab eo cum pace. In qua confœderatione amicabili, omnes ferme circumstantia, quas hucusque deduximus, cum suis caussis, quasi summi sim in una effigie egregie conspicuntur enumeranturque. Hæc enim concordia amico animo conficitur, cum grata beneficentia lautaque convivis exceptione. Paets, quæ in uno pio

ponit;

ponuntur, tam firmiter acceptantur, ut iuramento confirmantur, & quidem suti hoc hoc quoque Erenb. lib. 2 defed. c. 1, n. 32, serio inculcat,) tempore observato antemeridiano. Et heic renovatur fœdus; *iuxta eiusdem Erenb monitum d. l pag. 325.* Sic in deductione eorum, manifestavit Isaac publicationem & approbationem. Quemadmodum etiam hoc omnino observandum est, iuxta hodiernum Imperii nostri statum, ut illi, qui firmiter confederationem cōpingere volent, id faciant cum approbatione imperatoris; quāvis ille excepitus videatur, quin regulariter in omni generali oratione persona loquentis excipiatur per se. l. 30, *in finff. locat. c. petit. de surrexit.* Finis etiam fœderis innuitur, quod sit mutua coniunctio animorum. Cui tandem effectus apponitur; in pace. Quod ipsum quoque Ereub. *in dict. lib. 1 defed. c 2, n. 219, & 237,* dilucide explicat quando fædera in Imperio statibus Germaniæ nulla alia concedi debere aut posse affirmat, præterquam quæ respectum habeant ad pacis constitutionem: quod si vero ita conficiantur, nullatenus prohiberi posse. *l. percipimus. C. de appellat.*

Mys.

Mjns. 6 obser. 2; quum congregations, quæ in bonum fiunt finem, non debeant improbari, ne dum quod aliquo iure pænam mereantur. l. 11.
C. de off. reff. prov. Bald. conf. 119.
Schrad. defend. p. 10, secl. 10', n. 16.
Specul. Saxon. lib. 1, art. 1. l. 12. c.
dell. Ias. conf. 86, n. 1, lib. 3. Possent hæc pluribus explicari quidem, atque ex ipsa sacra Scriptura deduciplenis: sed attentus lector in supra citatiorum locorum veram cognitionē ipse inquirat; quæ hac dñe docte satis eum erudire possunt. Nobis iam dux quæstiones huc necessariae facientes enodendæ erunt, quum errori aliorum haec extorquere nobis videantur explicationem. intetim tamen hoc obiter heic notemus, quod Schonb. lib. 4 p. 1 cap. 37, effectum fæderum, quem in discrimine succurrui esse putat, cum officio eorum prouersus confundat. de quo alias.

C A P . X V I I .

*Num fas sit quandoque Principi aut
Reipubl. fidem violare; præsertim si
nique conditiones, quas inire
coactus est, & temporis
commoditus id ius-
beat?*

Pacis exoptatissimum nomen tantum
est dulcedinis, ut omnes pii & sa-
piențe eius amore & desiderio meri-
tò ducantur. Nam ut ait ille Poëta,
*Tax & amor Deus est, sancti Deus
auditor amoris.*

Veti & sancti videlicet amoris, non
illius falsi, qui brutali impetu aut
foco formositatis rapitur, & perpe-
tua inquietudine iactatur sua. Face-
sat taliſ hinc furor cœcorū affectuum.
Nihilominus id frequetissimum esse
videmus, quod homines, instinctu
diaboli subacti, eorum, ad quæ natu-
ræ boni quam promptissima est, nihil
perpendant; imo ſepiuſ neque cu-
tent, quæ in pietate conſtantter pra-
ſtanda, fide sancta, in ſe receperunt.
In eum ſinem varias ſibimet iuſis in-
genii elusiones configunt, & in quo-
ſtioniouſus variis effugia querunt.
F f F Et enīm

Etenim quoties contra partii aut co-federatorum alteram partem odium radium, vel invidiam, aut amulatio-nem &c. concipiunt, vel actionem priorum eos pœnitit; queruntur ri-mæ, quibus sub specie iuriis aut tituli honestatis elabantur: Et tunc prima-ria solet esse qualitas; An infidelibus fides sit habenda? Idem propositum de hæreticis concipitur; ex quo uni-versale quasi axioma pridem confe-cerunt. Alii asseverant, ex *Plin lib. 8,* spiss. 5, non esse fraudis decipere, sed prudentia. Alii ambigunt, An pro moribus temporum in commodum subditorum aliquid comminisci li-ceat? Sed quum neque in his latratis defraudandi inveniant, querunt, Li-centne minutas fraudee committue, fraudes ut maiores averruntur? *Vide Chokier t̄res pol. lib. 2, c. 13.* Non nulli dicunt, sat licite clandestinum hostem inter confederatos dolo clu-di posse, si fiat in Reipubl. utili-zem. Sed quum neque hoc impietate sua carere videant, tandem relibus-erit ad questionem, An non illa faci-ra, quæ quis iniquissimis condicio-nibus initio coactus est, pro tempore comoditate frangere possit Prin-cipis? Docet ita Br. *ad l. 5. ff. de paß.*

cum aliis pluribus ait Arum. d.d. ac. 28, *ib.* 71. ut si eis inveteraverit hic error, querente Bod. d. loc., ut nullum stabile fœdus, nulla fida societas inter Principes contrahi possit. Si victores vietiis legem dederint, non dubitant legati disceptantes hanc unam violandorum fœderum causam oppone-re, quod vi aut metu facta, quasi ex edicto Praetorio aetionem institue-tint. Mirum tamen est, hanc novam prudentiam Romanos antea semper latuisse! Quis enim est, qui nesciat, pacis conditiones ferè semper invitidis, & vi ac metu accipi? Nemo tam aut Princeps aut legislator unquam, qui, quod victori promisisset, exequi recusat, quasi vi coactus id fecisse dici potest. Et rectè. Quis enim foret bellorum finis, si à trans-actione, bona fide interposita, licet et recedere? *I. 10. C. de transact.* Tum, an vis est, quæ si legibus permitten-tibus? *I. 3, §. 2. ff. quod met caus.* Ac quenam viro forti vis potest adhi-beri? *Cic. 3 offic.* Tandem quidnam tam congruum est fidei humanæ, quam ea, quæ nobis internos semel placuerunt, servare? *I. 1. ff. de pac.* Unde constat, ait Ken. in pol. part. 1, c. §. 2. 168, & infidelibus, & hereticis,

& hostibus servandam esse fidem
semper, absque ullo respectu. Ceu
illud optimè approbat Nortm.^{in diss.}
de iur. Princ. th. 77. cuius verba inte-
grè huc refertur: Grave ac inde-
corum est Principi, uti dolo, fraude,
& mendacio, etiam si id fiat in Reip.
utilitatē: Imo non solum contra
bonos mores, sed quoque pietatem
ac iustitiam esse dico, si quis Princi-
pem à se dissidentem veneno, seu aliis
mediis insidiosis, tollere tentaverit.

Est enim viva Dei imago in terris,
quam per iurio fœdere non solum est
impium, sed insuper quoque pericu-
losum, & cum æterno dedecore con-
iunctum. Detestatur enim Iehova:
bilingue: Abominatur sanguinolea-
tum & dolosum, ac perdit mendacia
oquentes. *Prov. 5, 16, & seqq. 8, 13;*
12, 5, 10, 22. & 17, 4. Psal. 5, 7, & 10.
Labium verax autem stabilitur in æ-
ternum. *Prov. 12, 18, 21. & 26, 14.*
Comin. lib. 10. Principes sunt huma-
narum actionum condimentum, &
sal subditorum; quod si infatuatum
fuerit, qui poterit constare vita pri-
vatorum? Absque fide nulla est ami-
citia, absque amicitia nulla humani
societas: absque hac vero nullus Dei
cultus. Ergo qui non colit fidem, nul-
lu

sum quoque habet Deum. *Cavrian.*
fol. 268. Et certè per iurium, est dete-
 stabilius atheismo : quia non tanta
 est eorum, qui Deum aversantur, im-
 pietas, quam illorum, qui, esse Deum
 è rebus humanis perspicere fatentur,
 iuris tamen iurandi simulatione nu-
 men irridere non dubitant. Imo qui
 libenter audit mendacii verba, om-
 nes ministros habet impios. *Prov. 29,*
12. *Cosmo Bartoli c. 9. discors.* Impium
 ergo Euphemis aquid Thucydidein
 dictum reiicimus; Quod scilicet non
 sit iniustum quod fructuosum. Hos
 appellat Alexander M. apud Curtium
 percussores veneficos, inquiens : Ve-
 rum enimvero quum modo milites
 meos ad perniciem meam pecunia
 sollicitet Darius, ad interencionem
 mihi persequendus, non ut hostis, sed
 ut percussor veneficus. Alphonsus I,
 Rex Neapolis, heroicè respondit
 proditori Rugiero, qui ipsi promitte-
 bat occidere hostem suum Regem
 Castiliæ; Etsi possem lucrari (inquit)
 totius mundi imperium, nedum Ca-
 stiliæ Regnum; non permitterem tan-
 men tantū scelus. *Ammir. lib. 2, c. ult.*
 Sic Senatus improbavit Capionis fa-
 cium, qui Viriatum Lusitanum, la-
 trorum & belli ducem strenuum,

hostem populi Romani, cum vincere cum aliter non posset, per duos satellites pecunia corruptos, humi depositum peremisit. Quæ victoria, quia empta erat, à senatu non fuit probata, Sex. Aurel. Victor de viris illustribus. Humir. d. lib. 2, disc. ult. Sic quoque non probabant factum Q. Flaminii, qui Hannibali mortem procurabat apud Regem Prusiam. Hostem adversum opprime, stetit enim hominis, & virtutis opus. Papa Pius III censit Italos, qui incendio atque veneno per Germaniam damnum dareat. Sley l. lib. 18. Rex Hispan. statuit in Principis O:aniae caput 25000 coronatorum, & quoque Assasino nobile stemma, si nobilis non esset, qui eiusmodi generosum (ita vocat) actum perficeret, cum criminis abolitione, etiam si atrocissimi esset reus; ut patet ex proscriptione, & quoque Apologia illustrium O:aniae Principis contra dictam proscriptionem. Vbi etiam refert, quod Ducissa, eiusque filius Dux Parmensis, sibi sumpsecint sicarios & venenarios, qui illum tollerent. Assasinum huius principis vocat Barclaius pium & animosum iuvenem, à quo optimo jure interemptus, poenas Deo, Regi & Reipubl. debi-

debitas persolvit : econtravero deflect mortem Guisiorum. lib. 3, cap. 15, contra Monarchom. qui dolor prodit iniquos hominis affectus. Sic s̄apē missi scatii tum à Papa, tum ab aliis, qui Regem Galliæ, Angliæ Reginam defunctum, & præsentem Regem tolerent, ut suoleco dicimus. Eiusmodi particidez clanculari i magis principibus sunt timendi, quam hostis aperitus potentissimus. Contra hunc enim industria eis facile remedium invente potest ; cum nulla humana diligentia declinare possit scelerorum diabolicum imperium, nisi Deus unicos suos misericordie alis protegat. Decorum vero & Principe dignum est, hosti, infideli, latroni, heretico, fidem aut non temere dare, aut datum omnino servare. Thuscum igitur Doctorem non solum, sed & impia Pontificum theorematum, cum a quivocationibus lesuiticis, fugiat, si modo Majestatis virtut, ac salutis naufragium, cum perfidie macula, evitate satagit. Nihil enim tam congruit humanæ fidei, quam ea, quæ semel placuerunt, servare. l. 1 de pall. l. 1 de constit. pec. pector. l. 2, q. 4, n. 21. Neque alia virtute Romaniq; imperium crevit, quam fide erga inimicos.

& amicos , quam si Ethnici in tanto
honore haberunt , multo magis &
Christiani. *Cavriana* lib. 2, n. 1. *Tacito*
fol. 267. *Baz.* de imperio virt. advers.
Machia. c. 7. *Lips.* lib. 2, cap. 13 polit.
Ciro Spont. lib. 3, c. 2, & seqq. di *Governo*
del Stato. Servemus , inquit iofua c. 9,
fidem datam , ne Dei præpotentis
furorem cicer videamus. Et, (*Aristot.*
ad Alex. M.) Cogita ne peieres , sed
timeas divinam ultionem & huma-
nam infamiam. Quæ enim laus est
Principi , iustitiae , fidei & bonitatis
clarissimo speculo , toti mundo im-
perare , & maiestatem suam detectan-
do maculare periurio ? Non igitur
considerabit , quid hic vel ille fecerit
& mereatur , sed quid ipsi promissi
conveniat. *Cavriana d.* lib. fol. 163.
Æterna memoria, Principe Germane,
(qui nullis mortaliūm fide & armis
cedunt (*Baiacalo teste apud Tacitum*)
& Maiestate Imperatoria digna ver-
erat invictissimi Imperatoris Caro-
li V , ad Eccium , & alios , qui usq;
bant ipsum ad violandam fidem Da-
Luthero datam : Etiam si , inquit , fide
des toto terrarum orbe exularet , in-
ueni apud Imperatorem immunaculati-
manebit. *Bed.* lib. 5, c. 7 de *Republ.* Si
climin Constantiens. Synodo fides
frēg.

fregerunt cōstantissimis veritatis af-
 fectoribus, Iohanni Huſſo, & Hiero-
 nymo Pragensi , qui tamē fide pu-
 blica eo venerant. *Mari. Clus.* 2, f. 13.
 Hic Politorum & Aulicorum quo-
 rundam summus est Pythagoras , quē
 non in minori precio habent quam
 Turcæ suum Alcoranum , seu somnia
 factilegi Mahumedis. Inquit autem
 cap. 18 de *Principe*, & lib. 2, in *Liv. cap.*
 42 : Prudens Princeps fidem non de-
 bet scrvare, si ei sit damno, & necessi-
 tates præterierint, propter quas illam
 dedit. Et magni refert, si Princeps
 doverit belluiniū ingenium pro ar-
 bitrio scitè induere, ut, si iure legum
 decertando vincere non possit, tum
 mores vulpis assumendo & leonis,
 coniugiatuz. Hoc est, pro arbitrio &
 tempore ingenium fingat, ut more
 vulpis , quos volet, in insidias pelli-
 ceat , & pellicetos instar leonis iugu-
 jet. Et hanc Principis dotem non esse
 exiguum existimat . Quam autem
 impium id sit , & contra omnem ho-
 nestatis rationem, quilibet bonus fa-
 cilè animadvertisit. Venenat namque
 autes Principum , ipsisque suadet, ut
 opinia recta negligant , dummodo
 potentiam consequantur . Cum ta-
 men fides nulla necessitate ad fallen-

dum cogatur , aut præmio aliquo corrumptatur. Seneca, epist. 89, inter mortuum illud Euripidis recoquit:

--- *Ius regnandigratiæ*

Viglandum est: Alijs rebus pietatem colas.

Et nihil in hominum societate erit firmum & stabile , si hoc impium theorema locum habuerit. Numquam enim causa deficiet per fiduciam pacto non stent. *Liv. lib. 9.* & semper aliquam fraudi speciem iuris impo- nent. *Liv. ibid.* Sed de his Antinah. lib. 3, theor. 21.

Hactenus quidem ille ; sed cognoscantur ea , quæ ulterius ibidem egredi adiicit. Notoriè vero constat quod pacta sint strictissimi iuris. De quo exempla illustria nobis S. Scriptura proponit , ex quibus cernitur quod nulla ratione violari casent ; sed firmissimè sint servanda. in 1*ki.* 6, 25. in *David.* 1*Sam.* 24, v. 22, 31*Reg.* 1, 8. & 2*Paral.* 1*S.*, 1*j.* Ie quoque Hungaria hodiè adhuc plorat tristissimum regis sui Vladili exitum , anno 1444; quod rupiteris cum Turca tam gravissime fuerit etiam in posteris pœnâ ; que non tantum 30000 hominum miretum perierint , sed etiam adi-

dum incolaꝝ deplorandam calamita-
tem pererui belli sentiant . *Crom.*
lib. 21. Iovi. in vita Amurat. Bonfin. lib.
26. Ciro Spont. lib. ; del gover. di stat.
Callimach. Florent. de reb. gest. Vladisl.
lib. 3. Plura addere non licet , quum
sint odiosa nimis. Ita superba arro-
gantia & elatio , eo graviores poenæ
(secundum) importat , quo dignitas alicu-
ius in excelsiori posita est gradu , si
ad perfidiam declinet. De quo crimi-
*ne vide *Sal. Max. & Bap. Fulg. lib. 2, c.*
16. His adiicio : Licet de iure verba
Principis quidem debent esse firmis-
sima, etiam non iurata ; et ad Aposto-
*lice. ibi. *Innoc. de re iud. Mysn. 1. cent.*
obs. 17, n. 2, quod talis proinssio ean-
dem vim in Principe habeat cuin iu-
tamento; ut antiqua Germanie con-
suetudine olim receptum erat : ta-
mén firmiores & manet regula facta
Scripturæ ; ubi dicitur , quod Deus
solus sit verax, & omnis homo men-
*dax. *Rom. 3, 4. Psal. 62, 10. & 116,*
*v. 11.****

Nam , proh dolor , in quantum ab
eo laudabili vetetum more deviatum
est, ut ferè pro ignominia habeatur
fides, id pridem expertus sum. Et non
adeo nuper exemplum minimè ami-
cam, ad quod nunquam non totuꝝ
hortesco,

horresco, in quodam Illustri videre mihi contigit. Qui in eo valde glorabatur, ubiq; oppido per quam placebat, quod coram unoquovis duplicitatem suam quam artificiosissime occultare nosset. Aiebat; Egregie ego nosco tractare homines; ut nemo facilè sentiat, quis sim in corde. Namque adsumo quoque eos, qui se mihi totos concedunt, in muscum meum; & compressa dextra illis ultrò iux obambulandum arrideo, quamvis toto corde eos odio habeam. Sic, quum pro adsiduo more falsa criminis afflictione alicui insidias etiam vitæ pararet, ille autem ob id à Confliatio honesta revocatione ad pietatis officium corrigeretur, deque iniuriosissimo mendacio admonetur, respondebat, Novi quidem non esse verum, sed tamen ita dicam, ne homo ille absque vitæ periculo mihi elabatur. Hoc quin iterum in eo reprehenderetur, cum admonitione, quod nihil probaret in iure; respondit iterum, ex falsa adulatorum suorum persuasione: Quid? Principis verbum tantum valere debet, imo & vellet, quantum quinquaginta testium aliorum. Addebat, sc quoque vel ad conscientiae provocare testimoniū.

nium. Obiiciebatur ipsi, an id pietatis esset, vel dynastam deceret, contra apertam conscientiam & iuris veritatem, quidquam asseverare? (Etenim supra modum se prius verbis argutissimis simulate didicerat, ut, qui non interius hominem nosset, proorsus eum esse Christianum juraret; adeo semper Christi imitationem ore iactabat; audiebatque gloriari, se nullius peccati reum erga proximum convinci posse.) Nihilominus, aiebat, se iusta nil curare, sed verbo suo niti; quod potius esset, quam plurimorum attestationes iucatas.

Quum igitur tam falsis persuasio-
nibus multi procerum se in tantas
precipitent absurditates, & fraudibus
non raro suam potentiam armant;
inde rectissime in iure cautum est,
(l. 9. C. de test. c. 10. c. 23. extra eod.)
quod unius testimonium nullum sit,
etiam si vel ab homine in summa di-
gnitate posito proferatur. arg. c. ego
solus. dist. 9. Si enim tam multum in-
testimonio exhibendo valere dehe-
ret dignitas, quantum multi sibi hac
prerogativa vendicant, Ceterè vix
mortaliū quis tutus foret. Profunde
quoque is, qui terrigenum omnium
vilesca & corda perscrutatur, caue
in

§;o R E R V M P. H A N S.
in manu tenet sua , testimonium
nius absolute validum esse vetavit.
Num. 35, 30. *Deut.* 17, 6. & 19, 15.
Matib. 18, 16. Vnde etiam Hill. *ad*
Donell. sup part. 2, lib. 25, c. 15, l. A, b
B, omnes recte coarguit , qui vulgo
ad l. 3. C de reb. cred. & ad l. 31 ff. den-
reuntur. unum testimoniū ad semiplenam
probationem admittere audent ; ubi
Dd. omnes falsitatis reos agit. velut
etiam d p lib. 24, c. 19. litt. I, idem si-
cit ; ubi tamen ex l. 20 ff. de quaestioñi
affirmat proſsus , quod unius testi-
monio non sit credendum. Et quam-
vis Gillhaus. in arb. iud. de prob. cap. 5,
part. 8, n. 14, nouv. iud. Principi, si ſu-
per enunciatiuis & narratiuis vere
ſe fundat , credendum putet , ac ad
cauſas aliquot reſtringat ipſius narra-
ta; tamen Vm̄m. in diſp. ad preceſſ. 16,
n. 40, cum Donell. & Farinac. queſt.
63, in pr. atq̄us Corar. q. 33, v. 3, v.
hū accedit : ſicut & cum Valer. Max. 4
dicit. memor. 1, n. 11, omnino recte fa-
cit , quod nec Principis ſoliuſ teſti-
moniuſ ſufficiens dici uolle ait ; iſ-
xta eandem Iul. Clar. 5 ſent. §. f. queſt.
§ 3, n. 21. Vbi etiam in hac conſtanția
fatiſ prudenter & piè perſeverat ; di-
cens : Vnicum enim ſingulare teſti-
moniuſ , quantum yis excellentis fidei,

ad deponendum planè non admitto.

I.9. C.d.teſſ. Tantum abeft, ut ſemi-
plenè probate queat. Regula enim
certè regularum omnium in æter-
num fixa & firma manet, quam ſupra
ex verbo Dei attulimus, quod Deus
ſolus ſit verax, & omnis homo men-
dax, cui etiam Psalimi 62 versus 10,
propter vanitatē Principium, maxi-
me adſtipulatur. Carnis enim ſecu-
ritas ubiua in magis in vanitate ſua
exerit ſeſe, quam ubi potentia pro-
priæ dignitatis eniteſcere gaudet?
præfertim ſi per titillationem adulato-
rum maiores acquirat vites? Pro-
inde aurum eft monitum, quod
Gail. 1 obſ. 5, 6, n.9, habet. Pertinet
enam (inquit) ad officium Principis
boni, curare, ne dilectionem proximi
oſtendat, aut iuſlitiam violet, nevè
tempeſtatis potius, quam potestatis
plenitudine utatur. Ut præclarè mo-
nuit *Zaf. conf. 10, n.7, vol. 2.* ubi ſic
ſcribit: Scio, boni Principis potesta-
tem ad tutelam ſubditorum, & ad ju-
ſitiā afferendam eſſe amplissimam.
Cæterum ut inuria ſubditis fiat, illuc
Principis potestatem non agnosco; ſed
Tyranni. Id enim dicimur poſſe, quod
honestè poſſumus. *text. not. m c fin. §.*
ſ. n. d. reſcript. in 6. &c. faciat 22, q. 2,

632 R E R V M P. H A N S.
gl. in Clem. sepe. in verb. poterit. de U.
S. &c. Cognoscatur ibi Gailplenius,
quem in manibus plurium novi;
prout locus est perquam eximiè ex-
plicatus.

Quum igitur Principes propter ab-
solutiorem libertatem , qua possent,
poterioribus, quam reliqui mortales,
obnoxii vivant affectibus , proinde
exempli huius speculum adducere
volui, ut rectius in tam illustri ima-
gine se intueri penitusque cognosce-
re discant. His cotidiè Ausonius ho-
occinit suum : Quanto plus licet,
tanto lubeat minus . Velut igitur
mendaces nullatenus d : cetesse Pri-
cipes; ut toto cap. 15, lib. 2 , id preclau-
explicat Dn. Carol. Scriban. in polit. sive
Christianæ; sic etiam optimè Chock:et
in thes. pol. aphor. lib. 2, cap. 14, si dem
negat ullis ex causis violandam , ul-
laque ex parte labefactandam esse.
Etenim , ait d.l.c. 15, inexpialis est
religionis, si dem fallere , iaque fac-
nus haut inultum Deo relinquitur;
sed celeri pœna vindictatur. quod et-
iam in aliquot declarat ex. implis.
quē quis ibi consilere poterit ; quomodo
nobis ad alteram questionem sit iam
procedendum ; que non minores si-
ponderis. Et Scribanus, in pol. sive
c. 15

c. 15 , lib. 2 , ait : Scio , non defuisse , qui dicerent , non servandam fidem , si obstringi se Principi voluntas defuisse ; si promissi pœnitentia accederet ; si mandati executioni sponsio non posset . Barbaræ hæc mihi semper visæ sunt voces . Nam quid spondere certi mihi possum , si ad tacitam Principis mentem in omni sponsione decurrentium ? Quæ fœdera , quæve pacta stabunt ? Aut quæ securitas in humanis ? &c. Regula certè suorum Princeps est , & exemplar morum . Item : Si in omnium ore turpe mendacium sit , turpisimum in Principis est ; cuius verba divinis co similiora esse debent , quo propius ad Deum . Principes dignitate & imperio accedunt . &c . Vide & consule Scribanum , in pluribus optimè bac trattationem .

C A P. XVIII.

*An fædus & bellum pari passu
ambulent?*

DVM ita per ambulacta multifor-
mia, & ambages propterea inven-
tionis ambulat mortales, necesse est,
ut etiam sæpius in sui erratis inci-
dant spinas. Nescio, quem fiat, quod
ita homines somnolenter prorepant
ad mutuæ concordiæ, pacis, proximi-
que dilectionem, quam tamen Ie-
hova in hanc omnis gratiæ suæ fa-
vorē deposuerit. Et Christus mansue-
tos & mites nos imitamine suo reddi
cupid. ideo tam suaviter, *Matth.* 11,
ad se omnes convocat, quotquot,
modo ipsius blandissimam audite
vocem exoptant. Ac quid aliud in-
tendat omnis fœderis compactio,
quam Iehova nobis toties in Christo
offert, inque Verbo suo dulcissimo
inculcat? Non sancta hoc fædus belli
indictionem importat, nec tale ius
constituit, quod nos ad armâ proli-
ciat. Quis est tam audax qui Ieho-
væ hanc auctoritatem adscribere ve-
lit? Ille potius ita compellat Abra-
hamum, fædus cum eo initurus; Ne
timeas,

timeas, Abrahā; ego sum clypeus tibi,
 & merces tua ampla valde. *Gen. 15, 1.*
 Item: Ego sum Deus fortis, omnipotens;
 Ia desiderter ambula coram me,
 & esto integer: & disponam fædus
 meum inter me & te; & multiplicabo
 te quam plurimum. *Gen. 17, 1, &*
2. Ita quoque pacis in modum fœ-
 dus inter se confecerunt Abimelech
 & Abraham, *Gen. 21, 23;* quod etiam
 cum Abimelecho Isaac renovavit.
Gen. 26, 29, & 30; ut supra expli-
 cum est.

Hæc autem eum finein dico, ut pa-
 teat ex his & aliis pluribus Verbi cæ-
 lestis locis, quemam propria & ge-
 nuina seu essentialis natura ac inten-
 tio fæderis propriæ sit, & quam longe
 discrepet ab ea, quam nonnulli Icti
 & Politici, in equipollentia belli aut
 ius iuris, ipsi affingunt. Sunt etenim,
 qui ius belli & fœderum pari passu
 ambulare, haut verentur affirmare;
 atque eam sententiam ita dissemina-
 runt, ut pro Maxima prope habeatur.
 Sicuti Engelbrecht, *in disp. sua de iu-
 risd. Imperij. th. 66, lit. s,* ius indi-
 cendi belli ad absolutam potestatem
 Imperatoris Romani referens, cum
 iure fœderum connectit, propter hanc
 causam, quod uniformitatem hanc

836 R E R V M P. H A N S.
in æquaali consilientia habeant. Verba ciuius sunt: Pari enim passu ambulat ius belli & fæderum. In utroque consistit fere summa totius Republicæ. Inde populus Romanus omnia fædera, omnes sponsiones, iniussu suo factas, nullas pronunciat: ut ipius rei exempla multa habet Livius. Ad Augustos translato Imperio penes eosdem solos stetisse hoc ius, demonstrat *en SCto de Im. p.rio Vespasiani*. Ant. Vacca, *ad l. 1. ff. de const. Prince. &c.*

Eodem modo Matth. Stephanus, *acad. disc. 16 n part. 1, sect. 1, memb. 1,* fædera soli defensioni adscibens, hanc approbat sententiam, ubi ait: *Quum vero pari passu ambulent iura belli & fæderum, &c. ad paria quoque iudicati debent. l. 12. l. 13. ff. de leg. l. 3.. C. 40d. Quemadmodum igitur bellade rebus, ipsum Imperium concernentibus, Imperator movet ita etiam fædera aut ligas, non solum cum exteris, sed etiam cum illis qui inter se Imperii viscera complectuntur, irrequisita statuum Imperii vel ad minimum septemvirorum consensu, prohibetur. sur. b. tit. 15. Sleyd. & lib. 7. comm.* Quod affirmat manuentio pacis provincialis *Vermatis* *est.*

data an. 1495. &c. Fœdera tamen publicæ pacis & securitatis cauilla ferire, non est prohibitum. d. i. 15
aur. b. Principes enim accurate tueri debent constitutiones imperiales, & severiter coercere omnes, cuiuscunque ordinis, status aut conditionis sint, pacem violantes. Erenb. de fœd. i, c. 2, n. 230. Sic quoque, ad legitimam defensionem fœdera inita licita esse, docet Myrs. cent. 6, obs. 2, n. 4. Hęc enim fœdera ad bonum & licitum finem tendunt. Erenb. d. l. n. 128, inf. Nam aperta veritas id docet, & experientia cotidiana testis est àxiomata, quod, velut concatenati annuli in catena, alter alterius vigore cohaeret; sic etiam status unus alteri tutelam & conservationem contra vim hostium exhibeat &c.

Vtriusque viri verba satis appositi prolati videntur. Sed si penitus ieiunio intucaris, ferme similem invicem absurditatem, ac superiorum partem, in eadem loquendi formula, indicavimus, quam Aratus habet, in rel. pol. lib. I, c. 5, sect. 5, n. 56; ubi dicitur: ut plus quam abinde eadem & scivitatem ita essentia conglutinatione inter se componeat, ut pari passu illi ambulare dicatur;

quum putet, quod bona fide & integra conscientia quisque miles iuste
inteficendi aut cardendi in omni
bello uti possit, ob probabilem igno-
rantiam, licet ipsi non de omnibus
atticulis iuris constet, cuius intuitu
bellum sit inchoatum: quum hoc ex
servitute debita, quæ nequeat iniu-
sticiæ accusari, præstet. An vero ali-
quis integræ conscientiæ, id est, pius
interfector proximi sui, absque spe-
ciali mandato Iehovæ possit dari; &
num tali conscientia, sanguine pro-
ximi conspurcata, ac præfectum si
causæ sunt bonitatem & iustitiam
ignoreret, & tantum altius cruentz
libidinis servū pro conducto precio
se præbeat, pius esse, ac ita integrum
in iudicio extremo Christi se sistat
queat, id præceptum illud decalogi,
Non occides, dijudicet. Talis cruen-
ta conscientia, & inteficiendi mu-
neri cum cupiditate crudeli dedita,
quale præmium mereatur, supradi-
ctum est. Duplex ea mundi consci-
entia & iustitia eius, quæ simul pie-
tatem simulat, & proximū sumū oc-
cidendo necat, quo nomine censem-
da veniat, satis ipse Christus iudicio
sui determinat verbi; Matthijs, 20.
& 6, 24. An mala conscientia si
bona?

bona? an falsa, vera? an cruenta, pia?
 O perversam eam ignorantiam, &
 crudelitati involutam. Apud ex
 cœtu Christiano cum bifida illa
 bifidæ conscientiæ ignorantia.. Nil
 enim aliud ea est, quam axiomata
 fallaciarum, quibus totus mundus
 lib specie iuris proprii confunditur,
 ipsique dynastæ in altissimam secu-
 ritatem conscientiatum dilatatarum
 coniiciuntur. Iuris bellici autores
 videant ipsi, qualem sibi iustitiam in
 novo Testamento confiant. O mo-
 do intelligerent, quanti sit, *iuxta O-*
sea diu. c. 10, 12, & 13, vere semina-
 re sibi ad iustitiam! &c. Heic potius
 in veritate solida illud proferre licet,
 quod Regnum Dei & iustitia cuius pa-
 ri passu ritè ambulent; & è contra
 iniustitia sive crudelitas cum Regno
 diaboli; qui fuit homicida à pincipi-
 o, & mendax. *Iob. 8, 44.* Vitium
 mortalitatis est, prurire nova, ac nau-
 seare praesentein, qualiscunque tan-
 den sit, fratum & conditionem: vi-
 de *Pierre Charon, lib. 1 de la saageſſe, c.*
 3^o, § 2. Qui in libertate vivunt, re-
 gnum expectuni: qui in regno, liber-
 tam liberiorem. Turbulenta ni-
 mit cibominibus datasunt ingenia,
 qui plenam nec libertatem, nec fer-

vitutem, pati possunt, aut recte intelligunt. *Viet. de caus. exempt. impe. concl. 10.* Proritum hunc præposte ruin maximè heic promovent, quæ fœdera proflus estimant inutilia, nimirum bello determinentur; imo & affirmare audent, fœdera non debet esse absque bello. Ideo concludit sat absurdè, uttaque eandem in combinatione cœsentia habere extensio nem.

An David cum Jonathan fœdus trahit contraxit? *1 Sam. 18, 1, &c. 3.* Verum ut eo clarius atponit hoc deprehendatur, verba locutionis istius prius examinabimus paucis, & inde mox evidentiam erroris detegamus. Omnis enim cognitio non potest melius, quam ab ipsis vocabulis, inchoari; quum eorum perceptio vel ad rerum intelligentiam omnino conducibilis sit; ut ait *Erenb. lib. 1. c. fœd. c. 3, n. 3.* Hoc enim pacto possumus significata distinguere, ne in æquivoco procedamus. *l. 9. ff. de if. procons.* Vnde Icti tam diligenter verborum significations sunt percuti. *l. 204. l. 195. de V. S.* Neglectus talis enim verborum, rerum pars incertitudinem. *Oldend. clas. 4. all. mand. Erichb. d. l. n. 4.*

Passus igitur, qui à *pandendo* & *extendendo* ita dicitur, quando pedes ad eundum extenduntur, nihil aliud est, quam actus ille, qui pedum motu in progrediendo denotatur. Ab eo enim, ait *Gell. lib. 15, c. 15*, quod est *pando*, *passum* veteres dixerunt, non *pansum*. In quo tamen Gifanius contrarium simile defendit, quod recte ab aucto-ribus *pansum* & *passum* dictum fue-rit. quod & exemplo illustrat verbi *scando*, à quo *scansum*. *Taubm. in Plaut. not. ad mil. glor. act. 2, sc. 4.* Et *passus* manibus, & velis *passus* dicimus, (ait *Gell. id.*) quod significat *diductus* atque *distentis*. *Plaut. in Stich. act. 2,* *scen. 3.* Actus ergo ille cū spacio simul extensionem continet; unde *passus geometrus*, qui spaciū quinque pedum determinat, conficitur. Ex quo *passim* descendit, quasi *in omnibus passibus undique*. Et *Virg. lib. 2 En.* ait, *passibus equis*; quibus paritatem progressus denotat, ac si *paribus passibus* dicere vellet; quod in æquitate graduum simul procedant. Si au-tem *passus* non sunt æqui, tunc de-est illa motus mensura, quæ parita-tem confidere debuisset; ut idem ait: ---- Sequiturque patrem non *passibus* æquis. Ita *par* quoque ad

facultatem mentis accommodatur; uti Cicero loquitur *in clar. orat.* Si par in nobis atque in illo fuisset scientia. Et 2 *de invent.* Scientia par in nobis atque illo est. quasi diceret, & què sumus docti ambo, ut alter alterum non exuperet, sed, ubi ego subsisto, ille quoque ulterius in scientia progredi non valeat. Vnde par etiam pro duobus accipitur, qui inter se sunt æquales, & convenienter vivunt natura; similes, aut eiusdem generis. Ceu & Taubm. *ad Plaut. pag. 56, lit. C.* notavit. Ac senex in *Trin. a. 2, sc. 2, v. 3,* ita commonet adolescenti filium: Feceris par tuis fatiis cæteris, patrem tuum si percolas. Sic *in mercet. a. 3, scen. 4, 44:* De ista hac re argutus es, ut par pari respondeas: Ad mandata claudus, cœcus, mutus, mancus, debilis. In *Pet. a. 2, sc. 1, v. 41:* Par pari respondes dicto: Abi iā, quando ita certa res est. Quibus locutionibus rei æquipollentia describitur, ut dicto eadem cuique insit paritas, quæ passibus, &, si bona verba preferantur aut fasta, eadem responsio ipsi sit.

Simili modo istis rebus platiè convenit illud *ambulationis* verbum; quod passibus rite propter pedum motio-

mentionem applicatur ; quamvis & naves recte ambulare dicantur ; *Tanlm.* in *Plaut. Menach.* aet. 2, scen. 3 ; quia remi sunt appellati pedes : ut ait *Auson.* in *Mosella* : Reipi pedes certant medio cum flumine Iemibi. *Turneb.* lib. 18, c. 15.

Exinde igitur Icti æquipollentia sibi confecere. Et quum æquipollentium eadem sic natura , (*Ruin. leg. Gallus.* §. & quid. num. 14. ff. de lib. & Pesth.) paritates semper in eodem paſſu accipiuntur eadem, ut in æquipollentibus nihil intersit, quid fiat. *Thoming.* conf. 26, n. 105, tom. 1. Namque velut paria sunt non facere , vel non commode facere ; *Gilhaus. arb. Iud. c. 6,* part. 1, de *Prob.* §. 4. n. 2: Ita quoque eadem sunt falsum dicere, & veritatem suppressore. id. c. 6, part. 2, art. 1, de *test.* n. 130 *Bald.* in *I. presbyt. C. de Epif. & cler. Cart. Sen. de testib.* n. 30, concl. 15. Quemadmodum & paria sunt, nominatim quid exprimere , vel per relationem ad aliud. *Myns. 6 obf. 81, n. 8:* aut, manus propria quid scribere , & subscribere, *Tfeil. cent.* . , conf. 39, n. 1. l. 1, ff. de *const. Princ.* Item . paria sunt, si erit sine lege, vel contra legem. *Toming.* vol. 2, conf. 12, n. 4. Velut etiam, per semetipsum quid facere , vel faciendum mandare.

mandare. Id. Thom. d. vol. conf. i 6, §.

6. Paria quoque sunt, quia non esse,
 & non apparere. l. in legc. ff. de contrah.
 empt. Thoms. vol. 2, cconf. 7, n. 63. Sic
 paria sunt, scire, & scire debere, & nolle
 scire. Strashburg. conf. i, n. 16. Tiraq. li
 retract. ad fin. tit. n. 43. Velut etiam,
 nolle, atque non posse. Id. Strasb. conf. 7,
 n. 33. Si c. fieri aliquid tempore licite,
 &c, conferre in tempus permisum: seu,
 producendum esse, &c, in producctionem dire-
 cum esse. l. arrogato. l. adoptare. ff. de
 adopt. Thom. vol. 1, conf. 11, num. 38.
 Nam de consistentibus in actu & po-
 tentia idem iudicium est interspo-
 nendum. l. vivere. ff. de stat. hom. l. pos-
 rem. ff. de transact. l. foramen. ff. de ser-
 vit. rust. præl. Vt etiam & qui pollent,
 de lucro iam radicato, &c, de damno vi-
 tando certare. Thom. vol. 1, conf. 40, n.
 30. Paria quoque sunt, facere aliqui
 coacti, &c, timore coactioni. l. nevis-
 me. Et illi Bald. ff. quo i fa! s. tut. aut.
 Per quem textum dicit etiam An-
 char. conf. i 59, n. 1, ad fin. col. 2, &c;
 quod is, qui scit se compelli possit, di-
 catur facere coacti, licet se sponte di-
 cat facere. Idemque in conf. 83, n. 3,
 scribit, iustum esse timorem euad-
 tunc, quum recellum est ab armis, si
 eadem adhuc imminet potentiano-
 cendi

cendi ; utpote quæ idem operatur se-
cundum eum , quod nocere actuali-
ter. per text. C. Pisœni s. de restit. spoliat.
& I. Labeo ff. de stat. liber. Thom. vol. I,
conf. 13, n. 178. Nam velut parium ea-
dem est potentia , nec maior ; l. i , §.
vetere. ff. de acq. poss. quum parium ea-
dem sic natura: ita parium paria sunt
iudicia. l. scrum. ff. de leg. I. Vnde &
paria delicta mutua compensatione
tolluntur. l. viro infid. ff. sol. matr.
Quamvis igitur par, non est idem, ta-
men paritas rationis , dispositionis
paritatem efficit , (l. illud. ff. ad l. A-
quil.) & ad identitatem quamdam
quid reducit , ut pro eodem habeat-
ur: quia paritas rerum , arguit parita-
tem iuris. Darsh. de simil. & par. in pr.
Cui paritas vinculi paritatem iuris
inducit. l. si reliquero. ff. de legit. tut.

Ex quibus iam constat, qualis hæc
locutio sit, de paritate fœderis & bel-
li; quaꝝ nullum fœdus dari possit
absque bello ; quum paritas iuris &
vinculi naturalis illis iohæreat am-
bos, & ex necessitate ea combinari
ita cogantur , ut actus utriusque sit
necessarius. Quod si hæc res sc̄ ita ha-
bet, nullum certè aliud fœdus dari
potest, quam defensivum; & quidem
iāc quod bellum simul importat .

Iam vero supra ostensum est, *in divisione fæderum*, quod tot eius dentur species, quot fines & conditiones patrum in coëundo fœdere determinantur: quod etiam ita latè se extendit, ut quædam fœdera propriè, de quibus hucusque egimus, & quædam impropriè sic dicta fœdera inveniantur. Num igitur tam latè quoque, bellum excutiat, ut illud in quoris fœdere per naturam eius requiratur, & eidem naturali hac connexione includi debat? Absurdum certè, & plus quam absurdum est. Sic enim quot fœdera in sacra Scriptura conciderent? Nec ipse Iehova in fœderibus suis, quæ cum Patriarchis & fidelibus pugnit, ut *supra demonstravimus*, satis constaret sibi; quem tamen auctorem unicum legitimorum fœderum omnes agnoscimus. Impium est, hoc affirmare, & blasphemum. Si vero quis forte in fœderum numero hæc habere nollet, idem gravius in verbum Dei impinget. Ipse enim Iehova quod toties fœdus appellat, cum tanti promissionibus & tam sollicitacum pro suis, id neminem fœdus esse obciati decet: quia ipse Iehova est, qui loquitur, perficiens etiam quæ locutus est. Cœlū & terra facilius trans-

bunt, quam minutissimum sermonis cœlestis verbum; ut ipse Iehova Christus testatur. Tum etiam, si principalis finis est, quem ritè determinat Erenb. lib. i de fœd. c. 2, n. 229, conservatio pacis publicæ, iuxta l. præcipimus. C. de appell. & Mys. cent. 6, obs. 2: quæso an non possit aliis mediis compari, quam bello in fœderibus? Quem locum heic merebitur fœdus in commercio fundatum? Quonam recedit fœdus religionis? quum ipse Erenb. confiteatur, quod religio nec possit, nec debeat armis aut bello defendi aut propagari; quum nemo quoque vi humana ad religionem cogi queat. lib. i de fœd. c. 2, n. 14. (in quo sibi contrarius apparet nonnihil lib. 2, c. 1, n. 14.) Quorsum concedent, quæ civilia fœdera facit? Erenb. lib. i, d. c. n. 18, pag. 127. Sed & ipse Matth. Stephanus, part. i, disc. acad. 16, sect. i, memb. i, pag. 201, ait: Huc pertinent fœdera, ob consilia varia, calida & callida, ad futias hominum reprehendas, ad alastoras delēdos, ad profligandam subditorum rebellionem. &c. An vero talibus non potest alio succurri pacto, nisi id bellum perficiat? O quanta est virtutis clemencia, amica benignitas, iustitiae verus tenor,

tenor , pietas , & dilectio proximi ?
 Hacum vices si recte considerantur,
 non tot suffatores belli & incendia-
 rii invenirentur . Sic & Erenb. sibi
 heic contrarius est, dum affimat, lib.
 1, c. 1, n. 55, *defæd.* quod Christianis
 licetum sit bellum gerere . Ergo (con-
 cludit) multo magis fœderata conti-
 here. quod tamen *sup. n. 14* admodum
 improbarat .

Sed omnis error huius locutionis,
 quem in pari passu fœderis & belli
 fovent , dumque de fœderis natura
 belli inclusionem esse putant , inde
 est, quod non recte distinguunt inter
 finem fœderum universalēm &
 particularem ; item quod ignotent
 quem locum bellum in definitione
 fœderis defensivi aut vindicativi sibi
 proptiè adscibat . Etenim quod de
 fœdere in defensione armata dici po-
 test, id certè non accipiendum est in-
 distincte de omni fœdere . Tum quo-
 que quod loco causæ instrumentalis
 est, non potest dici finis . Erenb. lib.
de fæd. inter alia errata simul hec
 quoque ostendit in pacis attributio-
 ne ; quam ita generis loco ponit , ut
 comprehendat reliqua fœderum ge-
 nera . lib. 2. *defæd. c. 1,* n. 27. & Si-
 vius quoque fœdus definit pacem.

Isid. lib. 18, cap. 1, Etym. Licet h^{ic} locutio definitionem ipsius, quam in antecedentibus, n. 14, assertuit, (ab igit^{us} genitus fœderum constituit pactionem publicam, & conventionem,) ac semetipsum simul refutet in eo, quod bellum omnibus fœderibus dispositivè iustum attribuerit; *lib. 1, c. 2, n. 55, & 56:* attamen, si ita pacem generaliter accipiat, aut adinittat, ut generalem amicitiæ, concordiæ & fœderis demum effectum denotet; proprius veritatem attingere videbitur. Etenim si quid est, quod cum fœderibus pari passu ambulare possit, hoc certè est amicitia & concordia, quæ perpetui comites esse debent fœderum omnium; quum sine harum essentia neque amor sit neque fides. Quippe ex amore & fide, si necessitas alterna accedit, componitur & proficit fœdus; quod simpliciter amicitiam præsupponit, quæ animam sive ipsi insipiret. Quare etiam in hoc errat Zwingerus, *in moralia philosoph. lib. 1, cap. 7, tit. de amicit. spec.*; ubi duas has amicitiæ species accidentales facit, amicitiam publicam, & pacem; quoniam tamen inter accidens speciei & effectum ingens sit discrimin^{us}.

H h h omni.

850 R E U V M P. H A N S.
omnibus amorei proximi , ut inde
huius & æternæ vitæ pacem conse-
quantur ; quam etiam discipulis suis
congregatis , *Luc. 24, v. 36*, sanctissi-
mo voto apprecatus est.

Ideoque cum verbo Dei & Christi
potius præcepto heic concludimus,
quod amicitia & concordia , non
bellum & cruenta vis , (nisi ex acci-
denti speciali , *ut loquitur Zwing. d. l.*)
pari passu cum vero , folido & Chi-
stiano fœdere indefinenter ambulare
debeant ; alias fœdus est falsum &
hypocriticum , suo vero destitutum
fundamento. Auteum certè Procu-
ri solemne illud fuit ; quod propter
ea quoque tanquam caput generale
initiis fœderum apponere consuevit:

A M I C I T I A E S T O . *ccu hoc ex*
Brisson. lib. 4, fol. 402, Alber. Gentili
de iur. bell. lib. 1, c. 13, refert : & Erenb.
lib. 2, c. 1, u. 27, id approbat. Idem &
heic quoque firmiter dectetum ma-
neto : A M I C I T I A E S T O ; non
fucata , sed verè vivida , & integrè
sancta.

C A P. XIX.

*Desæderibus imprætr. è ita dicitur,
Et cognatus eorundem.*

Fœderis naturalis vinculo, quod alias coniugium dicunt, imitamen iunctum exhibent ea fœderata, de quibus hæc tenus egimus, quæ & proprietæ propriè sic dicta indiguntur. Aliius sius vero, *Polit. sua c. 7.* cum Alb. *Gent.* i *de iur. bell.* 3; *Petr.* *Græc. lib.* i, cap. 11: *Hæn. d. disp. th.* 2, c. d. & *Menoch. conf.* 99, n. 39; fœderatum distinctionem facit plenam, & non plenam, vel ex parte quadam, tamen plene factam. Plenam dicit confederationem, qua alii in alterius regni iura adsumunt etiam quæ corporis membra. Non plena punit, qua diversa regna, salvo iure maiestatis certa fide pactorū coeunt, & se immuno obligant. Cui adfingi facit confiaternitates, protectiones, &c. Sed quum hæc distinctio planè inversa sit, ut me: ito plena fœdera resistent cas confederationes, quæ illæ non plenas sive semiplenas vocant, & è contra: nolui in supradictis literationem hujus divisionis fac-

te. Etenim nihil magis inimicum est fœderibus, quod eorum naturam ita subvercat tunditus, quam si quid imperii iis aut iurisdictionis immisceatur: quum non tantum subiectio-
nem nullam agnoscant penitus, (*E-
renb. d. fœd. lib. 1, c. 3, n. 44. & lib. 2,
c. 2, fol. 148. Bocer. cap. 1 de crim. le-
mai. Cam. de Reg. dis. 5, tb. 96;*) sed
etiam in universitatis formam talam
correprosus recusent. Fœderati enim
unum quidem corpus, non autem
eandem Rempublicam subire &
præsentare possunt. Si imperium &
subiectio mutuo inter se concurrat,
statim fœdus nomen amittit, & Re-
publ. formam induit. *Menoch. cap.
99, n. 39. Bodin. 1, de rep. 7, n. 71.
Erenb. d. lib. 1, c. 3, n. 9 Cas. 3. plu-
civit. 6, q. 2. licet Cicerarius, d. 1
tb. 97, id nō nihil dissimilate fruſti
conetur. Velut nec fœderati statu
iisdem privilegiis eiusdem civitati
aut Reipubl., cum qua feceruntur
dus, fruuntur. Bod. in method. 11,
cap. 6.* Ideoque merito, & quidez
optimo iure, fœdera ea plena faci-
mus. cum aliis auctoribus, (si disti-
ctio hæc ita acceptanda foret; h
quibus hactenus locuti sumus, que
ad proprie dicta fœdera ren-

mus: quum omnibus superioritatis, propriet plenam libertatem, cui unicè incumbunt, prorsus nescia sint, & in capacia dici adament. Semiplena vero delegamus ad ea, quæ impropriè fæderum nomen sibi vendicant. Sunt enim hæc talia, quæ quidem similitudine aliqua repræsentant fœdera propriè sic dicta; sed tamen vel aliquid successiōnis more testamenti sapiunt, & id ambiunt, vel ex imparitate aliqua virium potentiat aut conditionis quidpiam subiecctionis patiuntur & tacuè agnoscunt, vel ad tale quid respectum habent. Hinc impropriè dictum fœdus, *iuxta Kœcker. syt. pol. c. 24, lib. 1*, iterum laxius est, vel aictius.

Laxius huiuscmodi fœdus inter patronos seu defensores aut protectores, & eos, qui eorum defensioni se committunt, percutitur. Quod genus fæderis (quamvis & sine fundatione clientela aliquando sileat, *Bod. i de rep. 7, n. 68*) Latini patrocinium & clientelam, iurores advo-
catus, C. illi avocati, ou avocacie, vor-
cant. *Bod. lib. 5, c. 6, n. 585. & i de rep.
7, pr. & n. 67. & c. 9, n. 108.* Hinc ot-
rum ius patrocinatus, clientelæ, ad-
vocatix, Germanicæ Schutz & Schirme-
H h b ; gerech-

gerechtigkeit, vogtey, appellatur. *Gail.*
2 Ols. 54, n. 1, & 2. Dicitur item
Mundeburgium, vel *Momburgium*.
Knich. de *subl. terr. iur. c.* 4, n. 328. &
de Sax. non *prov.* & *c. c.* 5, n. 494. *Vie.*
sinb. conf. 48, n. 14. *Erenb.* 1, de *sæd.*
4. n. 13, & seqq. *Pactonos* *advocati*
nos *vult dictos* *Befoldus*, *lib* 2 *fol.*
c. 6, th. 27, *non ab advocando*, *sed à*
Germanico vogt; & *vocatur alias fac-*
dus clientelare. *Ius autem ciuitatis*
aliud est, *quam ius defensionis*, *per*
patronum clienti, *contra iniuriam*
aliorum, & *vim majorum*, *præstan-*
dæ: *pro quo cliens vicissim patrem*
ad observantiam & annum plenum
que honorarium obstringitur. *Bed. d.*
c. 7, n. 68. Knich. d. c. 5, n. 494. *Estque*
temporale, *vel perpetuum*; *quod &*
hereditarium, *Germanis erfsantz*,
appellatur. Petr. Frid. Mind. lib. 2 &
mand. extrah. c. 14, n. 2. *Item sim-*
plex, *vel cum aliqua iurisdictione*
coniunctum. Knich d. c. 4 de iur. ten.
n. 33 c. Tksm. Mich. diss. de iuris l. th.
55. Paurm. 2 de iuris d. 9, n. 24. Mys.
cont. 2, decis. 13. resp. 3, n. 9. Erich.
1, de sæd. l. 4, n. 16. *Alia denique ab-*
vocatio superior, *alia inferior. Knich.*
d. c. 4, n. 733. Paurm. d. c. 5, n. 22.
Quamvis autem hoc ius advocatæ
nullæ

nullum patrono in clientes suos iurisdictionem per se tribuat, quin tales clientes efficiantur subditi; (*Gail.* 2, *obs.* 34, *n.* 1. *Tholoz de rep.* lib. 11, c. 11, *n.* 6:) tamen multis in locis hodiè à subditorum conditione non parum differunt. *Erenb. d. c. 4, n.* 15. quum aliquid iurisdictionis tacitè vel precatio iubimiscere soleant potenteres; cùn etiam in aliquot monasteriis clarum est. *Bisol. d. l. lib.* 24. Nam inter reges, & eos, quos illi privatorum loco habent, raro amicitiam & charitatem mutuam subsistere, rectè ex *Petrarchæ dialog.* 49, lib. 1, *de remed. utr. sort.* & *dial.* 50, § 2, Erenbergius *lib.* 1, *de fæd. c.* 2, *n.* 22, probat. Experientia cotidiana quod docet, id rectius censendum venit. Sed de bello & principibus quidquā scribere, non tutum ritè putat Erenbergius. *lib.* 1 *de fæd. c.* 2, *n.* 56, *ad fin.* pag. 166; & c. 1, *n.* 74, pag. 62. Nec addenda sunt huic perditō seculo iniitamenta malorum; quod multi temerè faciunt. Nam utriusque nimis actris est severitas, si quando ingratum quid ipsis oggeritur. Decet tamen sapientes viros, non ea, quæ ante pedes sunt, curare, sed fidem potius prospicere; præscritim quuin

non immerito Bodinus, *lib. 5, c. 6*,
 hoc fædus periculosisimum esse tra-
 dat, si non ex iusta causa & necessi-
 tate suscipiatur, utpote quod sapientia
 secundum vim belli materia: n ex-
 hibeat, ex qua imperiorum & civitatum
 subversiones sequantur. Patrocinium
 enim prima fronte ex amicitia & of-
 ficio origine: n trahere videtur; sel-
 tam, quum merces intercedat, quæ
 amicitiae contraria est; patet inde,
 quod conductio quædam subsit, fa-
 vitutis speciem quæ patrono officii
 & protectionis ratione porrigit: unde
 clientes facile in subditorum for-
 mam transmigrant. Heic plurime
 occurunt questiones: An protectio-
 rum electio Rebuspub. profit: *Frid.*
Mindanus, lib. 2. de manl. extrah. 1. 2.
n. 7, distinguunt inter advocatiæ per-
 petua: n temporaria. Deinde,
 queritur: An quis se posset in protec-
 tionem alterius principis dare, in
 consulto suo Doctino, ut ipsi per hoc
 non præjudicet? *Vide Gai. lib. 1. 2.*
pac. pub. cap. 4. Thom. Mich. diss. d. 16.
138. R. a' Scheyd de anno 1540, §. 4.
Quis vero, an proximi superior, eli-
 gendus, itidem queri solet: & ex pro-
 te. de privileg. *Frid. Mind. d. 2. n. 1.*
Vivesemb. conf. 48, num. 5, id affirmat.

Ac protectio vero iurisdictioni Domini ordinarii quid detrahatur, dubium est; quum defensionis dignitatem nonnulla iurisdictionis sua natura comitetur. *Negat Gail.* 2 obs. 54, n. 1. *Frid. Mind.* c. 2, n. 13. *Tholosian.* lib. 1, c. 11, n. 6. *Bod.* 5 de Rep. 6, n. 6 10. An patronus clientibus ius dicere queat, si subiectionis iuramentum ipsi præstiterint, queritur ulterius. *Negat Erenb.* 1 de fæd. c. 4, n. 13. *Gail.* d. 1, n. 8, & *sejj. ex l. 2 ff. de his qui sunt sibi.*

Improprium deinde, & quidem laxius a hunc fœderis genus, & illud est, quod inter Principem & eius tributarios initur; eos nempe, qui à potestendibus victi pacem acceperant; hac tamen conditione, ut iura maiestatis retineant, vicitores vero maiestatem comiter observent, eique, ut libertate & pace fruantur, tributum annum solvant. *Bol.* d. 6, n. 5 82. *Casman.* c. 66, *polit. in fin.*

Tertio, est adhuc confœderatum genus, quod impropriè ita articulus dictum volunt; quod propter libertatem nimis contractam illis flexibile & misericordie appellatur; quod etiam similitudinem habet cum beneficio cessionis bonorum;

ut ait Arum. l. 7, l. 8. C. qui bon. ced.
 Atque hoc est deditiorum, quando
 vieti in victorum tutelam concedunt,
 illisque leges dicuntur tales, quæ li-
 bertatem eorum planè imminuunt,
 ad fœdus tamen aliquid cum victo-
 ribus admittuntur. *Vid. Erenb. 1 de*
fœd. c 4, n. 6. Licet inter se differant
 admodum in fidem & fœdus venire;
 tamen heic ambæ confluunt condi-
 tiones, ut exigua inter eos & subdi-
 tos sit differentia.

Sunt quidem & ali genera, ut est
 fœdus inter homines sanguine iun-
 etos, qui certam ob caussam pacta in-
 ter se constituunt; quod fœdus Im-
 perator naturale vocat. *in l. ene qui*
19. C. de Episc. & Cler. nec non fœdera
 inter collegas liciti collegii inita. *toto*
t. ff. de coll. & corp. Quæ tamen quam
 rectus ad sequens genus referantur,
 eo quoque inclusa volumus. Item
 de fœderibus quæ coniugio concur-
 sunt. *r. consule Coster. in pol. 8, c. 24,*
§. 6, & seqq ac Erenb. d. l.

Commodissimè igitur subiecten-
 da heic sunt fœdera hereditaria, quæ
 nostriates confraternitates dicunt. At-
 que heic consistunt ex pactis successio-
 num vicissitudinariis, tam inter di-
 versas familias, quam inter agnatos
 cuius.

eiusdem familiæ. *Bets.* de pact. famil.
ill c. 5. ubi plenè de tali materia agit.
Quale fuit inter Saxoniæ Ducos &
Principes Hennebergenses, reciproco
iure succedendi approbato. *Spangenb.*
lib. 5 *list.* *Henneb.* c. 55, pag. 272.
Erenb. 1, *de fæd.* pag. 153. Et durat
adhuc tale fædus inter Thuringit &
Hassia Principes institutum anno
Christi 1262; ex bello novennali or-
tum, quod Henricus gessit cum So-
phia S. Elisabethæ filia, sponsata
Duci Brabantino anno 1268. In
Chronolog. Clitriæ. Atque tales esse
de iure concessas confederations,
probatur *ex l. soda'es. de coll. & corp.*
Tiraquel. in traſl. de primog. q. 6, n. 5.
Zaf. conf. 1, n. 8. lib. 2. Deci. conf. 516,
6+5, 524. *Alexan. conf. 91, lib. 8.*
Erenb. 1 de fæd. c. 2, n. 35, pag. 141.
Est aliud genus fæderis, quod *unionem*
prolium dicunt; quod etiam ad pacta
acquirendæ successionis facit. Utrum
autem coniunctio hæc vel unio pro-
lium de iure subsistat, *Gaius*, 2 *obs.*
125, post multas dubitandi rationes,
affirmativè satis probat. *Vide Betsium*
d. l. pag. 131, c. 5. Ita quoque dan-
tur pacta familiarium illustrium in
unionis hoc genere circa matrimo-
nia, ut eorum promiscualibertas, in
dcde.

860 R E P U B L I C A N S .
dedecus earum tendens , statutis pœ-
nalibus coërceatur . *Vid. Bets. d.l.c.6.*
ubi plene rē per trādat. Similiter & ta-
lis confœderationis pacta habentur
de tutelis illustrium portionarum ; *de*
quibus itidem Bets. agit l.d.e.6. Talia,
& huius generis facienda pluim , re-
censet Etenb. lib. 1, c. 2; ac potissimum
in popularibus & optimatum impe-
riis , quæ ipsa quodammodo sempi-
ternâ sunt , locum habent . Nam in
Monarchia , principium interitu so-
ciates ac fœderata dirimuntur . *et h.*
disp. 28 apud Arum. disc. acad. lib. 8.
Schonb. lib. 2 pol. c. 13. Ad vigorem au-
tem talium pactorum superioris con-
firmatio , tanquam feudorum Domi-
ni , requitenda est . *Gail. i ebs. 127, 5.*
Et sic ritè fœderata ista non tantum
ipso contrahentes , sed etiam ipsum
successores , obligant ; quum pre-
mantur ciusdem esse voluntatis &
affectionis cum prædecessoribus . *Sic etibz.*
d.l. 1. Itaque , nec non contractu
Principum de portuorum , prælia-
tum & nicipium eis cœlentur ; quæ
R:spubl. semper eadem existat . *Bz. 11*
conf. 326. Exempla unio*nis fœderum*
de apud Cel. de iur. Imp. Germ. lib. 7.
& R:inh. Ken. pol part. 1, c. 5, n. 25
Etenb. d.l.c. 2, n. 32, & s:gg. Arum 2
diss. 5,

disc. 6 ad aur. bull. n. 6. *Ubi omnium optimè bac de re agit. Sic etiam defēdere fratrum pātionalium, quod heic nunc uidem monemus, consule Erenb. d. l. n. 10, cap. 4, & seqq. & Col. scīt. de iur. Imp. th. 70. Althus. pol. c. 7.*

Adfinia autem & cognata fæderibus tandem sunt iudiciæ, Ordinum uniones, correspondentiæ, amicitiæ, &c. quæ tametsi fæderibus, sed tam admodum abusivè, à nonnullis adiiciantur; rectius tamen iis inter cognata suus adsignatur locus. Nam, quod ad iudicias sive pacificationes attinet, fine & toto genere à fæderibus differunt, quum in fæderibus amici inter se præstant, quod iure gentium sine pactione non tenetur præstat. Indiciæ verò & pacificationes non tantum sunt inter hostes, sed etiam in simplicibus iuris gentium terminis consistunt, ne alter alterum offendat. Dicuntur quoque belli seriae à Vattrone, à Virgilio *pax sequestra*, &c. Sunt autem duplices. Vel enim dantur ad longum tempus, sive longissimum. *Gell. lib. 1, c. 25. l. 19. ff. de capt.* Sic dabantur à Servio Tullio ad quadraginta annum spaciun. *Liv. l. 1, & 2.* Ac nuper ante annos aliquot inter Reg. Hispan,

Hispan. & Belgas ad duodecim annos. Vocantur hæc etiam *treuge*; quum securitatem præstata in periculis & rebus simul exprimant. quas volunt dici quasi *trahens* vel *ferre anguem*, hoc est, inimicum, si tempus definitum finiatur. *Alb. Gent. de iur. bel. lib. 7.* Gellius, *lib. 1, c. 25*, inducas dictas putat, quasi, *Inde, uti iam* quum pactum earum hoc requirit, ut ex hoc die nihil incommodi detut; sed ex eo die postea, uti iam, belli iure omnia agantur. atque in hoc casu paci & fæderibus quodammodo inducitæ annumerantur. Deinde dantur quoque inducitæ ad tempus brevissimum, quæ alias pax castralis vocantur. quaratione propriè inducitæ, *Icto Paulo auctore*, sunt; quum in breve & præfens tempus conveniant, ne invicem hostes se laceant. *I. 19, §. 1. ff. de capt. & postlim.* Sic quandoque conceduntur in duos metu, ad sepeliendos socios occisos. Et ita distant à vera pace, nec minus à fratre.

Vniones sic quod dantur plures, snt sunt quæ causa religionis contrahuntur, *de quibus vide Coler. scđt. de iur. Imp. Germ. n. 72, - 3, 74, & 75.* His adiunge quoque questionem, *haec*

hæc fæderum genera cum diversæ religionis hominibus rectè pangantur? n. 76, & 77. Talibus etiam fæderibus Erenbergius, lib. i de fæd. c. 4, n. 11, & 12, fol. 338, diversos aggregat Equitum ordines; velut est Ordo S. Iohannitarū, S. Michaëlis, an. 1464; Lunæ, an. 1464; aurei yelleris, anno 1477, (cuius auctor Philip. Burgundus celebratur;) Mauritianorum, an. 1409; D. Mariæ, an. 1420; Stellæ, 1351; S. Stephani, 1561; S. Spiritus, anno 1589 ab Henrico Reg. Galliæ introductus. Sic etiam Elisabetha Angliæ Regina per casum invenit suum Ordinem, &c. sed hæc instituta titulo confederationum non rectè exoriantur, quum favoris signum sit auctoritatem, meritisve locum dignitatis attribuat talem, quem subditi quoque nanciscantur. vid. Besold. de pol. dis. lib. 2, c. 6, n. 19. & Renib. Kon. pol. par. 1, c. 5, n. 59.

Habent fædera alias quoque sibi cognatas virtutes; ut concordia amicitia, correspondentia, benevolentia, beneficentia, candor fides, charitas, unanimitas, conversatio, familiaritas, hospitalitas, epichæragathia, communicatio iurium, obedientia, libertas, quies, pax, securitas, tolerantia,

364 R E K V M P. H A N S.
tantia, vicinitas, &c. Sed hæc & tri-
lia alibi explicantur. nos ad ultimum
huius loci pergimus membrum. De
confraternitatis consule dissertationis
Barth. Musculi. & de securitate Ilt.
Geor. Bechtium, ne nimis longissimus.

C A P. XX.

*De contrario fœderum, & eorum
dissolutione.*

Sed nunc pauca nobis de ipsa fini-
tione & dissolutione fœderum fi-
ratione temporis subiectanda sunt.
Confederatio enim perquam res est
labilis & fluida, quæ simul cum
animi mutatione dissipatur, si fide
cum summa cura non observetur;
quum tantis connexionum categi-
tati Republica, non coheret. Ideo
facilius contraria patitur, & vento-
rum variis flabris obnoxia est. Ni-
enim quis ad Dei gloriam, proximi
dilectionem, patriæ, libertatis, iuris
ditorum conservationem, respecte
& ut religio maiestasque salvabit
(quod heic nos frustra, ex c. 14. 15.
trius posito, de quā plurimis c. inde
follicitus, repeto; quuin hemeris?
nimis tam leves sint,) is finem &
scilicet

fectum fæderis ut non considerat, sic neque causam & principium eiusdem intelligit. Et ob dictas rationes fædera reprobata sunt in Asa Rege Iudæ. *Er. i. defæd. c. 2, n. 84.* Quum igitur firma Reipub. constitutione fædera minimè nitantur, non semel misere deceptos invenient se se, quotquot eorum fiducia nixi, periculosis se se robos & violentis committent. Dictum, quod vulgo notum est, *Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem;* heic maximu valoris certè & vigoris summi est: ne absque extrema necessitate incas fædera, nec eatum spe facilè quid gravius cum iactura vita & fortunæ tentes. Etenim fædera non tantum debent esse iusta, sed in primis necessaria. *Erin. 2 defæd. c. 1, n. 56.* Si dubitandum heic videatur, recentia adhuc ante oculos habes exempla. An ullus est, qui ignoret, & non per totam fermam Europam senserit, quæ tot clades Imperium Romanum cum vicinis regnis passum sit? An quenquam caussa latet queat? Hoc certè bene dispiciendum & unicè curandum est, ne ex false opinionis persuasione confundati inter se cocant contra superiorem, nec pro leste pretextus religionis

quum in causa Dei infeliciter gladiis & arma exerceantur. Vti & Eza. Roterod. in *tract. de Prince. inst* pag. 160, ait : Christi ditionem longè diversa via natam, propagatam, & stabilitam ; quum ob infidelitatem dominio infideles non priventur, (D. 2,) & ex precepto Christi infideli Cæsari debuum tributum sit solvendum. *Erenb. 2 defæd. c. 1 num. 8c.* E quoque proposito bellum suscipiantes raro felicem sortiti sunt exitum. id. d. l. n 86. Velut tragica clades Bohemica exemplo est recenti. An non Bohemi, Moravi, Silesii, cum Lusitani, anno 1619, die 31 Iulii, Praga, propter defensionem, religionis, centrum articulos concluserunt ? Ad. Boh par. 2, pag. O 2, 3, 4, & 5. An non ex hoc capite, & aliorum confederationis fundamento, quam cum Regnum Britannæ, Belgis, & uniuersitas Germanicæ membris, (ceu tunc vacabantur,) Fridericus V, Elector Palatinus, intercedere sibi existimabili coronam Regni Bohemici acceptavit ? An non propterea Dn. Molanus ultimo Septembris, anno 1619, ad adventum dicti Electoris Palatini ad Bohemiam status missus est, ut talis confederationem illis explicaret,

quæ?

quodque propter eā maximum hinc
onus subiisset ? *aff. Bob. par. 1, p. C. 2.*
Cavendum maxime , ait Erenb. i de
fæd. c. 2 , n. 8. 4 , ne utilitatis & privati
commodi , vindicandæ iniuriæ , &c.
gratia , vel securitatem in carnis mor-
talis brachio quærens , quis contra-
hat fædus . Tantum religio potuit sua-
dere malorum ? idem ex pietate prefert
lib. 1 , d. c. 1 , n. 45 . ceu sub religionis
velo multa committuntur . Sed an
non Religio vera satis sibi vinculo
est ? Sanctum hoc nomen à ligando
dictum volunt , quum sit quasi ligia
sancta inter Deum & hominem . Ob-
ligat enim hominem ad fidem &
obedientiam erga Deum . *Erenb. d. l. c.*
2 , n. 10 ; An non omnes , qui idem
sapiunt in Christo , eandem charita-
tem habere oportet , ut sint unanimes
& sententiis uni ? *ad Phil. 2 , 2 .* Vos
præstate in uno spiritu , uno animo
concertantes , per fidem Evangelii .
Phil. 1 , 27 . *i Pet. 3 , 8 .* Qui enim ad-
glutinatur Domino , unus cum eo
spiritus est . *i Corint. 6 , 17 . & i 2 , 15 .*
Gal. 3 , 28 . Eph. 7 , 4 . &c. Itaque in
quorum cordibus renatis vera habi-
tat pietas , pridem in fædere Dei coi-
te . Atque si ita interna conglutina-
tio in sanctitate firma fuerit , quo-

868 R E R V M P . H A N S .
modo non externum fædus robotis
sui firmitudinem accipiat ? Omnia
enī in pia ölovia sita sunt , & fide.
Si quis hæc duo ritè observet , invi.
etum erit talis pudentiæ vinculum.
At si quis in eam perverſitatis proter.
viam & impudentiſſimam rabiem
prolabatur , ut nullam conscientiæ
amplius sentiat maculam ; is sanè
non facilè curabit fæditir. gium ; per.
fertim si potentia aliqua prevalat,
& servam tyramid s formam induat.
Quemadmodum ergo fædus legiti.
mum sacra in secum ducit virtutum
phalangem & chorū , ut in superne.
ri capite dictum est : & inde amabile
redditur sancte confederationes co.
lentibus , quippe , ut recte dicit Coste.
russ lib. 8 pol. c. 24 , §. 2 , fædera extero.
rum principium , domi securitatem
constituunt , adferuntque auctorita.
tem , quā in quisque principium aut
Rerum publ. fovet , quam ambiunt
reges & magnates , ad quam crebro le.
gationes ventitant : Sic è contrâ San.
pessimam id ipsum vitiorum & fla.
gitiorum turbam secum per quatuor
raptat criminā , ut perpetuo lapsu ex
una perfidia , scelere & delicto , in
aliud flagitium gravius se det præci.
pitem , donec suum dirum exitium in
horrea.

horrenda ruina inveniat. Heic enim cumulatim irruunt zemulatio, ambitione, avaritia, philautia, curæ, anxieties, astutia, calliditas, calumnia, contemptus, proximi, contentio, lis, rixæ, dissidentia, discordia, fraus, dolus, frustratio, impietas, improbitas, impudentia, infidelitas, ingratitudo, inobedientia, inhumanitas, inimicitia, iniustitia, impossibilitas, invidia, ita, levitas, libido, mendacium, malitia, morositas, crudelitas, mutabilitas, odium, negligentia, perfidia, perjurium, perversitas, versutia, seditio, simulatio prava, vertum nositas, violentia, superbia, scvitia, suspicio, temeritas, timor, tyrannis, rebellio, &c. Omnium autem pessima est nequitia & scelus perfidiæ, quæ nullibi quidquam meretur gratiæ. Quia fidem qui perdidit, nihil potest ultra perdere: *aut Coster. lib. 3 pol. c. 7 , §. 6.* At fæderum sanctissima debet esse patientia. Primum ob eam caussam, quoniam juramento sanciuntur, & multæ jurisjurandi cum execratione conjuncti forinæ passim apud historicos publicè inveniuntur. Deinde ob hanc quoque caussam, quia publicè fides data magis obligat, quam quævis privata promissio. Vnde si nemo fi-

dem servaret, tamen regibus & Rebuspubl. illi erit servanda. Nihil vero magis esse regno potest, quam violatio fæderum. Hinc nemo Turcicis amicusest, qui fædera sola utilitate metitur. *Cost. d. lib. 8, cap. 24. §. 3.* Ita perfidiae fractus, brevis est, dum aut omnium bonorum consilio privatur, aut mox graviori exitio succumbit. Quando enim aut manifesto perjurio, aut sceleratis argutijs, quempiam homines aere animadvertisunt, non modo illi fidem nullam præstant; sed invicem oderunt, cedere ab eius amicitia, in tutto se suaq; collocare non tendunt. Insaniam omnes putant, illi se crederet, qui fidem abnegavit. Ita perfidi hoc summi est malum quod nemo illi sit fidus. Si nemo fidus, non igitur tutus esse potest. Et si amici se ipsi devovent, et si exercitus, ad motis ad invicem gladiis, in salutem tuam iurent, et si ambitiosarum excubiarum multitudine te vallent; si ipse fidem fallere doces, omnes etiam fidissimos ab alienabis, &, quam alioqui

--- *Stet nulla diu mortalibus unquam
Fortuna titubante fidet;* ---

Fidei misero & dubio tibi penitus clausam invenies, neminem amo-
re,

re, aut mutua fide obligatum tenebis: merces quidem avaritiam accedit, sed non obligabit pectora donanti, si ille perfidus sit. Omnis illa turba fortunæ, non fidei, sacramentum habere se putat. Usque perfidus nec nummis ullis fiduciam emere valet. *Cost. d. l. 3, cap. 7, §. 6.* Quintiam fædificati ipsi sibi singulis momentis sunt in conscientia pœnit loco & oneri molestissimo. Tuin & glacici perfidiles sunt, cui nemo, nisi stultus, inædificat. Ut igitur glacies sine domibus: ita perfidus nudus ab amicis. Videmus vero eos, qui constricta gelu fluminina transcurrunt, semper animo esse suspenso atque anxiō; si inminimum concrepuit, payidos: quum fragili natura se insisteret non ignorant: Incertior est amicitia perfidorum: qua plerique periēre. *Cost. d. l.* Itaque perfidiae nusquam locus, neque apud eos, quos perdidit, neque apud eos, quibus profuit. Velut egregium exemplum in Lysandro Lacedæmonio, & maxime in eius interitu, habetur. quod alias Fulgos. lib. 9, c. 6, quoque inducit; sed exitum omittit, quem Costerus ritè heic supplet, *de. l. §. 3;* & ita, §. 4, pergit: *Quot vero perfidiæ fidos,*

fidos, periuros, & *απόρθετος*, fæderum
 contemprotes, mox pœna obruat,
 causa est ipsa Numinis vindicta, quæ
 semper à perfidis irritatur. Qui enim
 falsis promissis alios decipit, Deum
 que in testimonium vocat; quid agit
 aliud, quam ut aut Deum irrideat,
 aut facinorum ministrum esse in-
 beat? Iraque Sennacherib, quum fi-
 dem fecellisset, primo cæsis militi-
 bus fugit; deinde coram idolo suo à
 filiis trucidatus est. Qui enim qua-
 lecunque numen, quod putabat, ini-
 sit, & suos vita privavit, merito vita
 exutus est. Sed echias etiam impio Re-
 gi fidem violavit, (4. Reg. 24. v. ult. &
 2 chron. 36. v. 13:) sed pænas tanè ex-
 cicio gentis suæ dedit. Fidei violatio
 triste Simpl. Antioch. Illust. (: Mach.)
 & filius ejus Eupator. &c. Eodem
 exemplo periurii perire Alcimus,
 Bacchides, Nicanor, (1 Mach. 6.)
 &c. Sic neque Alexandro perfida
 felix fuit, à socero Ptolemaio, pe-
 nuptiarum fædera in fraudem indu-
 stus, vicitusque à perfido Arabo, ca-
 pite plexus est. &c. Nec morata est
 pœnam vindicè iustitia, sed ab An-
 tiocho, per Tryphonem prælio fusus,
 regnoque deiectus est. &c. Eadem
 fortunam malitia suæ reliqui Antio-
 chi

chi & Demetrii passi sunt. Quid enim annis undecim duo Antiochi priorum filii; alter Gryphi, alter Cuziceni; Seleucus, filius Gryphi; Philippus & Demetrius filii Cuziceni? Nonne in hos omnium priorum perfidia pervenit? & in eum, qui omnibus duos annos supervixit, Philippum? Tandem victo Tigrane in Romanam provinciam opes Macedonum perirent. *Cest d.l. quem ibidem in pluribus exemplis quivis consulere potest.* Quis igitur non dicat, eos Republ. evocare, qui perfidiam & perjuria docent? Quo enim modo commercia, bella, pax, urbes, domus state possunt sine fide? Si fidem violare Princeps aut Republ. potest, quis eam servare tenebitur? *Cest. d.l. §.7, in fin.* Nihilominus hodie inter Christianos inveniuntur, qui laudem in tali malitia se sibi querere posse putant. *velut id aliquot exemplis ex Guicciard libr. 6, pag. 550, & Sebast. Franc. chron. ; etiam de ipsis Pontificibus & regibus, ex Iovii lib. 11, 16, 18, explicat Ercnb. d. fæd. 1.c. 3, n. 120, pag. 215, & 216.* Ubi haec demum ex Iovio addit verba: Omnia regum fides haec est, ut pro libidine sanctissimas fæderum leges attractare violareque non dubili i 5 tent,

tent; quum seinet præsenti tantum
commodo, atque ipsis temporibus
elie censeant. Tales vita, si tibicata
vita. Generaliter enim sciendum est
illud *M. Tull. 3 offic. verissimum*. Nel-
la nobis societas est cum tyranis,
sed summa distractio; & hoc omne
genus pestiferum atque impium ex
hominum communitate extermi-
nandum est. Sed & gentibus aliquot
& nationibus fides olim deuit;
quod etiam nunc apparer, quum ve-
stigia quamplurima passuum talium
restent; exempla sunt odiosa. Fue-
runt autem gentes nonnullæ taen
infamia notata, ut etiam in publi-
cum proverbium earum malitia ab-
jerit. Veluti *Thracium commentum*,
dicebatur in eos, qui certis pœnis in-
ducias promiserant, & tamen inva-
debat alios; seu *Thraeces Bœotius fi-*
dem datam incusione nocturni
frangebant. Sic & *Thessalorum con-*
nuentum, *Phœnicum pœna*, *Locrensiu*
pallum, *Punica fides*, *Ægyptiorum ma-*
chinae, *ars Megarensis*, *Lilyca licti*,
Cretensium & Ligurum dilla, &c. co-
dein habentur loco. *Erasm. in chil. lit.*
de perf. ut supra monstratum est. Ta-
les verò fœdifica: os improbosque
tandem puniri, dictitat S. Scripturæ
§

& multis exemplis probatur ; *ex L. vii. Eliano lib. 12. Po'yb lib. 2. 3. 4. 5.* *Falgos. lib. 7. c. 3.* *Anton. Bonfin. lib. 26.* Nonnulli tamen , ut perfidiae & maliæ suæ atque tyrannidi tegumentum aliquod super inducere queant, illud proverbii excogitavere ; *Fragenti fidem fides strangatur eidem.* Et nuper etiam non nemo politicorum uscunque notus, argutiis suis sarcasticis plerosque huius seculi ordines & status satiis acriter inordendo taxans, civitatibus & Rebuspubl. Hanseaticis tale adscripsit axiomata aut Symbolon ; *Sinceris sinceri, perfidis perfidi , scilicet sumus , ac si civitates illæ , non tantum quietæ communem spectent calamitatem ; sed & tanquam Chij, pro temporis ratione commutent institutum , & inconstanciam ac volubilitatem suam ad fortunæ vultum accommodent.* quasi diceret : Omnipotenti naturam induerunt ; adeo pro tempore alios atque alios mores & formam suinunt. Exiguum certè laud sencomium illis præstat. Verum enim vero , dum homines isti tanta ludere varietate non desinunt, sit ut quæstionem excitent hancce: An violenti fidem , si iei conservanda sit ? Ad quam recte respondet Co-
sterus;

876 R E R V M P . H A N S .
sterus ; d l. §. Imo , ait , fœdistragis ,
& barbaris , servanda est . Cæsar qui-
dem apud Plutarchum , fidem tam
perfidis & barbaris servare amentiam
ratus , in eos exercitum duxit . Ser-
vanda tamen fides , nec perfidia aliena ,
tua perfidia punienda est . Non
enim , si Hannibal contra fœdus Sa-
guntum obsedit , ideo licuit Romani-
nis factam postea cum Carthaginiea-
sibus pacem rumpere . Nec , si Roma-
ni legati violati à Poenis , ideo quo-
que Hannonem in vincula duci o-
portuit . Multò minus si Lusitani Ro-
manos contra jusjurandum sunt ag-
gressi , ideo quoque Lucullum decuit ,
Lusitanos impunitatis promissione
pelleatos crucidare . Quin tamen in
codem pacto hostes fidem fallunt ,
obligatione solutus ille est , quem
perfidia aliena afflixit . Si enim pa-
etis induciis Spartanum agrum po-
pulantur Messenii , talionem reddent
jure optimo Spartani . Qui enim ho-
stilia exercuerunt , pacem commu-
nem irritam reddiderunt . Verum
quum post violata prima fœdera , no-
rum percutitur , non licet ideo vio-
lare quia prima violata fuerunt . &c.

C A P . X X I .

*Questio , de homicidio in Burchardo 29
 Archiepisc Magdeburg . commissio ,
 quomodo sit decisa ; & ne Er-
 roribus aliquot Pomarū
 in Chronico Sa-
 xonicō .*

Sic etiam olim magna erat questio , & controversia admodum gravis , de Magdeburgensium facto atroci illo ; quo 29 Archiepiscopum suum Burchardum comite . Sctapelovensem , quem anno 1325 in curia , loco iustitiae & consiliorum , incarcernatum tenebant , interfecerant , & per integri anni spacium interencionem tales occultaverant ; an non fuerint fædificati ? Res indiget necessariò historica deductione ; ut rectius inde constet iudicium . Etenim , quin in tales culpani incidenter , quæ pro fædificatio haberetur publico ; non tantum in Cæsaris pœnam incurere visi sunt ; sed etiam à Pontifice Romano damnati excommunicationis pœna afficiebantur , donec factum debite in omnibus excusarent . Iugantis litigii hæc fuit controversia : ut

ut qui contra pacta conventa no-
tantum regissent; sed etiam in loco
sacro iustitiae, contra ius & æquum,
non sine rebellionis crimine, inau-
dita causa, crudeli homicidio hi-
chi episcopum suum è medio prodi-
toriè sustulissent. Nam mutuam h-
dem quidē quaternis vicibus & qua-
ternis pacificationis pactis ac trans-
factionibus sibi invicem conponen-
serunt. unde & inter se in utra pactio-
ne constricti tenebantur. quatuor prima
data est Magdeburgi, anno Christi
1309, pridie divæ Catharinae Virgi-
nis: secunda data VVolmestadii, 13-
no Christi 1314 die mercurii prox-
imo antedivi Thomæ festum. tertia
vero data est in arce Calza in Emena,
anno 1315, die veneris in divi Am-
brosii feria. Quarta demum facta est
multorum intervenientium opera
videlicet, (ut verba sonant,) nobilis
Principis, Ducis Ottonis Bruiniv-
ensis; & nobilium virorum, Da-
Gordonis de Hadmerschleben, Co-
mitis Bussonis de Mansvelt, Comiti
Hentici, Comitis Didericii; ut & Co-
mitis Hentici de Honsteyn, Comiti
Conradi de VVerdingeroda, Dom. Al-
berti de Hakeborn. adiuvantibus
Comite Gunthero Comite Vitico, &
Comite

Comite Adolpho de Lindaw, Comite Alberto de Barby, Domino Brunone de Querfurt, Comite Alberto, & Comite Bernhardo de Regenstejn; nec non civitatibus Magdeburgensi, Halensi, & Calbensi, & carum adiuvantibus; &c. sub dato anni 1314, proximo die Sabbathi ante feriam S. Galli. Ipsius factum videtur quidem admodum culpabile; neque res iniqua tanquam aqua excusari potest; ait ille. Verumtamen prudenter satis Magdeburgenses tractarunt & defendenderunt causam suam. Non tantum enim usi sunt variis intercessiōnibus vicinorum & confederatorum apud Imperatorem Ludovicum V. Bavaram; qui ideo facilius Statibus imperii gratificari voluit, quoniam à Pontifice Romano esset excommunicatus: sed etiam Magdeb. illi cause sue deductione & excusatione, tantum obtinuerunt, ut in gratiam ab imperatore reciperentur: quum ad oculum demonstrarent, quam multum ei & Imperii publico interesset, & quantum præiudicium Papa Joannes xxii per Bernhardum defunctum Imperatori creare statuisset. Imperator quidem omnia cassavit aduersiorum attentata. Sed, quum delicti

890 R E R V M P. H A N S.
delicti tāenormis iustificatio præci-
puè ad Pontificem Romanū & Statum
Ecclesiasticū , potissimum autem ad
securitatē successoribus interfici-
lius Burchardi præstandam, spectare
vidererunt; ad talem iustificationem
causæ suæ remissi sunt. Habuit illus
Imperator præ reliquis imperiis
certè laboriosissimum inde ab initio
eius usque, ad annum 1314, quem
ipsi trium Electorum votis in elec-
tione opponeretur Fridericus Au-
striacus, & uterque esset coronatus,
Ludovicus in loco ordinario Aqui-
grani ab archiepisc. Moguntiensi, al-
ter in insolito loco Bonni ab archie-
pisc. Coloniensi. Inde uterque il-
lorum suos ducebat fautores & anti-
cos, atq; omnia aperto dissidio, ne-
non intestino bello, ferrebat, quod
annis octo fortuna varia, eventus
ancipi, gestum est, & vix præliū
quinque tandem scepitum fuit. Nihi
lominus dissidebat inter se Germaniz
quum non tantum Electores in ran-
core discordiæ pergerent, sed etiam
Pontifices Romani , qui Ludovidi
huius tempore vivebant, præter Ni-
colaum V, quem ipse, post decretū
in Norinbergen sibus comitiis unan-
mitem concepera , delecto Iohanc

xxii è sede papali, elegerat , semper ipsi offensi manerent : unde & amissimi sapientis Principes Germani à Ludovico ab alienabantur, præfertim quum bis anno papali iniquissimè tractaretur, Nec profuit Ioannis regis Bohemiarum ab Imperatore missi in Italiam expeditio. Attamen semper fidissimo usus est in omnibus actionibus consilio Archiepiscopi Trevirensis: Atq; quum solè civitates in fide ipsi persisterent, (*Mell. hist. part. 3, c. 4,*) cum iis , & reliquis aliquot Principibus , anno 1316 firmum perpigit fædus, & mutua assistentia auxiliumque utrinque bona fide promissum est. *Chron. Hedion. fol. 575.* *Mich. Sax. ebron. Imp. de 35 Cæs. Germ. Lud. c. 5.* Exinde optimus ille imperator Magdeburgensibus publicam innocentiam attestacionem non solum dedit, sed quoque pro insidiis in studio reconciliationis apud Papam multa præstitit , etiamque per annicos sollicitavit: Veius etiam antehac , ad implorationem civitatis, ei placuit contra quoslibet offensores (quo nomine quoque Papam & Burchardum notabat) defensionem promiserat , subdato Arnensteden , Non. Augusti , anno Dom: 1325,

Regini vero an. 9, & talem simul
commissionem Marchioni Branden-
burgensi obtulerat. Sed remedium
melius non potuit inveniti, quam
ut prius causam iustificarent ordine,
ac successorem Burchardi sibi unicè
devincirent omnibus modis. Proinde
homicidii huius delictum primus
ita excusatunt, quasi Archiepiscopus
Burchardus ille custodes effugio suo
eludere studuisse, ac propterea vini
invitatione numia ebrios obruisse;
sed quin eruptionem adornaisset,
ebriique non adeò compotes mentis
deprehenduisse cum in hoc conatu,
nec impediti se passus fuisset, nimum
resistendo iis factum esse, ut ille à fu-
tiosis ictum acceperit. Verum quum
ipsi propter occultationem occisi li-
tem hanc suam fecissent, non potuit
hoc tam facile detergi: sed tamen ex-
dfragium non in ipsum modo retor-
serunt defunctum Burchardum, sed
etiam à primordio tyrannidis, eius
specunina retulerunt plurima; &
quod maximè illi benefaciendo ip-
suis in se invitassent ingratitudi-
neum, suæque civitatis atque civium
suorum summam inde nacti fuissent
persecutionem. Ut enim pecuniam,
quam ipsi ad pallium & investitu-

cam à Pontifice Romano comparandum mutuo dederant, non cogetur restituere, iuxta obligationis suæ, hypothecari: t tenoreim, sub dato; Anno Domini : 295 , secunda dominica Quadragesime , qua cantatur Reminiscere, recti tuere , & tamen absque satisfact:ione suam hypothecam sub specie tracti recipet: inde non veritus fuit, aebant , omnia non tantum impugnare beneficia , quæ illis ab Imperatoribus & primo fundat:onis tempore, concessa essent; sed etiam illa, quæ postea ab Archiepiscopo 20 , Willebrando , Comite de Kiberg Thuringie, sub dato , Anno gratie 1236, decimo Kalendas Aprilis , Indictione nona, & Pontificatus ipsius anno primo: item ab eodem Archiepiscopo , sub dato, anno gratiae 1241 , decima die mensis Iunij , Pontificatus ipsius anno sexto ; item ab Archiepiscopo 26 , Erico Martino Brandenburgico , sub dato & acto , Magdeburgæ, anno 1292, x v i idemias Februarij, velut etiam à reliquo Archiepisc. per concessionem litterarum obtinuisse; veluti id ex documentis mox sequentibus & infra possit arbitrari. Insuper quoque 37 gravissimus demonstravit , quemadmodum summa sua iura, possessio-

§§4 R E R V M P . H A N S .
nes privilegia, concessiones obtentas,
& alia bona, mirè flagellaverit : id
quod constaret potissimum ex trans-
actione, & fædere, quod cum illo, sub
dato, Magdelurgi , anno nativit. Christi
1309, die dñe Catharinae, 25 Novemb.
fieriissent. Quod et iam ex reliqui de-
claratunt pienius transactionibus &
confederationibus , superius alleg-
ris. Verum justificatio talis, & ipsius
Imperatoris testimonium adcoque-
cios cassatio , non tanti sufficit pen-
deris apud Papam , propter odium in
extinguibile , quod in Imperatorem
per quam obstinatè conceperat , nisi
& alterum consilium feliciter juxta
secuti fuissent Magdeburgenses . & id
quidem præcipue tunc, quando cum
Archiepiscopo ; i, Ottone, ex familia
Landgraviorum Hassia oriundo,
(quamvis antecessores eius Heydec-
cus ab Erpes , qui Isenaci captus
mortuus est , & Henticus Conics , de
Stolbergk , & ipse tamen mox ab
ipso Papa reiektus, rogati id denega-
rant) novam correspondentiam ie-
runt , & statim sub primo introiu-
erunt cum eo amicitia contraxe-
runt unionem ; ita ut intercessorem
agret adsiduum apud Papam Iohannem
XXII, qui in primis huic optimè cu-
piebat.

piebat. quod promissoriales Ottonis litteræ testantur atque docent, subdato; *Magdeburgi*, post nativitatem *Dei ultra millesimum annum trecentesimo, vigesimo septimo, die sancti Egidij, divi Abbatis.* Cæterum casus is fuit, quod dictus Archiepiscopus, civitatis tantoperè devoverat; videlicet, ne Antiarchiepiscopo Henrico Comiti de Stolberg, qui coties instabat, illa ipsa se se a sociaret; contra vero ut Magdeburgensis civitatis ope hic æquius supprimeretur. Otto ergo quum opem & protectionem, transactionem item seu interpositionem apud summum Pontificem Magdeburgensis polliceretur, cives cum intatimatos suos in possessionem Archiepiscopatus cò promptius contra Henricum Stolbergicum receperunt. Porro, multa licet Otto condixerat, nihil tamen efficere potuisset, nisi alter intervénisset casus, quo Imperator Ludovicus Bavarus, anno 1328 in Italia perveniendo, & novum mensis Iulij subsistendo, in sexto ascensionis Christi, consensu querundam Episcoporum, causa eius contra Io-hannem Papam disceptata, novum Pontificem Petrum de Corbaria ex familia Columnensium elegit; qui

postea se Nicolaum quintum appulavit, simulque duodecim Imperii Cardinales creavit. *Seth. Cal. in C. 73. nol.* Quamvis autem tunc ipse Imperator prævaleret auctoritate & gratia apud novum ab ipso creatum Papam, & Otto Archiepiscopus quoque suam auctoritatem, ut civitas Magdeburgensis ex banno ex solvi & Papæ reconciliari penitus valeret: tamen causa hæc criminalis in sedis Romanae unctum tanti ponderis judicata est, ut aliquot anni in hoc usus statu consumpti fuerint. Intervixit, quum cives in vietu acquirendo & commerciis exercendis propter exclusionem Papæ supra modum exhausti, variis fuerunt in civitate diutius: ut poterit qui cotidie Magistratum ob facinus commissum insultarent, & tandem complanationem bannique exsolutionem exigerent. Id quum cerneret Otto Archiepiscopus, occasionem iura & privilegia, aut libertatem civitatis imminuendi negligeare noluit. Quare Senatus & cives tantis angustiis tam diu constituti hærere coacti sunt; donec se mutuo variis maliibus prope conficerent, & seditione sapientius coorta, novam tandem regimuris formam anno 1330 insu-

instituerent. uti constitutio eorum id
sab dato , An . 1330 , die Martis post
Iohannis Euangelistæ , luculenter de-
clarat quæ sedecim sigillis collegio-
rum artificum sive tribuum obsigna-
ta sunt in æternam rei memoriam , &
finali hunc eiusmodi cives ac Sena-
tores , qui suspecti habebantur , homi-
cidii causa ut be exclusi sunt , ac in
gratiam Papæ & Archiepiscopi in ex-
ilium acti , ut eadem testantur litteræ .
Quum vero Archiepiscopus superio-
ritatem quandam hac data occasio-
ne ambiret , putaretque , hanc novam
constitutionem in eius præjudicium
factam esse : iterum fidem aliquo-
usque retraxit , & hoc obtinuit apud
Papam Nicolaum V , ut non prius ex-
solverentur banno , quam homagium
præstarent ipsi , & aliquot libertatis
juribus , quæ ab Ottone primo iuxta
fundationis litteras obtinuissent , re-
nunciarent . Quibus controversiis
denuo aliquot anni consumpti sunt ;
donec enervati satis , propius arbitrio
Papæ & Archiepiscopi accederent .
Nolebat autem prius Archiepis. in-
gredi civitatem , quam ciyes cum Se-
natū se plenè declarassent , Papæque
putui atque suo accommodassent .
Ideoque primitus per commissarios

Pap. sive Apostolicae sedis de forma
 homagii aut iuramenti emendatæ du-
 actum est. quumque de hac inter
 utramque partem convenisset, quæ
 reciprocè fieri mutua deberet obl-
 gatione, tandem conclusæ sunt quo-
 que reversales & devotionales, cum
 additione & renuntiatione aliquot
 jurium sub dato, anno Christi 1555,
 die Luna post eum dominicum diem, 12
 canitur, Reminiscere, & transmissæ
 sunt ex commissariis Papalibus ita-
 que Archiepiscopo. unde octava de-
 dum ex eo tempore septimana 10.
 magii dies indictus est. cuius forma-
 lia ita concepta fuerunt, ut attestatio
 publica commissariorum, authorita-
 te Apostolica (uti verba sonant) de-
 putatorum, (qui fuerunt, Conradus
 Dei gratia Praesuppositus Monasterii
 Sanctæ Matris virginis Magdeburgen-
 sis, ordinis premonstratensis, & fra-
 ter Iordanus, Lector Erfortensis, Or-
 dinis fratrum Eremitarum sancti
 Augustini,) aperte loquitur: Nos Se-
 natores populusque veteris civitatis
 Magdeburgensis, iuramus ad fideli-
 tatem & affectionem gratiam nostram
 Domino Archiepiscopo, qui præsent
 hic adest, præstandam, veluti de iu-
 re nobis competit; ita nos Deus io-

vet, & sancti eius. Et hoc ipsum, vice versa idem Dominus: ut verba se habent) eisdem civibus favorabilitè re promisit. In cuius rei testimonium si, illa coram præseniibus (ita formula verba id exprimunt) sunt appensa. Act i sunt hæc anno Domini millesimo trecento fine tricesimo tertio, Sabbatho ante Dominicam Iubilate. Casus iste propterea maximè notabilis est, quod ad: ingenti civitatem Magdeburgensem calamitate afficerit, ut etiam inde tota Reipubl. forma ipsi immutata sit, & illi, qui ante plenam posse debant libertatem, aliquo modo homagii iam dicti specumine formam quandam maioris constrictoris subire coacti sint, præfertim quum simul aliquibus iuribus privilegiatis resignassent.

Integram vero summarè hanc historiam huc referre volui, ut inde pateat, quam crassissimè heic compilatorem illum historiæ Saxonici, quam Ioannes Pomarius cum suis additionibus antehac edidit, pag. 358, & ipsum Pomarium in glossis suis bis, pag. 373, aberrasse. Etenim compilator ponit, quod anno 1309 nulla adhuc Magdeburgensibus cum Archiepisco Butchardo Scapuloviensi fuerit dis-

890 R E R V M P. H A N S.
cordia; quam tamen in 37 articulis
cum fervidissima controverteretur
lis; nec unquam ex eo tempore, quo
mutuum suum à debitore reperire
viderentur, cum ipso concorditer ri-
xerint; sed quoties fædere aut itaq.
factione quid componeretur, statim
fides fracta ab eo fuerit. Sic etiam
ipse Pomarius errat admodum, quan-
do Papæ Johanni xxii, quem tamen
contra veritatem historicam Iohannem
xxii facit condonationem
homicidii illius, & absolutionem i-
banno sive excommunicatione, at-
que id maximè propter interpositio-
nem Cæsaris Ludovici ascribit: quum
tamen non tantum ille extremus
semper hostis fuerit illius Imperato-
ris beneficentissimi; sed etiam ante
quinque annos ex throno suo papali
deturbatus fuerit. E contra laudem
istius Imperatoris, quod Imperatorem
maiestatem tam fortiter defendet,
valde commendant hi versus, in cu-
ria VVormatiensi expressi & notati:

*Astra Deo nil maius habent, nill ca-
sare terra:*

*Sic Cæsar terras, ut Deus astra, n-
git.*

Similiter Pomarius, errat, ex Papæ
iussu 36 senatores anno 1330 cisi-
gate

tate fuisse electos, quum tamen ex nova Reipubl. transformatione illius annipotius constet, quod motus ci-
vium & seditio eos, quos ob interne-
cionem Burchardi suspectos habue-
rint, eiecerit, & illi, repenitus transfa-
cta ac consopita, cum tandem resti-
tuti patriæ fuerint. Tum quoq; tran-
factio atque condonatio non anno
1310, sed anno 1333, plenè peracta
fuit. Cuius rei historia integrâ faci-
lè ex infra adiectis documentis, quæ
in manu civium & exterorum sunt
plenum, plenioris fidei causa cogno-
sci poterit. Quod autem ad causâ
& questionis supra posítæ? decisio-
nem attinet, & ea ita complanata
fuit, ut non tantum civitas tota in
integrum sit restituta, & omnimo-
dè à banno absoluta; sed etiam tan-
tam simul & Imperatoris cassa-
tionem & Papæ gratiam obtinuerit,
ut, si quis propter homicidium hoc
civitatem aut eius incolas ullo ali-
quo insâmi aut iniurioso titulo affi-
cere studeret, aut illis calumniandi
causâ crimen inde obiiceret, ille in
certam millenarum nřarcarum mul-
ctam pro exhibita iniuria incidisset.
quod privilegii loco civitati illi
concessum est, ne quis temere probra-

ex retransacta in cives congereret.

Ex hac histotia facilè constat, quancum fidei mereantur alii scriptores, qui vel affectibus suis indulgent nimium vel ea describunt quæ ex aliis æquè incertis præsumptionibus aut indiciis superiorum seculorum mutuantur, atque sine illo vachivorum respectu deducunt. Ita hī, ut nunquam veritas suum proprium & geruinum inveniat locum: sed obtenguntur sēpius talia, quæ maximum pretium fuisset ab omnibus bonis publici causa cognosci. Huiusmodi quidem sibi in ipsis invidea seculum hucusque coluimus in quo stulti sēpius ea in præiudicium sui suppeditūt, quæ iuribus ipsis non modo maxima incommoda creant, & iudicium diversum patiunt. Partim ex invidia, partim ex ignorantia, vidi peccare quam plurimos; etiam ipsi Rerumpubl. præsides & præfetti, qui minus intelligunt arcanorum naturam. Vnde pro arcanis habent vulgariter, quæ minime debent occultari; & è contra publicani talia, quæ rectius supprimenterentur. Quæ ergo ad fundationē status aliquius faciunt, minime gentium silentio sūnt involvenda; sed omnibus & singulis

singulis merito nota esse debent. Opportune propterea fecit compilator iuris Saxonici, qui ius VVeichbildicum & feudale , seu statuta Saxonum , conscripsit , quod statim in frontispicio pr.vilegium eorum ponit , quod Otto Magnus, Imperator Iengè gloriosissimus, ad petitionem omnium provincialium, civitati Magdeburgensi, tanquam Metropoli totius nationis illius, sub anno Christi 939, 17 Junii (ubi sphaerica subrepertus annuen sis invenia , ut *Nuntiū* pro dreyzg sit possum) quo tempore simul Magdeburgum Editha coniugi suo in dotem ille dederat, munificentissime concessit. Quo sane non leviter retunduntur civitatis eius osores , qui illi populo statum servum ex eo, quod claim subductum noscunt ex archivis eorum fundationis originale, (uti actio illa , quam Magdeburgici ante annos aliquot in camera imperiali contra gloriatores suos instituerunt, id ad exhibendum testatur) affingere non verentur. Praeter quod tamen cosdem Magdeburgenses Ottonis secundi quoque privilegium factos testos conservat, si quid ex origine sua merito discutiendum veniat. Specimen quoque & exemplar

plat illius privilegii edidit Goldast.
in collect. constit. Imperial. fol. 215. ubi
 tamē culpa amanuensium in an. xix
 Christianæ aberratum est, quod fa-
 cilè ex annis regiminis suppletur,
 quum Imp. ille anno Christi 937,
 electus sit parentis loco.

Optimè sanè de veritate historica
 meriti sunt insignes illi viri Dr.
 Frideric. Hortlederus, & Melchior
 Goldastus quorum alter supradicti
 seculi historiam ex Archivis Vina-
 riensibus quam proximè ad veri-
 tatem rerum accedentem; alter sati-
 to labore superiorum seculorum atque
 & constitutiones imperatorum, va-
 riasque disputationes, cum priuit
 bono publico inservientes concur-
 sivit.

Vtinam hoc quoque olim ita:
 lessissent illi, qui thesauro Germania
 litterarum optimo (bibliothecam ta-
 signem illam Heydelbergensem dice)
 præfuerunt, & saltem à septem seculi
 usque ad præterlapsi tempora hi-
 rias & politica negotia continua-
 sent, haberet iam tota Germania quæ
 gratias talibus compilatoribus ag-
 posset. Quid enim præstiterit la-
 Gruterus? Quid prosum vocabulo-
 rum inanium torsiones & collectio-

nes vanæ? Ad quæm exiguum emolumen-
tum tales vacui phrasiology
tum laboriosam & nimis disiectam
conficiunt crīsin? Satis docti possent
esse Scholasticales vel potius Gram-
matici tales, etiamsi tot phtasium
barbaricatum & obsoletarum conge-
tie carerent, modo rei veruni & ge-
nuum deponerent nomen. Res
potius pro futilitate verborum ex-
primere debuissent.

Quid enim prodest thesaurus ava-
ris abditus tertis, si nū cateat suo?
Ideo longe potiores meretur Gratias
Hippolitus à Collibus, nec minores
Marquardus Freherus, quod ex biblio-
theca tali nonnullas intentionis po-
liticæ reliquias disseminat. Pu-
deat merito eos, quotquot optatam
illam in rebus gestis, variis modis ab
auctoriis descriptis, utiliter incu-
brandi occasionem tam turpiter ne-
glexerunt. Vana fuit opinio doctrinæ
vanæ, quæ probrum merito parit
omnibus, qui Reipubl. litterariæ
melius inserviendi facultatem aliud
agentes perdidérunt. dum non lu-
ci donarunt publicæ ea, quæ mul-
tas tenebras illustrare & disicere po-
tuissent. Quorsum enim talis super-
stitionis temporis iactura in studiis,
quæ

§96 R E R V M P. H A N S.
quæ phrasibus potius , quam rebus
ipsis impenditur, & præsertim labu-
losorum scriptorum interpretationi-
bus & argutiis ? Sed transeat hæcla-
bes seculi ; propter quam Deus ipsi
Germaniam quoque vanam suam glo-
riam non immerito evertit. Nobis
nunc ad confirmationem & illu-
tionem historicæ veritatis ex ipsi
actis producendæ, quæ sunt in magi-
bus plurium , progrediendum est ; et
purgatio Magdeburgensis non co-
etius inde elucescat, nec tot vatis el-
terius prægraventur Magdebutens
ignorantium præiudicis , si inique
catores illi in Chronico Saxon. Ro-
marii rectius detergant possint.

Documentum mutui, quod sub aditu Sr.
chiepiscopatus Magdeburg. Burchardus
Scrapeloviensis Comes à civitate
accepit, ad consciendum iter
Romanum, ita sc̄ ha-
bet .

N O S Burchardus , Dei gratiâ sat-
etæ Magdeburgensis Ecclesiæ cl-
eretus , Bernhardus Propositus , Go-
fridus Decanus , totumque cuiusdam
Ecclesiæ Capitulum , universis per-
fens scriptum visutis , & auditum
Salutem

Salutem in omnium Salvatore. Recognoscimus, & tenore praesentium lucide protestamus, quod honesti Viti, dilecti nostri, Consules & Burgenses de Magdeburgio, pro honore nostræ Ecclesiæ & nostro favore speciali, nobis ducentas marcas Stendaliensis argenti, in Subsidium itineris nostri versus curiam Romanam, quo in praesenti pro obtainenda confirmatione ituri sumus, accommodaverunt & mutuo præstiterunt. Pro hac siquidem pecunia de consensu & voluntate totius nostri Capituli, officium nostrum, quod in vulgari *Bern am mecht* dicitur, eisdem Consulibus & Burgensibus obligamus; tali numero modo & conditione, quod si ipsis pro narrata summa ducentarum marcarum ante festum pentecostes, quod erit à dicto festo proximo ad annum continuè subsequens, per nos vel per nostram Ecclesiam non solvetur, quod tunc dictum officium ipsorum Burgenorum & civitatis esse debet porrimum, cum omni fructu, proprietate perpetuo possidiendum. Veruntamen. si huiusmodi summa pecuniae ante memoracum terminum, per nos, vel per nostram Ecclesiam, si nos dixi tu Dei mori contingat, quod absit,

fuerit exsoluta, ex tunc ipsum officium ad nos, & ad nostram ecclesiam liberè revertetur. Sciendum etiam, quod ipsi Consules & Burgenses infra tempus obligationis omnes frumenti dicti officii, pro restauracione damni, in usus suos recipient, & convertent. In huius igitur obligationis & facti testimonium evidens, hanc litteram nostro nostrique Capituli sigillis firmiter communivimus. Datum & actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, secunda Dominica, Quadragesima, qua cantatur *Reminiscere*.

*Sequuntur documenta aliquot reliqua, ex quibus probantur gravamina, quibus contra omnem aequitatem civitatem Magdeburgensem suppressere, & privilegijs suis exuere conatus erat
ille interfensus in curia
Archiep. Bur-
chardus.*

PRIMUM est Ottonis Magni, in quo cives Magdeburgenses, tanquam incolæ principalis Imperatoris, Germanici sedis, præcunctis aliis civitatibus Germanicæ privilegio immunitatis & vectigalis in commerciis do-

nabili.

nantur. quod apud alias civitates
haud ita invenitur. Ad hoc autem
primi Archiepiscopi Adelberti, quem
alii Albertum dicunt, intercessione
fuerant usi, qui paulo ante est intro-
ductus. *Vid. Seth. Calv. in Chronol. ad-*
annum Christi 972. Unde iterum errat
Chronici Saxon. Tomarij patet.

In nomine sanctæ Trinitatis. Otto divina favente Cle-
mencia Imperator Augustus. Novem
tit omnium fidelium nostrorum tan-
presentium quam futurorum indu-
stria, qualiter ob interventum Mag-
deburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi
Adelberti, & ob ceterorum nostrorum
fidelium instinctum, Mercatori-
bus in Magdeburgensi civitate habi-
tantibus, tam ipsis quam posteris
suis, taleius concedimus, quale no-
stei pius genitor suis temporibus con-
cessit habere. Id scilicet, quod ubique
in nostro non tantum regno, nec non
in mundo in Christianis, sed etiam Bar-
baricis regionibus, tam eundi quam
redeundi licentia sit, sine ullius mo-
lestia, & ne ab aliquo cogantur ve-
ctigalia persolvere urbibus aliis, pon-
tibus, aquis, viis & inviis, nostra re-
gali auctoritate penitus interdici-

900 R E R V M P. H A N S.
mus : His locis exceptis, Moguntia,
Colonia, Tiela, Bardovico. Et , nec
plura vel maiora exigantur vectigalia
quam mote illorum sit persolutum.
Et , ut ne aliquis nostræ invidiæ
causæ pontes destruere aut aliquod
impedimentum in viis facete velit;
hoc banno nostro sibi à nobis veti-
tum sciat. Sed insuper ne alicui iti-
cum hoc videatur, aut hoc, quod se-
petius interdictum est, dissolvere pre-
sumat; eum, quicunque huius auda-
ciæ existit , decernimus Cameræ no-
stræ talenta decem auri persolvet,
omni dubietate postposita. Et ut he-
nostræ authoritatis præceptum fir-
mum & stabile permaneat , has
chattam conscribi , annulique nostri
impressione Signare iussimus ; quo
& manu propria dubius firmavimus.

*Signum Domini Ottonis Magni &
Imperiissimi , Imper-
ratoris Augusti.*



*Folcmarus Cancellarius , ad vicem
Villigisi Archicapellani recogno-
vit ; anno Domini incarnationis
cccc LXXII ; Indictione ter-
tia ; anno vero Regni Domini Ot-
tonis XXXV , Imperij autem VIII .*


Ita modestus fuit hic Imperator Otto Magnus, ut per 26 annos & circiter nudo titulo Regis, propter varias & multiformes difficultates, quæ ipsi in regno à variis hostibus & Pontificibus createntur, contentus fuerit; donec tandem plenè Papam Iohannem XXII & secunda vice deturbasset, suumque electum Leonem VIII, quiete restituisset. Postea vero sibi titulum Imperatoris adscripsit; Quod in posita subscriptione notandum venit. Vid. Alsted. in Chronol. pag. 184.

Privilegium à Cunrado II, Imperatore Magdeburgensibus, concessum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Chuonradus, divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium quam futurorum, industria, qualiter ob interventionem Magdeburgensis Ecclesiar. Episcopi Hunfridi, & ob cæterorum nostrorum fidelium instinctum, mercatoribus Magdeburgens. civitat. inhabitantibus, tam ipsis quam posteris suis, tale ius concessum, quale nostri antecessores suis temporibus concesserunt habere.

LII ; Id sci-

Id scilicet, quod ubique in nostro régno, non solummodo in Christianis, sed etiam Barbaricis regionibus, tam eundi quā redeundi licentia sit, sine ullius molestia. Et, ne ab aliquo cogantur vestigalia persolvere utribus, pontibus, aquis, viis, & inviis; nostra regali authoritate penitus interdicimus: his locis exceptis, Moguntia, Colonia, Bardovico. Et, nec plera vel maiora exigatur vestigalia quam moris illorum esset persolvere. Et, ut ne quis nostrae invidiae causa pontes destruere aut aliquid impedimentum in viis facere velit, hoc banno nostro sibi à nobis vetitum sciatis. Sed insuper, ne alicui irriterum hoc videatur, aut hoc, quod superius interdictum est, dissolvere presumat; cum, quicunque huius audaciæ existet, decernimus Cameræ nostræ decem talenta auri persolvere, omni dubietate postposita. Et, ut hoc nostræ authoritatis præceptum firmum & stabile permaneat, hanc chartam conscribi, annulique nostri impressione signari iussimus, quam manu propria sub eius firmavimus

Signum Domini Choenradi,*Regis invi-
tiſſimi.*

Odaericus Cancellarius, vice Aribonii
Archicancellarij recognovi, da-
ta 2 Non. Feb., in dictione vii,
anno Dominice incarnationis
1024; anno autem Domini
Choenradi Secundi regni primo.

Abum Magdeburg.

Wilbrandus ex liberali donatione dedit
& conceſſit Magdeburgensibus duo
iugera pro amplianda
civitate.

Willbrandus , Dei gratia sancte
Magdeburgensis Ecclesiae Archie-
piscopus, omnibus praesentes literas
inspecturis, atteram salutem, & ve-
ram in Domino charitatem. Iustum
est, & à rationis semita non recedit
& aptè bono Domino glorioſe aſcri-
bitur, & decenter, quando superioris
authoritas propriæ liberalitatis ma-

904 R E R V M P. H A N S.
gnificantia devotis ac familiaribus
condescendit, ibi maximè, ubi mo-
dus gratiæ sic impensæ iisdem respi-
ctibus & paribus modis, his quibus
confertur, utilis efficitur & hono-
ratus, & nihilominus cum laudis per-
conio & honoris ad commodum &
gloriam revertitur conferentis. Hic
est quod nos paterno affectu veraci-
ter intuentes puram fidem ac devo-
tionem non sicutam dilectorum no-
strorum Burgensium in Magdeburgi
considerantes etiam, quod euil-
dem civitatis munitione nobis & E-
clesiæ evidentissimè sit expediens &
honesta: in omnibus quidem eorum
petitionibus decentibus & honestis,
in eis dignissimè, quæ sicut ad ipso-
rum proficuum, sic ad nostrum pro-
veniunt etiam incrementum piè ac
hilatiter eisdem censuimus annuen-
dum. Ea propter instantibus dicto-
rum fidelium nostrorum supplica-
tionibus inclinati, concedimus at-
que damus eisdem duo jugera multo
civitatis adiacentia, omni eo inte-
gritatis iure, quo ipsa nos ipsi posse-
dimus, usque modo, & totum id,
quod iuris habemus in illis, transfe-
rimus ad eosdem: ita tamen, ut ipsi
ad erectionem murorum civitatis ex
fundo

fundo illo lapides eruant, & domum nostram ad utilitatem honestam redigant & communem. Volentes igitur, ut hæc nostra donatio, ipsis futuri temporibus rata maneat ac inconculfa: Ipsam praesenti pagina inscribi iussimus, & ad robur evidenter veritatis, sigilli nostri munimine roborati. Huius rei testes sunt Ludolphus Cantor, Theodoricus de Drubn, Theodoricus de Patchen, Godfridus de VVeddingen, Bertramus Brandan, & VVernerus frater eius; Bruno filius Ottonis, VVernerus de Schartaw; Getardus de Gloune, & alii quam plures. Actum anno gratia millefimo ducentesimo tricesimo sexto, decimo calendas aprilis; in dictione nona pontificatus nostri anno primo.

Literæ Domini Willibrandi Archiepiscopi Magdeburgensis confirmationis privilegiorum.

Willbrandus, Dei gratia Sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, dilectis suis, universitati Burgensem in Magdeburgk, gratiam suam & omne bonum. Ut libertatis
LII 5 nostræ

nostra beneficia, quibus vos & nunc
& frequenter intendimus honorare,
vos ad ferventius serviendum nobis
& Ecclesiae nostrae in praesenti pro-
vocent, ac nihilominus obligent in
futurum; Iura consuetudinis, libet-
tates, quibus ad h.ecc usque tempora
vos & vestri progenitores usi fuistis,
quibus etiam ipsa civitas incremen-
tum noscitur habuisse, ac in futurum
creditur habitura, praesenti scripto
perpetuo jure confirmamus. Nulli
ergo hominum huic nostrae confir-
mationi liccat ausu temerario con-
traire. Si quis hoc attentare praesum-
psserit, indignationem D E I ac no-
stram se noverit incursum. Da-
tum, anno gratia millesimo ducen-
tesimo quadragesimo primo, decima
die mensis Ianuarii; pontificatus no-
stri anno sexto.

*Preciarum impositionum remissio
extra civitatem, quæ ex agri-
cultura solvebantur.*

NO^s Ericus Dei gratia Sancte Mag-
deburgensis Ecclesiae Archiepif-
copus, publicè recognoscimus per
praesentes, quod propter favorem
specialem, nobis ab honorabilibus vi-
ris,

ris , Alberto Preposito , Bernhardo Decano , totoque nostra Ecclesiæ Capitulo , nec non à dilectis nostris Burgenibus de Magdeburgk , exhibitum & ostensum , in eo videlicet , quod ad præsens , necessitate nostra requirente , nos circa bona sua petitionem facere benevolè permiserunt , ipsis : placitavimus in hunc modum : Quod de cætero bona ipsorum petie non debeamus , nec nostros advo- catos seu nuncios in bona eorum mittere , ad extorquendam petitio- nem aliquam ab eisdem . Si vero ter- ra necessitas legitima requireret , vel guerra ingrueret manifesta , ita ut subsidium ab ipsis requiri cogere- mur ; tunc corundem honorabilium vitorum Canonicorum ac Burgen- sum consilio benevolo ac concessu mediante , talcm statuimus petitio- nem , quæ terræ videatur tolerabilis : ad quam benevolentiam & volun- tatem suam ditigent & convertent . Ad hoc igitur observandam nos præ- sentibus obligamus literis nostris , si- gillo firmiter communitis . Datum & actum Magdeburgk anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo ; xvii Kalendas Februarii . &c.

*Littere resignationis Alberti Du-
ciū Saxonie Burggravionatus
& Banni in Magde-
burgk.*

NO^s Albertus, Dei gratia Saxoniz,
Angariæ, VVestphaliæque Dux,
& Comes de Brena, recognoscimus
tenore præsentium, publicè protesta-
tes, quod dignitatem seu Burgo-
gravionatum, & Bannum eiusdem Burgo-
gravionatus, intra muros Magdebur-
genses, & in novo foro, cum omni-
bus pertinentiis corundem, quos te-
nuimus à venerabili Domino no-
stro Erico, sanctæ Magdeburgensis
Ecclesiæ Archiepiscopo, ac ipsum de
Burgo gravionatu & Banno, prædictis
watandamus, & præsentibus veram
warandiam præstamus, pro nobis ac
pro omnibus nunc vivis existentibus,
& futuris: præsentibus Decano de
VVelpia, Ottone Bretzna Canonico
Magdeburgensi; Nobilibus viris Fri-
derico de Dorstat, Alberto de Barby,
Richardo Dapifero de Alschleve, Hi-
decone de Nigli &c. Fridelino de
Dahmis, Ottone de Kothene, Tilo-
ne Marchalko, Iohanne de Bardele-
ve, Tilemanno Rabilli, VVernero &
Con-

Contado de Sprone, Georgio de Hitzacker; militibus, Iohanne de Hoensteyn, Beremanno Ditto Konningk, Lentzeimanno Boneke, VValthero Schlaustede, Burgensibus Magdeburgensibus, ac aliis fide dignis. Ne autem super hoc cuiquam in posterum dubium oriatur, praesens scriptum, inde confectum, sigillo nostro duximus robotandum. Actum & datum in campo, iuxta claustrum Plotzke, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimoquarto, pridie Kalendas Iulii.

[Hunc Burggravionatum civitas Magdeburgensis ab Elect. Albertto Sax. iure eniptionis, pro precio 900 marcarum sibi acquirendo comparavit; licet Ernest. Brotuff 9000 flor. inchron. Mersburg posuerit; quod alibi ipso probatur contractu.]

Litere defensionis Domini Ludovicus Quinti, Imperatoris circa cives Magdeburgenses.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, prudentibus viris Consulibus & universitati civium Magdeburgensium, fidelibus suis

suis dilectis. gratiam suam & omne
bonum. Fidei vestrae puritas & devo-
tionis constantia indefessa Sereni-
tatem regiam induxerunt, quod uni-
versos vos & singulos, atque civita-
tem vestram, intuitione nostra peipe-
tua recepimus & recipimus in praefi-
dium & solamen: sic, quod conu-
quoslibet offensores vestros illicite
vos tenemur, & debemus ad iusti-
tiam defensare. Ad hæc, illustrem
Lædovicum primogenitum nostrum,
Matchionem Brandenburgensem, uni-
versis vobis ac singulis tali ligacom-
mittimus & coadunamus; sic, quo
vos ad institiam contra invasores ve-
stros quoslibet, quo ad vixerit, suo fi-
deli iuvamine pro suatum posse vi-
rium adiuvabit. Et id nomine suo,
quisquis procurator eius in Matchio
constitutus fuerit, faciet & fideliter
prosequetur. Vos vero vice parine-
dum nobis; sed & filio nostro, Mat-
chioni Brandenburgensi, adstringi-
mus, ut declarant litteræ nostræ de-
super nobis datæ. In cuius rei testi-
monium presentes vobis dedimus,
maiestatis nostriique sigilli munimi-
ne robatas. Datū apud Arensteden,
nonas Augusti, anni Domini M CCC
XXII; regni vero nostri anno nono.

Litteræ confirmatoriae Ludovici Quinti Imperatoris, super privilegiis Magdeburgensium.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, universis sacri Romani Imperii fidelibus, praesentes litteras inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Accedentes ferentia nostræ præsentiam prudenter viri cives Magdeburgenses, fideles nostri dilecti, nobis humiliter supplicarunt, ut universa privilegia, iura, gratias, libertates, & immunitates, à divis Imperatoribus, seu Romanorum regibus, prædecessoribus, vitis illustibus, ipsis indulta seu concessa & statuta, per ipsos cives in prosectorum civitatis promulgata, approbare, innovare, & confirmare, ex benignitate regia dignatemur. Nos vero, considerantes, Regiam decere Majestatem, devotorū suorum iustis desideriis favorabiliter inclinati, ut, qui prompti fuerint, in obsequiis retinentur: expensis beneficiis, promptiores, ex innata nobis clementia omnia privilegia iura, gratias, libertates ac immunitates, ipsis à divis Imperatoribus; ac Romanorum regibus, prædecessoribus

912 R E R V M P. H A N S.
cessoribus nostris illustribus, citè &
rationabiliter indulta seu concessa,
adhæc bona & honesta statuta &
profectum ciuitatis per ipsos edicis
approbamus, innovamus, & autho-
ritate regia confirmamus. Nulli ergo
omnino hominum licet; hanc &
probationis, innovationis, seu con-
firmationis paginam infringere, at
ei in aliquo ausu temerario contra-
re: Quod qui facere presumperit,
indignationem regiani se novati
incursuos. In cuius rei testimonio
presentes ipsis dedimus litteras, Ma-
iestatis nostræ sigilli munitione re-
boratas. Datum in Arenfleden, a
no Domini 1523, in die beatissimi
regni vero nostri anno nono.

*Absolutoriae eventuales à banno litterarum
Ottoni, xxxi Archiepiscopi Magdeburgensis,
ex familia Landgravium Hassiae oriundi, & à Papa Iohanne xxxii
ipso Avinione Gallie degente, tunc
tempore contra Henricum Co-
mitem Solbergensem
electi.*

NOIS Otto Dei gratia, & sedis Ro-
manæ electus Archiepiscopus sa-
et. Ecclesiæ Magdeburgensis, su-
uenti-

sentibus hisce litteris, coram omnis
 bus, qui eas visuri sunt, aperte con-
 fitemur & testamur, quod nos, pro-
 pter singularem affectionis favorem
 & amicitiam, quam nos deprehendimus
 pridem & adhuc invenimus
 in nostris fidelibus & dilectis, scabi-
 nis, senatoribus, tribuum magistris,
 & civibus communibus civitatis
 Magdeburgensis, non debemus cul-
 pace, aut insimulare, velut nec id no-
 stra causa alicui concedemus, qui
 aut iuxta ius Canonicum aut mu-
 danum illos nostros cives Magdebur-
 genses incuset, praetertim & singula-
 titer propter factum, quod in civita-
 te Magdeburgensi perpetratum est,
 in custodia & morte venet abilis Do-
 mini praecessoris nostri, ob fortuitam
 suam uionem Archiepiscopi Burchat-
 di Magdeburgensis, cui Deus propi-
 tius sit. Inde renunciamus omni iu-
 ris conventioni, quæ nobis in hoc
 contra illos competet; & plane ab
 ea culpa eos absolvimus. Præterea
 debemus & volumus nos nostram &
 mostrosum omnium facultatem, et
 iam amicorum auxilium & consi-
 lium in hoc conferre, cuin assidua
 diligentia, absque omnivariis argu-
 tiis & effugientibus, tam scribendo, quam

M I M P R E-

914. R E R V M P. H A N S.
precando, tuū cabellariorum mil-
lionem per proprios nostros sumptus
mittendo in aulam Romanam, ut
propter capradictum factum à sancto
nōstro patre Papa in gratiam reci-
piantur, & penitus reconcilientur.
Tum quoque debemus nos illis re-
linquere iura sua, privilegia, & con-
fuetudines, quas ex antiquo moe-
possident & obtinent in hunc usque
diem; Et debemus illis servare stipu-
laciones, & litteras obligationes, re-
quas à præcessoribus nostris & a ca-
pitulo nostro Magdeburgensi ha-
bent. Debemus quoque eos defende-
re & tueri, & auxilio omni illis suc-
currere, contra principes, contra Do-
minos, & contra quosvis violatores,
pro iure eorum; ubicunque hoc ne-
cessitas requirat; velut Dominus suos
dilectos vitos, & suos devotos de-
fendere, & iis opem præstare tenetur,
iuxta iuris vigorem. In huius rei ma-
nifestum & apertum testimonium,
& eorum omnium quæ supra scri-
pta sunt, illis has præsentes litteras
dedimus, atque appenso nostro sigil-
lo corroboravimus, & sigillari cura-
vimus. Actum Magdeburgi, anno
post nativitatem Domini millesimo
trecentesimo & vigesimo septimo,
die

die Sancti Ägidii divi Abbatis.

[Quomodo vero Archiepiscopi Burchardi illius attentata, contra civitatis privilegia & Imperatoris regalia, quæ eundem in civitatis huius iure concernunt, suscepta, ipse Imperator Ludovicus Quintus vindicari, & acriter taxat, defunctum Archiepis. depopulatorem, & nomine Archiepiscopi indignum vocando; id alibi Ludovici litteris demonstratur & docetur; ubi plenius de cassatione banni talis agitur. Interim *Allus homagialu*, qui primus fuit, quum antehac praecedentibus triginta Archiepiscopis nullatenus oblati gata fuerit civitas, sic se habet, ut ex sequenti apparet documento.

Nos Conradus, Dei gratia Presuppositus monasterii sanctæ Mariæ Virginis Magdeburgensis, ordinis Praemonstratensis, & frater Jordanus, Lector Erfurdensis, ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, Commissarii ad infra scripta auctoritate Apostolica deputati, recognoscimus, & presentibus protestamur, honorum viros Consules, & communatem civitatis Magdeburgensis, venerabili Patri ac Domino, Domino Ottoni, sanctæ Magdeburgensis

Ecclesiarum Archiepiscopo, iuramentum
fidelitatis & homagii in nostra pre-
sentia prestissemus, iuxta mandatorum
Apostolicum, in hunc modum: Quod
congregati parochiani singuli, per
singulas eiusdem civitatis parochias,
Domino Archiepiscopo praedicto pre-
sentialiter constituto, interrogati a
nobis, si vellent litteras & mandata
Apostolica observare, sub his verbis
vulgaribus: *Syth iyr herkumen, der
Herrn von dem Rabte, und di gemeine
der alten Stadt Magdeburg, daß ihr
halten uvollet des Papstes briefe, und
sein gebot? (id est: Num hinc uenisti,
vos domini ex Senath, & vos cives uile-
ris civitatis Magd:burgen sis, quod uelitis
servare Pape litteras & precepta?)* &
respondentes, quasi unius vocis cla-
more, *Quod sic: iussu noctro eleva-
tes singuli manus suas, facieunt iura-
mentum verbis vulgaribus, sub for-
ma consensu partium concepta, &
utrumlibet voluntariè accepta: quz
dignoscitur e. T. talis: VVj Rahtmarus
und vuy gemeyne lüthe, alle der alten
Stadt zu Magdeburgk, schuueren un-
ferm Herrn Erzbischofen Otten, de bis
gegenwärtig ist, truuve und holt die
vuesende, als vuy van recht sullen, dat
uns Gott he'pe mit seine Heiligen.*

sid est : Nos Senatores populiisque veteri civitatis Magdeburgensis , sursum ad fidelitatem & affectionem gratam nostro Domino Archiepiscopo , qui praesenter hec adest , praestandam , veluti juris est & nolis competit : prout nos Deus invet & sanctificans .) Et hoc idem vice versa idem Dominus eisdem civibus favorabiliter repromisit . In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa . Ab aucto sunthac anno Domini millesimo trecentesimo tricesim : tertio , Sabbatho ante Dominicam Iubilate .

Notabilis certè iste est actus , quavis non verbis splendidiis & pomposis sit descriptus : tamen , qui personas , quires , & verba tractatus recte , iuxta vigorem & pondera examinare voluerit , multa inde colligere & discere poterit . Nam in singulis circumstantiis ea latent , quæ singulari quidem indigerent explicatione ; sed nostrarum partium jam non est , quælibet ad acumen revocare judicii . Res ita demum transacta quideam fuit , verum cotidie novis disputationibus & difficultatibus inde exortis ansam præbuit , ut factum hoc homagiale pactorum quam plurimorum postea gedictix & mater extiterit ; velut id

M m m ; quoque

quoque anno 1613, die 27 Novembris, Syndicus Magdeburg. Thomas Franc:us coram Electoris Brandenburg:ici & Principum Anhaltinorum Legat: s, quos tum utraque pars controvertens tanquam arbitros ad compendium novam honiagii discordiam ad vocarunt, in Monasterio Bergensi prope Magdeburgum sito, ingenuè confessus est; ubi post longam huius litis deductionem usus est his verbis:
Quod confiterentur, in primis tre fu ille Archiepiscopos, qui civitati Magdeburgensi ingens dannum quo ad iura regalia & temporalia cre- rint; Burchardum, Guntherum & Ennestum: Et hos quidem usque adeo nimia dominandi cupiditate utrem supplicare laborasse, ut etiam per Pontificis Romani banum & excommunicati: onem in non exiguum præcipitat: nt calamitatem: unde ci- vitas coacta fuerit tria hæc summi in se recipere onera; nimirum, ut Re- versales inutuæ exhiberentur, juri- mentum emendæ præstaretur, & p: Et a accumularentur: quum tamen antea civitas planè libertima fucit. Credere se tamen, affirmavit ibidem, quod Pontifex nullus Imperatori concessa privilegia & regalia inscri-
git

gete possit: quum præiudicium ipſi Imperatori & eius Maieſtaticis juri- bus id importaret, taliaque pacta & reversales vi & metu extortæ nullum per naturam rei sortiri poſſent verum & ſolidum effectum. Verum quum in hac deſtiuone illius Syndici terminetur queſtio ſuperius allata, etiam in ea nunc acquiescendum nobis erit; interea perrecturus ad reliqua, quæ in diſſolutione fœderum ſunt cognoscenda.

N O T A.

Quum ab amico hæc ſequentia Diplomata, ſuperioribus adhærentia, mitterentur eo ipſo tempore dum imprimebatur libellus iſte, æquum fuit, ut petitioni amici non tantum ſatisficeret; ſed etiam historicæ continuationi hæc neceſſaria illuſtratio ſubneftetur.

Diploma privilegiorum ab Imper.

Ottone I V. anno 1208

*Magdeburgensibus con-
cessorum.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto quattus divina
M i m m 4 fayente

fauentè elementia Romanorum Reg
& semper Augustus. Iustum & ho-
nustum est , ut bene meritis suorum
meritorum digna beneficiorum pra-
mij congruo ordine consequantur.
Vnde est , quod nos attendentes pra-
clara devotionis obsequia , quæ dile-
ctus Princeps noster Albertus Magde-
burgensis Ecclesie Archiepiscopi ,
ab exordio nostræ promotionis fer-
venter nobis exhibuit , & Dominus
concedente , in posterum nobis est
exhibiturus , non immoritò ad om-
nia ea exequenda , pari animi nostri
moventur intentione , quæ vel hono-
ren̄ personæ suæ respiciunt , vel ad
commodum , vel utilitatem Eccle-
siæ principalis & demum suffraga-
nearum Ecclesiaturum suarum condu-
cunt. Cum igitur ex antiqua &
riquata consuetudine , omnium Epis-
coporum decedentium , qui de juri-
dicatione sunt Imperii , in quibus un-
que redditibus , filio cedere debent
Imperiali , ob sinceram dilectionem
memorati Archiepiscopi , eiusque per-
sonæ reverentiam , successribat ,
duinmodo à presenti toga carnis ip-
so exente , & cinnium suffraga-
nearum successoribus , in perpetuum
concedimus , ut omnes proiecti
Episco-

Episcopales, qui, defunctis Episcopis, Imperio cedere consueverunt, deinceps ad usus ipsorum colligantur, & collecta reserventur, statuentes, ut si decedentes Episcopi aliquibus debitis fuerint in nodati, ea exinde persolvantur. Per hoc tamen speciale gratia nostræ donum, Magdeburgensem Ecclesiam, omnesque eius suffraganeas Ecclesias, cum omnibus eorum familiis, occasione memorati Archiepiscopi, volentes esse specialius honoratas.

Porrò cum Romani Imperatores nostri, in omnibus civitatibus & oppidis Ecclesiarum Imperii, durantibus curuis Imperialibus in illis, accipere consueverunt thelonium & monetam, & in suos usus convertere. Nos propter sinceram dilectionem, quam ad memoratum gerimus Archiepiscopum, eandem consuetudinem, eiusque debitum prorsus abdere decrevimus, & tam Magdeburgensi civitati, quam universis oppidis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, illius onus obsequii liberaliter in perpetuum relaxamus.

[*Heic non tandem, ait Danib., Magdeburgum fuisse civitatem Imperialem immunitatam, & ad intercessionem Ar-*

M d m j s h i c o


chiepiscopi, vacazione ac immunitate ab
universibus realibus Imperio debitis ab Otto-
ne Imperatore donatam. Sub nomine au-
tem oppidorū intelliguntur Hala Saxen,
Burgum &c. que veteri verbo subarbi-
caria dicta, Metropolim respicitiam
Iuri ac Iusticie imperitione &c.)

In terris quoque, ubi ex antiquo
Magdeburgensis numismatis, percus-
sio curiere consueverant, statuimus
nec thelonium, nec Monetam, aut
per nos, aut unquam per alium, nisi
de voluntate & consensu ipsius Ar-
chiepiscopi, vel successorum suorum
ponendam. Cæterum ut tam memo-
ratus Episcopus, quam familiæ lux
dilectæ nobis universitas, plenitudi-
nem gratiæ nostre operum recogno-
cat, nos neque per nos, neque per ho-
mines nostros, faciemus, vel fieri
mandabimus, in civitate Magdebur-
gensis, vel in oppidis, vel in aliquibus
bonis Archiepiscopi Ecclesiæ, &
quam exactiōnem: nec sumemus bo-
pitum, quæ vulgariter heretagi
nuncupatur, contra voluntatem Ar-
chiepiscopi, vel alicuius sui succe-
ris, per hanc etiam specialem gratiam
nostram, Ecclesiam Magdeburgensem
volentes esse specialiter honoratae.
Ut autem hoc nostræ liberalitatis de-

num s̄xpe fatæ Magdchurgensi Ecclesie & suffraganeis eius omni avocatum & inconvulsu permaneat, præsentem exinde paginam conscribi jussimus, & Maiestatis nostræ sigillo communici : statuentes & Edicto Regio firmiter præcipientes, ut nullæ de cætero personæ altæ vel humili ecclesiasticæ sive seculari, hanc nostræ Donationis divalem paginam licitum sit infringere, vel aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod si quis facere præsumperit, in vindictam transgressionis auri purissimi libras centum componat, quatum medietas Canceræ nostræ, reliquum passis iniuriam persolvatur. (Heic iterum Dauth. notat, inquietus: Ergo lxx civitati, non autem Arc. iepiscopo solvendum manet.) Huius rei testes sunt : Hartbertus Hildesheimensis Episcopus. Tidericus Mersburgensis Episcopus. Henricus Palatinus Comes Rheni. Bernhardus Dux Saxonicus. Hermannus Landgravius Thuringia. Tidericus Marchio Misnensis. Conradus Marchio de Landsberg. Albertus Marchio Brandenburgensis. Comes Fridericus de Br. n.a. Geverhardus Burggravius Magdeburgensis. Comes Adolphus de Scouwenburg.

Comes

Comes Burchardus de Mansfelt. Comes Algerus de Hohinsteyn. Albertus & Gevehardus fratres de Astensteyn. Cono de Müntzenborgh. Basilius de Osterode. Gunzillimus Dapifer. Tidericus Rabil, & aliquam plures.



Ego Conradus Spirensis Episcopus, Regalis aulæ Cancellarius, vice Dni. Sifridi Moguntinen sis Archiepiscopi, totius Germaniae Archicancellarii, recognovi. Acta hæc sunt anno Dominicæ Incarnationis m.c.viii. Indiæ.xii. regnante Domino Ottoni IIII. Romanorum Rege gloriofo, anno Regni eius duodecimo. Dicatum apud Braunschwig, per manu Wolteri Regalis aulæ Protodotarij, xiiii Kalend. Jun.

Diploma aliud de an. 1216.

F R I D E R I C I I , I M P E R A T O R I S .

I N nomine sancte & individuæ
Trinitatis. F R I D E R I C V s Dei
gratia Romanorum Rex & semper
Augustus, & Rex Siciliæ. Illud pri-
vilegium, quod Rex regum & Domini-
nus Dominantium in memoriam
Ecclesiasticæ libertatis preciosissimo
sanguine suo scripsit; ita Regio decet
custodire favore, ut nunquam in eo
quicquam appareat, quod illius gra-
tia videatur obtenebrare decorem,
quæ à tanto procdit Auctore. Ut er-
go post terrariorum fastigia sicurius
expectare possumus ab ipso æternæ fe-
licitatis coronam, cum nostræ devo-
tionis ministerio permanerit in suæ
integritatis gloria sponsa Christi,gra-
ta sui status debet à nobis percipere
potius incrementata, quam ipsius quasi
sub quadam specie servitutis pro pos-
se sinamus indumenta discripi.
Ideoque veterem illam consuetudi-
nem detestantes, quam antecessores
nostrí Romanorum Imperatores &
Reges in Cathedrales exercuerunt Eccl:ias & Abbatias, quæ in au: regia
peri-

portiguntur, quod videlicet dececedēti-
bus Episcopis & Praelatis earum, non
tantum reliquias rerum mobilium
earundem consueverunt occupare, &
convertere in usus proprios occipa-
tas, quam etiam redditus & proventus
per tertius anni circulum ita prorsus
aufferre, ut non solvi possint debita
decedentis, nec sacerdoti praetatio
necessaria ministrari. Eadem coofe-
tudini sive iuri, vel quocunque vo-
cabulo exprimatur, renunciari suspe-
nitus, ob reverentiam Crucifixi, cu-
ius in nostro corpore laudamus in-
genia, illud usque in Ecclesiis perpetuo
jure donantes, & auctoritate Regis
statuentes, ut Ecclesiarum omnibus
libertate integra semper in omnibus
permanente, res & redditus huiusmodi
in solvenda debita decedentium Prae-
latorum, & in alios Ecclesiarum cu-
verruntur. Obsecramus igitur easdem
Ecclesiis, & in virtute Altissimi co-
testamur, quatenus ob hanc mun-
centiae nostrae gratiam apud Alm-
num supplicare dignentur in post-
rum plis orationibus, & post tecum
num vitæ nostræ, diva in perpetua
commendationis memoria retineat.
Cum autem Magdeburgensis Eccle-
sia, quæ nonnullas pro exaltatione
nostræ

nōstra passa est sollicitudines & labores, in subscriptis articulis, à quibusdam antecessoribus nostris in privilegio meruit honorari, nos p̄fatae libertatis ipsius nolentes restringere terminos, sed potius ampliare, a' preciis dilecti principis nostri eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi Adelberti, qui principalis & p̄cipuus nostrus sublimationis auctor extitit & promotor, eadem auctoritate statuimus innovantes, ut cum in civitate Magdeburgensis Ecclesiat, vel oppidis pertinentibus ad eandem, à nobis vel successoribus nostris, curias Regales celebrari contigerit universis, quæ in aliis civitatibus atque locis in moneta, theloniis, & ceteris utilitatibus quibuscumque, Imperiali jure provenerint ab eisdem, in p̄fati Archiepiscopi & successorum eius bonis & fructibus libera semper existant p̄ad: Et Ecclesiat profutura.

(a.) In omnes etiam homines civitatis oppidorum, seu villarum ipsius, Regales talliæ petitiones, aut exactiones nulla unquam occasione, p̄pter Archiepiscopi & successorum ejus exerceant assedsum: nec quisquam p̄pter ipsum Archiepiscopum & di-
stos successores eius, aliquid iuris habens

habeat in eosdem. (b.) Et ubi-
cunque percussio Magdeburgensis
numismatis haec tenus curreat conser-
vit, nullus unquam presumat cude-
re de novo monetam, sed praetatu-
sus numismatis largè per praedictor
terminos in suo labore perseverat.
Adhæc eidem Ecclesiæ nostra libar-
itate donamus, ut si alicubi in boni
eius in quavis specie contigerit r. p.
riri metallum, in usus ipsius Ecclesiæ
perpetuo deputetur, adiicientes ut
quælibet iura, quæ sepe dictæ Eccle-
siæ à nostris antecessoribus sunt cor-
cessa, libera ipsis semper mancant &
quieta. Ut autem hæc omnia, sicut
à bona voluntate nostræ liberalitatæ
procedunt, perpetuis temporibus
maneant inconvulsa, praesens in
privilegium conscribi præcepimus
nostræ imaginis impressione re-
niti statuentes, ut quisquis com-
hæc presumpsiter aliquid atten-
centum libras auri pro pœna cor-
ponit, quarum medietas fisco cel-
& pars altera illis, quibus iniuncta
irrogata. (c.) Testes huius sententiae
Octo Frisingensis Episcopus. Otto
bipolensis Episcopus. Sifridus Bo-
gustensis Episcopus. Siboto Hiss-
bergensis Episcopus. Engelhard-

Coloniensis Electus. Ulricus Patavienis Electus. Henricus Abbas Hersfeldensis. Cono Abbas Elteracensis. Hermannus Fuldensis Electus. Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ. Leopoldus Dux Austriae. Otto Dux Meraniæ. Hermannus Marchio de Baden. Fridericus frater eius. Anselmus Marschalcus, Wernerus Dapifer, Walterus Pincerna, Regales aulæ. Et alii quam plures.

Et ego Conradus Metensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, vice Domini Sifridi Moguntinensis Archiepiscopi, totius Germaniæ Archicancellarii, recognovi. Acta sunt hæc anno incarnationis Dominicæ M.CC.XVI. Induct. IIII. Regnante Domino FRIDERICIO Secundo Romanorum Rege glorioſissimo & Rege Siciliæ. Datum Heribopolis per manum Bertoldi Regalis Aulæ Protonotarii, v. Idus Maii, anno Regni Domini Regis quarto.

(a.) Ad diplomata eoc Imp. D. Daniilum seu olim haec notauit, rem ita explicando; dum iura civitatis defendit: ad litt. a. Eadem iura Episcopi Argentensis, Spirensis, Vermaicensis, &c. in
Non suis

930 R E R V M P. H A N S.
snu cluitatibus Cathedralibus impetrav-
erunt, non imminuto eorumdem civili-
tum libertatis statu, nec dominio civilia-
rum in ipsis Episcopos translato, utan-
que ipsi hoc semper prætenderint. Im-
nec fieri potuit in præiudicium eorum,
quum prius audiri debuissent; velut etiam
hodie iste stilus in aula Imperatoris ob-
servatur, ut quoniam extensio privilegiis
rum petitur, illic fiat cum consensu inter-
essentium, quibus copia petitionum mit-
tuntur, ut ratione interesse audiatur
prius; alias per se nullum est &c. Tunc
pacta stricti iuriu non ad alios extendi
possunt, quum sit res inter alios ailla.

(6.) Ergo, ait Dantius, civita Magdeburg. olim immidiatè Imperio contribuebat, à quo onere immunitatem impetravit, intercedente Archiepiscopi, ut nec Imperio, nec Archiepiscopo con-tribuere renearunt, nisi ultra uelit. Non talliae positiones (bede) & exactione imperio debitè hic remittuntur ipsius civitati nec Archiepiscopo donantur, cui ius in cives tribuitur honorarium, ne proprietariorum aut dominicum: hoc est, ut Imperator civitatem Magdeburgum, Hallam. &c. collectare pro arbitrio non possit per Duxes, Comites, Advocatus suos: sed per solum Archiepiscopum. Quod privilegium aliarum civitatum Episcopi-

*Episcopatum, que haud dubie Imperiales sunt, in promptu est demonstrare. Colle-
cta enim non Archiepiscopo, sed Imperio
solvitur & praestatur, vel Archiepiscopo
ut Imperatoris Commissario, seu per ta-
le privilegium nil magis, quam Commis-
sionis perpetuitas acquisitur, ut iura Im-
peratori manent integra in civitates
suas. An alia sit hodie rerum & Imperij
facies?*

(c.) *Pœna civitati laſe solvenda,
non Archiepiscopo. Unde constat, hoc
privilegium commendo civitatis Magde-
burgensis fuisse concessum & quidem ad
precios & interventionem Archiepiscopi.
Tanta fuit olim concordia rerum. &c,
Hackenius Deut. ut.*

*Sequitur nunc Civitatis Magdeburg ab-
ſoluto iteranno propter occidum Archiep.
Euchardum, Imperatoris LUDOVICI &
BAVARI, velut supra decisionis
cauſa in quaſione illa mentio
eius est facta, cures inter-
pretatio ita ſe ha-
bet.*

NOſ Ludovicus Dei gratia Impera-
tor Romanus, semper Augustus,
annunciatus reverendis Archiepis-
copis, Episcopis, Abbatibus, & reli-
quo clero.

quis Ecclesiæ Praelatus & praefectus
cuiuscunque dignitatis & ordinis
sunt, velat etiam generibus Principi-
bus, Ducibus, Comitibus praefectis,
civitatibus, oppidis & communica-
tibus, etiam omnibus personis spiri-
tualibus & mundanis, nostris & Ro-
mani Imperii subditis, nostram gra-
tiam & omnem bonum. Dignitas &
celerudo sacri Romani Imperii, quo
originem ex fonte pietatis suam tra-
hit, merito erga omnes & singuli
Imperii subditos & fideles, peculiari-
tem benignitatem & clementem ve-
lontatem getit, ut quisque in suo sta-
Illustrium & Præpotent. D.D.Old.
Fœderatarum Belgicæ Provinciarum
decreto caustum est I O H A N N I
A N G E L. WERDENHAGEN I C. C. ne
quis præter illius voluntatem toto
septennio proximo, his in regionibus
excudat, aut alibi extra Provincias
excusos inferat, vendatve libros hos-
ce, quibus titulus *Tractatus diversi in*
Imperij Romano Germanici constitutio-
nem eiusque Politiam Vniversalem, &
hinc Speciatim maxime in celeberrimum
Fœdus Hanseaticum eiusque Civitates &
Respublicas omnes directi. Quod si quis
contempta authoritate D. D. Ord.
directè vel indirectè, libros hosce to-
tos vel partem eorum excerptim, hoc-
sive alio modo, extra dictum tempo-
ris intervallum typis mandare, vel
impressum alibi in has oras inferre
& vendere præsumpserit ; confisca-
tione exemplarium, inulcta que insu-
per, uti latius patet in ipso Privilegio,
damnatus esto, dat. Hagæ in conven-
tu D.D.Old.Gen. 9.Septemb. 1630.

A. PLOOS A THIENHOVEN.

Ad Mandatum DD.Old. Gen.

CORN. MYSCH.

Privilegium hoc Joh. Angel. Werden-
hagen I C. C. transfluit in Ioannem
Maire Typographum & Bibliopolam.

Inter HANSEATICAS
Civitates & Respubl., post &
Metropoles, olim &
partim nunc

*Principalium maximeque præcipue-
rum Urbium appidorum vè*

BREMÆ,
HAMVRGI,
LVNÆBVRGI,
HILDESHÆMII,
MONASTERII,
GOSLARIAE.
TREMONIAE,
VRATISLAVIAE,
EIMBECCÆ,
DVDERSTADII,
NEOMAGI,
ARNHÆMIAE,
ZVTPHANIAE,
EMBRICAE,
BOMMELIAE,
HARDERVICI,
ELBVRGI,
WAGENINGÆ,
&
THIELÆ,

Dnn.
Consul-
bus, Syn-
dicis, Pē-
sionariis,
Camera-
riis, Sca-
binis, &
Senatori-
bus,

*Hanc primam Specialis Tracta-
tus sui quidem;*

*.

A:

DEDICATION.

At secundam par-
tem,

DORDRACI,
AMSTELREDAMI
ENCKHVSÆ,
BRIELÆ,
WIRINGIAE,
MIDDELBURGI,
ZIRICKZEÆ,
ARNEMVNDI,
DOMBVRCI,
ULTRAIECTI,
DAVENTRIÆ,
SWOLLÆ,
CAMPENI,
MAASSELTI,
HARLINGÆ,
STAVERÆ,
HINDELOPIÆ,
WORCVMII,
&
GRONINGÆ,

Dnn.
Confu-
libus,
Syndi-
cis,
Pensio-
nariis,
Scabi-
nis,
Quæ-
storibus
& Se-
natori-
bus;

D E D I C A T I O:

*Viris generis, muneraque,
Nobilitate, experientia, doctrina,
et studiorum & rerum usus
Clarissimis, eminentissimis,
Dnn., Fautoribus atque Amicis
omni observantiae studio colendis;*

S. C. P.

JOHANNES ANGELIVS.
WERDENHAGEN,
I. C. C.



EVIS certè sapi-
entiæ uti tutissi-
mum, ita etiam
meritò suavissimū
à rectè sentientibus
habetur, Viri Am-
plissimi, & muneris dignitate con-
spicui, Fautoresque optimi, quod quis
aut experientia addidicit piè, aut ex-
emplo aliorū in usum suum ita per-
traxit. Nam consummatio sapientiæ
in ore fidei sita est, ait Eccles. in Syrac.
cap: 3. 4. v. 8. & 9. Αὐτὸς πεισθεὶς εἰς
τὴν πλατάνην πλήρες ἀκούσιος τοῦ
εὐαγγελίου ἐπειδὴν, οὐδὲν ἀλιγα-

* 2 65

D E D I C A T I O :

ὅς ἐπεπλανώμενος, πληθεῶς πλευρῶν. &c. id est : *Vir etoētus, novit multa : & multarum rerum peritus do-*
ctrinam explicare potest. Qui non ex-
pertus est, novit pauca: qui vero deceptus
est, promptitudinem operis omnem habet.
Ceu quoque Tragœdus ille idem af-
firmat, dicens :

Non, quod putas te scire, sis, si usus
deest.

Sic etiam Exempla ita fortiter mo-
vent, ut rerum ipsarum informato-
rium secum afferant; quod toties ipsa
S. Scripturā inculcat nobis. *Deut.* 3.
21. & 24. 9. & 29. 22. *Ezra.* 51. 2.
Ierem. 7. 12. & 26. 6. 18. & 44. 21.
Am. 4. 11. Validioraenim sunt ex-
empla, quam verba, & plenius opere
docetur, quam voce, ait Leo *Cap. in*
ferm. de Ieiun. quūm Exempla faciant,
ut non tantum rem melius, & velut
occulta fide intelligamus. *Bal. in l.* 1.
n. 2. ff. de Inst. & *Iur.*, sed etiam indu-
cant confirmationem. *Bart. in l. nemo.*
C. de sensu & ipsam rem clariorem
reddant. *l. prætor.* §. *quos lcs. ff. decoll.*
bon. Velut omnino exemplis opus
est, quæ sequamur, aut viceversus. *l. aut*
falsa. §. *fin. ff. de pœn.* Quippe *l. ead.*
dicitur :

Exemplo alterius saperè docetur homo.

Factum

D E D I C A T I O :

Factum inde est, quod tanto cum studio passim historiæ commendetur utilitas; sicuti quoque Plutarchus prudentiæ, & sapientiæ initium in historiarum cognitionem reponit; atque Silust. testatur magno usui, rerum gestarum esse memoriam; quum ibi prudens inveniat, unde sapientior fiat, uti Var. ait. lib. 8. Debeat id quidem ita fieri: Verum hoc ad cōtra-
rum est hodiè, ut vix mortalium quispiam amplius repertiatur, qui in
vitæ præsentis iniitiamen gratum
quid inde convertere laboret. Scire
enim cupiunt omnes, sed facto id,
quod quis cognoverit in historiis,
comprobare nemo experit. Sæpius
audimus usque ad tedium, infinitos
cum magnis amphibolijs non sine
immepsa jactantia congerere discut-
sus, nasutulos, ut scilicet in multivaria
lectio ne venditent grandiloquentes:
quod si vero penitus acta & facta
illorum examinentur, nil nisi futili-
tates & vanitates crepantes censeas.
Namque quisnam est omnium, qui
maiorum historias priscarumque se-
culorum antiquitates propterea recon-
lat, quod in præsentem vitæ corre-
tionem cuncta peritahere velit? An
non potius singuli id agunt, ut sal-

D E O I C A T I O.

tem inde ostentationis gratia quæda
doctrinæ aut scientiæ cumulum sibi
comparavisse videantur? Usque in
eam perversitatem sanè excurritur
fermè à quibusvis, ut saltem scire &
legisse præterita, atque futura præno-
visse ac vaticinari inde multa que-
ant. Nemo est, qui domi proinde ita
secum habitare studeat, ut ex maiori-
tum virtutibus imitandis aut vitiis
evitandis exemplum vivum & verè
vividum sibi sumere adoptet. Imò
potius quilibet id sibi noxiū &
maximè criminōsum putat, quād
omnes usque adeo superbissimè sa-
pient omnia. Sic igitur fit, ut etiam
pueri præ seniortibus & rerum exper-
tis nasum rhinocerotis habere se sibi
somniaient. Si quis sit, qui moneat ea,
quæ in pietate vera Iehovæ deben-
tur; continuò non sine contumeliis
& vita acerbissima persecutio cum
veritate sua expellitur is foras. Quis
est, qui non ethnicos detestetur cul-
tus quoslibet? Si quis vero cuiquam
talem in actionibus vita siogulis de-
noter, aut demonstret conatum horri-
bilem; is certè eo ipso verbo statim in
extremum calamitatem omnium
destruditur exitium. Tam egregii se
depromunt omnes solidæ pietatis &
virtutis.

D E D I C A T I O N E.

virtutis amatores! O mortale genus
hoc, in bestialitate sua & cœcitate in-
fatuum! Ore quidvis arduum san-
ctumque detonant multi; at in cordis
abyssō profundissimam nequitiarum
colluviem abditam tacitè fovent. Nec
se supremus aut imius heic facile exi-
met, nisi quis in Christo renatus vi-
vat Iehovæ. Namque, ut nunc in
mundo est comparatum, penitus a-
mor cœlestis in ardore sancto vigens
erga Deum & proximum, ab omnibus
etiam iis, qui sc̄e veros Christianos
profiteris atq; exular. Ita mundos
planè sibi pœnæ loco vivit, quia
nuspia in non rideatur Spiritus Chri-
sti. Imo Christiani sunt absque Chri-
sto & Spiritu eius; quia sibi in pro-
prio carnalicer sapiunt cerebro, atque
pudori hoc sibi ducunt, si in quibus-
vis actionibus aut privatis aut publi-
cis, negotiationibusvè & commerciis
ad pictatis & Verbi Cœlestis normā
revocentur. An non continuò addi-
stinctionem talem recurritur: aliud
est politicè, aliud theologicè quid
tractare? Quasi Politicis rebus &
actionibus nihil commune esset de-
beret cuin vita sancta & imitatione
Christi. An vitam hanc propriam vi-
vimus, ut Deus Iehova debeat blas-

D E D I C A T I O

phemari à nobis , aut in Verbo suo nequiter vivendo refutari, & proximus odio fraude, ignominiavè affici, & tamen cœlum ingredi aut nobis promereti velimus his flagit!is? Qualem sibi homo heic somniat salutem aut cœlum ? Carnale regnum, carnalem in exitu suo lacrymabili nanciscetur sortem. Nec tamen Iehova sanè bestiales , aut nequitiiis suis immersas suorégno recipiet animas. Si Christus in vita, via & veritate est centrum: profectò ex hoc progredi omnes & prouere debent vitæ Christianæ operationes, nec ab illa citra iacturam salutis veræ deviari poterit. Quorsum igitur recedent tot odia , inimicitiaz, defraudationes in commerciis, depculations , spolia bellica , vis aperta & clancularia, rebelliones, caluminiaz perfidæ, & reliqua criminaz vitæ? Si Christiani vocari cupimus, quur non tales nos ipsis vitæ actionibus & factis nostris probamus? Christus passus est pro nobis, ait Apostolus, relinquens nobis exemplum, ut sequamini vestigia eius. 1 Pet. 2.21. Verum, proh dolor ! in ea incidimus miseri tempora , in quibus ethnici longè probiores ipsis censi queant Christianis. Quæ caussa? Quia quasi cum laete-

D E D I C A T I O.

Iacte ethnicissimum in educatione
statim prima imbibimus , & potius
inde quid , quam ex Dei ore sapere
cupimus : nec tamen quis est , qui hoc
ritè animadvertisat . An non igitur ju-
stè nos Deus tot afficit extremis fla-
gellis ? Sed veluti neque mortales
singuli quid , absque solida pietate ,
boni perficiunt ; ita neque minus in
ipsis Rebus publ. multa cotidiè com-
mittuntur errata . Historiæ , si semper
veritatem profitentur , multa nos
docere quidem possent : Verum quæ
non suo vestiuntur pallio ! Nihil o-
minus id laudabile meritò inter ci-
vitates censerunt omnes præsertim Ger-
maniæ , quod mutua conservationis
sux catena ita fideliter cohæserint
semper , ut mutuo sibi essent honesta-
tis fulcro , in commerciis maximè .
Inde Fœdus illud , quod Hanseaticum
dicunt , ex longa antiquitate vires
suas non illaudabiles obtinuit . Res
gestæ eius plurimæ & fuerunt egre-
giæ . Sed non omnes constant . Quas
perspicere mihi contigit , dum consi-
jis Hansæ ex aliquot annis interfui ,
connotare volui paucis . Cognovi
in ipso decursu huius spaciæ , quod
non raro sint urbes , quæ sui incre-
mentum & fortunam prosperioreni

* § huius

D E D I C A T I O.

huius debeant. Proinde magni censebatur olim, si quæ urbs Hassiacæ dici posset: id laudi & honori putabatur non ultimo. Sed quid ad prisca recurramus tempora? An non hodiè exemplum insigne ante oculos est nobis in urbe Amstelredamensi? Quænam exigua eius exordia fuerint, alibi diximus. Verum incolarum industria in commerciis fecit,

Nomen ut istius totum iam pervoleat orbem.

Notabile sane & plusquam memorabile est carmen, quod de urbe hac vestra, ô Amstelredamenses felices, vobis nuper composuit Clatissimus D. Pet. Scriverius. Iure & urbis vestræ, & amici mei summi hoc facio, quod Versus eos, qui nunquam antehac videre lucem publicam, heic interferam; qui siccæ habent:

P E T R I

DEDICATIO.

PETRI SCRIVERI.

AMSTELODAMUM.

Quae ritis, Hansæ inter cur
cerscar urbes?

Emporiumque ingens Amstela Nym-
phastrar?

Cirr mea per totum voliteut nunc carba-
sa mundum?

Cur subeat leges Indus uterque mens?
Cern tu Augustam, gani sum decorata,
Coronam,

Et nitidum collo celsa per astra ca-
put!

Non hedera, ut vnu!go, est; furiosave
stemmata sallo.

Auctorem, & causas hæc habuere
suis.

In consulta suum petulantia Flandrica
Regem

Cepit, & innocuo sanguine tinxit hu-
num.

Hinc genitor mouet arma: scelus nec lin-
quit inulum,

Liberet ut natum, trux Fridericus
ealeit.

Roma-

D E D I C A T I O.

Romanaque adsunt aquile; atque exercitus omnis.

Iitur in excidium, maxima Brugia,
tuum.

Protinus obsepto migrant commercia
portu;

Amstelatum Sacro digna favore fui.
Sensit captivis, sensit Rex liber Paos

Amsteliisque suo peccora fida Duci.

Quid faciat? iam tum Grudios cum
perdere vellet,

Me caput è Batavis tollere iusit a-
quis.

Cesareaque meos illustrans luce Coronæ,
Tradite (ait) terris, tradite iura
mar.

Multa & magna profectò tangit
paucis, oculus iste litteratorum.
Namque Imperialis illius Coronæ
Insigne, cuius mentionem facit, ex
in signibus meritis, & quidem variis
erga ipsum Imperat. Max. I & maio-
res, Philippique Regis (ut habent ver-
ba Diplomatis sub dato in urbe no-
strâ Schiedamensi 11 Februarii Anno
1490.) Vrbi & inclitæ Reipubl.
Amstelredamensi attributum est à
Maxmiliano Cæsare. Quum splen-
dor autem & potentia huius Reipubl.
præ cunctis antiquis Hansais in tan-
tas

D E D I C A T I O :

tas vites acceteverit, uti nunc patet
undique, non sine fatali omine, à
summo orbis Capite ipsi additam
Coronam hanc pro insigni (quasi Co-
rona civitatum omnium pridem esse
deberet) vir iste Clarissimus ritè cen-
set. Sed etiam alias laus sua debita,
& earum quamque suo loco manet
prædicatio. Non patitur angustia
huius pagellæ, ut id persequar omne,
quod optarem. Intentio tamen mea
& votum ex ipsa apparet inscriptio-
ne tituli, & dedicatione huius. Nul-
la est civitatum omnium inter Han-
sas, cui non solidam ex benedictio-
ne Ichovæ apprecepit ὁ λογοθέας pro-
speritatem & beatitudinem. Ipseli-
bellus iste quoque dictat, quār̄ vobis,
ο civitates & eorum Præsides
optimi, eum destinaverim. An à ve-
stro iure vobis peculiari unquam ex-
cludi queatis? Quicquid heic dictum
aut scriptum veritatis amori dabitis;
cuius etiam errata, inter beneficia,
numeranda erunt; quām ad excusa-
tionem & laudem satis sit, amasse.
Et quis tām dirus & durus, qui non
plurima ignoscat amori? Facietis
idem vos pro pia benignitate, quæ
etiam iustæ indignatione aut incle-
mentiæ leges suas æquitatis imponer-

D E D I C A T I O.

refolet. Quantum in me est, non potero hac turbulentissima tempestate, quid comprecari cuique vestrum re. Etius, quam si ex eadem S. Scriptura subnectam votum, à qua incepi: Vnde felicitas omnis in vos plenius redundabit, si ritè observetur. Sic ait Syrac. cap. 33. 3. Αὐτὸς δέποτε σωματὸς εἴη μεταβολὴν, καὶ ὁ ὄμοις αὐτῷ πατέρως. Homo intelligens credit legi, & Lex quoque ipsi fida erit. Ideoque: Αὔτους τε Μεγίστας, καὶ οἱ ἱγνόντες ἐκκλησίας ἀρωπίσασθε. Vers. 19. Audite Magnates, & duces congregationis (Hansæ) populi accipite auribus, Cap. 34. 15: Φορευόντες τὸ κύρος, Μακάρεις ἡ ψυχή. Timentis Dominum beata est anima. Ichoya sit maneatq; omnium tutor. Valete, Havete. Dat. Lugduni Batavor. &c.

A.D

AD CANDIDVM LE-
CTOREM, de nomine Han-
sa genuina explicatio.

Mundus omnino disciplina sua justa
catere nequit, quum pessinax ea
sit ubique perveritas mortalium,
ut alias aut nequitiosa protertia,
aut secutitate nimia in perniciem
irrueret sui ultimam.

Duae sunt proinde Amice Lector;
cōmuniones, que ex totius mor-
talitatis & multitudinis eius U-
niversitate, sibi corpora quadam in Poli-
tiā constituant; quorum alterum ex legi-
zima ordinatione naturae, cui iam in cor-
rupto hoc vitæ stari correctionem disci-
plinarem accipit, iuxta Dei nūrum exaf-
citur: alterum verò in amulazione ali-
qua, iuxta peculiaris intentio[n]is insti-
tūm, sib[us] chematis formam potius ac-
quirit, quam quod verum corpus repre-
sentare queat. Illud prius, veri regimini
dum modum simplicem sequitur, Reipie-
blice naturam ritè in politica hominum
conversatione induit: Atque proinde aut
Monarchiam sub dominatu unius, aut
Polyarchiam progenerat. Hæc iterum du-
plicem Reipublica faciem, modo ritè intro-
spicitur, ostendit. Si enim ex suffragio
granulata.

P R A E F A T I O.

'ēnnium sit , qui aliquam vitā degende
causa societatem contraxerunt publi-
cam ; Democratia dicitur , seu popularis
status, in quo cives universi , aut maxima
pars ceteris omnibus tum singulatim , tum
virilim coacervatis imperant : sive cen-
turiatim , tributim . sive curiatim iura ma-
iestatis cum auctoritate libera usurpant.
Bod.lib. 2. de Rep.c. 7. Talis fuit in
Republ. Romana , quum populus ius , &
potestatem vita necque haberet , que
viguit ab exactis regibus usque ad Caſa-
res , ut recte idem Bodin. contra com-
mun. sent. defendit hoc cap. 6. Meth.
Hist. Quod si verò Polyarchia non est
omnium. sed optimatum saltē , Aristot-
eratia dicitur , quum minori parti ci-
vium , paucisque inter eas , sive nobilibus ,
sive egentibus , sive bonis sive malis prin-
cipali potestas cōcedetur in reliquos fin-
gulos & universos in Repub. Bod.d.1.c.6.
Corpora autē hæc , sive Monarchicū sive
Polyarchicū sit aut Mixtum , cœl legi-
timè ex D. i vicariatu in terris suam pu-
blicam exercent potestatem ; ita etiam
merito iusto , in ordinatione dignatum ,
suo fruictur & utitur statu , qui nulli re-
merē concutiendus aut labefactandus ve-
nit. Namque omnis potestas à Deo se-
cundum ius essentiae eius his solummodo
atributa est ; nec ad alios sine permissione

P R A E F A T I O.

istius principaliis originis transferri posse aut debet. Proinde etiam potestas talis auctorativa aut est principalis superior; vel accessoria inferior. Principalis enim superior habet Imperium a semetipsa, neminemque superiorem nisi Deum agnoscit, proptereaque dicitur Imperatoria Regia uera potestas, & Majestas, summum vel merum imperium sibi constitutus. i. penult. ff. de Inst. & Iur. tit. ff. ad l. Iul. Mai. Bod. de Rep. lib. i. c. 6. &c seqq. Accessoria autem inferior est, qua ad unam ex principalibus superioribus statibus Regiminis legitimorum accedit ita tamen, ut, inde dependentiam suam tenens, ab eodem aliquo Imperium omnino habeat, ces quoque exinde Iusti inferioris banc iurisdictionem Imperium mixtum appellant. l. 3. ff. de iurisd. Cur. lib. obs. 2 i. c. 3^r. quum sit quasi depositum, aut, ad magisterium aliquod, concretum ijs, qui Magistratus nomen inde sibi obtinent. Bod. lib. i. c. 8. Geil. lib. i. obs. 17. Magistratus igitur est potestas publica cuius, qui imperio sive Reipubl. praesit in statu regiminis, iuxta formam prescriptam a superiori. Veluti etiam tales Magistratus alij fuerunt Urbani, alij provinciales & extra urbem. Urbanique iterum aut Ordinarij, aut Extraordinarij. Ordinarij enim singulis

P · R · A · E · F · A · T · I · O ·

· annis ad munus suum ordinarium ob-
eundam à populo apud Romanos solem-
niter comitiis centuriatis creabantur:
Extraordinarij verò è contra. Atque
utrique hi Magistratus erant Maiores
vel Minores : de quibus cognosci potest.
Ros. de antiqu. Rom.

Alterum vero corpus aut skeleton po-
tiss, quod ex Vniversitate mortalium col-
ligitur, potest dici illud , quod ex confœ-
deratione una aut pluribus diverso respe-
ctu conficitur aut consistit. Hoc autem
quum non ita solida & legitima rationis
forma coëat, uti prius iam dicta refert, sed
saltem ex pœnali, mutua benevolentia &
consensus ita componatur , ut ordinem
nullum superioritat is ad invicem admis-
tat cum potentia coactiva: proinde quo-
que nullum Reipubl. fundamentum per
naturæ sue essentiam , nec statum ullum
firmum dignitatis eiusmodi admittere
valet. Sed quoties sociorum suorum æ-
qualitatem & paritatem in hanc vel il-
lam potestatem politicam sive ordinem
transformat , vel solummodo in minutif-
simis etiam inclinat, statim à natura sue
genuine constitutione essentiali discedit ,
nec fœderatum corpus aut skeleton ciuius
amplius representat: veluti id plenus in
parte 4.c.17 explicavimus. Et enim im-
possibile prorsus est, ut corpus tale ex eius-
modi

P R A P E T A T I O.

mundi membris inter se se ita coaptari pos-
sit, sicuti Respubl. vera requirit talis.
Namque uti ordo superioritatis, & dis-
positio eius ad inferius omnino nequit
perferrre aut recipere paritatem; nec par
in parem imperium habet ullum, ita nec
fædus sociorum uspiam Republ. aut eis
formam notit citra corruptionem cœn-
tiae suæ. Ex quibus constat, in quam
crassam & planè inexcusabilem prolapsum
sunt multi magni Politici errorem, qui fec-
deri aieui Aristocratiæ aut Republicæ
cuiusdam formam adulatio[n]e modo ad-
scribere ausi sunt, ut etiam nuperim id
quidam compilator, in conatu tamen suæ
inscitie satu scèrò demonstravit, quam
verius politiarum absque fundamento
sit ignorans: licet in pluribus se perquam
gloriosum ostentare gestiat. Absurditas
certè est talis, ut propè eam exuperet,
quoniam in civitatis constitutione commis-
sanæ à politicis passim scriptoribus suprà
diximus, qui effecti huic locum ad sub-
iecti rationem in Republic. retrahere ex
ignorantia non sunt veriti. Veluti etiam
non absimile quid committunt, qui cœcè
omnem rerum abstrusarum cognitionem
in varas coniunct syllogisticiones,
sq[ue]ibus miserè nobilissimam etatis partem
frustrâ iuventutem consumere Dolentes,
& operosè sumptus inanes r[es] ipsi perdere,

P R A E P A T I O.

Subent, quium tamen eo ipso sarcinam luculentius demonstrant, quod cœcos cœcitatris humanae patronos se sicutem præstent. Et nonim queso, quidnam vanorum terminorum connexione tali efficiunt aliud, quam ut angustias cordis inscrupulas itates varias abripiant profundius. Miserrimum illud rationis lumen, quod nil nisi cœcas metiri norit & inneltere sibi tenebras. An inde luminis quid cœca rationi offuleat, quod ipsam luce caret sua? Quum alius acris cum quodam, qui sc̄e talium in Acad. Iu!. antesignanum feret, Corn. Mart. de dictamine hoc false velæ rationis scilicet esset concertatio; tandem post longa subterfigia egregiè pro cathedra, ex conscientia vi, coactus est confiteri; Quod homo à priori post lapsum nihil amplius posset cognoscere, sed inde omnis syllogisticatio summa esset argumentum maximæ imbecillitatis rationis humanæ. Sic suis involvatur notionibus primū & secundū, ut eas in lapsu Adami prorsus agnosceret à priori amissas, quium neque per illas differentia gradum ligni & lapidis in commixtione elementari posset apprehendier, nedium quod spiritualis Fidei conceptui in divinis quid diffaret. Quorsū non opinio pertinacior in erroribus suis scripit corda mortaliū? Nisi Verbum
Dñi

P R A E F A T I O.

Dei undique lucernam pedibus nostris,
ut ait David. Ps. 119., præfrat, facile
in quævis devia præcipites ruimus : At
hinc quæ propiora in omnibus, ea quoque
veriora cum eodem in æternum manent.
Alias enim hæc genuina errorum effica-
cia est, ut credatur mendacio, 2 Thess.
2. 11. Proinde ait Syr. cap. 33. 2. A' iñp
στόδις ἐ μιτήσθι υόμιν. ὅδε οὐτε γέρο-
μηνος εἰ ἀπώλεια, ὁς εἰ καταγίδη πλοῖον.
Vir sapiens nequaquam odit Legem : In
hac autem simulatione utens, est tanquam
in procella navis, Namque quod im-
purum est, quomodo puritatem ede-
re valet ? Et quomodo falsum, possit
esse verum? Ibid. cap. 34. 4. Imò Ver-
bum Dei sufficiens est, si quis recta
docere velit. Ib. 8. Est sic, inter ce-
tara humanae conditionis mala, etiam hoc
ledibrium non ultimum, sed prorsus pri-
marium, ut ex nominibus, aut verborura
Inocinj sibi sapientiam plurimi fingant,
quum tamen res ipsas nedum tangere di-
dicerint. Alij quoque ex inuidia multa
disficiunt requiter. Quod ne pluribus
proseguamus exemplū, utemur eo, quod
nostrī est instituti. Hanc nomen, quis est,
qui non ex tot seculū cognitum habeat?
Quis interrogatus, dicat, se minus id in-
audivisse? Sunt tamen, qui ausint ne-
gare, quasi quidpiam magni sub ea la-

P R A E F A T I O.

zeat. Cen nuper quoque fuit, qui admodum incomptè putavit, quod vix lectio-
ne dignum quid de ijs possit preferri; &
tamen Corrasorem historiarum se profi-
zeti voluit. Sic alter incognitus calame
tradere scripturientium more vanorum,
deque ijs minus serere non veritus fuit.
Quis non ineptius rideat inanes? Fæde-
ris exim Hansæi & nomen & origo su-
arum est, atque cotidianis tamen
commerciorum utilitatibus egregiusque
vetus gestarum actionibus refertissi-
mum, ut plurimus exuperarit regnum
historias si omnia extarent. Qui namque
reges, & terrarum Domini fuerunt ad
septentrionem, qui nam ad occasum aut
meridiem, ortumve Europæum, qui non
Hansæorum, huius vel illius Re:publ. ope,
auxilio, usu commerciorum navium, ne-
gotiationum, aſſtentia commodeoque in
adſiduum mercimentis, uſi ſucrint? Quia
non fulcimenta ipsum S Imperium inde
ſentis? Quia non in ipsis uiceribus ſuia
Germania nutrimenta experta eſt? Quia
non infinitas utilitates belli & pacis tem-
porum eisdem percepit? Normannorum
enīquam tanta fuisset audacia in ex-
ursionibus varijs, præſertim posterioribus
ſcalis, niſi ab Hansæi ſuas adſumpſiſſent
vires in commentu negotiationum. Neſ
ſeſſis Normanni exirruptionibus in Al-
ſim,

P R A E F A T I O :

tim, Visurgim & Rhenum flumina expulsi
 deterritique fuissent, nisi Hansæ vires &
 vigilantiam suam adhibuissent sedulo.
 Nonne etiam alij hostes virtute eorum
 repressi sunt? An non ille, cui Hansæ ci-
 tates adsistentiam suam præstiteret, sa-
 piens cause sæcæ extitit vider? Quis igitur
 ausit illus communis patriæ denegare cu-
 stodiæ? Nonne & ipsæ Anglia illo-
 rundim, ope & auxilio se salvam in tot-
 terum conflicationibus conservavit? Quid
 non testantur eorum alia, res gestæ, &
 privilegia? Non certè frustrè a circum-
 iacentibus Regibus concessæ sunt cum
 tantu libertatu immunitatibus. Imò &
 ipsæ Provinciarum Belgicarum Unio,
 cui sui imitamini & amulationis debet
 vestigia? Quinam fuerunt qui modum
 cum ab Hansib[us] transtulerent? Nec no-
 rum tamen est nomen Hansæ include,
 quum ex natione gentium suam trahat
 auctoritatem. Imò & fuit tale fædus
 apud Saxonias, antequam Hansæ conve-
 nientiori ornaretur vocalulo à Vandali-
 ci populis. Habant enim olim ante se-
 cula plurima Saxonice civitates & Vr-
 bes suum caput in commerciis, à quo de-
 pendebant, quum non autem Lubecca esset
 condita. De Bardo vico, nobilissimo tunc
 totius Germaniae cum VVinetâ Emporio
 universalis non omnia constant publicè,

P R A E F A T I O.

que in archivis aliquot antiquiorum kribium latent. . Multa inveni & vidi in Magdeburgensium phylacio chirographico. Lubecca ipsa, Hamburgum & Lunenburgum exitio Bardovicensi suam fortunam partim originariam partim splendentiorem omnino debent. Postea vero, quum Saxones, in urbes Vandalicas, suas transstulissent quoque Colonias cum commercijs, combinatio ea prioris fæderationem cum nomine commutavit, & sic vocabulum Hansæ in illustriorem abiit usum apud omnes vicinos & exterros. Etenim Hansæ duplex erat ex Vandalico intellectus, ut & Onus & congregacionem denotaret, velut adhuc apud Dravanos illos eius rudera loquela apparent. Namque lingua Vandalica ueni priscam semper retinuit radicem, quum in 13 generales discesserit pridem disruptiones, quarum tamen medium Bohemica tenuit, praeter alias particulariores, ut iam per tres orbis terrarum partes penitus diffusus habeatur eius usus, nec ita vilis aut levius sit, ut vulgi inexpertum fert iudicium. Idem mihi nuper vir magne auctoritatis, & 12 linguarum peritissimum de Hansa nostra affirmavit, quod acceptio eius talu appareret adhuc in diversis dialectis. Maneat tamen Hanseatis, ea in potiori receptione, quam Onus determini.

P R A E F A T I O.

germinatur, uti prima talu id non solum
expressit fæderis notula; sed etiam extra-
neorum itidem hoc comprobavit locutio,
que adeò vulgaris & popularis fuit, ut
quoque historici eius mentionem faciant;
Veluti idem apud Meierum in historia
Flandriae videre est. Locum illustrem
Litteratorum decus insigne D. Pet. Scri-
verius mathi communicavit, cuius verba
non immerito hic referam: Diligentissi-
mus (ait) rerum Flandricarum scriptor
Jacobus Meyerus Annalium lib. 5. ad
Annunt 1160 ponit: Conditum ab Théo-
dorico Principe (Flandriae Comite 18.)
oppidum novum in pago D. VVillibrodi,
Novus Portus primò vocatus;
deinceps GRAVELINGA, ubi arx
nunc ab Carolo Augusto insigni educta.
Idem ad Annunt 1168. Eodem anno
nova Privilegia, leges, & instituta tra-
dita sunt à Philippo Comite NEOPOR-
TUVENSIBVS, quos in Latinis inde
confectis tabulis appellat Oppidanos suos
de Novo OPPIDO &c. Nieuwe Poort
enim significat, Novum oppidum, & op-
pidani vocantur Poorters. Hic Theodo-
ricus de Elsatia Flandriae Comes obiit a-
pud Grevelingos Anno Domini 1168.
Patri successit Philippus Elsatius, Co-
mes 19., magnus & gloriósus Princeps.
De quo idem Meyerus lib. 6: Ipse hoc

P R A E F A T I O :

anno (168.) ZANDES-HOVIENSIS,
hoc est, NEOPORTVENSES ab omni te-
lonio ac H A N S . (quam vocant. N.B.)
fecit liberos unde alibi edidimus talulas.
Ecce, (inquit Scrit. porrò) in veteribus
opidi Priviliegij Hansæ mentio sit ita,
ut usurputa eo planè, videatur pro onere
& exactione tunc, quum primum cœpit
Fœdus Hanseaticum si e Hansaticum.
Locus certe egregius, & qui unicè pro-
bandos sit, Hansam sive Hanseam Onus,
sive quoddam exactionum genus notare.
Alij proferunt etiam ex veteri Codice
Novi Testamenti, ubi pro eo, quod Lat-
inè dicitur, Concilium fecerunt in eum,
Germanicè legitur fecerunt Hansam,
&c. Sic etiam hodiè consuetudinem in-
augurationis habent mercatores Han-
seatici, ut illum Hanselen dicantur, qui
nondum in aliqua civitate Hansæ fuerit.
Quam mirè autem Icti & Politici alias
in huius vocabuli explicatione se torse-
rint, id ex ipsi pater Imperij aliquot Re-
cessibus, ut infra hoc in cap. 22. de
Megapol. explicatum fuit, cum quibus
potius faciendum esset, si ad Germanium
sensum quid; prpter auctoritatem Im-
peratorū, & in honorum Imperialium
Constitutionum foret retrahendum. Sed
nec minus piurimos vocabulum Gothi-
cūm vnsi, quo proceres suos interseri-

P R A E F A T I O.

ideos referebant exgentes, ut Iornanæ
de rebus Gotthicis lib. 17. minuit. solli-
citus tenet, Gethi, ait Iornand. proceres
snoꝝ, Romani deviliuꝝ, Fuscoque Duce
extinctio, quasi qui fortunam vincebant,
non puroshomines, sed Semideos, idest,
Hansos vocavere. Vnde etiam Hansones
vel Hansones viri præcellentis fortuna
& magnates inde dici soliti sunt. Sed
quar civitates Hansæ hoc superbo no-
mine notari nolint, dictum est alibi. Sic
etiam de Anſariis Romæ, in Cæsorum
Vixidario tabulâ marmoreâ. è via Salza-
ria illuc adducta Epigraphe l.æc legitur,
quam Dn. Petrus Scriverius vir anti-
quitatis studiosissimus & litteratus, ~~litteratus~~,
ita mihi communicando delincauit:

IMP. CAESAR. M. AVRELIUS.

 TONINVS. AVG.

GBRMANICVS. SARMAT. ET

IMP. CAESAR. L. AVRELIUS.

COMMODVS. AVG.

GERMANICVS. SARMATIC.

MOS. LIMIDES. CONSTITYI.

Iusserunt. PROPTER.

CONTROVERSIAS. QVAE. IN-
TER. MERCATORES. ET.

† MAN-

P R A E F A T I O.

MUNICIPES. FORTAB. ERANT,

VTI. FINEM.

DEMONSTRARENT. VECTIGA.

LI. FORICVLARI. †

ET. ANSARLI. † PROMERCIA.

LIVM. SECUNDVM.

VETEREM. LEGEM. SBMEL. DVN-
TAXAT. EXIGVND - - - - - †

Quum vetustate inscriptio hæc non-
nihil attrita appareat, non iniquè con-
iecturis indiget, in nonnullis, quæ substitui
videntur. Al. MUNICIPES. tamen Man-
cipes. viarum, ut notat Scrivarius noster,
in alia quoque inscriptione vocantur. Si
et Al. FIVENCVLARIS. habetur. Sed
dubium est vocabul'm, nec certò constat,
quid per Foricularium vell. Intelligi
velit; An potius Foriculari's cum Ansarijs
certamen fuerit? alias Ansarium
vectr al nimis onerosum foret; an potius
Ansarij promercalium sc. rerum &
præoccupatores fuerint? uti Colum. lib.
11. c. 1. loquitur his verbis: Pecuniam
domini neque in pecore, neque in alijs re-
bus promercalibus occupet. Videlicet in
re empta premium ita occupatur & ha-
ret, quomodo in alium usum transferri
queat; quum fœnori ita locari, aut
metu

P R A E F A T I O.

merci impendi pecunia debeat , ne otio
languescat &c. Sed etiam plures cogni-
tiones hoc vocabulum apud priscos inven-
tit a deo , ut etiam quasi proprium nomen
multus fuerit attributum , sicuti idem ex
alia inscriptione ibidem R. videre est ,
in musao Carpentis Cardinalis , hoc mo-
do :

ANSIO. CAES. ERASTVS. VEDI.

MINISTRAT. CAESAR. MINIST.

LICCEIA. L.O. L.D.

Ita ANSIVS quidam , ait rellè Scriv.
d.n. , Caesaris ministrator fuit , In alijs.
quoque inscriptionibus est ; Ansicius , ut
L. Ansicius Iustinus : item L. Ansicius
Quintianus . Utrum quim hæc plus
ribus examinanda nolis veniant in §.
parte , ubi de Emporij Universalsib[us] &
eorum iuribus , privilegijsqne agendum
historice nobiserit , tunc ulterius id dedu-
cemus . Interim , bone Lettor , hæc tibi pro-
nominis Hans ratione quasi novisse suffi-
ciant . At quæ facies in reliquis huius sit
libelli , ipse cognosces facile , quim non
pauca ex ipsa experientia preduxerim ,
ita tamen , ut exscrinij & Archivis
quædam non inutilia mihi fuerint suppe-
ditata : Velut etiam summi viri minimè
habitarunt , non imprebandum hunc la-
borem

P R A E F A T I O.

borem nostrum patriæ Illustrandæ nava-
tum esse. Ob rectoribus vero qui satis
facere queat, ceu nemo mortalium adhuc
inventus est, ita nec ego in eo multum
laborabo; sed possum optimo genere vindic-
are, contempius, altitudineque animi pū,
et proposici recti conscientia libere ca-
lumnias & nugas iniuriosas quasvis re-
tundam. Favreas itaque, pie Lector,
enibi, & salves mancas diu, & gratius be-
accipias, bona menti addictus semper.
Val. Lugd. Batav., d.

IN HANSEATICA

HANSI ANGELI
WERDENHAGII,

Nisi Clarissimi, Doctissimi, & in eâ
materiâ versatissimi.

Fœderis Hansæ libertas, saucia
dudum,

Iam propè perpetuae filia noctis eret.

Non mercatores prisca commercia famæ,

Non urbes necant pristina iura fori.

Non maris imperium, terrâ fluviisque
vagatum,

Excederantq: Albo nomina tanta suo.

Nec, nisi cum uitio, poterant numerare
Senatum;

Ipsum etiam nomen delituisse scrunt.

Non tulit Helmstadii doctor dimissus
Athenis,

Et Magdeburgæ Syndicus ille plage.

ANGELVS excussis reddit commercia
chartis,

Narrat & historicâ pristina iura fide.

Eruit HANSAEAS prisca annalibus VRRBS,

Ingentique animo suscipit illud oxys;

Predens VANDALICÆ monimenta si-
deliter HANSAE.

Accipe praconem, nobilis Hanse,
tuum,

*Alle triumphantis perrūpit nubila noctis;
Nauigera que suo lumine clarat aqua;
Sic tractare HANSAM, res HANSI no-
mine digna.*

(Conveniunt rebus nomina sapè suis.)
*Et quia Semi-deos proceres Geta nunch-
pat Hansos;
Angelus hic H A N S I nomine dignus
erit.*

P. SCRIVERIUS.

Lugd. Bat. 111. Id. Decemb. 1630.

In Eadem ad Eundem.

Per varia ivisti Tu pridem muni-
vitæ,

Explorata velut cuncta tenes animo.
Ergo quis melius Te noscat singuli-
cursus?

Publica quid' Res sit, nemo tene-
potius.

Et tamen haut magno tibi sumis no-
mine mentem,

Gloria ceu plures tollit inops ani-
mos.

Qutinam multi possent hæc cerner
tecum,

Sanctior eveheret quemlibet his:
Pietas!

Ah perceant, belli quos sic juvat us-
que libido,

• Hos vitę in pœnas dū rapit ita Dei.
Non decet hoc Christos ; sed fœdus
.. pangeret ale
Dissipat artifices, nec creat inde fi-
dem.
An pius is possit dici, qui vivere Chri-
sti
Verbo non satagit, sed trahit orbis
amor ?
Talibus hæc præsens imbuta est mo-
ribus ætas;
Instruit & sobolem talibus usque
parens,
Divitias ut hiens fulvo sibi congerat
autem,
Et teneat culti iugera multa soli;
Magnificas ut in exhaustis sibi sum-
ptibus ædes
Extruat ; hincque aliis nobilis esse
queat.
Haud cordi est pietas cuiquam, synce-
raque virtus;
Sed carni servus quilibet esse cu-
pit;
Vnde honor atque fides, morumque
politior ordo
Desit, ac vitiis dedita vita manet.
At Tibi debentur maiora encomia,
quando.
Nos Christi in vitam vertere cun-
cta iubes:

Ceu simul historiæ tractas monu-
menta, docesque,
Mundus ut in vanum quælibet ar-
ripiat.

Huc certè ingenuos animos industri-
signat;

Hoc sanè est solidæ cognitioni
iter.

Nil, nisi in Eusebiâ, dum concipi;
actaque cuncta

Ad pietatem hominum quand
ad eò retrahis.

Fœdera sic nobis commonistras vera,
docesque

Fœdere cum cœlo nec tere Christi-
colas.

Cœlica quod sapias, dedit hoc tibi
cœlicavirtus:

Hinc etiam referes sancta prophæ-
Tibi.

Alma Trias, precor, ut tantos Tid
prosperet ausus;

Omine qui cedant auspicioque bo-
no.

GERLACHIVS LVTHEVS
Fris. Or.

IN RESPUBLICAS ANSEATICAS,

Amplissimi & consultissimi
Viri,
Dn.

JOHANNIS ANGELI
WERDENHAGII,
Iurisconsulti celeberrimi, & Po-
litici Clarissimi.

EPIGRAMMA.

Ceu fuit in validos bellatrix machine
muros,
Sulphureo, & rapidos, egerit, igne, glo-
bos:
Mashina livoris, sic contra ANSATICA
sepe
Fædera, desavit, virus ubique uomens.
Ferrier bis, IANVS. furij, WERDHA-
G: v: o: stat:
Obstat mensirando, dexteritate sua,
Quid celebrata diu Republica iuris &
lqui
I opideat, quicquid vendicet, hacque
prolat
Casaru assensu Catoli firmata potestu,
Ordine qui quartus, quando creatus
erat:

* * *

Con-

Conventum facies , quid consuetudo re-
quirat;

Observata fori, cunctaque lecta diu
In certam methodum redigit , cuiusq[ue]
venustat,

Invidiam calamo, crimina iure domat.
Ut doces egregia , contextus hic, arte, li-
bellus,

Ingenij specimen, iudiciique decus.
Clarior ast operu laus est, quo clarior ille,

Sub cuius celebri nomine prela subit:
Sic clara testis, Brunonia Iulia fama,

Quae genii prodit, tot monumenta tui:
Eximii testes, per Teutona regna Dinasti:

Hallen sis testis, Rexque potens Danie:
Testes imperii, conventus, nobilis alto
Eloquio adiuti, consilioque tuo.

Perge ergo antistes Themidos , iuri que
perite,

Ingenii fructu, edere velle, bonos:
Sic merita Angelii, quivis colet angulum
orbis,

Nomen in Eois, Herperiisque locis.
Quod superest , toto subnixè corde , pri-
epto,

Cōplexus quondā, qua probitate pati
Collegam certum, intra Hansatica mun-
ra pridem,

Digneris tali me pietate, fide,

Conscriptum à

MARTINO TANCKEN, Megapol.

Amplif.

Amplissimo & Consultissimo Viro

D N. I O H A N N I ANGELIO
VVERDENHAGEN, ICto,

*sum de Rebpubl. Hansaticis tra-
statum edent.*

WERNHAGI, crenâ cuius scribentes,
Quiritum
Decrescit perpes Graiugenquamque
labor,
Intactis, Cives, dum prodis Foederis,
pannis;
Hansatici teneant quo sua pacta
modo:
Hansaticum vox es, pleno cantaris
honore,
Et te cantatum gloria casta notat:
Nec modo Te Cives dicunt, sed, pe-
ctora quorum
Ingenium tenet hisc, iudicium
inde sagax,
Incumbis Faux, quæ, menos augurie
vano,
Te vellet ad gentes, Te super asta
vellet.
bonoris ergo
I.

GERHARDVS MEIER, Lubeccens.

* * * ; Mira,

Mirabile Auctoris fatum.

Nilla dies sincera mihi profluxit
abortis
Solis ad occasum, nec fuit horis
bona:
Quin homines etiam tot persida
damna, furores,
Et vita reclusas supposuere suass:
Quodque bonum volui, mihi mandas
semper in alias
Corruerit sordes, nequitiamque
sum.

Nihilominus

I E H O V A S A L V S M E A.

Ad

Votum hoc ceditium permanet,

Hoc principium meum,
Idem finis ades mihi;
Facto, ero, in catenam peto,
Sancto in Culnere sanguinis
Abstergens mibi crimina.
Fao, ut cum Patre Spiritus
Adsit perpetuo mihi,
Meducat, regat, incolat;

Nic

Nec deūt tu aḡatia
Cordi, cœlica nec Fides,
Ceu promissio fert tua;
Sed lucem mihi præferens,
Tui duc tramite me tuo,
Verbi dico viam Tui;
Ac da, tebus in omnibus
Abs Te semper ut ordiar,
Fidus progrediar Tibi,
In Te denique desigam,
Ac vivam & moriar Tibi,
Atbor ne steriliſ ſiem:
Mundus n̄ il aliàs mihi
Lucro proderit in ſuo,
Et vitâ minus in ſua,
Ipſe hoc ritè ſat ut mones.

Ni Tu der, miſeri nimis
Nobis proficiimus nihil;
Quin & n̄ il ſimul hinc ſumus;
Quām nos ſimus id unicē
In Te, quod dederis bonas.

Ergo principium meum
Es Tu, finis & hic manes
Vix perpetuò mihi;
Id Tu perficias modo,
Quod crux, mors, meritum, crux;
Et promissio fert tua.
Audis hoc, Deus? Audias
Iheva hoc cotidiè, precor.

Sirac. cap. 33. v. 3.

Αὐθεντος συνεπεις ἐμπιστύσει
θέματι καὶ ὀνόμασι ἀντῷ πιστὰς, αἱ
σημεῖα δὲ τῆλοι·

Homo intelligens certa fide Verbum Dei amplectitur: Et lex ipsi certa est, tanquam sermo clarus.

TRACTA-

TRACTATUS
SPECIALIS,
De
CIVITATVM

HANSEATICARVM

Antiquo celeberrimoque
Fœdere, eius origine &
fundamentali Constitu-
tione vera:

PARS PRIOR, alias respectu
antecedentium TERTIA.

PRO OOE M I V M.

Rationem connexionis indicans.

Qui tam diu, quasi dedita
opera, in hoc desudarunt
unicè, ut tandem dulcissima
nostra Germania in hanc,
quam ante oculos nunc (proh dolor!)
videmus, confusionem, quæ proxi-
mo

mō gradu ab ultima eius fermē rui-
na absēsse apparet, protruderetur; iis
etiam inter alia commoda patriæ
communis antiquum illud, & maxi-
mē inclutum Fœdus Hanseaticarum
civitatum extremo fuit odio, quod
miris huusq; oppugnarunt modis.
Quum enim ex eo, nescio quam, ob-
ductam ante conspectum suum emu-
lationem sibi putarent mavevoli,
perpetuo studio hoc egerunt, ut non
tantum illi invidiam apud plurimos
concitarent; sed etiam suspiciones va-
riæ superioribus contra idem & eius
membra instillarent. Atque ut co-
tius ad scopum suum præfixum col-
limare possent, fervētoresq; inde per-
secutiones posteriorū in hoc convo-
care illis non adeò esset difficile, (ceu
ingeniosam semper se exhibet arguta
procacitas) miris usi sunt attisici:
Alii in dubium vocantur eius origi-
nem, & ex meris factionibus illud
ortum dixerunt: alii eius constitu-
tionem subdolam putarunt: alii eius
libertatem & iura iniqua clamarunt
atque intolerabilia: alia civitatum
aliquot flagellarunt statum, ut inde
conclusiones contra illud firmitores
ex earum ineptitudine consuerent:
alii alias confinxere rationes illicitæ
inten-

intentionis, atque eas calumniis interdum satis acutis consperserunt. Nec pauci fuerunt, qui omnino libertatem cunctam membris eius abscederent. Qui in opinionibus suis & affectibus ita præpediti hærent, nunquam sanè verū de re quacunq; iudiciū concipere & depromere noscunt. Ideoq; hunc quum ita in illis mordacē deprehenderem errorē, coactus sum ex amici alicuius meis scriptis & suggestione antecedentes duas partes fundamēti generalis loco præmittere, ut sanioribus oculis non tantum hunc præsentis negotii tractatū introspicere & secum exactus examinare, sed etiam alia penitus, quæ ad politica fundamenta in reliquis cunctis pertinent, intueri diccerent. Et enim qui in primo principiorum vestibulo aberrat, ille pedentim in quævis absurdā proclivi abripitur italapsu, ut non facile inde emergete valeat. Velut quoque illi omnes, qui tot præiudiciis variis civitates Hanseaticas & eam nobilissimum sœdus hucusque suppressoreconati sunt, ex ipsa didicere experientia, qualem exitum inuiles nasciscantur plarumque lites & rixæ. Annon vetustissimum est pro-

verbium, quod concordia res parvæ
crescant, & discordia etiam maximæ
dilabantur? Nonnè etiam pueris &
impuberi ætati sedulo id inculcate
solemus? Quei fit tamen, quod se-
niores ad eam prudentiam & pieta-
tem non perveniant, aut incapaces
eius semetipos reddant, quæ pueris
promptior affectus? An ita proflus no-
bis ipsis excidimus, ut, præ affectuum
nimia vehementia, nostræ non am-
plius simus mentis compotes? Meri-
tò igitur de nobis pœnas & supplicia
tot atrocissima Deus sumit, quum
stulti tam crassam virtutis & pieratis
omnis occæcationem & ignorantiam
nostræ officii tanto affectemus
studio.

Sed at tandem isti osores fæderis
huius optimi cernant, quid boni sub-
eo lateat, & quod magis tot: Imperio
Romano-Germanico honori emo-
lumentoque sic summe necessario,
quam quod eidem incommodi quid
creet, in sequenti libello id plenius
explicabimus. Non certè quid indul-
gebo affectibus, à quibus alienissi-
mus essecupio, quum eorum import-
tunitatem in cunctis hodiè satis ac-
curatè perspicerim, & didicerim ex
mortali in actionibus. Vidi & ex-
pertus,

pertus sum quanta eorum sit sævitia
& stoliditas furiosa, qui se nimium
fervidi, omni melioris rationis gyro
excludunt. Veritatis palma solum-
modo porrigenda est verè candidis :
unde nec adulatorem heic agam. Nec
sanè caussam ullam habeo civitati-
bus aliblandiendi Etenim quām cru-
deli persecutio me petierint aliqui
istorum hominum id publicè con-
stat, & in ore fuit quamplurimo-
rum, etiam eorum, quibus mea non
ad eo integrè constituerunt merita.
Quamvis itaque ansam satis palpa-
bilem haberem & caussæ sufficietes
ad essent, quur parti adversæ eorum
& osoribus magis me ad sociarem,
quānū tam ingrauissimi imo & cru-
deles in me, qui per tot annos non
ultima pars & membrum fui ipsorum
consiliorum, extirpant; tamen
absit, quod potius affectibus man-
cipium meis me dolorique, quem
iustissimum prætendere possem, quām
veritati debitum fissere clientem ve-
lin. Non criminibus criminatio-
nes regerenda, sunt : sed Christatum
meum rectius ostendere conabor
in omnibus. Vindicta est Iehovæ, &
homini verè Christiano nihil nisi
dilectio proximi competit ; nec id

curabo, quod tam turpiter aut misere-
rè me expoliari int aliqui, mortisque
generi crudelissimo innocentissimum
destinare, & peculantius sub specie
amicitiae dedere non veriti fuerint.
Tum quoque ex publico bono om-
nia veniunt censenda; & facile errat,
qui non ex verbo Iehovæ, iuxta eius-
dem præscripta, & salutis publicæ ra-
tione in aut ædificationem iudicium
sibi de re quavis format. Dicā quod
res est placidè, nec me movebit in-
gratitudo, quæ cuīque ingrato sua
suo loco reponit supplicia. Neminem
enim bonum decet propterea in ma-
litiam concedere, quod ipsi vicinus
sit malus. Proveco ad eorum, qui
mihi assisterent in publico consiliorum
confessu sciebant, conscientiam; ni-
hil nisi æqua & pia unquam quesisi-
vi, absque ullo inci coninodi respe-
ctu. Attamen quis calumniantibus
calumnias regerat, nisi bonas cōma-
culare aut perdere potius velit horas
temporum? Gaudeo in eo, quod plus
boni præstiterim, quam insidiatores
potuerint mihi retribuere mali. Nisi
Iehova fuisset, ait David, tutamen
forte, in miseriis concidissem pro-
culdubio illis victimam, aut præda. Sic
titulus Christianitatis valde multas

concegit ferocitates quidem; at vix illis, qui se tanta malignitate in Angelum lucis transformare student, ut sub Christi specie suminè acutis proximè eludant dolis ac periculis. Quisque in alius suum sibi satis commodo tempore confarcinando præmium deprendet. Quod bonum & utile quis deprehendit in eum, quia i. iudicium suas apud bonos non inveniat laudes & encomia? Nec rei usus propter abusum malorum convellendus aut condemnandus, rejiciendus vè est. Si qui sunt, qui adhuc Fædus hoc nobilissimum & antiquissimum variis argutiis explodere non desinant, non tam cius scitam compactiōem certè, quam eius abusum taxare poterunt. Et quis est sapientum, qui non defectum potius & morbidam vim, quam rectitudinis intentionem ullam improbet? Res ipsa ex sequenti id descriptione attestabitur, quæ fœderis talis multivaricōmoda sint, si modo quis absq; invidia hoc censere ritè, & a liberatis cius staterā, distinctionem civitatum tam ratione privilegiorum, quam originum pensitare justè noscat. Etenim non ita magna est diversitas inter civitates Vandalicas & Sa-

S R E R V M P . H A N S .

xonicas juxta juris Germanici constitutionem & cōsuetudinem, at magna inter reliquas passim, quæ tales exemptiones nullatenus agnoscunt, ut in antecedentis tractatus part. i, cap. 4. & 5. & part. 2, cap. 6. & 7. Iuculenter satis demonstratum est; quod etiam in sequentibus ipsius fæderis Hanseatici conditionibus res tota clarius explicatum dabit. Saxones autem quum semper in tuenda libertate fuerint ferventiores & præstantiores, eamque tot periculis evicerint, de iis primo loco agendum est omni iure, ut civitatum earum liberior status magis inde patescat.

C A P Y T P R I M V M .

*De origine civitatum Saxoniarum, cum
genibus earum ubi simu/ non leves
aliquot historicorum dete-
guntur errores.*

AB eo tempore, quo Tuisco sive Tuistho aut Tuizo Gomeri filius; à quo Germani dicti sunt Noachi nepotes, ab avo missus est cum 20. Ducibus in Europam anno 131, post diluvium, iuxta Chronologorum affirmationem, atque regnum Germanorum

norum Sautomatarumque condere
 cœpit, variæ quidem gentes & popu-
 li, ab auctoribus suis variis nominis
 bus insigniti, mutuis incursionibus
 commigrationibusque variis, & mi-
 ris in Germania, & maximè in eo
 tractu ad mare Orientale sive Balthi-
 cum, quem nunc ex aliquot seculis
 fortissimi Saxones feliciter possident,
 se defatigarunt. Veluti etiam Gam-
 brivii Cimbroi sive Cimmerii, Suevi
 & Vandali prius semper usque ad
 Alemannorum Hunnorum Boiorum
 que ætatem præcipui floruerunt; Ha-
 tres vero posteriores nationes nec mi-
 nus sibi primas miris & variis moti-
 bus per aliquot secula vendicarunt
 partes. Donec Franci cum propagine
 Sickingeri Celtis, Gallis & Illyricis
 suam quoque exererent, ante Romanam
 conditam, fortitudinis eminentiam.
 Sed Illyrici postea facile Romanis
 ceu viciniores in subiugationem
 concesserunt, quum tamen Romanis
 Boii, Suevi & his committi nomine
 adhuc alio simul notato, Saxones
 quorum parentes Cimmerios recte
 vocat Goropius Becan. in orig. Ant-
 werp. lib. 6. circa fin., Romanis for-
 tes & indesinentes. facerent impres-
 siones adeo, ut etiam Sucorum Dux

Brennus circa annum *Mundi* 3570, id est ante Nat. Christ. ann. 401, ad Hebdom. Daniel initium 9, Romanum occupatit. *Alsted.* in *Chronol.* c. 21. Saxones vero sive Chauci aut ut tunc fuerunt appellati à locis Campestribus Angriarii &c. Cimbris suis tanquam maioribus à principio quidem præliminates præstitere vires & opem adversus quasvis aliorum populorum incursiones: verum postea quoque admodum dissilire inceperunt, ut mutatio rerum & animorum momentanea propè id fert: veluti præsertim Germania adsiduis conflata & flagellata fuit litibus, bellis, & distractionibus. Etenim nulla terra Europæa tam miris & crebris frequentibusq; mutationibus expulsibusq; ac mutuis lanieris & confitionibus, propter oblitupescendam fertilitatem omnium fructuum & faciliorem cultum vivendi, æquè fuit obnoxia, quam Germania. Unde etiam non tam conditione urbium aut civitatum fuerunt solliciti eius incolæ, quam ut sibi in maritimis locis & remotioribus, maxime que uliginosis uolosivè tutam constituerent habitandi sedem; velut id expressè videre est in Cimbris &

Gam-

Gambriis, qui se receperūt ad Cherso-
nesum, & illam Cimbricam, quam
Iutiam hodiè dicimus, & insulas ad-
iacentes Fioniam, Falstriam, Sielan-
diam & Lalandiam, unde rectius
conservationi posteritatis suæ invi-
gilare & se ab iniunctis aliorum defen-
dere possent. Boii vero pulsi in supe-
rioribus temporibus ex Boiemia sua
H: cyniaque à Marcomannis Sueviæ
populis, vestigia priorum, rege Cico-
nio, sequuti sunt, & pedem ulterius
protulerunt. Atque quum iam inter
annem Paduæ Alpesque omnia oc-
cupassent, Pado trajecto, non Hetru-
scos modò; sed etiam Vimetros veteres
colonos agris pepulerunt, Anconam
usque omnia in potestate suam re-
digendo. Cis Appenninum tamen se
tenuerunt. Atque ut eo firmiores
haberent sedes, nec facilè inde repelli
possent, rectiorem modum se suosq;
conservandi, & statum suum mu-
niendi didicerunt, exemplo eor-
um, quos debellaverant. Condi-
derunt itaque cum Brenno Duce,
Sueorum simul Mediolanum, Ti-
cinum, Comum, Hochosnam, Teu-
tonicam, Scnam, Brixiam, Veronam,
Bergamum, Tridentum, Vincentiam,
Mutinam, Parmam, Bononiam, Lau-
dem

dem Pompeiam, & alia quædam op-
pida instaurarunt. Fuerunt autem
Boiorum tribus in Italia 112. Et
Bononiacaput fuit illius Reipubl. ibi
crevit, quæ ipsis Boiobonia dicta
est. Vnde Brennus perquam diutu-
num bellum cum Romanis gerere
nō destitit, quod adeo continuavunt
posteri, donec etiam Romanum occu-
parint, ut ante adictum est. Ac nisi
Camillus ingenti clade Senones ex-
pulisset, Romamque tanta fortitu-
dinis alacritate liberasset, tota subiu-
gata cessisset illis Italia. Etenim sic
tuta habebant receptacula in civita-
tibus illis, quas circa ea tempora, quo
Romæ Capitolium fuerat crevit,
Anno Mnn. 3360. ante Christum
natum *Anno. 611.* condiderant, ut
nun facilè possent superari. *Alsted. in
Chronol. c. 21. pag. 203:* Quæ pse pos-
siderunt eam partem Italæ ultra
400 annos, donec P. Cornelius Na-
sica Scipio illos vi extrema coegerit, ut
ex Italia usque ad Noricos & Tau-
riscos remigrarint, & inter Danubium
Drayumque sedes receperint. Quum-
vero Germania interim adeò mul-
titudine populorum cotidiè accro-
sceret, inde in varias partes terræ
excursiones & migrationes institutæ
fuc-

fuerunt, de quibus alii agunt passim Historici, quibus quoque in his suas linquimus relationes. Saxones vero, sive Gambriviorum filii, quum nec minus numerosa multitudine posterorum accrescerent, & frustra, absque nominis eorum crebra mentione facta, alius se submississent populis, tandem ex angulis suis Cymbricis & Albidos atque Visurgis alluvionibus continua terrarum proximatum occupatione, extendebunt potentiam suam, & possessiones tales suis firmioribus nonnihil viribus munire coepunt, ut eo feliores possent facere intentione sua progressus *vide Bunting. in princ. Chron. Brus.* Ideoque ante Christ. nat. Anno 320, secundo post obitum Alexandri Magni anno Hebdomadis Danielis 20, statim post Iubilatum mundi 73. & M. sis 23. Anno Urb. Rom. Cond. 432, quo tempore à Samnitibus apud Caedium simul vieti Romani fuerunt, Chauci sive Saxones, qui etiam aliis nominibus vocatis sunt, ut patet ex Transalbinorum, Normannorum, Northumidorum, Angriaviorum, Cicalbinorum &c. appellationibus, Stadum oppidum ad Albim primuni, quo se pridem ex Cimbria receperant,

rant, fortioris tutaminis ergo conditum, uti propterea antiquissima urbium Saxoniæ perhibetur, erexerunt, & muris obvallarunt. Namque quum haberent inimicos Danos, torque obruitiones & disiectiones gentium cotidiè cernerent, & hoc ex defectu munitionum fieri observassent, hanc curam fortiorem incrunt, quod à Boiiis ita in Italia & à Brennone vicino, velut etiam à Guinone, fratre Regis Sicambrorum, qui anno Mund. 3586, ante Christ. nat. 378, Vir. Cond. 374, Groningiani Vibem Frisiae considerat, factum esse addidicerant. Verum non eodem usi sunt semper studio, quum saltem montibus & locis eminentiæribus arces imponebant, at palustribus & uelosis aut campestri planicie i aliter se accommodarent. Velut etiam propere, Saßones dicti sunt, quod firmiter ibi federent & possessiencim obvallarent, quam semel acquisiverant, quod in nomine Holstorum, quasi sylvis insidentes, quoque sat clari m est. Inde ex his Saxones progressi simul fuerunt, atque ex talibus angulis ultius progredientes totum illum traetum, quicquid ab Holsatia Albis, Visurgis & ulterius propè Frisones usque

usque ad Hercyniam sylvam & Thuringiam intercluditur regionum conterminationibus, occuparunt, & id omne in eorum cessit ditionem. Tribus autem postea potissimum celebrati sunt, à diversæ regionis situ, non inibus, ut alii versus ortum circa Hercyniam sylvam & Albidos fluminis ripam habitantes Ost-Saxones, aut Ostvali, reliqui VVestphali & Angarii dicti fuerint. Novi quidem, quam mirè heic historici de appellatione & origine Saxonum se torqueant, uti etiam *Albert. Cranzius in prefatione Saxoniae sua* conficitur, quod pudor & confusio faciei illum occuperet, quoties ad antiquitates tales cruencias recurrat; idem etiam attestatur *Reiner. Reneccius Commentatione sua de origine Saxonum*, quod potius risu quam confutatione dignos censeat eos, qui Francis Troianorum, & Saxonibus Macedonicam prosapianu adscrant. Longè rectius sentit, & veritati proprius adstipulatur *Saxo Grammaticus vir Sialandicus*, qui Saxonicum nomen etiam supra mille annos ante Christum natum cognitum introductum esse affimat, ut mirari merito quis possit, quur nihilominus *Cranzius* tam opacoscè hanc rem

rem disputeret, num indigenæ, an vero advenæ sint Saxones. Unicam habet rationem, quod maiores illis nolit adscribere Cimbricos, quod Dani quasi perpetuos hostes in placibili odio semper insectati sint Saxones. Verum quam fragilis ea sit suspicio, id cuivis rem altius impenetranti facilè patet. Namque an non intra patrem & filium scepis talia exercentur odia, ut vix intermori ea possint, ceu quoque fratrum gratia rara esse solet, juxta poëtæ Ovid. effatum. Quis est hodiè, quem lateat, quam perpetuis inimicitiis mutuo se illæ binæ Succorum & Danorum nationes defatigent? Nonnè in veteratum ita habetur dissidium, ut propè in naturam conversum apud eas dicatur? Interim tamen historiæ, utriusque partis testantur satis aperte, quod prima Danorum regii regiminis forma, quæ huc usque viget à Suecico profluxerit. Ita enim historica narratio Erici Danicæ Regis, VVratiflai 7. Ducis Pomeraniæ fil. habet, quod tempore Davidis Regis Israëlitarum Dan ex natione Suecica filius Humblæ, à quo Cimbrī nomen Daniūm mutuati sunt, ipsorum Rex & auctor regni talis fuerit; qui vixerit Ann.

MHN.

Mundi 2898, ante Christum natum
anno 1050. juxta Bertii sententiam
 in German.sua. Sic & Frithonem 4,
 quem alii 26, alii 27. Regem Dano-
 sum faciunt, ac sub quo Christum
 Iesum natum hist. Erici iam dicta
 asseverat, non tantum Sueciam, Bri-
 tanniam, Hyberniam, Scotiam, Nor-
 vegiam, sed etiam Saxoniam, Fri-
 sianam, Vngariam & omnis Orientis
 usque ad Græciam subiugasse adeo
 gloriantur, ut etiam reges & incolæ
 omnes eidem servierint. Ex quo pa-
 ter, Saxonum nomine satis tunc am-
 plificatum fuisse in gente ea, nec non
 apud exterios vicinosque, velut et-
 iam inde eorum fama increbuerat,
 ut eum postea Ptolomæus, qui sub
 Antonino Imperatore floruit, *an. post*
Christ. *Nat.* 141. eorum mentionem
 in scriptis suis fecerit, licet & postea
 potuerit aliquo usque propter varijs
 casus intermori. An vero Ptolomæus
 Saxonas sic nominaverit priimus, uti
 putat *Renec. in diit lib. de Orig. Sax.*
 dubitari merito posset: Sed viceat cū
 aliis, quomodo ille salvare vclit ori-
 ginem Saxonum, hos dura ad Scy-
 thas & Sacas maximè rejicit, propter
 derivationem nominis à Sac's Asiati-
 cis desumptam. Egregie tales muti-

les denominations itc idet Crantzium
in dist. pref. Sax. lib. 1. pag. 4. ubi ita
ait: Omnes enim refugiunt in va-
stam illam Asie solitudinem, & Scy-
thia latitudinem, quoties ignotæ
gentis originem requirunt. Inde fal-
so producunt Gothos & Hunos, quum
sint notissimo omnium borealiū testi-
monio Goths ex Succiæ regno otti-
in quo etiam hodiè stirps gentis cum
nominis perscrutat: Huni quoque Be-
rosi attestacione patre nati Huno,
Tuisconis filio, inter Europæos c. t. a
Tanaim, etiam cum Germanis annu-
merantur: quomodo Suævi (vetu-
stissima Germania gens) & Marsi,
quorum reliquæ sedent ad exitum
Albis fluminis Thietmarsi, cum vici-
nis, qui Mursorum referunt vocabu-
lum. Sed hæc quum sit pars Saxonie,
ad Saxoniam tam nonen, quod iam
dudum tequirimus, nihil pertinent.
Hoc enim ergo in sententia Taciti,
Cattos ipsos vocati Saxonnes; quando
& regionis termini, & gentis mores
consentiant eius testimonio. &c.
Optime quidem agit hic Crantzius,
quod Savones indigenas faciat Ger-
mania, & concedere nolit omnino,
quod sint alvenæ & extranei; sed ta-
men nihil magis ipsi imponit, quam
zomi-

nominis derivatio, quam, quum non posset accuratè invenire, refert eos ad Cattos sive Hassos. Quamvis vero maiorem in ea opinione increatur fidem, quam ille Renecius, tamen sic potior foret sententia Buntingi; qui in *Chron. Brunsv.* pag. 4, non quidem magnopere contrarius vult videri Crantzio; sed tantum medium quasi invenit viam nominis causa, & Saxonibus natalitas Chaucorum non immetitò attribuit. Contingit hoc saepius, ait, apud Romanos, quando exterarum nationum nomina in suam transferunt linguam, quod cum litteram unam pro altera euphoniae gratia ponant: velut C pro S. & similiter aut quod etiam litteram planè transmutent, transponant. & alii loco per metathesin assignent: sic, inquit, confit hæc inter se duò nomina Chauci, Sachsen; invenies facile, quod Chauci hac ratione schones fuerint &c. Non incomptè quidem hæc profecto dicta sunt, quum tantum laborem speculationis sibi Crantzius ex origine nominis Saxonici confecerit. Sed idem illud quoq; Buntingus in rei veritate attingit, quod superius ex Iohan. Goropio Beccano attulimus, qui Saxonum maio-

res omnino in Gambrio Marso exprimit, quod etiam ipsum linguæ idioma ostendit, Saxones non ex alijs procreatos esse parentibus, quam quos Teutonica natio admittit. Et quid prohiberet, quin Hassorum potius nomen à Sassis olim, qui nunc euphoniaz gratia & propter constantiam animi fortes aut cordati Saxonnes dicuntur, per substitutionem litteræ H pro S esset denominatum, si ita in nominum derivatione semper foret iudendum tempus? quum vulgus quoque hodiè nostræ gentis in aliquot locis se Sassones vocet, & sic appellari admet, quod etiam Renec. in dict. lib. affirmit. Sed quum libellus ille non sit in manu omnium, iuvat ipsum plenius loquentem introducere: pag. 7. & s. Sic se eius habent verba: Nobis quidem, ait, adducere exempla ista placuit, quod hodiè Dani Saxonibus proximi, Danis Sueci. Ergo Sacæ à Græcis sic nuncupati: Vnde Saca peregrinus Poëta, de quo Suidas: Contra Romani initio Saxas dicere maluerunt. Arguit hoc Decidiorum & Vocaniorum cognomentum, quum id ita invaluisset, ut de Getis, & Gallis, Boiis, Cimbris, & ipsis nostrisibus Nationib[us]

nibus, familiarium aliarum cognomenta invaluere. Primus omnium Ptolomæus Saxones indigitavit. Licet ille ipse auctor Sassones in Scythia collocet (ergo manifesta appetet separatio) quod utrobiusque gentis telliquiæ mansissent, quemadmodum nostra tempestate Hungaria & Bulgaria in Asia separant. Enimvero Saxones patria prolatione hodiè se Sassen vocant, superiores vero Germani Saxones. Quod ad sedium diversitatem attinet, nihil de Danis, nihil de Suecis (hæc enim nomina, usu hodierno notissima, retineamus) repeto. Considerentur amborum cognati Getæ, Gothi, Gutæ. Vbi enim hi non palatunt? Quæ in Illyrico, Dacia, Pannonia, Italia, Gallia, Hispania regna condidere? ut in Taurica, utque inter Danos & Suecos etiamnum nomina eorum reliqua. Inferat nunc aliquis, unde Saxonum appellatio, unde origo deducenda sit? Non nego, utrumque caput controvetsum esse. Primo loco posterius enucleemus. Sive Cimmeriorum, aut Cimbrorum, sive Ascaniorum, aut Teutonum posteros, Saxones statuerimus, reseodem redibit. Nam A S C A N E S, à quo Ascanii, & Tuisco-

nes, Goincrum, à quo Cimmerii, & Cimbro patrem habuerunt. Illud inficiari nemo ausit cum nomen Teutonum in Germania exolevisset, vel saltem à scriptoribus usurpari desisset, Imperatorum Saxonorum dominatum revocatum. Hinc enim qui Otto Magnus omnium primus Rex Teutonicorum vocatur: hinc qui Saxones generatim exterios appellant *Vandelsche*, qui reliquis Germanis *Welsche*. Et fieri potuit, ut eodem tempore Francia Teutonica dici coepit, quæ hodie Imperium: Nam antea Franciam Galliam, quam Germaniam complectebatur: Ut è contrario in annalibus exinde Teutonici inculcantur, & Gallorum Franci, Romani cognominantur: quippe cum quibus non modo Armerici pulsi à Britannis, quos Angli nostri pepulerunt, sed etiam Romani per Galliam militis coaliissent, testibus Procopio & Jordanende. Addo de Teutonica Francia denominationem istam etiamnum Heinrici V. Imp. aetate durasse, post pro ea literatorum usurpatione Germanie vocabulum in Imperatorum Titulis obrepssisse. Evincit alterum Heinr. V. diploma, datum Monasterio *Gottei*, avv, in Marchia Badensi-

ad Annū Christ. M C X. alterum
in hunc usque diem permanens u-
iūs. Etsi satis constet, antē Rupertum
Bavaricum, vel e nomine conten-
tos fuisse, vel Reges Romanorum se
appellasse. Quidnam Saxones voca-
bulo hoc imbuerit, definite difficile
est. Rectissimē videmur sono inhæ-
retere posse, nō si quod & hic conjectu-
ris agendu. Et mitum cum ipsi se
vocent *Sassen*, per prolationis huius
significatum in gentis idiomate com-
modum nullum occurrere, sed supe-
rioribus Germanis denotare αὐτόχ-
θυας, indigenas, habitatores. Simi-
liter dictio *Sache* iisdem, non Saxo-
nibus, in usu est, designatque causam
in foro disceptandam. Vnde rursus
Sachsen, id est, Saxones. Cum *Sake*
vox Saxonica, ad Sacas alludat. Ap-
paret autem diversitatem omnem in
tempora diversa conferend. m. Sint
ergo Saxones iudices, disceptatores,
forbitan a:ustitiæ laude, & iudicio-
rum æquitate. Enimvero notæ Sa-
xonum leges, nota est Bonifacii, Ar-
chiepiscopi Moguntini, ad Echel-
baldui Epistola, in matrimonii
tuendis, libidinibus pueriendis seve-
ritas. Taceo eodem propemodum
fato evenisse, ut Romanæ leges à

LOTHARIO II Saxonici sanguinis Imper. in lucem reducte siat. Quamquam, si cui suspicar. libet, Saxones ita se olim appellasse *Sassen*, quonodo etiamnum Grossum appellamus, ut sunt dictiones quatuim illam modo effterimus *Saten*, unde Holst., & nemorum incolæ; hanc vero sono quidem eodem, sed cuius notio sit à magnitudine, quæ Saxonibus die *Grote*, nihil reclamo. Verum ista haec tenus.

Proximum est, ut *Qv o Pacto SAXONES* in GERMANIA migrarint, queramus. Et querere utique nobis licet: certi nihil afferre possumus. Si quid tamen conieaturis dandum, mati appulisse crediderim. Hinc enim de Saxonibus & Thuringis apud *Videkindum* monachum fabula. Hinc Piratica ipsorum apud Romanos scriptores. Ut ne commotorein, calem ratione eos Britanniam anteriorein, quæ hodiè Anglia, occupasse, uti Scotti ulteriorem. Nec dissimilia his, quæ de Herulis à Procopio memoriar. prodita lib. 11, de *Bello Gothicō*.

Posteaquam vero se in Germania confirmarunt, veteribus Germaniæ gentibus cum iis se coniunxerunt
Angri-

Angriyatii & Angli. Nam inde Bonifacio archiepiscopo ad Zachariam Papam SAXONIA TRANSMARINA quæ eadem Anglia, nempè de Anglo-Saxonibus, à quibus Angliam occupatam ostendimus, Inde Angurii, tertia Saxonum natio. Addit Beda VITAS, qui & Ptolomæo Gutzæ sunt, hodiè luctæ, ut elementi unius metæ temporis auguremur, sicuti I & G in distinctionum nostrarum Principiis Dialectorum usurpatione nunc confunduntur, nunc discernuntur. Fortitan enim Danorum armis prævalentibus iisdem se se sociarunt compacto, quo Ducatus Slesvicensis Anglorum Patria, item Holsati & Dithmarsi cum illis συμπονοῦσι cœpere. Nec ambigam plures alios populos in Saxonum nomen coaluisse. Arguit hocde Quadi Zosimi locus l.3.alter. Procopii l.4. de *Bello Gothicō* è M S. de quo Britannia Camdeni: arguit ipsorum potentia, arguunt latissimi fines. Nec obscurum, quid de Francis, quid de Alemannis evenerit. Ceterum distinguere Saxones in hæc tria genera

O S T V A L O S.

V V E S T V A L O S

A N G A R I O S.

De novissimo vocabulo paulo supra

B s dixi-

diximus. Idem cum medio in hunc usque diem durat, usu tamen utriusq; non modicè discrepante. Primum quandoque latina dictione orientalis commutatur. Documenta assertio-
nis istius subministrant Benedictini Monachi annales Francici, le-
ges Saxorum à Basilio Heroldo edi-
tæ, *Videkindus* Monachus. In primis
de Patria Saxonica hac in patte opti-
mè meritus est *Saxo svævus lib. I.*
de gestis Caroli M. Carmen tale est:

--- Generalis habet populos divisio
tertos

In signita quibus Saxonica floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus anti-
qua recepit.

Deniq; VVestfalos vocant, in parte
manentes

Occidua, quorum non longè terminus
amne

A Rheno distat. Regionem solis ad
ortum

Inhabitant Osterlingi, quos nomine
quidam

Ostualos alii vocant. Confinia quo-
rurn

In festant coniuncta suis gens perdita
Slavi.

Inter predictos media regione moratur
Angarij, Populus Saxonum tertius:--

Vbi

Vbi notandum, quod Ostvalos, alio nomine Osterlingos vocat: quippe quin enunciationem etiam in Belgis retineant. Et annumerandi iisdem Transalbiani, scilicet Saxones ultra Album, alio nomine Normanni & Noitlundi, ut *Annales Franc. ad ann. DCCXCIX, & seq.* Quos ut Carolus M. migrare cum uxoribus & liberis in Franciam coegerit, idem annales *ad annum DCCII.* meminere. H. Etens ille. Sed quid de origine Saxonum in his sentendum sit; id antea declaratum est. Quorū non hac ratione etiam, si semper conieaturis sit locus, à Dacis possent dici? Quippe Daci, Gothi, Gepidae & Gethi, Germania Magna, quæ ultra Vistulam ad Borystenem & Pontum Euxinum excurrebat, populos fuisse, nemo abnegare potest. Sed constat ita Saxonas variis nominibus sub diversis temporibus insinuitos fuisse; unde etiam tot distortarum opiniones exortaruntur auctorum, quas a quo iudici censendas linquimus. Quare manet omnino nostra sententia, quod juxta antiquum morem loquendi Sassones Patriæ suæ Germaniæ germani sunt filii, & Sassones propterea dicti, quod velut Holsati, firmiter locos omnes, quos in

in potestatem suam redegerant, possiderent, ut hodiè etiam in iute Saxonico Landsassi dicuntur, cum ex munitionibus & fortalitiis possessiones firmas confererint sibi. Vnde miror quod Crantzius & alii eo non resperixerint. Velut etiam Senones & Longobardi in Saxonu hinc numero fuerunt, quorum illi civitatē vetustissimam 12, milliaribus à Magdeburgo & hodie in Marchia antiqua sitam, nomine Seehusum, quasi domus & habitatio propria Senonum, *ante Chr. Nat. annis 400.* considerunt: isti circa annum Mundi 3653, *ante Chr. Et. nat. 318.* Solitquellam quinque miliatibus à Seehuso distantem urbem, Sic à Sole & Domo, quam Well & Hues in antiqua Saxonum lingua synonyma sicut, dicitam extruere incepunt; ut ex Enzelio in annal. March. Brandeb. *Audr. Angel. lib. 1. pag. 4, & 6.* refert. Sic etiam Senonum nomen Strabo ex Græco suo derivat, quod propter honestam & virtuti aut placato studio addictam vitam eternam nuncupati sint. At quamvis Longobardi tum sedem in ditione & terra ea, ubi hodie Magdeburgum est, principaliter habuerint; tamen mixtim incoluerunt quoque vicinos locos.

Nominis

Nominis rationes varias referunt historici ; alij à personis deducunt & barbis eorum, quod amatores longitudinis talis fuerint ; alij ab armamentum genere, quod Germani dicebant *Hellebarten*. At plærius consentiunt in eo , quod à situ loci illis impossum fuerit nomen, à longo videlicet districtu terræ, quam incolebant, & quod potissimum terra ea præ aliis maximè cultus apta & frumentaria esset , quod Germanis *Bauverde* est : velut etiam hodiè districtus ille circa Magdeburgum illud nomen obtinet , quod Boerda Magdeburgensium dicitur propter fundum præcunctis ferrarem. Ita Angriavati etiam ab agris, quem Germani Anger appellant, antiqui dicti sunt, & habuerunt Longobardi vicinos eos, qui ab aliis Angli Suevi vocabantur, & Anger mundam oppidum circa ea tempora, quibus Sehusium conditum est, ad confluentein Anagri, qui Tangerus hodiè corruptè audit, & Albidos extruxerunt. *Andr. Angel. in Chron. March. Brand. lib. . , p. 4.* Vnde Angli-Saxones quibusdam dicuntur : Suntque iidem qui Angliæ nomen dederunt, ait *Renec. in comment. suo de Angriu.* Nam ea genti antiquissima sedes at-

tribuitur : Vnde progressi cum Chamavis, in Bructerorum finibus, uti est apud Tacitum , hoc est ad Am six caput , & Vilurgis Lippiæque ripam confedere ; atque inde adhuc Ducatus ille & oppidum in Westphalia superest , cuius titulo quidem utuntur Dukes Saxonici Lawenburgenses ; sed quum oppignoratum fuerit antehac Comitibus Ravensturgiis, ex hac occasione eius possesso in Ducem Iuliaceum ante ann. plusculos pervenit. *Renec. in dict. com. de Augn. & Angel. in Chron. Brand. d.l.* Angermunda autem licet in commodo lat's loco sita sit ; tamen propter vicinas Vtbes , & migrationes suorum conditetur non potuit ita excrescere ; veluti ex sequentibus patet. Sic & in ann. 320 ante Christ. nat. , qui est annus quintus post tertiam Monarchiam & annus Mundi ; 646 , Goths ingentem in omnes istas regiones fecerunt irruptionem ; & quum sedem circa Hercyniam Sylvam sibi meditarentur, in Thuringia condiderunt Gothia, ubi & ulterius versus Hercyniam Sylvam , in Saxoniam , urbem Hanseaticam antiquam Gottingam struxerunt, quæ adhuc ex eorum memoria ambae nomen retinuerunt. *Andr. Angel. d.l.*

d.l. Chron. Brand. p.6. Vnde in urbe
Gothan aquoque Gothorum Insigne,
Draco nimirum contortus & alatus,
in basi vetustissimæ turris saxo inci-
sum , conspicitur. *Stigel. in Orat. fu-
neb. de Allert. Com. Schwartzburg.*
Simili modo inter antiquissimas ho-
diè Saxonitæ turbes refertur Brande-
burgum, quod à maioribus quoque
Brennburgum appellabatur , quum
à Brenno Sueorum Duce & Rege
*Anno mundi 3555, quanto 90 Olym-
piad. Romæ cond. 336, ante Christ. nat.*
416, arx cum urbe hac esset con-
dita. *Iust. Sab. Sur. in par. theat. urb.*
Enzel. Alb & Angel. d.l. i. Chr. Brand.
qui etiam affirmat , quod Brennus
singularē oppidum aulicæ vitæ desli-
natum intra Salam & Albu in cotidi-
dit & incoluerit , Acona sive Aken
dictum , quod inde quasi metropolis
quædam Sueorum habitum fuit.
Ex quibus patet , in quantum illi ab-
ercent , qui tantam Germanis insci-
tiā & defectū communis sensus
adscribere solent, quod illi usum cal-
cis & coctilium lapidum aut later-
culorum, cémentoruū, ferrum inmq;
taliū ante adventum Romanorum
eorumque invasiones in Germaniam
nullum proculs , licet non exactum
agno-

agnoverint; quum tamen non tan-
tuin Germani & Teutones jam antè
aliquot secula primi irruptiones in
Italiain fecerint, sed etiam ibi quam-
plutimas ædificarint civitates, ut iu-
pra ostensum est , ibidemque ultra
quatuor secula in coloniis vixerint,
& in primis illi populi Teutonico-
rum, qui Saxones postea dicti fuerat,
primas semper meriti fuerint partes
in talibus inventionum & fortitu-
dinis defensionumque exercitiis, cen-
etiam ipse Tacitus *lib. prim. ann. & de*
mor. Germ. civitatum toties mentio-
nem facit, in hoc sibi contrarius; imo
etiam alios instigavit vicinos, præ-
sertim quoties ex necessitate multitu-
dinis migrationes essent instituen-
dæ. Velut etiam post annum *Vitis*
cond. 640. Anno Mand. 3859. ante
Christ nat. 112. Teutones (quod no-
men maximè in generali usu præpol-
lebat) Cimbri, Ambrones, &c. cum
regibus suis Celeo, Teutobocco &
Bolo transcenderunt Rhenum , &
Romanos multis affecerunt cladi-
bus ; Ac principio Cn. Papirium Cat-
bonem Cons. cum exercitu deleve-
runt, vexato Illyrio. *Buch in Chronol.*
ad hunc Ann. Deinde ad Helveticos
profecti, illisque sibi adiunctis totam
Galliam

Galliam occuparunt, transgressi Pyrenæos montes Hispaniam invaserunt, magna illata clade & calamitate. Inde pulsā à Celtiberis in Gallias remigrarunt. Dehinc quum omnem occupassent Galliam quidem ; tamen noluerunt illis nimio esse oneri ; sed in provincias Romanorum proprius perregerunt, Div:cone Principe : ubi Lucium Cassium Cons. in finibus Allobrogum cum exercitu diruerunt. Mox missi fuerunt Legati ad Senatum Rom. qui petebant , ut populus Romanus ipsis aliquid terræ concederet ad incolendum quasi pro stipendio : & ut manib:is atque armis eorum, si placet:t , liberè uicerentur. Verum quoniam repulsam in æquis postulatis paterentur , adçò ignominiosum hoc existimarent nationi suæ , ut armis id petere constituerent, quod honestis conditionibus impetrare non potuerant. Itaque M. Junium Syllanum alterum Cons. aggressi, castris exauit, & cum exercitu cædunt. Inde Scattum Aurel. Cons. & M. Manlium atque Servilium Cæpionem Precons. vicerunt. Atque ita continuando furorem Germani ea tempestate quinque simul Consular s exercitus populo Rom. abstulerunt ; quo metu

C omnis

omnis Italia contremuit. Actum igitur iam propè fuisset de Romanis, nisi C. Mario in tempore, qui in Africa belluni feliciter gesserat contra Jugurtham Numidorum regem, decreta fuisset solemnis illa contra Germanos expeditio. Ille enim duobus præliis Teutonas & Ambronas vicit, Teutobocho rege capto: Tertio prælio Cimbros cū sociis Sax. dissipavit. Celeo rege trucidato, Tigrutinisque fuga ignobili dilapsis. Verum interim Saxones in obfinitione & extensione sedis suæ non acquieverunt; sed circa annum Mundi 3915, ante Christ. nat. 47. an. quum eo in loco, ubi nunc Magdeburgum est, & Mefovium iuxta Ptolom. lib. 2. Geograph., Sclavorum autem idiomate Mezibosum, Spangenb. Chron. Mansf. cap. 74, cultura in Isidis ad Album, quæ lingualis Dea Suevorum habita est, inventissent, oppidum cum castello amplificarunt, cuius vestigia antiqua adhuc ibi apparent. Magdeburgum illud idem fatum, quod de Saxonibus ipsis attulimus, olim passum fuit, quum ipsis apud omnes populos non idem quovis tempore nonen manserit, quod etiam Bilibaldus Perkaimenus in Geograph. sua confitetur, quan-

do

do dicit : Postea erant Locobardi (Longobardos putat) sub quibus Dalingi , ubi nunc est Marchia antiqua , & Episcopatus Magdeburgensis , cuius sunt civitates Melovium Meydenburg vel Meden. &c. Sic & Ptolom. ait : Civitates Germaniarum in climate Septentrionali , & in tractu , qui sub hōe climate est , hæ sunt : Trophæa Drusi , Luppia , Melovium , Argelia. &c. Vnde patet , Magdeburgum ante Christi nativitatem aliquot seculis fuisse celebrem ; velut inde quoque alludere possit , quod ante Christi in orbem adventum bella cum Danis , Suedis , Finnicibus & Vandalis gesisse legantur Saxones. Quæ verò hec alii de septem arcibus , sive Castellis à Iulio Cæsare in Saxonia erexitis , quas in honorem septem Planetarum constituerit , ut sunt Arespurg , sive Marsburg in Westphalia ; domus Veneris sive Magdeburgk vel Paithenia & Parthenopolis ; Hartzburgum sive ædes Saturni ; Solis Castellum sive Soltquedel ; Lunæburgum ; Isenburgum sive Iovis fortalitium ; ac tandem Julianum Mercurii , sive Wolgastum ; meminerunt : est fabula . veluticas quoque nugas recte Crantz . in Sax. lib. 1 , c. 25 , satis acutè exagitat.

36 R E R V M P. H A N S.
Etenim hoc liquidissimè ex ipsius
Iul. Cæsaris confessione & cunctis
Romanorum historiis constat, quod
nunquam Romani hucusque viribus
suis penetrate potuerint: Sed potius
ex singulari confœderationis Saxo-
nūm occasione, quam cum vicinis
pepigerant Germaniæ populis, & fœ-
dus illud magnū proclaimatum fue-
rat, factum est, *anno Mundi 3956.*
ante Christ. nat. 15. quod Romani in
Germaniæ interiores deinceps partes
allecti sint. Etenim quin in Gal-
liam intrumperent, multasque & in-
gentes ederent strages passim, Roma-
ni quidem primitus, Marcum Lol-
lium avarissimum hominem cum
aliquot eximiis legionibus pro diver-
sione instituenda in meditullium
ablegatunt Teutoniæ, qui etiam
usque in Saxoniam pervenit, & 18
mill. hominum prælio vicit: unde
Sicambriæ Rex Francus per filium
Clogionem, cui 40. millia hominum
adiunxerat, auxilium Saxonibus præ-
sttit, ex quo Romani penitus cæsi
sunt, Lollo trucidato, & Aquila
quintæ Legionis signo combusto. Ast
Imperator Augustus inde cominorū
adeò fuit, ut privignum suum Clau-
diū Drusum cum innumerabili
ferme

fermè exercitu mitteret in Germaniam, ad incolas omnes penitus subiugandum. Drusus itaque anno 9.
ante Nat. Christ. in loco Vbiorum, apud Coloniam traiecit Rhenum, & occupavit omnes locos, gentesque subiugavit fortiter usque ad Albim; quam etiam simul procul dubio traiecisset, nisi Suevi pacificationem cum eo iniissent. Verum ubi sequenti anno hybernatum versus Moguntiam concesserat, confederati cum Saxonibus populi Sicambrî, Suevi, &c. statim illum ex insidiis secuti sunt, & in valle confidentem obruerunt ita, ut maximum partem exercitus ipsi quidem dissiparent: sed quoniā nimium inhibarent prædæ, se satis securos existimantes, intereare re-collegit vires Drusus, & ob spolia optimâ inter sedisidentes denuò acriori pugna aggressus est, ac in fugam convehos acerrima persecutioe suppressit; Atque ne nova rebellione resurgent, devastata undique castella & oppida, in commodis locis, fortificatione ad Romanorum morem refici curavit, in Saxonia præficiendo quendam Clodium. Vnde etiam Massoviarû sive Magdeburgensium Idolon Isidis in Veneris formam trans-

mutatum est , & adiunctæ eidem
sunt Charites quasi famulæ, quas Sa-
xones Megde suo idiomatico dicunt,
cui propter castellum adiunctum no-
men *Burg Germanicum* prorsum,
non ab aliis mutuatum, additum est,
ut huc usque Magdeburgum inde vo-
catur sit. Nihilominus denuo vi-
tus est Drusus à Germaniæ populis
non procul à Moguntio, ubi quoque
mortuus ex fracto crure , & postea à
fratre Tiberio Romam ad sepulturam
C. Iulii Cæsaris delatus. Velut hæc
Angel. in Chron. Brænd. ex Trithem.
Dion. lib. 54, Vellei. Pater. lib. 2, & Flor.
lib. 4, quoque refert pluribus. Atque
hæc est causa potissima, quod postea
Tiberius Claudius Nero st̄ itim qua-
to anno post Nativit. Salvat. nostri
Christi Iesu, vindictæ admodum stu-
diosus & cupidus , ut confiteatur
Corn. Tac. lib. 1. Annal. sub consulatu
Sex. Ælia Catæ & Sentii Saturnini, ubi
ab Augusto Cæsare in filium adopta-
tus esset, cum tam ingenti exercitu sit
Germaniam ingressus , & devictis
Marcomannis Boiohæmis , Panno-
niis, Noricis, Cattis, tandem iterum
ad Albini pervenerit , Saxonasque
cum Longobardis Suevis & Senoni-
bus suis subiugatit. Quo tempore par-
tim

tim civitates devastatæ , refectæ & extensæ sunt ; partim novæ cum castellis erectæ ; velut sunt Salisquella, Gardelebia, Isenburgum, Osterburgum, Crunovia, Gladigovia. &c. Gardelebiæ nomen inde impositum existimant, quod propter amoenitatem vividam multi ibi excolantur horti; qui Germanis *Garten* dicuntur : alii à Tiberii legionibus , urbi huic primitus attributū esse nomen, quod ibi plena habuerint castra primitus, & plenius ibi propter commodum locum vivere potuerint, quasi Garda legionuin fuisse. In arce autem ibidem antiqua Romana, quam hodiè Nobiles ab Alvensleben possident, cultus profanus Idolo Teutonum communis Isidis , ex Masovio illuc translatae , exhibitus fuit. Vnde Isenburgum ea vocata est. postea propter protectionem fortis & munitionis fortalitium Isenburg, quasi ferreum esset & insuperabile, quod Teutonis Isern dicunt. Vandali etiam quin diu locum hunc oppugnassent, nec subigere aut diruere possent, ex indignatione furēti *Isren Schnippe* in clamorunt, quasi Os ferreum, seu fauces ferreas. Iam Civitati extra muros adiacet.

Osterburgum vero ad Bisam fluvium sita e vita est, inde nomen habens, quod cum Romanis versus ortum non procul ab Albi vel castruni porrexerit, aut arx esset opposita illis, qui versus ortum ultra flumen Albidos tunc, ceu Vandali, habitabant, quum crebras illi facerent ibi invasiones. Enzelius, ait, quod Dru-sus in Valle Bis in memoriam sui Castellum Ostrorum edificari, ubi Vchta, Bis, & Alanda confluunt, & inde sit Ostroburgum dictum, quod versus ortum quasi in angulo ibi situm sit.

At Gladigovia est arx hodiè direpta in antiqua Matchia, non ultra miliare Germanicum ab Ostroburgo distans, cuius crebra fit mentio in historiis nostris. Nomen hoc à Claudio Tiberio Nerone obtinuisse, dicunt, quod ad Claudi pratum fuerit sitū, quasi Claudi Awe, vel arx Claudi: alii volunt quod à primo Marchione Cledio, quē iis locis Tiberius statim post nativitatem Christi p̄fecerat, sic appellatum sit. Priusquam hæc, quæ huc usque enumeratae sunt, fuerunt conditæ, etiam aliæ in Saxonia urbes, longè istis antiquiores, vix ab historicis tamen extraneis un-

quam

quam cognitæ aut nominatæ, velut est Iulium, VVineta, & Bardevicum. Namque ignotum, ait *Meibomius in bister sua pag. 6.* de hac urbe, man sit Bardevicum tam Romanis, quam Græcis scriptoribus, sicut omnis penè Germania, exceptis, quæ à Cæsare, Paterculo, Tacito, Strabone, Ptolomæo aliisque paucissimis stricetim & breviter commemorantur. Solus Rhenanus, nescio cuius fide, rerum German. lib. i. auctor est, Tibetio imperante, Longobardos prope Bardevicum sedes habuisse : quam adfectionem in medio relinquimus. Vero tamē simile est, floruisse Bardevicū cum Iulino & VVineta urbibus nobilissimis vid. (rantz. lib. 2. c. 3. de Vand. & Chytr in Chron. Sax. lib. i. Quarum quum hæc intestinis odiis, civilibusque dissidiis exhausta defecisset : illa à Danis expugnata deletaque esset, superstes utique Bardevicum emporium fuit continentis longè celeberrimum. Innotuit denum annalibus per occasionem Evangelii de filio Dei Christo Iesu illic prædicati, minimè tamen admisi. scribitenū Henricus Herfordiensis (Tithemio & aliis perperam Erfordiensis) Monachus Dominicanus

42 R E R V M P. H A N S.
ædis S. Paulinæ apud Mindenses S.
Ægestum unum ex 72 discipulis
Christi, mandato Divi Petri Apostoli
in Germaniam profectum, Barde-
vicum fluvium Elmena, tunc cū Ma-
tiano diacono se applicisse, ibi q: pa-
rœciam erexit: post modū utrumq;
à barbaris eius loci martyris corona-
tum. Hæc ex Hervordiense repetit
bistoria Eccles. Magdeb. cent. 1, lib. 2,
c. 3, & 10. & inde Michael Vranus
tractatu de 72 discipulis Christi. Vete-
res Schedæ idem habentes addunt
Thurios (quos euidem planè igno-
to) cædis istius auctores. &c. Anti-
quitatem autem Bardevici & dicta-
rum urbium tam remotam esse, id
statim in principio eiusdem historiæ
confitetur, ubi sic ait: Bardevicum,
sive Bardorum vicus, si vera est fa-
ma, antiquissima fuit Urbs totius Sa-
xonie, septentrionalis Germanie.
Etenim Roma vetustiorem faciunt:
Buntingus prima parte Chonici
Brunsvicensis annis centum & duo-
bus: Eberus in Calendario ducen-
tis. *Spangenbergius Chronic.* Saxoniæ
cap. xxii ducentis quadraginta
duobus. Alii ducentis triginta quin-
que. Qui posteriori subscribunt sen-
tentia, innituntur versuum Leonino-
rum

rum, qui etiam hodiè leguntur inscripti foribus Basilicæ cathedralis in Ruiteribus Bardeyici. Recitantur à Caspato Bruschio in Catalogo Episcoporum Verdensem : repetitque eosdem Lucas Lossius in Farragine Epitaphiorum in superiori Saxonia existentium qui liber prodidit Vitebergæ anno M D XC. versus sunt hi :

Abram dum natus, mox Treviris incipit ortus.

Hinc annus Barduic mille, sex X, quoque quinque.

Post Barduic Roma duo C. cum quinque triginta.

*M C post Nat. iunii octoginta
noveque,*

*Dum Brunsvicensis Dux Henricus
Leo Diilius*

*Simonu in Feste Barduic subvertit in
alto.*

Si fidem merentur versus, urbs condita est anno mundi MMDCCLXXXV ante natum Christum DCCC XC, anno post distractionem Regni Salomonis x iv. Nomen urbs accepit, non à Bardone fundatore, ut Cranzius opinatur Saxoniz lib. v i. cap. & Vandaliæ lib. 3, cap. 6. Cui conjecturæ subscribit Adrianus Romanus in Theatro urbium, & Buntingus citato

to loco : ubi nescio qua licentia, Bardonem istum Regem facit: sed à Bardis gente Boreali : quam et si apud nullum scriptorem se legisse locis citat s idem Crancius affirmet, venire tamen in mentem ipsi debuisset, minime eos prateriti, tum ab Adamo Bremense, tum ab Hemoldo, quos equidem ipse legit, peneque de verbo ad verbum exscripsit, nominare vix dignatur. *Adamus Bremensi lib. i. cap. 3.* mentione quāvis obscurata, indicat Bardos: disertius expressusque. *Hemoldus lib. i. cap. 16. 25* & 26. ubi Stormariis, Hollatis & Dantartis confines. Magnoq; Bilingano subiecti fuisse commemorantur. Hemoldi verba ipse Crancius repetit. *Saxon. lib. v. cap. xxvii. Vandale lib. 3. cap. 6, 7, 9 & 20.* Eoque minus ignorare Bardos potuit. Quid quod vetus interpres Juvenalis, editus à Pittaco, ad *Satyr. vii.* Bardos vocat gentem Gallarum. Comprehensos autem Gallorum appellatione etiam Germanos nemio de Etus ignorat.

Bardorum nomen merè est Germanicum, apud Saxones nec dum desitum, dictum à qualitate loci. Est autem Saxonibus tam Cisveserianis, quam Transveserianis vocabulum
Bardis

Borde, locus planus & uber, ut Ioannes Neowaldius I.C. Commentario de Antiquis VVestphaliæ colonis. *Pennænus lib. iv. Chron.* Cario-Philippici intelligit Planitiam montibus subiectam, quæ fertilissima, & quasi horreum vicinarum regionum, hinc suos redditus atque proventus annuos percipientium. Suffragatur utriq; *Span- genbergius Chron. Saxon. cap. xiiii.* istis verbis; ex Germanico translatis: Borde, id est, terra perquam fertilis & frugifera, quæ frumenta & preventus deditissimos edit. Nec dissentit. *Christop. Entzelius in Chron. Vet. March.* ubi hæc habet: Est autem Borda iuxta veterem Germanicam locutionem, quasi horreum, quod terram ex frumentis divitem denotat. Inde Borda Magdeburgica, una Alta die Hoheborde, altera Sylvatica, die Holtzborde, quamvis & tertia adiici posuit, Salinaria cis Albit, & quarta trans Albit, quum totus hodiè Archiepiscopatus in quatuor dividatur circulos, qui iis nominibus exprimuntur. Et secundum has Borda Halberstadiana, Gottingensis, & Einbeccensis cis Visurgim: ultra eum Susatensis, & VVendena in agro Lipiensi. &c. Est autem Borda nihil aliud,

46 R E R V M P. H A N S .
aliud, quam terra cultui apta, quasi
Bauverde unde & agricola *Bauver*,
qui terram frumentarium adifi-
cat. *Quemadmodum* etiam palu-
strium *Iocoruim* incolæ nominati
sunt à paludibus *Brokeri*, Romanis
Bructeri: *pascuorum* inhabitatores
Marscher, iisdem Rom. *Marsi* sic i
fundis feracibus nomen sumsete *Bot-*
deri, Latinis *Bardi*, à quibus *Bardis*
nostratisbus, non à *Bardis Gallicis*
Sacerdotibus, non en suum quoque
habuit *Bardevicum*, quasi *Bardorum*
Castellum, quum *VVicc*, teste *Alite-*
do Anglo-Saxone, antiquis *Saxoni-*
bis Castellum significarit.

E A P . II.

De origine vera urbis Brunsvicensi,
Lunetiurgensis, Bremensis, & alia-
rum adhuc Saxon. &c.

*S*ic etiam idem propè refertur de
Brunsviga aut Brunivico, qui si
Brunonis vicum dicere velis, ex quo
toti Ducatui postea nomen omnium
est, quum longè prius *vicus* fuerit,
quam alterum nomen adiectum sit.
Namque *VVigam*, *Knich.* in *En-*
cyclopa. sua cap. I, n. 104, ubi urbi
Brunsv-

Brunsvicē satis asperam & frusti-
neo conatu barbaram litem in quæ-
stione status sui inovet, villam ipse
facit, longè antiquiorem, quam ipsi
Brunones Dynastæ fuerunt, & confi-
tetur quoque, quod alii Brunones
extiterint ante Carolum Magnum, cœ
ex narratione historica Georg. Fabric.
de Orig. Saxon., convictus, & simul
ex Annalibus Brunsvigiis id adseve-
rat, V Verechinum quendam duos fi-
lios V Vitikindum M. & Brunoneum
procreasse, cuius mentio fiat *Anno
Christi 775.* Nam, inquit, postquam
Oito-Saxones in verba Caroli Magni
jurârant, occidentales ad Villam
V Vigam, ubi deinde Brunsviga ædifica-
ta, cum prædicto Brunone quoque
occurserunt, quo defuncto filius Lu-
dolp. us succedit, imperavitque Sa-
xonibus cis Visurgum & in Herciniis.
Enitescit igitur Ludolfum neutiquam
orientalem Saxoniam avito Vesva-
lix regno adiecisse; sed 160 annorum
intercedente quæsitam & subiectā
successione continuasse. Namque
Saxones ex Norralbingia adventan-
tes, & ex Unstroto flumine redeun-
tes, Clotorio annuente, *Anno Christ.*
630, devictis Vinulis, Ostvaliæ par-
tem adhuc possidentibus, Francorum
subsi-

subsidio occuparunt , illique à se
victoribus Saxonie nomen impo-
suerunt . Orlvaliat tamen denomi-
natio usque ad Carolum Magnum
promissione perduravit . Suffr . Petr . d .
c . 13 . f . 26 . c . 14 . f . 265 . & 279 . c . 1 . f .
f . 296 . & 299 . Quamvis Knich . d . l .
ipse de fide dictorum dubitet . tamen
maxime ita profert , ut ex iure suc-
cessionis & forma regionis convia-
cat . Brunsvicenses semper cum ur-
be sua subiectos fuisse , absque ulla
exceptione & iure exemptio , Duci-
bus Guelphicis . Sed quam gravata
hie bis impingat & sibi contradic-
torius sit , id ex antecedentibus , &
mox sequentibus n . 114 . d . l . manife-
stissime apparet . Etenim in praece-
dentiibus sub n . 67 . 68 . & 69 . & segg .
cum veritate rei ipse ita locutus &
aperte confessus est , quod Status Sa-
xonum fuerit semper libertimus , &
illi regiones suas , tūquam libertimus
populus occuparint possederint atq;
rexerint adē , ut gens Saxonica con-
stituerit ex Senatu ac popule , uti Am-
mianus lib . 4 . c . 71 . fol . 208 . testatur .
Vbi igitur regiminis forma ex Senatu
Populo constat , ibi certè non datur
ullare regiminis successio hereditaria ,
sed , velut olim apud populum Ro-
manum ,

manum, maximi vigoris est electio: sicuti ipse quoque luculentius id n. 70, & 71. exprimit, quod non tan- tum Saxonia tot Duces habuerit, quot pagos, *Rolle vnc. devit.* & mor. *Vestphal p. 2.c. 4.* sed etiam quod Se- natus delectus fuerit ex primoribus, ut ex omnibus pagis delecti 12 No- biles, semel in anno consilium gene- tali in media Saxonia iuxta fluvium Vesratim in Matcklo coegerint; &, bello imminentia, forte delectus fuc- t. Dux regia dignitate coruscans. n. 73. quo l etiam ita ponit *Meib. in Irmenfula sua c. 4.* In quibus certè ipse libi contradictorius est Knich. & o- pinionem suam, de successione regi- minis hereditatia, planè subvertit: unde etiam alterum consequens, quod d. l. n. 123 ponit, quasi Carolus Mag. nullos constituisse Archimy- stas, sed tantum Episcopos aut potius patochos & doctores; In politicis ve- ri nullos designasse Duce. Quippe hoc propter libertatem populi, quam salvam tandem propter tot resister-

rias & ut rebellandi occasiones omnes tunc p̄fscinderet , illi concedere coactus erat , non potuit, quin populus Comites sive Iudices & Magistratum jure suo constitueret. Inde quoque condendi urbes & erigendi propugnacula ius , semper libertum habuit atque retinuit, quam saltem defensioni sux, necessitate inguenie, caput aut Duceū eligerent. Deinde alteram sibi ipsi construxerunt contradictionem, dum civitati Brunsvicensi suani ann. 114. abnegare studi: hec absurdō libertatem, quod ante Carol. Mag. Brunsvicenses nondum in regnum natura fuerint : Nihilominus antea ann. 109. confessus est & concessit, quod Ann. 77 s. ad villam Vigam Otto-Saxones in verba Caroli Magi jurauint. Si V̄ga fuit, necessarium quoniam est, quod Castellum tale extiterit , apud quod habita fuerit talis transactio , licet modum plenum nomen Brunsvigæ fuerit : Quamvis nec hoc concedendum. Namque haec quæstio maximè movetur, de diversis Brunsonibus , ut ipse iterum facetus Knich d. l. n. 14. quorum illum prisca, & alterum posteriorē vocat. Si à prisco nomen accepit V̄bs , iam ante Catolum Mag. extitit certè ; nec

tantum ante Carol. Mag., sed etiam longè aliuscius origo repetenda erit. Nec refert, quod mutatio nominis toties inciderit. Etenim Brunsviga Ptolomeo, qui sub Antonio pio Imper. circa an. Chr. nat. 141 vixi, iuxta Francisci Henici sententiam Tubisatum, seu idem *Munst.* in *Chron. suo* probat, vocata est. Ideoque recte Braunivicensium Syndicus in Vtrectiis & Notoriis exceptionibus de novo emergentibus, contrā Ducem Henricum Julum, in Camera Imperial. Anno 1602 19 April. Spira in propositobemagii mutua obligatione praestandi, producitu art. 23. attiverat, ex veritate rei hoc constare, quod Urbs Braunivicensis officiales præminentes, & præsertim iura capitales Provinciarum (id est Metropolitanarum) & maximæ civitatis Saxonum possident, atque ita iuxta ius Saxonum Rem (cf. Magist. & sacro Imperio in causis Appellationis immediate subiecta fuit, prusquam unquam Provincia ea Brauniensis in Ducatum transfermata & investituram Imperii accepta: quod etiam in 5. seqq. artic. plenius explicatur; nec ipse Knib. d. l. num. 40, 41, & 42 diffiteret, quod Otto Magnus Genuinus Duciis veritutum in

publicis Imperii Comitiis primò accepit, etiam tandem Federicus II. Imperat. Anno Chr. 1235. renovatione sua confirmāvit. Ita accidit saxe, ut eadem rēs alio atque alio nomine salutetur, quando vel circumstantiæ matantur, aut aliquid amplificationis priori adiicitur fundamen-
to. Non tamen propterea originis primæ status subvertitur.

Simili modo id de Lunæburgo quoque affirmari poterit, quum ante compositionem istius novi nominis, originis eius fundamenta ex priscis temporibus constiterint sibi: Et enim licet planè sit fabulosum, quod Iul. Cæs. arcem Lunæ aut Castellum ibi dedicarit; tamen ex superstitionibus Idololatricis aliis hoc abnegari non potest, quod Iolus variis Saxones fuerint obnoxii adeo, ut etiam templa, castra & propugnacula iisdem consecrārint, quum ex historicis hoc satis constet, & supra dicta simul declarent. Nec abnegat id Meib. in *Irmenfula cap. 2*, ubi & Idolo Martis cogitut suum adsignare castrum. Crantzius, inquit, in Saxonia loco supra citato, montem Esberg à Castro sive propugnaculo Mersburg distin-
guit; quād bene, iudicent eruditi.

Idem

Idem præter rem disputat . an^o Mersburgum sive Eresburgum fuerit in veste, Saxonia, vel ad Salam Thuringia est uium ? ubi hodiè quoque Vrbs Episcopalis Mersburgum (cui nomen non à Marso prisco isto Heroë Teutonico; neque à Merowigo Francorum Rege; verum à loco depresso, ut Petrus Albinus in pro gymnasii matis historiæ Saxon. pag. 70. innuit) quum Chronicon Saxonicum vetus disertè rem definiat his verbis : Hæc erat forma Idoli Martis Marsburgi; quod Carolus Mag. destruxit in Westvaliâ. Accusat idem Crantzius præter meritum scriptores Gallicos, quod perturbatè rem explicent, omnia confundentes. Ceterè annales satis plani, &, si quid heic dubii, ex solo Widechindo tolli potest. Is enim bellum civile, quod Otto Mag. Cæsar cum fratre Dancmaro (*Ditmarus lib. i. vocat Tamponē &c.*) gessit, describens, deque eodem Etesbergo loquens, non in Thuringia, sed in Westvaliâ bellatum ostendit. Meminit enim villæ Stela , qui locus hodiè etiam superest è regione Werdener Monasterii Imperialis ordinis Benedictini : Meminit præsidii Badiiki, quod hodiè Bellick dicitur, infra Ruden oppidū ad Rutā fluvium. &c

Ita utriusque loci differentiam de Mattis Idolo satis accuratè ponit, de quo tamen *Spangenb. in Chron. Mans. feld. l. b. 1, c. 28*, aliter sentit, & Mersburgum ad Salam quoque à Marte dictum asseverat his verbis: Inter alia castella, quæ Drusus in Germania ædificavit, est etiam antiquum pro pugnaculum & arx Marsburgensis ad Salam, quæ olim regia sedes fuerat. Quam verò circa ea tempora Reges & Dynaste regionis illius ut plurimum in Bohemia degenerent, Mersburgum nonnihil desolatum fuit, quod Drusus renovavit ædificiis suis; unde quoque ad nostra usque tempora, vetus arx Romanorum appellata fuit, ceu testatur *Dithmar. Chron. Mersburg.*

An non idem in loco Lunæ dedito præstitum sit? Namque non tantum templum huius Idoli tempore Caroli sed etiam Castellum inventum est constat, & facile colligi potest ex circumstantiis, quam nuspiciam propè Idoli facillum institutum sit, ubi nō simul Saxones iuxta ritum & mores aliarum gentium arcem pro defensione eius erexerint. Sicuti etiam tale Idolon Saturni in Castello Hattzburghensi, monti non procul à Goslaria,

ad Hercyniam Sylvam versus Bru-
ctetum, imposito Saxones colebant,
quod Crodium in sua nuncupabant
lingua, cuius rudera adhuc ibi conspi-
ciuntur, quomodo à Carolo Magno
sit dirutum. *vid. Chron. Sax pag. 28,* &
29. Sed quid multis? an non Mon-
achus Egolismensis in vita Caroli Ma-
gni, locum Luini corruptè nominat,
ub: Witzan Obotritorum Rex , qui
tanquam socius ex foedere Francico
contra Wiltzos, Sclavos & Saxonas
septentrionales Carolo auxilium pre-
stebat, in ipso alveo fluminis ad Al-
bum interemptus est ? Quod nec dis-
simulatur à Meib. in *historia Bardevici*
pag. 9. ubi ait: Idem (*Monach. Egol.*)
locum, ubi Witzhan occubuit. vocat
Luini , qui annalibus Fuldensibus
Luuni, Reginoni Hiliuni : Estque si-
ne dubio Lune prope Lunæburgum,
ubi hodiè illustre Cœnobium Mo-
nialium. Cædes Witzanis incidit in
annum 95. &c. Witzanis nomen vi-
detur à lumine sumptum. Nam, Em-
sero teste , Witz Henetâ lingua est lu-
men, uti idem probat in *Irmens. Sax.*
cap. 12, p. 24. Et quamvis Meibom. in
hist. Bardev. *pag. 25.* negare videatur,
quod unquam Lunæ castrum tempò-
re Caroli fuerit , dum ita loquitur:

Quod in rerum natura nonquam fuit, destruere ille nequaquam potuit; sed saltē ex ruderibus Bardevici in civitatem reductam esse Anno 1190. pag: 27. tamen in sequentibus non tantum oppidum maximum Octonis idem hoc vocat, sed etiam pag: 19 alleverat, quod Castrum Lunxburgum ab Adelberto Vrso sit occupatum: Verha eius hæc sunt: Desuncto Lothario, quod accidit Anno 1137. mense Decembri, novi tumultus coorti sunt in Saxonia. Occasio hæc fuit: Adelbertus cognomento Vrsus, Marchio Solwedelenis, quod in arte in haberet Elicam Magni Billingii filiam, Saxoniā sibi debeti contendebat. Sed vivo Lothario nihil movere ausus fuit. Auditā illius morte, armatā manu avi materni ditionem invasit, Castro Lunxburgo, & Bremā ac Bardevico urbibus occupatis. Norralbingii nulla necessitate cogente Victori se subiungunt. &c. Sic & pag. 17 hoc profert de Henrico Leone, quod ille cum altera parte exercitus sui septentrationem versus processerit, Lunxburgum propagandulum, & Lubecain, loca oppido munita obsessurus, quum Bardevicenses Cæsarem cum copiis adventantes nullā

nullâ interpositâ mora , receperissent . Ex quibus omnibus omnino convincitur , quod Lunæburgum ante aliquot secula iam cum arte fundatum & communictum fuerit , priusquam ab Henrico Leone in talis civitatis formam redactum sit . Namque & Ditmarius *Mersburg. lib. 4,* Lunæburgæ mentionem facit , narrans prodigiosum terræ motum , & ex eo hiatus , qui ibi contigerit *Anno 1013,* Imperante Henrico II. Scribit Ditmarius illic Luinberg corruptè , & Civitatem vocat . Sic & fontes Salis crucifesse volunt sub Ottone M. Proinde errat quoque *Crantzus lib. 6. cap. 43.* *Saxon. Chron.* quod tum Lunæburguni nō dum fuerit oppidum , quam Lamberti Schafnaburgensis testimonium sit in contrario , & eidem ad *Annum 1073* id dicatur oppidum maximum Ottonis Ducis Saxonæ , situm in confinio Saxonum & Luticiorum . Quam igitur , & Castrum , & oppidum & civitas fuerit ante tempora eversi ab Henrico Leone Bardevici , nihil obstat , quia incrementum splendidiorum ædiorum & amplificationis ex demolitione & ruderiis Bardevici accepitque ab altera parte ad pedem montis Calcatij

viculus sive pagus nomine Modes-
 torp aut Moierstorp , sive Hemer-
 storp situs fuerit , qui facile aut re-
 moveri , aut novo fortalito includi
 potuit . Quod verò tum denum ex
 viculo illo fundationem accepit ,
 contradictoriè oppugnat superius ex
 ipso illo auctore illata . Qui cum ipso
 facete volent , videant prius , quomo-
 do veram conciliationem dispicte
 queant . Ipsa enim natura motus
 Calcarii & commoditas huminis El-
 menavi , ac amoenitas camporum satis
 indicio sunt , quod Saxones , qui nei-
 lum prope munitione locum incel-
 tum reliquere , hanc potuerint ra-
 tione intentionis istam negligenter
 commodo maximo suo inservient ,
 montis locique opportunitateir .
 Namque mons non saltem speculæ
 instar usui accommodatus est , sed e-
 iam natura sua singulare incolis for-
 talitum largiendo exhibet . Quare
 etiam Sebast. Munsterus in sua Cos-
 mographia de hac urbe loquens in
 plurimis contigendus erit : velut cum
 saeo intellectu percipiendum hoc
 est , quod ex ruderibus Bardeyici in
 civitatem sit redacta , quum antea
 iam oppidulum fuerit , & non aliter
 id , quam de amplificatione & fortio-

ri munimur afferi:ati queat. Nec à Iulio Cæsare , nec alio quopiam Lunæ simulacrum, nisi ab ipfis Saxonibus , introductum fuit, quod ad Caroli Magni tempora permanit. Inde & Albert. Crantz⁹ adfertion non subsistit , quod Heinrico IV. Imper. qui Sextus fuit ab Ottone Magno, atx solummodo sine oppido extiterit , quam tamen statim Murst. subne-
ctat , quod Otto I. locum istum in Comitatum erexerit , adiunctis ei prædiis de terra Mekelnburgensi . Quomodo vœtò se res habeat, & quo-
modo Otto Duci⁹ titulo & dignitate ornatus sit in publicis Comitijs , id supra relatum est. Ideoque etiam heic vacillat Murst. cum aliis quod de Friderico I L. affert, quod ille An-
no 1235. ex Comitatu Ducaum fe-
cavit. Sed ipse sibi quoque contra-
rias est, dum statim addit, quod hanc
ditionem una cum Dominio Brunsvicensi tres Ottones Imperatorcs at-
que posteri eorum possiderint, usque
ad Henricum Leonem , qui exutus
Bavaria , Saxoniam & oinii ditione
sua, saltem Brunsvigam & Lunæbur-
gensiem Ducatus retinuit. Sed de sta-
tu huius urbis moderno, & quem la-
psum nuper anno 1619 commiserit,
infra

infra plenius referetur.

Vrbi autem Lunæburgensi est ci-
vitas Vlyssæ alias Ulzen dicta, quæ
quinque milliariibus ab ea distat, quæ
olim quoque Membrum Hanseatici
fæderis fuit, & semper protectione
Lunæburgi usæ, quændiu libera fuit.
At Ann. Ch. 1389 penitus à Ducibus
Lunæburg. stratibus Bernardo &
Henrico subacta & capta est ex ini-
diis. Quum itaque planè libertatem
suam amississet, quamvis oppidum
lautissimum & festivè satis munitum,
edificiisque egregiis ornatum, pede-
tentim tamen recedere coactum est.
Vid. Bunt. part. 2. Chr. pag. 25.

Sed pauca etiam de Bremensibus
subnectam. In Bremæ Vrbis nomi-
ne & exordio eius principali eadem
habentur & inveniuntur difficulta-
tes. Etenim quod Chaucorum ma-
iorum sedes in ea regione fuerit, ab-
negari nequit. Qui in primis sibi lo-
cum, secundum mores illorum secu-
lorum cultū satis, incoluerunt, quem
Ptolomæus Phabiranum vocat; unde
facile collendum est, quod anti-
quitatem diuturnam referat. Celebre
quidem jam nomen est tam nobilis
urbis; sed tamen quum non satis
omnia rectè referantur, luet potius
audire

audire ea , quæ Wilhelm. Dillicius in Chronic. Bremensi , ubi ex professio de origine eius agit , recenset , cuius verba hæc sunt : Bremæ utrum à rur-
borum ibi nascentium multitudine , ut vulgo placuit an ex Ptolomæi Phabitano nomine accepit , unicuius-
que petinetur judicio : Sanè Phabitani sicutus quam Bremæ ubi respon-
deat , meritò Geographi Phabitanon de Bremæ unanimi consensu inter-
pretantur : Indeque patet jam tum , nempè circa annum Christi 139 , quò Ptolomæus floruit , Bremam ex-
titisse.

Anno 449, cum Imperium Ro-
manum Vandali , Alani , Suevi , Bur-
gundi & alii diriperent , & præter
hos , Galliæ Romanorum Provinciæ
Attila Hunnus , immanitate reli-
quos longè superans , imminet &
sub Imperatore Valentiniano Ætius
Dux Romanus Galliæ præfes , Legio-
neum , cuius præsidio Britannia (quæ
itidem à Iulii Cæsaris usque tempo-
ribus Romanis paruerat) hactenus
contra Pictos atque Scotos defensa
fuerat , ut Galliis consulteret , revocaf-
set , & suis se viribus aliquamdiu su-
stinet jussisset . Britones Romano
præsidio nudati , Angilos Saxones
propo-

62 R E R V M P. H A N S.
proposito stipendio advocatunt, vel
ut Witekindus & Cambdenus refe-
runt, legationem supplicem ad Saxo-
nes misere, quæ ipsi exposuit, Brito-
num terram latam ac spaciostam, &
omnium rerum copia refertam, ditio-
ni ipsorum parere: sub Romanorum
haec tenus clientela ac tutela libera-
liter vixisse: Post Romanos, melio-
res Saxonibus ignorare: ideo ad alii
virtutis Saxonum fugere, ut ipsorum
virtute atque armis hostibus supe-
riores inveniantur; quidquid insu-
fuerint servitii, libenter sustinere
velle. Itaque Saxones Ducibus He-
sto & Hengisto, apud Britones autem
Regnante Vortigero (quem Beda Vi-
tigerium nominat) tribus longis na-
vibus Bremæ adornatis Insulam in-
gressi, Scotos & Pictos represserunt.

Post 70. vero annos, secundum Al-
bini computationem, cum plures
suos Populates Saxones, Angilos, Fu-
sios, Iutas evocasset, hospites Bri-
tannos in continentem Galliæ Arme-
ricam perulerunt, & saltem reliquias,
quæ Wallenses appellantur, in uires
montibus & saltibus coarctarunt, at-
que hoc modo Insulam propè uni-
versam occuparunt. Vnde ei, ut ab
Angilis Anglia nunc dicatur, no-

men dedisse existimantur.

Hinc minimè mirum , quod Carolus Magnus , cum XII . annis , & post reconciliationem exortis unius atq; alterius principum novis rebellionibus , in 20 annum cum Saxonibus eorumque Principe Witekindo desertasset , & victor per Saxoniam aliquot Episcopatus constituissest , Bremæ Anno 788 Episcopum dedit Wilhadum Anglum , quod patria harum regionum lingua uteretur , eoque nomine , præsertim ob pietatis studium singulare , quo p̄t̄ alii eni- tuit , maximè idoneus esset , ad populares suos è potestate tenebratum libertandos . Totus enim in eo fuit Carolus , ut quemadmodum ipse scribit , Saxones pristina libertate donatos , Deo tributarios & subiugatos devotè addiceret .

Bremia vero utrum pagus tum fuerit , an oppidum , non difficulter conjectari potest . Muros non habuit : sed nec muri civitatem efficiunt : Fuisse autem locum cæteris eminenteri , arguimento est non tantum Phabirani nomen , sed & Episcopalis sedes , iōi constituta , & quod Wilhadus à Carolo privilegia , quæ pagis dari non solent , impetravit , eaque

Caro-

Carolus conspicuo Rolandi testimonia publicè posteris omnibus obognavit tum maxime, quod ex Prisi legiorum verbis apparet, ea jus civitatis non dare, sed orpare.

Ad gubernationis formam quæ attinet, colligi potest ex multis, gubernationem ut unius non fuit, in nec omnium, sed pauciorum fuisse. Ante Carolum (inquit Historicus, Saxonizæ Genit libertatis tenacissimi, cum regibus subiici nollet, duodecim primarios viros toti Provinciae præfecit, qui de bono publico medium cōsulerent: Annus erat inter illos per vices Magistratus: Quæ verò publicum ab exteris illatus, bellum deprehendisset, is ducans bello Rex appellabatur, cuius Imperio parerent universi: Bello finito, regium pariter nomen deponebat. Carol. etiam tempore, cum is Agros Ecclesiæ fructificantes discernet, & terram Ecclesiastico juri subesse, & que de decimis primitiis & oblationibus respondere vellet, erant (idem inquit) in his locis viri potentes, quæ subiectos agros cum plebe tenebant. Nec voluit Carolus, neque debet suo tempore quenquam iure dislocare.

In urbe Brema potentes illos yetu-
sta historia potestates, & iudicariam
manum, recentior verò Proconsules
& Consules appellat.

Brema magis ac magis videbatur
efflorescere, nisi furor Hunorum,
quos nunc Hungaros appellamus, bis
eam incendio delevisset. Erat enim
Hunais tota Germania exposita, do-
nec Heinricus Auceps Cæsar ad im-
pediendam ipsorum tyrannidem edi-
ceret, ut ex Agratiis militibus nonus
quisque in urbes sese reciperet, easque
muniret, concilia & conventus oin-
nes, atque convivia in urbibus cele-
brarentur.

Anno 934. Cum Gubernatores ci-
vitatis iure suo abuturéntur & admi-
nistratio ad Oligarchiam planè de-
flexisset, Adalhagus Archiepiscopus,
ubi primo ingressus est Episcopatum,
fecit, ut Brema longo prius tempore
potestatibus ac iudicaria manu cō-
pressa præcepto Regis at soluta, & in-
star reliquarum urbium immunita-
te, simulque libertate donata, vel po-
sius ei restituta fuerit.

Ecce plerisque civitates adversus
Hunorum incursiones muniti cæ-
perunt, Brema tamen anno demum
Christi 1000, quando pirati Dani

Saxoniam ad vastitatem vocabant,
(Ascomanni appellati fuerunt, quod
raro latius, quam ipsi ex peraseu
folliculo, quem Dani Ascham appel-
lant, victus atque esca suppetebant,
excurrebant) muro firmissimo mun-
ri cœpit.

Inde etiam accuratiori munitioni
urbis caussam dedit, quod Otto I
Cæsar, propterea quod ei sèpè in
Italiam commeanduin erat, Hermann-
num Bilingium in Pago Luneburgen-
si, Stibbekeshorn natum, an. 96^c,
Saxonie Ducem fecisset, Nepos au-
tem ipsius Bernhardus Dux, in profe-
rendis finibus totui ptopè esset: Pro-
inde Brema contra insidias atque,
insultus Bernhardi Ducis aggere mu-
nita fuit.

Hoc anno Emma, Luteri Comitis
(qui frater Beunois Saxonie Ducis
erat) vidua, civibus pascua dedit, que
civium appellantur.

Sub idein tempus & præsertim suo
Annus 1035. Civitatis murus pe-
fici cœpit, additaque est ab occuli
portæ turris per ampla, Italico muni-
ta opere, & septem distincta Cam-
bris, quam annales Pietiti Archiepi-
coporum ex parte tribuunt. &c. In
pedentim quidem civitates plere-
que

que ad ea fastigia evectæ sunt, ut tandem successu temporis sèpius recuperarint, quod à principio illis debebatur. Bremenses tamen exploratæ fidei incolas se semper exhibuerunt erga Cæsares, quamvis multis implicati fuerint à tempore Catoli difficultatibus propter amabile libertatis studium, quod illis in jure naturæ imminentum videbatur. Et quamvis Archiepiscopus Lümarthus ius Advocatæ pro sui redemptione Anno 1089 Lethario II. Comiti Supplingburgensi & Querfortensi, cui postea Henricus V. emortua Eiligniorum familia, Ducatum Saxoniam, & Henrico V. defuncto Imperii Principes Imperium detulerunt, cesserit, unde Dukes Saxoniae Advocatiam tamē talem, sive iudicium tempotale hereditatio iure sibi vindicabat, tamen ubi libertatem a Iversius Duces tueri & assertare non delitit. Atque ut eo rectius commodo civitatis suæ invigilarent, animositatis & fertitudinis virtute & laude semper pristinum libertatis statum amplerabant; Praestabant se fortis Visurgis: commerciorum defensores mari & terra; Et cum auspicio Henrici IV. ex intentu Pontificis Urbani expeditio

Hierosolymitana contra Saracenos suscipetur, huic exercitu quoque suas adianxere copias: unde Cæsar il. Iis inter alia fori privilegium plenius concessit. Talibus præmiis magis et. Eti fortiora & sublimiora subite non veriti sunt; sed quum anno 1147 sub Cæsare Conrado tres numerosi exercitus partim in Saracenos terramique, partim in Sclavos à Christianis regibus ac Principibus ducentur, Bremenses classe iostructa, quum multos ex Saxonia & Westphalia militibus socios adsumpsissent, vento primùm in Angliam adacti, inde in Galliciam appulerunt, & rogatu Adolphi Regis, Vlyssibonam, occupando, eiecerunt ex ea omnes Saracenos, eamque Christianorum fecerunt coloniam: Quo nonnulli apud eum habent inierunt gratiam, ut in commerciis eodem iure cum indigenis frui debent. Exinde ad maiora adspirare ausi sunt, quumque hominem artis nauticæ peritissimum naucti essent, Anno 158, honoris, gloriaque & commerciorum quærendorum caussa ad mare Orientale cursus suum dixerunt. Atque quia tempestatibus in fluvium Livoniz Dugam adacti essent, confederant in

eo loco aliquo usque, ubi postea Ri-
ga extorta est. Livones vēd̄ eos pro
Danis, quos tunc inimicissimos sibi
experti fuerant, habentes, gladios
primū atque arma in Bremenses
stinxerē. Cogito tamen demum er-
tore, datisque hinc inde & acceptis
muneribus, hostilitatem in amici-
tiam converterunt mutuam, & com-
merciorum ius pacti sunt. Quæ res,
ut ex sequentium annorum historiæ
apparet, non tantum inter Livones &
Bremenses usum commerciorum fre-
quentissimum; sed etiam propagati-
onem Christianæ religionis, & ex-
adificationem novæ civitatis quam
Rigani dixerē, peperit. Licet Crantz.
lib. 7. Sax. c. 13. non nihil tem inver-
tere & tantæ occasionis laudem, pro
more, in Meynatum quendam de-
tivare studeat; tamen illud approba-
tionis haud obscuræ loco acceptan-
dum est, quod addit, virtutem istum
bonum per aliquot annos cum mer-
catoribus cō navigasse, & operi pietatis
devotum instituisse. Quin autem
Livonia vario commerciorum genere
abundaret, & locus Rigensis ijs maxi-
mè accommodatus esset, ad sociarunt
Bremensibus (uti in tali accrescen-
tis fortunæ statu fieri solet) se alix-

Saxoniarum atque Wandalium civitates, & proinde creberrimae in eam Provinciam mercandi gratia habitæ sunt navigationes, unde ab utraque parte magis animi populorum talium coalescere & prius quasi in tacitum fœdus coire cœperint. *Crantz. d. l. cap. 13.*

Superius pauca mentionem Stadæ quidem iniicimus; sed quum ea quoque clata pottio cum Boxtehuda fœderis Hanseatici fuerit, non ita facile pede præteteunda erit. Et enim varias à prima origine sua pertulit sortes, & facie in regiminiis non uniformem sensit. Namque, ut supra ex Sialando notavimus, omnium in hac Germaniarum parte antiquissima censetur, ante Christ. natum annis 20 condita, quod priuam ibi Stationem exhibuerit Saxonibus aut Chaucis, qui ex Norralbingia, sive Cimbria ipsa traiicerent Albium, qui semper inde Ditmarscos socios habuere. quæ causa quoque fuit, ut notat *Crantz. lib. 6. Sax. cap. 5.*, quod Comitus Stadensis terram Thietmarianam transalbinam tenuerit inclusam; quemvis ille etiam aliam consequentiam annexare videatur. Locum autem illum, quem sibi Saxones à principio usque

usque selectum habuēte , quod per tot secula usque ad Caroli Magni tempora, qui *Anno Chr. 800.* Imperator factus est , adeò fortiter conservarunt , id non in minimis habendum est. Pro mutatione rerum ob populorū incursiones varias , procul dubio miros s̄tpe sustulit casus. Designavit quoque more Saxonum antiquum suum pagum in ditionis talis iurisdictione, quūm locus semper fuerit principalis ad Albim in ecclesia, licet *Meib. in Pag. Saxon.* putet, quod ad Pagum Woltzatorum Stada sit relatum , mentionem faciens Diplomatici Philippi Imperatoris, Heinrici V I. fratris , & filii Friderici Barbarossa, quod datum sit anno regni eiusdem secundo , id est *Anno Chrissi 1199.* Verba illius ibi sunt: *Pagus Woltzatorum.* Meminit diploma Philippi Imp. donantis Ecclesiae Bremeri Comitatum Stadiensem, Anno regni secundo. Si ita, nec impugnatur Imperiale Diploma, quod Philippus iste , quē nonnulli eius nominis testiū faciunt, donavit Ecclesiae Bremeri Comitatum Stadiensem : sed quomodo ad Pagum Woltzatorum ita referatur Stada , ut propria ditione , in qua tamen Comitatum de-

signat, ceu ipsum diploma loquitur, exclusum fuerit; id quæstionis est. Ait Mejbom. Testatur Chronicus Rastedense, quod Vdo Marchio inter ceteras ditiones Waltzatiæ tenuerit. Neque hoc impugnat: Sed illud; quia Comitatus Stadensis non propriam ditionem obtinuerit, quamquam hoc de natura sit Comitatus iuxta veterem Saxonum consuetudinem, ut pagus quivis suum haberet Comitem sive iusticæ & gubernationis præsidem. Alias enim non posset Comitatus dici aut vocari. Ait igitur ille porro: In hoc pago fuit Burgwardium, Stade, Dithmaro lib. 4. *Stethu*. Quid hoc? An non direxisse sibi contradicit, quando in prefatione libelli illius de pagis veteris Germaniæ ita ponit: Moris fuit tam Saxonibus, quam reliquis Germanis, quoties loci alicuius sicutum ex parte volebant, describere solitos, in quo pago, & ad quem fluvium sis sicutus esset, & (N. B.) pagus in quo Comitatu. &c. Si igitur Comitatus adeo porrectus fuit locus, ut aliquot pagos contineret, & describeretur pagus in quo Comitatu esset sicutus; certè nullatenus Stada Comitatus immo etiam Marchionatus subiectus fuit

Pago alicui, sed aut ipse expressit pagum, aut plures continuit in se. Velut ipse Meib. quoque id innuit & exemplis in *prefatione d.* declarat, inquiens : Sic in diplomate Conradi Salici pagus Entergow est in Comitatu Bernhardi Ducis : in alio eiusdem diplomate pagus Valim est in Comitatu Danckniari Comitis, &c. Imò addit : Erat enim tota etiam Saxonia in Comitatus divisa, &c. quod sancte ita convenit consuetudini Saxonum, quā regiones iuxta iudiciorum præfecturas erant distributæ.

Mitum igitur est, quod diplomati Philippi Imperatoris, qui anno 1198. ad Imperii coronam electus erat, adscribere voluerit, quin tamen pagorum usus ante 100 annos esset sublatus, ceu ipse in *d. pref.* itidem confiteretur, dicens: Appellatio (pagorum) usurpati desit circa an. Christi 1100. quin pagi in Ducatus, &c. migraverint. An maior potest contradicatio fingi? Proinde rectius prævallet sententia. Crantz. lib 6. Sax. cap. 5. & Job. Petr. part. 1. Chron. Hols. p 75., quod Comitatus Stadensis, ad quem referebatur oī. m. Dittmaria, comprehensus sit iis terminis regionum, quas Imper. Carol. M. donavit Ecclesiæ Bre-

inensi. Vetus: , quum Episcopus, propter incusiones Danorum & Normannorum, littora ea tueri ab hostibus non posset , proinde non tantum in Marchionatum mutauit est : sed etiam ab Imperatoribus eius defensio in Duces Saxoniat transfluit : sub quorum protectione terra ea cum civitate mansit , usque ad tempora Henrici I. Imp. , qui dicitur Auceps , ubi præfuit iis locis Heinricus Calvus , sive Crassus , Iohannis filius, circa an. Chr. 911 , cuius sedes fuit in arce Rosenfelda quam condidit an. 1140 , ubi nunc monasterium Hersfelda est , antea itidem Comitatus , tribus milliaribus à Stada dissipatus. Filios is habuit Ottonem, cuius filia nupsit Woldemaro Ascaniæ Comiti , & Heinricum Bonum, qui ex coniuge genuit filios Sigfridū & Tyadericū Marchiones. Sigfridū Stadam alia ratione amplificando communivit, & arcem addidit contra hostium incusiones. Translatum ferunt de alio loco , ubi Doisladium vocaretur. Anno 1188. Dani & Normanni, qui sibi Dominium in omni Saxoniam vindicare studebant, trahientes Albini oppidum hoc ad Sungam fluv. cum arce coepcrunt, & captivos

P A R S T E R T I A. 75

ptivos Principes abduxere : verum Sigfridus ope nautæ evasit, quum alteri nasum abscondentes nequiter . is reliquit filias Odam & Matildin. Soror autem fratrum horum in coniugium data fuit Comiti Ascaniæ Ernesto. Sigfridus statim in auxilium ad vocavit Bennonem Duxem Saxoniarum, qui victoriæ obtinuere , & Danos omnes captos suspedio necarunt , unde locus ille Würgebawr dicebatur. Sigfridus ex coniuge Adila Ducessa Bavariæ, genuit Sigfridum II. & Luderum sive Huderum Marchionem Solzquellenensem. Hic ex amita Rudolphi Suevi, quem Saxones regem creatum opposuere Imp. Henrico I V, genuit Vdoneum primum, qui factus est Marchio Brandeburgensis *Anno 1085*, & Luderum II. qui prope Merseburgum *An. 1080* in bello obiit. Vdo I. Marchio Brandeb. & Stad. genuit Vdonem II. Rudolphum, Henricum Longum, & obiit *An. 1089*. cui successit primitus filius Vdo II, qui obiens *Anno 1106* reliquit quidem filium Henticum, sed veneno mox extinctus est. Rudolphus factus est Successor & Elector Brandeb. , qui duxit Idam Imp. Hentici III ex fratre neptem, & genuit Rudolphum II & Hartwicum Magna-

Magnanimum in Archiepisc. Bremensem.
 Rudolphus autem II. Elector Brandeb.,
 unum cum coniuge Walpurgi à Dicmar-
 sis subditis suis in acce Bocklemburgi
 interfactus & in aquam abiectus est,
 cuius filius Otto obiit puer. Proinde
 terræ omnes una cum Marchionatu
 Stadiensi & Dicmarsia transiit ad E-
 pis. Hartwicū, qui mortuus est An.
 1168. Quum verò Rudolphus I. in-
 gavis esset amicus, tantam perfidiam in
 Dicmarsos vindicavit acriter, & illi
 præfecit quendam Reinholdum: an-
 tiquum quoque Domiciū Stadæ oc-
 cupavit, ut suo loco indicatum est.
 Verum Anno 1180. Siffridus Marchio
 Brandeb. & Archiepisc. Bremens. cum
 Frid:rico Barbarossa Imp. ita rem sup-
 posuit, ut una cum Philippo Archiep.
 Colon. ex potestate Henr. Leonis ipsi
 licitum esset Comitatum eum etipat:
 & in ditionem suam recipere, quod
 ita peractum est. Sed An. 1187, inva-
 sionem aliam civitas ea ab ipsis Bre-
 mensibus pertulit; donec Philip. Imp.
 donatione superius dicta Comitatum
 salvis Civitatibus privilegiis Archiepisc.
 coparui adiecit: quamvis An. 1206
 Henrici Leonis filii iterum sibi Stadi
 in divisione terræ adscripterint. An.
 1310 utraque civitas Bremena & Stadi

fædus inter se se pepigerunt, pro recuperata Vorda, & Diœcesi restituenda. Sic & An. 1487. inter Bremens. Hamburg. Stadenses & Boxtehudeses convenit, quod nullum frumentum per Albim in mare evehi deberet, sub confiscationis pœna. At quam iniqui in hoc passu Hamburgenses fuerint in civitates confines, id quis apud Chytratum Sax. lib. 18, p. 490. cognoscat. Velut etiam iuslā sententiam anno 1619. 19 April. Camera Imperialis publicavit: uii infra patebit.

Tribus infra Hamburgum milliis, Boxtethuda situm est oppidum Hanseaticum, quod, fundato per viros Nobiles à Buxtehuda virginum cœnobio veteri, crescere & augeri cœpit, donec Rodolphi I. Cæsaris temporibus, civitatis iuribus & privilegiis, à Giselberto Archiep. donatum est. Civitatem Esta fluv. ex dictione Lunæburg. promanatis, perfluit, & inde in Albim delabitur, cuius occursum ita excrescit, ut naves contrariæ ex remotis locis tutò ad urbem appellere possint. Hansis fru- stuosa satis fuit; sed nunc itidem ab Hamburgensisbus premitur, ut suo loco patebit.

C A P. III.

*De Hamburg. civitatis origine, & situ aliarum quoque civitatum
Hanseaticarum inferiores Saxoniae.*

Sed quum neque Hamburgum ha-
præteriti debeat, etiam de utheis
quædam erunt nobis inferenda. Li-
cet verò eius nominis ratio non or-
guas quoque historicis obiiciat di-
ficultates; tamen expressius id pur
quo. l antiquitatem suam cum ori-
nis fundatione Saxonibus deca-
pris: atque hoc ita quidem, quic
illi adhuc ultra Albu m Holsatix
mites incolerent, ut supra dictum est.
Quatuor autem potissimum sunt e:
nominis Hamburgensium opinio[n]es
velut in extegio suo discursu Ni-
laus Cisnerus, quem Præfatione
co præfixit Crantzii Saxoniz, &
connovavit, ubi nec Crantzus ipse
explicationem adimitit, quam si
ritò ut fabulosam reiicit, ubi nec
eius ad Hannam quendam genus
xonicę pugilem refert, quem eo in
co civitatis illius certaminis duce
à Starkato Dano victum scribit.

Sic & iktionis quandam speciem
id præ se fert, & quasi mores Ham-
burgensium aliquo acri fumo & fu-
co adspersos dicere vellet Goropius,
quando vocabulum Ham illud heic
ad pernas suillas & fumo siccatas re-
fert, & inde quasi carnis porcinæ
mercatum ubi illi attibuit, quum
aliæ & Germani & Galli proverbio
communi porcorum non multas ad-
scribere soleant virtutes. Ideoque re-
futus ad eam derivationem recurri-
mus, quæ magis seria determinat.
Nec immerito Cisnerus ibi reprehendit Crantzum, quod nimiam fidem
& auctoritatem assertibat Saxoni
Grammatico, quem tamen non tan-
ti in niuum fabulosis facere debuisse,
ait; quoniam tamen adeò absurdum
non sit, quo! locus aliquis à cultu
superstitioso idoli sui denominatio-
ne accipiat. Velut non frustra id
avtestur auctor Chron. veteris Mar-
chia, quod Teutones præcipue ali-
quem Deastrum coluerint, quem di-
xere Hama Magnum, cui fanum Ha-
maburgi erexerint, ut non tam ab
Hima pugilatore, quod vult Sialan-
dicus, quam ab isto Haimago; unde
etiam idem asseverat, quod lucis si-
ve Sylvacum flumine in veteri Mar-
chia

chia dicta fuerit quædam Hamaca ab isto Hammago, quem ille in loco Hammonii obseruantiam ipsi traxit, quin etiam anno exiguum ipsius tempus apud pagum Kotzebœfanum inventum fuerit, quod olim Hammonis templum incolæ duxerunt. *Chron. Sax. Tom pag. 43.* Haec opinio potius histericæ assimulata quam illa nugax pugillatoris fabulæ potest; præsertim quum in Sylvæ & nemoribus sacra facere consueverit priscæ in præ aliis locis: Sed tamen magis veritati vicinum videtur, quod Cisnerus de sua mente assertaverat, cui etiam Buntingus in *Chron. Brem. et stipulatur. pag. 3.* Proinde Iubet ipsum hic audire Cisnerum: Etsi vero, inquit, urbs hæc Germanicæ appellationis originem præ se ferre videtur: tamen quum Gambrivii quoque antiquissimi Germanicæ populi fuerint, & prior siue syllaba siue votum nominis non illi propria, sed iei vicinitati communis sit, consentaneum, est à Gambriviis reliquæ esse. Nam licet Gambriviorum sed alii in aliis locis constituant, atque ex iis quidam Cameracenses, quidam Sicambros manasse opinentur: tamen verisimilius est, Cimbriis &

Marsis finitimos, Albis ripam Aquilonarem habitasse. Atque eiusmodi nominum mutationes in multis regionibus, civitatibus, oppidis, pagis, atque locis à doctissimis viris observatas, eorum scripta testantur. Nec dubium est, quin Gambrivium maiorem cum Hamburgi cognationem habeat, quam Trevi; quam apud Ptolemaeum Bil. Beckameius de Hamburgensi urbe accipit. Quod si vero rationem hujus nominis quis ex nostra lingua reddere velit, aequem eam à genere retis pescatorii (quod Hamen vocamus) quam à pernis infumatis deducere potest. Quin hæc etymologia cum sententia Goropii, de Anglorum similiisque Germanicæ populorum appellacionibus, multò magis congruit, atque ea, quam de vi nominis Hamburgensis urbis exponit. Nam quum ille Anglos Saxonas tum Holstorum, Dithmarsorum & Hamburgorum sedes tenuisse, tum propter studium in mari prædandi ac aliena acquirendi, ab hamo pescatorio *Angel*, nominatos statuar, eadem ratione Hamburgum quoque præcipuam eorum urbem ab alia voce, idem illorum rapiendi desiderium docente (id est, à genere ra-

tium pescatoriorum appellatum est; appositiè magis quis estimavet, quam ab illa vocis Ham significatio-ne, unde vim nominis derivat. Per inde enim ut Hamo, sic retibus quo-que (quæ à nobis Hamen dicuntur) p̄fsces capiuntur. Itaque tām conve-nienter hac voce, atque hami p̄fscatorii, appetitio illa aliena acquirendi extimbitur : à qua ut generatū Germanos quasi *Herman* (id cest, v̄ros acquirendi, congregandique & corradiendi desiderio captos) sic spe-ciatim plerasque eorum gentes dicta-esse, ille quidem censet. Quare si bellè omnia hæc inter se consentiant, multò probabilius Hamburgi nomen ab hac retis pescatorii, quam illa car-nis porcinæ significatione, mea qui-dem sententia, petere licet. &c. Hat quidem Cisneri sententia non in-comptè prolatæ videti possit ; sed *Meibom*. in libello de veteris Saxonie finitimarumque regionum Pagù pri-rius facete videatur in hoc cum *Chris.* *Saxon.* veteri *Mogunt.* edito olim, quod tam en alias in pluribus exire m̄ detestatur, quando omnes tales opiniones Cisneri reiicit, & accom-modatius dici putat, si Hamburg nomen à sylva vicina Hamme voc-

ca, velut superius innuimus in Marchia quoque Haminaicam sylvam inventam frisse, deducatur. Et veritas hujus opinionis magis inde confirmari valet, quam hodiè etiam prope Wansb:cam, sylvulae talis nomen, in cuius complexu horti amoeni aliquot civium & inter alios Meionis s: b:Eizen siti sunt, superstes habebatur, cuius circuitum ipse Meino, vetus amicus mibi, monstravit. Meliorum autem verba lubet audire de Pago Stomariotum. *Adamus Bremensis pag. 45.* tres facit Transalbinorum Saxonum populos, Thiatmacersgoes, Holtz:ses, & Stomarios. Stomarios reliquias nobiliores esse, & nomen habere vult à seditionibus, quibus agitantur. Dix störmier. Reclus fortasse *Cranzius* loci appellationem deducens a lumine Stoia, qui Reginoni & Adamo Stutia. In hoc pago Castellum Hamburg, nomen habent non i love Hammone, neque ab illetra pugile, vel pernis salitis & famo siccatis, ut ociosi quidam fabulati sunt; sed à sylva vicina Hamme dicto, teste *Adamo Thracigero in Chronico Hambugensi M. 9. &c.* Fortè non frustra est, quod tot allusiones ad nomen Hamburgensem confin-

xerint scriptores, quum etiam facti
 hodiè de eorum ingeniis & de indo-
 te obfuscata gentis lubricæ & veta-
 tilis plurimi testantur, ceu confe-
 decatorum non exiguae inde audiun-
 tur querelæ. Sed constat igitur quod
 in pago Stormariorum Castellum as-
 trium hoc fundatum & in eodem
 pridem, ante secula aliquot, Caroli
 M. comprehensum sit. Ideoque me-
 ritò id Membrum Holsatiæ pauca
 adhuc ante annos juxta tempora &
 iam posteriorū seculorū fecit & ap-
 pellavit *Dav. Clytra. Chron. Sax. II.*
 2, pag. 69, ubi sic loquitur: Mem-
 brum autem Holsatiæ, & in soko
 Holsatico sita est Hamburgensis ci-
 vitas: de cuius antiquitatibus, à Caro-
 li M. memoria repetitis, & primo in
 ea Religionis Christianæ exordio, &
 Episcoporum ac Principum illius
 primorum serie, pauca colophoni
 loco addemus. Caroli magniarum
 angustis adhuc pomœriis Hambuga
 conclusa, colleni solum, cui nunc
 D. Petri & Cathedrale templum in-
 fistit, complexa fuit, & Albius
 Principi Notdcalbingiorum Wit-
 kindi patrueli paruit, cum quo, ac-
 cepta fide, in Saxoniam, ad Carolus
 Albius profectus, scse dedit, & Châ-
 riaue

stianæ religione initiatus est. Hamburgæ Carolus pastorem Ecclesiæ primum Heridagum, ac Vdonem Ducem cum præsidio, constituit. Postea rebellantibus Nordalbingis, multa millia in Flandriam tum incolta in & Brabantiam transstulit. Sexennio post, Heneti vicini, odio Christianæ religionis, oppidum expugnatum incenderunt. Quo deinde auxiliis Caroli & Ludovici Pii restituens S. Ansgarius, ex Monasterio Corbeiensi ad Somā, Archiepiscopus gentium Septentrionalium à Ludovico Pio ibi collocatus est. Vastata autem denuo à Normannis per Albitm ascendentibus urbe: Ludovicus Germanicus Bremensi Ecclesiæ cum vacanti Ansgarium præfecit, quam Pontifex postea ex Colodiensis jurisdictione exemptam, cum Hamburgensi metropolitana conjunxit & univit. Secundus Archiepiscopus fuit Rembertus, Ansgarii discipulus, sub quo Dani & Normanni Hamburgum denuo cremarunt. 3. Adalgaricus, ab Arnolpho Imperatore constitutus, libertatem Ecclesiæ Bremensis adversus Archiepisc. Colonensem, qui eam sibi subiectam esse volebat, defendit. 4. Hogerus à Ludovico imperatore; sub

quo Hamburga quatuor ab Henetis & Danis vastata. 5. Reginuardus. 6. VNN I, à Contaldo Imp. institutus, post viatos ab Henrico Auctore Danos, & Marchionem Slesvici collectum, in Dania & Suecia Euangelia docuit; obiit, 946. 7. Adalgarus Cellarius Ottonis I. Imp. post Ottonis victoriam de Danis partam, Episcopos Slesvici, Ripæ, & Arhusi ordinavit. Benedictum Papam, quem Romani contra Leonom seditione degant, captivum Hamburgam duxi, qui in exilio Hæburgæ 966. obiit. Posticulum nobis imperium ad Hermannum Billinguin, quem Ducem inferioris Saxonie Otto I. creaverat, translatum est. Cui Benno filius dux Saxonie successit. Sub quo Adalgarus Archiepisc. cum 54 annos p̄fessus est, rebus humanis exemptus est. 8. Libetius mort. 994. 9. Unwanus, primū fossa & aggere parvo Brema invicit, 1010, 10. Libetius II obiit, 1033. 11. Hermannus, primus muro Brema cingere cœpit. 12. Berzelinus, oppidum Hamburgam muro duodecim turribus distincto circumdedit, mort. 1046. 13. Albertus comes Bavariæ, templū Hæburgi ex lapidibus ædificare instituit. Bernhardus Saxon.

Dux Arcem Hamburgi primum ad Elstrem, ubi jā civitatis equile est, deinde ad confluentem Elstri & Albis die Nienburg extruxit, unde initium est novæ urbis, in qua Dux Saxoniæ aulam habuit: in veteri Archiepiscopus, qui 1072. obiit, 14. Liemarus, sub quo bis unoan. Vandaliis Hamburga cremata mort. 1102.

Deinceps sub Comitibus Holsatiæ Hamburga, viris & opibus aucta crescere & florere cœpit. Magno enim postremo ex Hermanni Billungi posteris Saxoniæ Duee mortuo, Lotharius Dux Saxoniæ, Adolphum Comitem Schauenburgum, Holsatiæ & urbi Hamburgæ præfecit. qui usque ad annum 1137. præfuit. Cuius nepos Adolphus III. prolectus in Palæstinam cum Barbarossa, & insigui ad eam expeditionem pecunia per Hamburgenses adiutus, amplissima civitati privilegia dedit, corumque confirmationem ab Imperatore impetravit: ne quis arcem, intra duo millaria, ad urbem ædificet: ut immunes sint à vestigalibus in Albi usque ad mare; & ab omnibus belli exercitus Comiti Holsatiæ præstandis. Nec bona civium uspiam in Holsatia Arcis detinere liceat. Absente au-

tem in Palæstina comite, Heinricus Leo ex Anglia cedens, Stadum & Hamburgam recepit, & Bardevicum evictit. Reversus igitur ex Palæstina Adolphus, Auxilio Bernhardi Vii Ducis Saxoniz, Hamburgam & Lübeckam denuo recuperat; Verum Paucis post annis, Waldemarus Dux Silesiæ, Hamburgum & Lubecam, auspiciis Daniæ regis fratris Canuti vi. occupat, cum Adolphum prælio viatum antea cepisset. Qui renunciato suo iure, quod in Holsatia habebat, omni in patriam Schovvenburo, ex priori potentiaz & dignitatis gradu & Holsatia tota deiectus, redire cogitur. Hamburgæ Albertus Comes Orlamunden sis (frater Adolphi uterinus) à Rege præficitur, qui defientibus à dano Holsatis, & Waldemaro rege per Heinricum Comitem Suerinensem capto, ius suum in urbe 1500 marcis argenti senatu vendidit. Quod libertatis Hamburgum pleniotis secutæ initium fuit. Genealogia eius hæc est. Heinricus Comes in Querfurt progenuit Mathildam, quæ prius nupsit Adolpho 2. Comiti Holsatiæ, cui genuit Adolphum 3. Com. Holsatiæ, qui Adolphum V. habuit filium ex hæ

linea nepotem Mathildis, cuius tam
en coniux & maritus alter fuit
Henricus Comes in Orlamund. cui
peperit Albertum Comitem Orlamun-
densem, supra dictum. Adolphus au-
tem & ex comitatu Schavvenburgensi
evocatus in Holsatiam contra Danos,
quoniam Waldemarus Rex Danicæ ab
Henrico Comite Suerinensi captus
eis est, confirmavit libertatem & pri-
vilegia Hamburgensium, & Lubec-
censes, excusso Danorum iugo se in
libertatem vindicantes, cum aliis
principibus adiuvit, ut profligatis ad
Bornhovedam Danis, victoria insi-
gna potitentur, à quo tempore Lube-
ca urbs Imperii libera fuit. Hambut-
gæ titulo tenuis sub Comitatu Holsa-
tiae imperio mansit. Adolpho I V.
monasticum S. institutum Hamburg-
æ professo; filii, Ioannes Wagriæ Do-
minus, cui filia Alberti Ducis Saxo-
niæ nupta fuit; & Gerhardus Hol-
satiae & Stormariæ Princeps, cuius
uxor filia Johannis Theologi Mega-
politani fuit; privilegia Hamburgen-
sibus confirmatunt. &c. Haec tenuis
Chyträus. Patet igitur ex ipsa confir-
matione, qualia iura Domini Ducis
Holsatiae aperta sint & fuerint in
urbem Hamburgensem, quod etiam

actio in camera Imperii instituta ad-
huc loquitur. Hamburgum autem
tam verustam esse civitatem , iſſi
quoque Hamburgenses in petitione
articulata pro Restitutione in Inte-
grum, adversus latam in camera Imp.
ſententiam contra Duces Ottonem
& Franciscum Ottonem Lunæburg.
art. 23. iudicialiter conſentut; cu-
ius verba hæc ſunt : Verūm etenim,
quod ſi urbis Hamburgiſis ſtatus &
conditio, quenadmodum non tan-
tum ab initio & ante Imperatoris Ca-
roli Mag. tempora Metropolis totius
Nordalbingiæ Provinciæ fuerit, at-
que inde à Cæſ. eius Maieſt. & filio
eiusdem Cæſare Ludovico p:o Me-
tropolitana Eccleſia ibidem erecta
ſit, ſed etiam uib⁹ hæc poſtea à mu-
tis diversis Imperatoribus & Roma-
niſt regibus eximè ſplendidis privile-
giis & iuribus clementiſſimè & be-
nigniſſimè donata ſit, aliquo uſque
examinabitur & conſiderabitur ; ſi
tis inde conſtabit, quo modo & uel-
utib⁹ hæc tale nominatum, per imme-
moriale ex præſcriptione iuris & vi-
gore poſſeffionis tempus acquiſitum,
veſtigal & ius ſtapulæ naecta ſit. Si
quidem veriſſimum, a iunt, & tam
ex diversis historicis, quām principa-
liter

liter ex N. colai i. Pontificis , super coniunctione vel unione Ecclesiarum Hamburgensis & Bremenensis , circa tempora Ludovici I Imperatoris, emanata bullæ, cuius exemplum ad fidè suæ historiæ inseruit *Aib. Crantz.* in *Metrop. lib. 1. c. 38,* conspicuè patet , quod urbs Hamburgensis unica sedes & castellum Nordalbingorum fuerit , & inde in ea tanquam in Metropoli Nordalbingorum Archiepiscopalis sedes eorundem constituta fuerit. Atque præcipuè hoc verum, quod Helmboldus scriptor antiquissimus illarum partium, qui vixit circa tempora Henrici I V. Imperat. in *Cron. Scavor. lib. 1. c. 4.* expresse ponit , quod Ludovic. I. Imper. civitatem Hammensburg! constituerit Metropolim universis borealibus populis. &c. Sed reliqua de mutatione & aliis conatibus eorum, quomodo ex studio proprii commodi vicinis & adjacentibus confederatisque sua infringere iura atque omnia in sece derivare studuerint , alibi explicabuntur.

Hamburgo vero recte subiectimus Hannoveram ipsi coxtaneam, ratione originis , & non minus laudabile fæderis Hanseatici decus. Cui propè similem

similem *Albert. Crantzii* affingit originem. Quod enim Hamburg nomen de fugile suo adscribere contus est, hoc etiam urbi Hannoveræ de Duce Saxonico Haneffo antecessor Schwertingii configere studuit, quasi ille eo in loco, ubi nunc sita est hac civitas, contra superbientes nimium Danos, cum Rege Frothone prælium admodum durum subierit, in quo ipse occubuerit Dux; &, quum Fœ semen significet, quod in eius conflictus acerrimi & Ducis interfecti memoriam, quasi novum nominis semen ibi excitatum sit. Sed metu *Buntingius in Chron. Brunsv.* pag. 7. hanc tabulosa reicit sententiam, & meliorem, quæ ab historicis passim quoque ita approbatur, substituit, dicens: Olim priscis temporibus, eo in loco, ubi nunc suburbium Hannoveranum habetur, Comitibus de Rhode, quorum familia ante aliquæ secula pridem ex mortalitate sublata est, arx quædam fuit & fortalitium, quod Lawen Rhode vocabatur. Hoc comites dicti, qui etiam postea monasterium Werderanum sedificarunt, incolebant; atque ex hac arce possidebant, eo in loco, ubi nunc civitatis domus equorum condita cœnatur,

tur, Leinxæ fluvio impositus erat, unde etiam nūn hodie platea ea accis *Burgstrasse* appellatur. Quemadmodum nūnc consuetudo communis fert, ut principalis aulæ ministri dominus & habitationes suas, in advetsum è regione erigant; ita tam quoque factum est, ut ædes aliquot fuc-
tint ex altera parte Leinxæ exstru-
ctæ, quarum numerus successu tem-
poris & annorum pedetent: m suc-
crevit, donec continuatio talis
oppidum pepererit. Quum vero tum Comes in Rhoda de ministris suis
quæceret, eorumque præsentiam ex-
peticeret, responsum ipsi est, juxta Get-
manicæ linguae idiomæ, quod ultra
Leinam essent, *Er ist hennover*: inde
civitas nomen hoc accepit, quod ultra
Hannovera tandem nuncupatur.
Hanc sententiā ita simul *Dav. Chy: r.*
in Chronici Sax. lib. 14, pag. 352, ap-
probat: Floret autem hoc tempore,
ait, Hannovera, inter cæteras Saxo-
niæ urbes, non aggeribus solum, mu-
ris & fossis firmiter munita, & ci-
vium bonorum ac fortium virotum
frequentia & ædificiis stipata; veram
cuam pru lenti, pio & gravi senatu,
legibus, judiciis, ac disciplina publi-
ca & domestica: ministerio Eccle-
siae,

fit, ad veram Dei agnitionem & honestam disciplinam, & communem civitatis tranquillitatem & concordiam utiliter serviente; & schola bene constituta, & pietatis ac litterarum studijs, Dei beneficio, præclarè ornata. Oppidum ad ripam Leinæ fl. è regione vetustæ arcis Comitum à Lawentode, iā Hentici Lenis arate circa *An. Chr. 1156* cui quo transfluv. situm esset, aulici Hannover nomen dederunt > arcis subiectum fuit. Quam quum Albertus Saxonix Dux, Ottonis & Agnetæ postremi Ducis Lunæburg. Wilhelmi natæ filius, à civitate & proctibus ditionis Lunæb. de consensu Cardi IV Imp. a l exentiendum Magnum Torquatum vocatus, auxilio civium Hannoverensium expugnasset: facultatem dirucen iæ arcis, & oppidum munio cingendi, & legibus suis, sub patrocinio & tutela ipius, liberè vivendi, civibus præbuit. Ab tempore, intra ducentos annos, incrementa paulatim sumens, in hanc amplitudinem & splendorem, quem hæc cernimus, sub Illust. Ducum Brunsv. ac Lunæb. patrocinio extevit &c. Huic civitati singulari quadam cerevisia adscribitur, à cuius

cuius auctore Brohana dicitur, cuius blandimento in sorbillationibus & gutturis abligutione, ita gens illius loci afficitur, ut disticho aliquo dulcedinem eius exprimere voluerint, quod ita se habet:

*Grandia sif erent toto convivia cælo,
Broihana superiq Iupiter ipse daret.*

Sunt vulgi deliciæ. In primis vero in hoc omnibus hucusque laudem præcipuit civitatibus Saxoniarum passim, quod iuventus & adolescentia in literarum cultura auspiciam ita propè ad veritatis studium adduci potuerit. Inde tot excellentissima cius civitatis schola protulit ingenia, ut etiam Academiis in hoc præcipuerit palmam, quod non exiguum ipsi apud disciplinaturi obfuscatores & profani Logomachiorum compilatores acres, qui nil aliud, quam ut veram Philosophiam cù Theosophia suprimant, & verum Christianismum ad nugas disputatorias à vivo do vitæ & spiritus amoris que Christiani fonte revocent, didicerunt, peperit invidiam. Sed rectè agit Magistratus, quod nugas tales à sua abarceat educatione & politia; velut etiam egregiis laboribus ciufi modi

modi conatum auxerunt nomine
clarissimi Buscheri & Beckmanni,
quorum claritatem optimo etiam
nuper insigniter adauxit Statius Bu-
cherus libello, solida veritate Chri-
stianitatis adornato , cui nondum
quid simile ea ratione in latina li-
gu a quispam passim Doctorum puz-
tit. Inscriptitur libellus, S. S. Theo-
logicæ synopsts Methodica, justa no-
miam Verbi divini ad iuventutem
scholasticam in studio veri Christia-
nismi informandam constructa. Op-
tavi sapius, ut saltē exim: et erudi-
tionis plenæ præfationes binæ à pro-
ceribus Germanicæ attentè perlegi-
rentur, quibus vicia & errores ple-
num Doctorum & popularitet eti-
ditorum in studiis exercendis detecti
utinam saltē criminā errantibz
agnoscerentur talia, facile funda-
menta Politiae Christianæ Rebuspubl.
alio possent curari modo. Sed qz
in laudein Hannoverensium me-
rum, undē mihi mater orta, heic
promere coactus fui, nemo vicio
hi vertet : saltē hoc opto , ut ple-
res urbes ideam educationis syca-
rioris inde sibi sumant; quamvis
veritatis cultura nondum omnian-
deat; sed saltē proprius, præ cuncti-

adeo obstinatè Ethnici smo detestàdo
& adeò abominabili profanitati in-
hæc tib⁹, vestigia ad eam quærere
cœperit. Sed heic ex coadolentia pia,
quod christianæ uentis studia lic-
terarum tam miserè corrupta, & ni-
hil nisi metas ambiguitates profanas,
nugas gentiles, ac tenebras profun-
das spirantia videam, ob:ter heic
tangere volui saltu ut iis melior
conatus imprimatur, quibus hoc
officium incumbit: illi videant ut
Iehovæ in talibus sanctiota & magis
pia ac v.ræ christianæ rectius inser-
uentia current: Dies aliquando erit
coram Deo rationis reddendæ: Hoc
coigitur. Verum nec Gossaria heic
præteriti debet, quam cœderis Han-
seatis non ultimum fuerit antehac
membrum. Etenim licet posteriora
nonnulla originis suæ & nativitatib⁹
invenerit tempora; tamen magnæ au-
tor:atis habuit auctoritatem, videlicet
Henr. cum Aucupe n imperato em,
quod Alb. Crantz. lib. 4. Chron Sax.
c. 43 ita quoque affimat, d. cens:
Eo em tempore Imp. Henricus in-
gētibus regni florescens opibus Goe-
ssariam in Saxonia urbem miricè
ornavit, quam de parvo (ut dicitur)
molendiño vel tugurio venatorio,

93 R E R V M P. H A N S.
duo Henrici priores & iste nunc ter-
tius in tam magnam (sicut hodiè
cerni potest) urbem honeste provexerat
auspicio. In qua regale palatum hic
Imperator magnificè exiit. &c.
Velut etiam lib. 3. c. 12 aperte de Hen-
rico Aucupe id testator ; ubi sic scri-
bit : Inter multas autem huius He-
rici laudes ea præcipua est , quod in
Saxonia Provincia sua primus verum
rebus ordinem dedit. Urbes immi-
nitas iussit mutis & fossis compo-
propter incursiones Vngarorum , eti-
postea barbari claustris Scythicè cum-
perent ; quod longè post secèrte Tu-
cæ , secèrte Tartari : Sed Vngaria
diu pro muto erant reliquæ Christia-
nitati ab illorum incursionibus. De-
inde, etiam urbes legibus & moribus
formavit : iuventutem ad arma insi-
fit exerceti : unde etiam , ubi opes
evenit , in expeditionem secum du-
xit , quos etiam militaribus suis ecce-
quavit. Agros distinxit , constituerat
quantos qui que pedites in armam mi-
terent ad generalem terræ expedi-
tionem. Ab initio ipse urbes aliquæ
fundavit , Quedlingborg & Goslar :
quamvis eam urbem nonnulli insi-
bant Henrico I II. Sed ille consum-
mavit , quod iste inchoavit. Misnam
que-

quoque urbem ad Albis ripam Henricus communivit, constituens in ea primus Episcopum, ut esset incursioni Vngarorum vel priuum repagulum. Urbein Mersborg hic Rex veterem renovavit, & in sublime extulit. Paruit autem tum Misna & magna Thuringia pars Saxonibus; quæ ab illa die divulsæ sunt, quum Henricus Leo dimoveretur à Ducatu, aut quum Otto I. Saxoniam permetteret Hermanno Billung gubernandam. Nomen autem ubi unde sit impeditum, quod Goslaria, aut Goslar sit dicta, non recte à plurinus exprimitur, quum multi ignorant esse compositionem, ut ex Buntingio apparet, qui in *Chron. Brunsv.* pag. 26. simpliciter à fluminis civitate. perlabentur, & Gela à muliere quadam venatoris, id nomen eam herere & imprestum p̄bi putat. At *Mabum. in Irmenſ. Saxon.* restius id observavit cap. 12. in explicatione Castri Veccheler, quod inter pretari, inquit, sedes sive castra pugnare. Nam *Veccheler* priscis Germanis est puglio decimate. Ler vero vel Lar sedes vel castra significat, voce Leger vel Lager dissyllabâ more Germanico, in monosyllabam contractâ. Sic *Bredelai*, de quo infra, significat castra

lata: Fridillar, cuius meminere annales
 Francisci ad Annum Chr. 774. Ca-
 stra Pacis. Gollat, castra sive habita-
 tionem ad Gosam fluvium. Locu-
 eniū ille eius urbis in radice montis
 Rahinni positus, ex omni parte propè
 ab incutione tutus est, ut aduersi
 hostes quosvis, iuxta illorum tempo-
 rum mores & modos bella g. rendi
 castra posset sat s. firma præstat. |
Quod non autem ille prope Gosla-
 riā metallifer esset, id tempore Ot-
 tonis I. av. nūtum est, c. u. Bunt d. l. &
 Chron. Sax pag. 12, nec non N. Reu-
 ner. i. tract de urb. Imper. i. recte ad-
 severant: Et quum tantu*m* i. Ottoneū
 confluenter divitiae, inde x: x. tonnas
 auri in Cathedralem Ecclesiam Ma-
 detburg contulit: dicitur, præter alia
 dona: cū quoque M. tereius Mech-
 tildamdem præstite at, in hysis Mo-
 nasteriis erigendis p' assertum Nost-
 hausen & Poleda. Crantz. Sax. lib 3,
 c. 12. Reusneri verbah ec sunt: Gol-
 laria Imperii urbs in Saxonia anti-
 qua & celebris, ad Gosam fluvium
 sita in clericynia: fructibus & frugi-
 bus, vatis, venis item scatis argenti-
 riis acque plumbariis: quas Ramelli
 cuiusdam equi unguia olim erupisse
 fecunt: ex quo monte Ramello no-

P A R S T E R T I A. 101

men inditum est. Sed & auti fodinas
hęc fuisse quondam constat , quas
Otto Magnus Imperator aperuisse,
iisque tantoferè ditatus fuisse scri-
bitur , ut in eius re memoriam tria
sacerdotum collegia , & palatum
Regium magnifico opere extruxerit :
quum paulo ante Henricus Au ceps ,
pater Orthonis , ex minutis quibus-
dam guttustis urbem fecisset : &
fossa muroque septam , ac delubris
spaciisque communibus distinctam ,
communivisset iure civitatis & legi-
bus: in quart. & postero seculo ambo
Cælares Henrici II & II studia &
beneficia contulerunt quamplurima.
Hæc verò quum infringere nonnihil
Otto I V. Imp illi cuperet , adversa-
rios tensit fortis , uti *Meib. in Pag. Sa-
xon.* de Pago Harlingou luquens , id
iunxit : Meminit enim huius (pagi)
d. plon. a Ludovici Pii , inquit , ac Hal-
berstadensi Ecclesiæ assignatum af-
firmat . Fuere in eo H. lbe stadium &
D. inburgum : Crediderim pagum
hunc nomen dedisse arci Hetlings-
burg , quam Otto I V. Imp. contra
hostes suos Goslarienses construxit :
Principes Saxonie Anno Ch. 1291
funditus demoliti sunt , quod ex ea
Henricus Mirabilis Dux Brunsvic.

vicinos infestaret. *Arnold. Lubec.lib.*
 6. cap. 5. Harlungesberg nominat.
 Conservavit se Goslaria in libertatis
 sua statu adeo, ut hodie quoque li-
 bera sit Imperii civitas. Quinq; mil-
 liariibus altera Hanseatica urbs distat
 à Goslaria versus Visurgim & Sylvam
 Sollingam Eimbecka, ab : i:quot al-
 veis, qui ibi in unum aliquem coe-
 unt fl. viuum, sic d: Et i. velut *Letzner.*
in Chron. Dassel & Eimbec. : 8 fontes,
 & rivulos nominat, qui in Ilmada
 illum fluvium, priusqu in Eimbec-
 cam perfluat, scse exonerent, & ex
 amplissima Silva Sollinga exoriantur.
hb. S , c. 10. Postea hoc nomine
 Ilmi aut Ilmada se in Leinam prece-
 pitat Iunpidissimus unds . unde hac
 civitas Eimbecka maximè claru
 nomine optime cerevisiæ : & est cocta-
 nea Goslaria. Olim autem Comitem
 à Dassel, ad Sollingam saltum, d'io-
 ni adiuncta fuit : at quia in ferocia
 tem eorum sapienteretur, & po-
 tentiori præoccinio se indigere puta-
 ret, Alberti Magni Ducis Bruniviken-
 sis tutela priuam certis cum palto-
 rum conditionibus circa Ann. Clr.
 1270 se adixit. *Chytr. lib. 1. Chres.*
Sax. pag. 281. Crantz in Sax. lib. 8.c.
28. & Letzner. lib. 3.c. 9. Chron. Dasse-
lien.

liens & Embreccens. Unde etiam hujus civitatis titulo semper postea usus est Heinricus Mirabilis Dux Brunsvic. quem secuti in eo sunt eius posteri. Confœderatæ quidem semper inter se fuerunt civitates ex Saxoniam; sed tamen ius tutelare in frequenti fuit usu, quod etiam innuit Crantz. in Sax. lib. 12, cap. 1. ubi de variis successiis us civitatum agit: Inter alia dicit: Contenderat e tempore Landgravius Hassæ occupare Embicam, quod uenit nihil in eam liberet questionis. Sed principes eorum Domini Albrechtus & Henricus Duces Brunsvic. de Grudenhagen, quantum poterant armis, & vicinæ urbes Göttingen, Norithem, Goslaria, Brunsvicensi tulere suppeditas. Hoc quum Hassus compatum haberet, retrò tulit pedem. &c. Circa An. Ch. 1480. Vide Bunting. part 4. Chron Brunf. pag. 95. Embreccenses autem promptos & expeditæ homines fu sive resolutionis, Crantzus et am alio loco innuit. lib. 12. c 1. Sax. ubi ait: Quo tempore (An Ch. 1479.) Embreccenses ci-
vies, ad arma semper præcipites, strata-
gemate circumventi temeritatis suæ
pœnas lauant. Soleant enim in fré-
quentibus Saxoniam urbibus ciues, et-

iam artisan., arma sua in prompto
 servare; ut quum signum propria-
 quantum hostium è specula dederit,
 effusi sine oratione, sine ductore iuant.
 Id faciens Wilhelminus junior Dux
 Brunsvici, cum Henrico filio, qui
 hodiè rerum potitur, adsumpto in so-
 cietatem expeditionis Hassia Land.
 gravior, ac Comite de Scalberge, vi-
 dendum se cum aliquot praevit,
 maiori agmine ad insidias dehincel-
 cente. Ad primum hostium conse-
 cutum sonuit de turri signum. Cives
 mussantes arma coipiunt, posu-
 profruunt, & hostes insquuntur. Illi
 pectora diu praebuere venientibus,
 in milibus certantes, concic cives ma-
 gno numero congregati audaciore
 incumberent. Tum cedunt retiò mu-
 litantes simulatione timoris, ut se-
 queentes & urgentes cives protrahant
 ad insidias collocatas. Tum vero ho-
 stes consurgunt è tergo, & inter eis uso
 ad urbem itinere cives intercipiunt;
 capiunt, cæduunt, pertinaciter rehi-
 stentes. Non genti tum cives sunt pe-
 riclitati, cæsi capti que magno civi-
 tatis detimento, quæ t' meritatis sua
 damnata tam suit insigniter Bunting,
 part. 4 Chron. Brunf. pag. 98. f. 1. Quat-
 ta linea Ducum Brunsvicum ex

Hen.

 nominatu Co-sulibus, tribuum Magistris
 & Senatui diliœ civitatis ut ris. Magde-
 burgensis nostram potestatem & Man-
 datum dedimus, & scienter etiam damus

vigore

vigore harum litterarum, ut nostri sacri Imperij & sui ipsorum met caussa, per se-
met ipsos, aut eorum mandatarios, quibus
nisi tam hanc potestatem ultem offe-
runt, coram designatis nostris Caesaris
Commissariis in universum aut singula-
tuer illorum aliquo compareant, & talia
notitia & sacri Imperij iura etiam ipso-
rum privilegia, antiquam observantiam
& indecetata gravamina producant, &
unumquodque in his persicere debeant,
ac valeant, quodcumque in amicabili com-
positione iuxta prae dictam nostram Cas-
triam commissionem decentia requirit.
Hac nostra est hencqua voluntas & om-
ni tempore hoc ita firmiter scribamus,
quasi nos ipsi id perfectissimi. Et tamen
illi no[n] aut sacro communi Imperio, in
talius amicabilibus compositionibus,
quidpiam, quod nolis & imperio compe-
tit, di[cti] apudent & omnia sint absque dolo,
in eum rei testimonium haec litteras nostro
Caesarice appendentes sigillo olsignavimus.
Datum Graetz. &c decimo sexto mensis
Scriptum[ur]a festi nativitatem Christi mil-
lesimo quadragesimo & cihuagessimo
terti. Regnum sti Rom. ni qua trigesimo
quarto. Imperij trig. simo secundo. & regni
Hungarici vigesimo quanto anno &c.

Ad Mandatum Domini Im-
peratoris, &c.

Sic Imperatoribus prudentioribus
semper non minor conservationis,
quam ædificationis & amplificatio-
nis cura sua constitit, quod sedulò
observandum cunctis, quibus liber-
tas naturæ cordi est, cui adeo favet
ipsa Imperatoris lex publica l. 4 libert. ff.
de stat. hom. cum qua hoc mandatum
& nobilis ejus c. in missio unicè con-
gruit. Sed hoc quoque unicè honestis
& fidelibus libertisque civitatibus
competit, ut caveant, ne nimium
indecristas exporrigant, aut insolent-
iæ incumbant, nec talem liberta-
tem ex jure naturæ in abusum ini-
quitatis pertrahant. Namque talis
superbiæ arrogantiæ raro pœna desti-
tuitur sua, ut multis id potest demó-
strati exemplis, nec ipsi Halenses va-
lebunt id diffiteri domestico malo.
Etenim Anno 1130. ex eo, quod au-
licos & legatos Imperatoris Lotharii
cum ministris contra ius gentium
occidissent, ab eodem imperatore
Civitas Hala obsessa, & ad deditio-
nem compulsa est: sumptum quoque
ab iis supplicium, qui eius facinoris
auctores fuerant. Sic etiam An. 1154
Archiepis. Magd. Rupertus à comite
Mansfeldico adjutus, Halenses multis
incommodeis affecit, & grandi pecu-
nia

dia multatavit, quod auctores fuisse
 sent Iudæis illic agentibus, ne Ar-
 chiepiscopo censum solverent. Tole-
 rabilior verò est statutus civitatum, si
 suis se contineant terminis; quam-
 vis nec tunc satis æquitati stude-
 te videntur, si incolis suis nimio-
 rum sint oneri, & tunc quoque Deus
 avaritiae vindices ex insperato sapientia
 concitat. Sic magistratus Hallensis
 Anno 1426 imponebat civibus suis
 contributionem exauditam, quod
 quum percepisset Guntherus 38 Ar-
 chiepif. Magd. qui eiusdem intentio-
 nis erat, ut ille potius sibi suos ex Sa-
 linis Hallensis fontis Teutonici &
 Gutiariadi ultra decimas extenderet
 proventus, nec tamen directo quid
 tentare contracivitatem auderet, in-
 stigavit Ulmannum Kotzeium Prä-
 fectum arcis Gubichensteynensem,
 ultra 2000 passus non ab urbe dista-
 nte, & Ammendorfios, possessores tum
 arcis & comitatus Wettinensis; qui
 assiduo dispoliatione afficiebant ci-
 ves Hallenses. Confœderatio autem
 civitatum Saxoniarum quum esset
 prompti vigoris, præsertim si turbatio
 fieret commerciorum; ita querelas
 has ad vicinos Brunsvicenses, Gosla-
 rienses, Helmstadianos & reliquos

deculerunt Halenses. Proinde statim illis opem præstiterunt copia sufficienti militum, & comitatum Wettinensem & sedes nobilium Ammendorfi inorum expugnarunt. Ne vero in direptione & spolio pergeretur, Comes Anhaltinus Bernhardus una cum senatu civitatis Magdeburgensis se inter Archiepis. adherentesque eius & civitatem Hallensem interposuerunt, atque instituta est transactio in Magdeburg. die Nicola, ubi conclusum est, quod iniquissime talii persecutione Archiepis. civitatem Hall. infestasset, quum ipsis praecessitatis & salutis publicae ratione competeret collectio civium suorum. Ut vero certus ipsi ex Salinis dictis quotannis, & ex feudal i recognitio ne in singulis casibus esset redditus, firmo inter se conveniente pacto, quo ipsi ex sonis Teutonicis singulo aeneo aut clibano 45 grossi, & ex sonis Guttarianis quarta parte tres 60. grossi adiudicati sunt, quod quidem Archiep. acceptavit; sed paulo post item novam illis litem movere ex contatu, quo illis Comitatum Silinum cum monetæ jute ad 9 annos pro 18000 florenis oppignorârat, ut ex istis annis, dumidia summa pecunia redimere

dimicetur. Vcū quin civitas inter-
ruptionem ipsi concedere nolle contractus , hostis illi concitavit duos
Duces Brunsvic., Marchionem Brandenburg. Episcopum Halberstad., Co-
mitem Henticum Schwartzburg. &
alios unde Trota pagis Fideburgum,
Discovia & Bruckendorfum combu-
rebantur , donec iterum lis compo-
neretur. Nihilominus in odium ci-
vitatum commercia turbabantur, &
mercatores præsertim Lubecenses &
alii spoliabantur Proinde quām hæc
querela ad civitates Hanseaticas de-
serretur, exploratum fuit, quod Co-
m̄s Beccabungus potissimus esset
auctor facinoris huius. Vnde statim
1500 equitum copia ex civitatibus
concurrebat, præter ingentem mili-
tiam manum, & adoriebantur civi-
tatem eam cum arce , ac nisi Dux
Lunæb. Wilhelmus à Friderico Mar-
chione Brandenburgensi radiens intec-
venisset, ac ita composuisset causam,
ut intra 5. annos ablatorum iuxta
picium fieret restitutio, captivum
abduxissent Comitem, aut subvertis-
sent arcem eius. Anno 1435, quatuor
Magdeburgenses Archiepiscopū suum
coram Concilio Basiliensi iuris acti-
one persequi instituerunt , nec ta-
men

156 R E R V M B. H A N S.
men sententiam ullam obtinere pos-
sent, multò minus quod transactio
Stasfurtdiana, quam Comes Anhaldi-
nus Bernhard. cum civitate Hallensi
subierat, quid efficere valeret, ob-
hanc pertinaciā Archiepiscopi Mag-
deburgenses in auxilium advocarunt
Iohan. March. Brandeb. Henticum
Ducem Brunsvic. Comitem Roppi-
nensem, ac civitates Brunsvic. & Hal-
lensem. Inde civitatem Calbensem
cum arce occuparunt, confugiente
Archiepiscopo Sunderhusium ad fra-
trem; mox etiam Stasfurtum, Salzam,
Schonbecciam, Aqueviam, Borgium,
Loburgam, Mocceram, Nigtippium
cum Taucha in suam redigerunt po-
testatem. Quate Archiepiscopus ad
Basilicense Concilium confugit, & ibi
sub Papæ Eugenii auctoritate excom-
municationem utriusque civitatis
Magdeb. & Hallensis obtinuit. At
quamvis Hallensis Senatus videtur
flecter, tamen cives omnia eius
membra in carcerem abripuerunt;
quuni per tale factum civitatum fœ-
dus frangier putarent. Quod vero
quum cernerent civitates Magdebur-
gum, Brunsv. Halberstadium, Aschers-
lebium, Quedlinburgum, statim re-
novatione fœderis inter se convenē-
re,

ge, & liberarunt Magistratum Hallensem ex mortis hoc periculo. Præfules autem cernentes parvi fieri bannum à civitatibus, Electorem Fridericum Saxoniæ magna vi pecunia conductuerunt, ut ille ope Lantgravii Thuringiae, Hassiæque, & Comitibus Schwartzburg. Mansfeld. Stolberg. & Honsteyn. Halam obsidet. Sed Halenses à sociis adiuti, fortiter se defendebunt. Vnde tertio anno post 1436, ita transactum est, ut Halenses & Magdeburgii omnia reddent, quæ bello occuparant, cætera oblivione perpetua involverentur. Ita ex banno Pontificis, & proscriptione Cæsaris in integrum cum honore sunt restituti. Quævero Anno 1488. interna fuerit Halensibus cum Dominis Salinacum perniciofa contentio, ea legatur in Pomar pag. 52. Sic & alibi constabunt eorum modernæ actiones & facta.

C A P. VI.

*De reliquo Saxoniae civitatibus
fæderi Hanseatico ambi-
meratis.*

Et quoque Northusum antiqua Imperii urbs, inde sic dicitur, quod Thuringia versus septentrionem sita sit, quam Henrici Aucupis coniux sum post mortem eius Monasterio denavit, ut Crantz habet in *Sax. lib. 1. cap. 12. v. 1* ut etiam conventus publicis claca tum fuit, & maxime anno Chr. 1105, quum Synodus ibi esset sub Henrico V, qui rebellante iusta se ostendebat patre Henrico IV. & in illa lita confirmabatur, ut per Crantz d. *Sax. lib. 5. c. 17.* Qua finis, Imperator Principius atque omnibus regni subditis, sua cuique iura renovavit, contra & præter parentes Henrici IV voluntatem. Qualem se & quam probum, tunc simulaverit odium secum conceptum tacito corde obtegens, & quinam ibidem fuerint tumultus ac motus, id ex Crantz d. l. & Chron. Thür. quis percipiat: Historia est memorabilis, quæ meritò inquietat terrorem legenti, & omni-
bus

bus inobedientibus maximè, qui tamen
atroci facto se parentibus opponunt
contra rationis humanæ naturam,
licet sit corruptissima sat: s. Alias au-
tem satis vivide N. Reuter, *inter in-
bes Imperiales p. 90*, ita eam describit.
Northusa, utbs vetus Cheruscorum
in confinio Misn:z, & Thuringiæ ad
Semanum Sylvam posita : quæ , au-
tere Ptolomæo , Cherusces à uevis
determinat: per cuius agros fluit am-
nis Zorgenga in Helmam influens.
Sic Northusa appellata est , quod ad
Aquilonem conversa sit, quasi Aqui-
lonis domus, id est, Limes Thuringiæ
Septentrionalis. Locus urb: s admo-
dum est aëre salubris ; hott: s amœ-
nus ; campis fertilis ; saltibus jucun-
dus , fructibus varius : Caput nimi-
tum vallis amoenissimæ , quam Au-
rea Tempe nominant; quæ veluti su-
men est quoddam & medulla totius
Germaniæ. Magnis hæc urbs bene-
ficiis & privilegiis est ornata à Theo-
dosio II Cæsare, & Merovæo Franco-
rum Rege; ex quo antiquitas eius fa-
cile perspicitur. Post multis eadem
modis sæpius afflita & vexata ab
Henrico Leone, & Hermanno Comi-
te Provinciali Thuringiæ, ac demum
ab Ottone IV & Adolfo Cæsari-
bus .

160 RERUM P. HANS.
bus Romanis. Comitiis etiam aliquot Imperii hæc urbs celebris est, Philippi Imperat. anno Christi 1206, Henrici VII, anno 1223, & Cunctadi V anno 1251 habitis. Collegium Virginum eadem in urbe instituit Mechtildis Henrici I Augusti coniux, fano augustissimo exicueto, in quo etiam sepulta est. Curiam Principum & Equitū in hac urbe quondam convocasse scribitur Henicus I Landgravius Thuringiæ, Marchio Misuensis; & in ea horum patuisse amoenissimum; in quo fuit atborfoliis aureis & argenteis: multis ibidem expansis tentoriis seu tabernaculis. Tripludiatum in eo fuit decentissimè, & cursibus equestribus deceratum, ita, ut qui viator hastam suam frangeret in adversario, utroque sella manente dono. acciperet folium argenteum; altero vero sella excusso, aureum. Duravit tunc celeritas illa dies octo, sumptibus etiam Cæsare dignis. Mentionem huius rei facit in Marchionibus suis Misnensisibus Georg. Fabricius in his versibus:

Ut platanus quondam celebri fuit aerea Xerxis.

Regales cuius texerat umbra despiciens:

*Non minus audita est Henrici argentea quercus ;
Quam Norisius. Equi ponit in urbe suo.*

Sic & Milhusium quamvis Thuringiæ finibus inclusum sit, quinque millionibus propè à Netthusa distans; tamen adhuc circulo Saxoniæ interioris accensetur, quin Imperialem referat civitatem, ab aliquot seculis eo nomine Latis claram. Est autem hoc oppidum, *ait Reusner. dict. lib. ad Vindelicum annem positum loco ameno & opportuno maximè fertilis.* Ab Henrico Leone Saxoniæ Duce olim misericorditercepit & vexatum: in quo etiam Berchtoldus Laringiæ Dux contra Philippum Cæsar electus fuisse scribitur. *vñac Chron Saxon. p. 279.* Bello præterea rusticano, in proximiiori seculo, nobilitati: obsessum à Princ:ibus quibusdam Germaniæ, & in potestatem redactum; ac item ob rebellionem magna vi pecunia mulctatum; in quo & capitis supplicium iuit seditionis agrestium auctor præcipuis Pfeiferus una cum socio duce suo Muncero, Francohusij posse à capto, & capite mulctato. Clarior velut etiam hæc urbs ex conuentu sollempni Electorum Iohann.

L Schweick-

Schweickhardi Moguntini, Lotharii
Trevicensis, Ferdinandi Colonensis,
Iohan Georgii Saxon. Maximiliani
Palatini & Ducis Bavariae, nec non
Ludovici Landgravii Hassiae Darm-
stad. Anno 1620, mens. Mart. reddi-
ta est, & ex eo, qui Anno 1620. ibi-
dem celebratus est ab iisdem Elector.
Fluvius qui alluit artem, se posse
in Werram exonerat, ubi perdit no-
men suum, cetero id Nic. Reusnerus in
versibus bis indicat:

*Tu quoque sat felix campi, atque ubi-
re gleba,*

Imperio, Milibus, fidem nomengisti;

*Qua ripam effusis superans saepe Vi-
ster habenu*

*Angustam, tacitoque secans Temp:
aurea cursu*

*Labitur, & VVerra se denique const
in alveo.*

Halberstadium nec minus antiquissi-
ma urbis est, clara inde, quod simili-
cum Magdeburgensi ditione Longo-
bardis sedem exhibuit, ut Bunting. 39
Chrō par. I, p. 4 docet, qui sub aucto-
suo regni Longobardici Alboino Reg-
temporibus Iustini junioris Imperi-
toris Anno Christi 568 irruptiones
Galliam Cisalpinam fecerunt. He-
mipoli

mipolis verò hæc urbs dicta est, quod vir dimidiata in exacta ædificatione obtinuerit partem, quam primus concepta erat, velut, adhuc ruderæ designationis ibi versus orientem quando tenditur Harslebiæ in via, qua itur Quedlinburgum, nec procul à minori Quenstadio, ubi Holtema profuit, conspicuntur. Postea vero, quum Carolus Magn. circa Annū Christi 780. aliquot laboriosas expeditiones contra Ostfayones ab una parte circa Hercyniam Sylvam ad radices Bructerii confecisset, & ex iusto metu ipsi Carolo populi ac incole eius loci occurrerent in deditiōnem, & Christianam religionem baptim autem confitei inciperent, ita laetatus est Imperator, ut Salingstadii, quasi in loco salutiferi nuncii, qui postmo lo Ostrovicū nuncupabatur, Eccl siam Cathedralem Anno 780, in honorem D. Stephani condidit, cui præficiens S. Hildegrinum. Ille autem Episcopus, quum ampliorē sibi exoptaret locum, & versus Austriū rectius cedendum putaret, eligit dimidiatam eam civitatem Hemipolin, & exinde, quod ad Austriū vel orientem longius cederet cum consensu Imperatoris ex oppido

164 R E R V M P. H A N S.

Salingstadio, istud ita Ostervicum appellatum est. Oriens enim sive Austrum Saxonibus *Oster*; & cedente *VVieken* dicitur: unde Olterwick domen compositum est, quod locum cedendo hunc cum Halberstadio tanquam ampliori spacio permutasset. Mansit tamen utroque patronus ipsi D. Stephanus, & praefuit ita Leobenx Saltingstadianx per septem, Halberstadiensi verò per quadraginta annos, ubi adhuc eius sepulchrum in summo monstratur templo: ultor iterum in *Chron. Saxon.* Tomo i manifestus sit, qui pag. 37, invenit modo omnia ratione temporis accipit: quod tamen *Bunting.* in *Chron.* Brunsu. part. p. 151. rectius explicat. Velut etiam heic multum errat *Pdt. Bertius* in *comment. rer. Germ.* lib. 1, pag. 565, quando dicit translata esse sedem Episcopalem ad confluentes amnium Albis & Ora, atque iteo urbi nomen inditum initio Alberstadium, quod postea transferit in Halberstadium. Namque Ora ultra i. inilitia distat ab hac urbe, & Holtema ex proxima Hercynia perfluit eam, quæ Groningx se in Bodam fluvium effundit, qui per amoenissimam prata tractu 7 milliarium in Salam excutit.

excurrit, ut ita nusquam hec Albis attingatur: Vnde etiam nominis appellatio falsissima apparet. At velut omnibus regnis & Rebus publ. hoc communem adhucet vitium, ut tempore tranquillo vix careant motu interno, ita etiam populus iste in semet ipsum ferociam exercere suam si prius ausus fuit, si Cranzio & aliis tuto credendum est historicis. Propterea maxime, ait *Crantz. lib. 2 Sax. cap. 24.* Carolus Magnus in ea provincia (Saxoniam putans) Episcopos aut Pontifices Verdensem, Myndensem, Paderbornensem, Osnabrugensem. & ultra Weseram Halberstadensem. &c. Regalibus donavit, quod intelligeret populum infraueni religione contineri, animis vero minime placari posse. vide *Bunting. d. Bruns part. 1, pag. 72*, qui etiam explicat, quanto extio aut clade Episcop. Ulricus eam affecerit urbem, quum ita crebris & atrocibus infestationibus Henricum Leonem Duc. Brunc. temere irritaret, quæ historia notatu digna est. *Chjt. Sax. p. 52.*

Quæ autem Bertius dicto loco de ritu quodam Ecclesiæ eius notat, verissima sunt. Ac notabile est ibi in templo sepulchrum Semecæ Thero-

nici, qui magus in signis perhibetur, ut una nocte tres missas Parisiis, Coloniæ & Halberstadti celebrare potuerit. Quum fulminis ictu interficeret, versus hi eius monumento insculpti sunt:

Eff, erit atque fuit, qui desuit esse lebannos;

Dogmatum vixit, florebit omnibus annis.

Lux Decretorum, Dux Doctorum, viamorum;

Hic iacet, & placet, ut vacet a patribus inferorum.

Duobus milliaribus ab Halberstadio distat **Quedlinburgum**, quam civitatem in ameno & fructifero agro sitam præterlabitur & percluit Boda fluvius, ac versus meridiem respicit Hercyniam sylvam montesque eius, versas Gringerodam Cænobium nobile; dum ab occasu mirabilem Comitum quondam Regenstejnensium arceam & sedem monteio Saxo interclusam sibi vicinitate junctam tenet. Ipsa quoque olim arce monticulo elevato impedita ornata fuit, & speculis variis circumdata, ut ab incursionibus variis & tot locorum anfractibus tuta esset, unde ipsi nomen ex tali Burgo vexato impositum

tum dicitur. Verum Heinricus Aug-
ceps Imperator glorioſſimus, qui
circa *Annum Christi.* 920 adeptus est
Imp. Rom., & regnavit *an.* 17, ceu
curam Saxoniæ ſuæ in primis singula-
rem accuratè gessit in omnibus; ita
maximè ſemper ſollicitus fuit, quo-
modo ſubditos ab insolentium ho-
ſtium creberimis incuſionibus &
depopulationibus tutos conservaret.
Etenim in ea inciderat tempora, ut
confopitis Burchardo Suevico & Ar-
nolpho Bavaro, perpetuos propè ex-
pectitetur hostes Bohemos, Hunos, &
Vandalos, Havclanos, Veranos atque
Sorbonicos ultra Salam accolas, qui
indiferenter Germaniam & maximè
Saxoniam cladibus variis defatiga-
bant. Ideoque non tantum *Anno
Christi* 929 contra Sclavos ad Albim
adūcabant urbem, quam à tivulo ibi
decurrente Misenaui appellabat, &
Marchionatum ibidem inſtituebat;
ſed etiam alias civitates maximè mu-
ris & vallis versus eas regiones cingi-
curabat, & privilegiis necessariis or-
nabar, ut eō animosiores redderet
cives, & in adſidua fide retineret offi-
cii debiti, ſimilique haberent reliqui
campeſtres, tutareccptacula, ad quæ
tempore neceſſitatis conflugeter.

Mich.

Mich. Sax. in vit. hui. Imp. cap. 5. ubi etiam valde notabili a de eius sapientissimo enumerat regimine. In primis vero frequentavit & visitavit saepius loca inferioris Saxoniae ad Hercyniam Sylvam, Albitum & Salam resipientes, ut sunt Northusium, Sangerhusium, Quedlinburgum, Magdeburgum, Vallerslebiun, Brunsviga. *Bunt. in Chron. Brunsf. part. 1. pag. 15, & 25.* ubi inter alia haec habet: Pie reliquis singulari curæ Castati huic fuit Quedlinburgum, quam civitatem muro circumdedit, atque ibidem in honorem D. Servatii virginibus cœnobium deputavit singulare, quod tamen non plenè ante obitum absolutum. *vid. Chytr. in Sax. lib. 2. pag. 51.* Idem quoque testatur *Crantz. lib. 3. cap. 12. Sax* his verbis: *Quo* etiam tempore Henricus Rex collegium Canonorum, quod fundarat Welandus abbas eius in Angria, ipse transfulit in Vallersleben, constitutos ibi Episcopum nomine Matcum, virum incomparabilis sanctitatis. Sed neque diu ibi permanens. Nam Otto, Henrici filius, tetum potitus (quod dicimus suo tempore) transfulit in Magdeburgum, Archiepiscopatum inde erigens. *Quedlinburgum au-*

tem urbem singulari cura respexit, Monasterium ibi erigens Dominarū, in quo primam fecit Abbatissam filiam suam Mathildam : Ecclesiam autem in honorem Servatii iussit consecrari. Hentico autem moriente, quod deerat & urbi, & monasterio, implevit relicta eius Mechtilda : &c. Vnū iterum patet, quanta antiquitas competit civitatibus Magdeburgensi & aliis, præ Monasteriis introductis. Velut autem Henticus Alceps locum amoenum præ reliquis sibi deputaverat Quedlinburgum ; ita quoque post obitum Parentis Otto Magnus præ cunctis Magdeburgum selectissimum sibi habuit. Proinde etiam , quum Magdeburgenibus favorem ulteriorē adiicere studeret, publica provinciarum illarum comitia Quedlinburgi instituit , uti Crantz. lib. 4. Sax. cap. 17. testatur his verbis : Erat post natum Christum Annus 974, quum Imperator Otto Paschæ solemnitatem in urbe Quedlenborg cum filio Principum magno conventu peregit: & multa constitutens in provincias, respexit in primis Magdeburgensem urbem & Ecclesiam: quia illam requieti sue prvidit. Insignem virum Adelbertum

170 R E V M P. H A W S.
primum illi fecit ordinari Archie-
episcopum , illique subiecit omnes
Episcopatus per Wandaliam , quam
tunc dixerit Sclavoniam : &c.

Inde quoque clara est hæc civitas,
quod *Anno Chr. 1142* , post obitum
Primitlai ultimi regis Vandalici Bran-
deburg. Marchionis Soltquellenis &
Ascaniæ , Alberto Vrso ibi tota illa-
ditio inter Albim & Oderam , quam
ipse occuparat , ab Imperatore Conra-
do III. per investituram Imp. ad-
gnata fuerit. Vnde postea post obitum
Elect. Cunradi Comitis Ploikzenii
in Comitiis Mersburgensibus ad Ele-
ctoratum *Anno 1153.* ab Imperat.
Friderico electus est. Erat autem
hæc civitas Quedlingburg non mi-
nus, quam Magdeburgum & reliquæ
vicinæ à Carolo Magno privilegio &
statua Rolandica donata quidem:
verum Ernestus Dux Saxoniæ &
Marchio Misniæ propterea eam ma-
xime expugnavit, quod obedientiam
Abbatissæ , quæ Soror erat Principis,
in omnibus cives denegarent. Discep-
ta est urbs, ait Crantz. lib. 12. *Sax. c. 16.*
à militibus , & in extremam pauper-
tatem perducta : quin & tantæ fue-
runt obstinaciæ cives , ut noluerint
possessiones suas cedentegare , quam-

vit ab aucto mundas haberi manus
præcipiterentur: ita vivebant in diem,
& temporal labore agriculturæ conte-
rebant, quum antiquum illud liber-
tatis signum penitus illis esset dele-
cum & erexitum. *Chron. Sax. pag. 527,*
hæc ad annum 1475 refert. Ex eo
tempore tutoribus usi sunt Dominis
Saxoniciis. *Anno autem 1539 post*
obitum Georgii Ducis Saxon. Abba-
tissa Anna Bothonis Comitis Stol-
bergensis filia Dominante, mutatio-
nem religionis Magistratus ibidem
suscepit. *Chr. Sax. p. 646.*

Quà Hercynia sylvalongius inde
à Quedlingburgo & Gerinroda ad
duo milliatia se ad Auslrum versus
Salam extendit & Lacum Gatersle-
biensem attingere proprius videtur,
Ascania sive Alcherslebium ab anti-
quissima familia Comitum eorum
nomen gerens, civitas omni frumen-
torum genere abundans sita est, quó-
dam Sedes Comitum Ascaniensium,
quorum propagator olim fuit Bern-
hardus Princeps Anhaltinus. *Elias*
Reusn. in Isag. hist. de princ. German.
p. 602. Quondam autem in libertio-
ni statu vixit, quàm ex aliquot huc-
usque temporibus. Nihilominus cer-
to pacto parci Episcopatu*i Halbersta-*
densi,

272 R E R V M P. H A N S.
densi, dum contentio adhuc fervet
de ea cum Principibus Anhaltinis,
qui eam non tantum suæ inclusam
dicunt provinciæ; sed etiam iure suc-
cessionis sibi deberi volunt. Anti-
quissima enim domus Principum An-
haltinorum ad fastigia talia in Im-
perio Germ. execta est, ut duo Fratres
filii Alberti Vtſi, ex matre uno tem-
pore Electores fuerint. Otto I. suc-
cedebat parenti *Anno* 1169 in Elec-
toratu Brandenburg. Bernhardus ve-
to *Anno* 1180 in Comit. is Wurtzbur-
gens. à Frider. Barbarossa Elector Sa-
xoniæ creabatur. Quod notabile. vide
Andr. Angel. in Chr. March. pag. 90,
& Chr. Sax. pag. 285.

Eiusdem conditionis porrò fuit
olim civitas Calbensis ad Salaniſki,
à nobili familia Calbiorum, que
ante Ottонem Magnum pridem flo-
ruit sic dicta, ut ex *Andr. Angel.*
Cron. March. lib. 1. pag. 37. patet. Est
locus iste, ex quo se huius illa Sa-
la per Comitatū Barbiensem in Al-
bim exonerat. Terra est supra modū
fertilis, & omni frumentorum gene-
re abundat, unde & civitas ea semper
libertatis studiosa fuit, & expiisse
födere Magdeburgo ad sociavit. Est
& aliud oppidum in veteri Marchia
huius

huius nominis cum arce duobus mil. à Gardelegio, quā Bismarkiuin tenditur, distans, loco uidoſo circū- ſeptū, quem Werderum dicunt, ut ſit Calba in Werder ad differentiam alterius ad Salam, quæ itidem ex propagatione illius Familiax originem accepit. Seiles hæc ante *an. Chrifi* 1204 Familiax Krochetianæ fuit, priusquam hanc Marchio Albertus Electoris Ottonis frater plane ex hac ditione exciſet, ut *notat Andr. Angel.* in *Cron. March. lib. 2. pag. 94.* Postea vero quūm *Anno Chr. 1243.* ingens bellum inter Marchionem Ottonem & Willebrandum Archic- piscopum Magdeb. glisceret, nec fa- cilē extingui poſſet, Calba hæc unā cum Oſterburgo, Gladigovio, Crüm- kovio, Altenhuko, Wolmerſtadio & aliis aliquot oppidiſ penitus devaſta- ta fuit. *Enzelius.* & *Andr. Angel. Cron. March. lib. 2. pag. 100.* Pervenit vero oppidum hoc iure emptionis tan- dem *Anno Chr. 1324* in poſſessionem Alvenslebiorum, ut id affirmat *Gy- zacus Edinus lib. 2. de orig. & ſtat. fa- mil. Alvenſi* his verbis :

Albertus frater primo ſub flore iu- vante, &c.

Hic primus Calba ſoſiſ ingentilius arcē

*Et vallis hodie septam, multo are redemit,
Et generi addixit propriam, natoique reliquit*

*Tres numero, casti felicia germina
lelli;*

*Vnde Alvensibia gentis dimanstratio
rigo;*

*Scilicet illa hodie Calbam que posidit
arcem.*

Addit auctor hic, in notatione marginali, quod id ex litteris contrahitus in arce Calba reservatis apparet. Quum verò oppidum esset ab omni munitione denudatum, obtinuit Gebhardus cum fratribus ius muniendae urbis & arcis Calbx, ut elegansissimus ille Poëta & I. C. Cyriac. Æd. in lib. 2 d. de orig. & stat. fam. Ar. rectè notat, circa an. 13 Sc, his vallulis:

*Fratribus hu etiam maior concessi-
tas,*

*Urbanas Calbae sedes incigere pri-
mis,*

*Atque paludosis circum vallate fuisse
tu,*

*Aggregaque exciso, & turritum
nibus aream*

*Munire, & fossis aditum prolixi
profundis.*

Calba

Calba autem altera ad Salam hodiè subiecta est Archiepisco Magdeburgensi.

Porrò inter Calbam & Magdeburgum duobus æquè milliatibus ab his distans urbis sita est Saltza , civitas itidem quondam libera & ventusa , atque è regione ad Albinum iacentem vix ultra stadii spaciū adspicit Schonbeccam. Est autem Salzx nomen ab insignibus Salinis ibi inventis, ubi prima Comitia tandem post multos labores , edomitis & vietis Saxonibus Carolus Magnus celebravit , quæ hoc encomio notabili describit *Letzner. in vita Carol. Mag. cap. 41*: Quum igitur Saxonés penitus humiliati essent , & maxima ex parte insubiectionem redacti, Carolus Cæsar Salzx , quæ civitas non longè à Magdeburgo distat , Comitia provincialia instituit , atque ibidem cum Saxonibus eternam pepigit pacem . eosdemque patrocino Romanii Imperii suscepit ; unde eo tempore simul multi Christum confiteri incepere , & baptisinate sacro iniciati sunt. Quibii propterea singularia privilegia & ius libertatis non tantum promisit & concessit , sed etiam integrè semper & sincrè ea servavit.

Con-

Convenit huius publico praesenti interfuit Widukindus, Dux magni Saxoniæ, Dominus Angariæ & Iburgi, qui ex eo tempore, ex quo conversus est ad Christianism, fideliter Cæsari adhaesit, nec mutari amplius se passus est, licet variis tumultibus fuerint redintegrati. In hoc convenit obtinuerunt hoc, quod inde Litteræ semper Saxones vocati sunt, quoniam illis contributiones Romanæ quoniam annales & servitutes duriores condarentur. Tum etiam (NB.) plena libertas commerciorum omnium & officiorum illis concedebatur, ut iis liberum esset, omni genere navigiorum in Mari & cunctis rivulis Albi-
dos, Salæ, Visurgis, Aimesis, Havelz &c. & passim per universum Romanum Imperium uti, pro libera facul-
te rerum. In primis illis vestigialis onus in Albi omne remissum est, velut
ctiam Otto II Imperat. id confi-
mavit postea, ut supra tract. 2. cap. si-
nult. ex Documento eius id apparet,
quod Magdeburgensibus concessit,
sub dato An. Christ. 972. 8: c. Præterea
autem ordinavit, ut in eam Ecclesiam
decimas pastoribus & ministerio Sa-
xones persolverent quotannis, ex pro-
ventu agrorum. Ast quæ alias ante

hac libertas ipfis fuerat & privilegia,
ea cuncta illis absque exceptione
confirmavit & approbavit ; ac con-
cessit illis, ut in casu necessitatis , li-
berum esset iisdem ad Imperium
commune appellare. Hæc acta sunt.
Anno Chr. 803. Indiæ: 11. Quo anno
etiam Megapolitanus locum certum
ad Albitum pro firmitudine sedis ad-
dixit, ut ibi sibi civitates conderent:
Ita quoque Ecclesiam & templum
Mitsburgi in Thuringia in honorem
D. Iohannis Evangelistæ erexit , &
Canonicos regulares eidem deputa-
vit , qui Episcopatuui Salingstediano
sive Ostervicensi subiecti essent: post-
ea tamen singularem Episcopatum in
Halberst. determinavit. Velut simul
codem anno Zeizensem , Naumbur-
gensem , & Basiliensem Episcopatum
instituit. Iam vero ea civitas Salzen-
sis paret Archiepisco. Magdeb.

Tribus hinc milia aribus distat Stat-
furem, inde sic dictū, quod Stationē
potus ad Budai fluvium designet.
Olum hec civitas semper addicta fuit
Magdeburgensisibus , velut & Socia
eiusdem urbis in pluribus foedetibus:
Vnde etiam Magdeburgo hoc debet,
quod *Anno Chrissi 1173*, non sit pe-
nitius subversa à Marchion. Brande-

M. burg.

178 R E R V M P. H A N S.
burg. Namque quum in electione
Archiepiscopali reiiceretur Erich:
March. Brandeb., & reciparetur Gua-
therus Comes de Schwalenburg, non
tantum occupabatur civitas Acensis;
sed etiam obsidione acti cingebant
Brandenburgici Stasfutum atque
eius; ac nisi tunc Atchiepisco ad
implorationes aliquot factas eius, ci-
vies Magdeburg. opem tulissent, de ci-
vitate ea penitus actam fuisset, &
forte in cineres abiisset, ut minze-
rant. Acris tunc pugna fuit, unde &
Marchio Otto sagitta ita in capite
vulneratus est, ut non potuerit inde
evelli; sed coactus est aliquo usque
in capite gestare sagittę acum, ex quo
casu ipsi nomen impositum fuit,
quod appellatus sit Marchio Sagitti-
fer aut Sagittarius. Posthac & eius-
modi iacturam, Marchio exercitum
suum in Principis Ottonis Anhaltii
ditiones educebat. Quod itidem
Magdeburgenses mordebat, eos denuò
inde expellendo, dum persequeban-
tur tales spoliatos usque ad Qued-
lingeburgum, Halberstadiumque,
nec non excursiones continuabant
usque ad Stendaliam veteris Mar-
chix. Stasfutum autem claret simul
ex salinis suis, ceu satis uberem co-
piam

piam salis proximis & vicinis locis
subministrat. Versus Austrum, exin-
de conspicitur ad Salam Bernbur-
gum, quasi diceres Bernhardi Comi-
tis Ascan. arcem, ultra milliare Ger-
manicum à Stasfurto non distantem.
Civitas hæc nulla in re, quicad ferti-
litatem agrorum, cedit reliquis. Pa-
ret ho liè etiam Principibus Anhal-
tinis, quamvis etiam litem occultam
sustinere à vicinis Canonicis coga-
tur, quod tamen non curat, quum
tutela Principum suorum ita licite
stuantur.

C A P. VII.

*De reliquis civitatibus, Saxoniam
versu, & in veteri
Marchia situ.*

QUOD si inde ad occasum versus
Brunsviam te convertas, & pri-
usquam iter absolvias usque ad quin-
que millaria non procul ab Elmo,
quasi sylvis circumsepta ibi interja-
cet Helmæstadium, cui nomen alii
impositum inde pugant, quod ex
bello Vandalico, & Hunnorum,
multæ galeæ & arma ibi inventa-
fuerint ab agricolis terram vomere:

M 2 fine

180 R E V M P. H A N S.

fundentibus; quum Galea Germanicè
cyn Helm significet. Sed quum ipsa
sylva, quæ adhuc hodiè Elmus vo-
catur, satis luculentam interpodat
protestationem contra eiusmodi fi-
gmenta, quod sit civitas Elnii aut
Helmi, relinquamus hæc vanasuit
auctoribus. *Albert. Crantz. Metri-*
pol. lib. I. cap. 10, videtur non procul
ab eius fundatione aberrasse, quem
propterea quoque sequitur in adsti-
pulatione sua *Chytraus lib. 2. Saxon.*
Chron. ubi agit de Ducibus Brunis.
Pag. 54, cuius verba mutuata hæc
sunt: Paulò antè, oppido (fermè)
medio inter urbem Brunsvigam &
Magdeburgam itinere, Helmaſla-
dium, nunc Academix sede insigne,
Wilhelmus Dux Brunsvicensis, Hen-
rici pater, à Werdenſi abbatे, cui pa-
tente ciues insolentiores recusabant
certa pecunia: summa Abbatij nume-
rata, redemptum in suam potestatem
redegerat. Manire id oppidum Ci-
rolus Caroli Magni filius, adversus
Sorabos & Vilsos bellagerens cœp-
erat, idque S. Ludgero primo Episco-
po Monasteriensi tradiderat, ut in po-
pulis à Carolo subiugatis prædicanti,
tutus receptus esset. Id Ludgerus po-
stea cœnobio Benedictino Werdenz

ad Rutam flu. à sefundato, in quo
moriens anno Christ. 809 sepultus est,
attribuit. Eius cœnobii longius dis-
siti Abbatem Dominum civitas Hel-
mæstadiensis hucusque agnoscebat.
Sed quum trunci Domini cives tæ-
deret, Ciconiam regem hoc tempore
adepti sunt. Quod suis verbis Crant-
zius, non nihil acrius possessores no-
vos perstringens, ita exprimit: Pœ-
nituit oppidanos mutasse Dominum.
Sed quando ranæ regem contempseré
ignavum, accepere pro illo Ciconiam,
quæ regit in virga ferrea subiectos.
In qua locutione non adeo plurimū
aberravit. Namque quum Duce
Brunsv. variis implicarentur bellis,
miram sæpius & luctuosam subiit
civitas fortunam. Sic quum tandem
anno 1568 à morto Patris ad Iulium
Ducem Brunsvicensem successio de-
volveretur, & is cogitaret de Gym-
nasio aliquo instituendo, idque pri-
mitus Gandershæmio civitati, ad
Gandam flu:um sitæ versus Embec-
eam, destinaret; postea veò, quum
privilegia Academica ab Imperat.
Maximil. II. per Henricum de Lühe
imperasset, in commodiorem locum
transferre conaretur; & licet ma-
xime Gottingam subiortem ad-

optat; tamen propter certas causas
Anno 1576. Helsingstadium hac bea-
 re voluit: ubi etiam 15 Octbr. solein-
 ni festivitate introductio talis cele-
 brata fuit non sine pompa. Floruit
 quidem primitus satis splendidè pro-
 pter claritatem aliquot Professorum,
 præsertim Theolog. & Ictorum: &
 quod libertas profitendi studia libe-
 ralia minus esset consticta: ceu et-
 iam 14. Principum & Comitum fi-
 lii ibi in litteris uno tempore viv-
 bant: Ast quum secta horrenda Sta-
 gitica *Anno 1693*, nimium crudelis
 arrogans sibi Imperium in bone
 & liberalis Philosophiae artes non-
 nihil ferventius sumere, aliosque va-
 riis & clandestinis subagitationibus
 dire persequi, & quosvis obvios pro-
 pe titulo muli Arcadici describere
 atrocissime taxare inciperet, donc
 tandem Spiritu vertiginis omnia in-
 volveret; ceu falsa damnatio alicujus
 optimi viri D. Hof. id demonstra-
 bat: factum est tandem, quod ita pe-
 detentim in sui ruinam recusa sit
 ista bona Iulia, & ex uno malo in
 aliam deciderit; secumque totam pro-
 vinciam turpiter collapsam duxerit
 præsertim quum omne pius & ei-
 fontibus Israëlis petitum barbarabat-

baries proclamaretur, & nihil Christianum verè censeretur, quod non barbarum in impurissimis falsæ Philosophiæ elegantiis saperet Ethnicissimum: quod & publico statuto, in perpetuam Academiæ ignominiam, confirmatum est. Tandem ipse non ultimus auctor tantæ seductionis & corruptionis Iuvenilium animorum I. Cas. cum C. Mar. quasi conscientiæ stimulo compunctus, 6. Id. *Quin-Hil Anne c 15 15 v 1,* hasce calamitatis publico carmine confiteri coactus est, ad Academ. Iuliam in funere Iunioris Principis Henrici Iulii id dicens hoc modo, quod strictim tangentum est:

*Dura parvæ felix à primis Iulias annis,
Casibus adversi varijs obnoxia fati;
Dum rosa pungentes per spinas ardua
surgus &c.*

*Fallor? An hanc legem curcis tulit
Arbiter ævi?*

*Ut nihil exibuum in reliquis emergere
pesbit.*

*Quin miratione dum multumq: pre-
matur.*

*Res quietum demum verum decus ag-
dua fervat,*

*Omnia perpetui ubi vicerit aspera
castra.*

*Sin homini cedant ex votis omnia pri-
mūs,*

*Diffluimus toti misérè , fastuque peri-
mus.*

*At tu, ter deies annos que mul-
ta traxisti ,*

*Fac , deinceps animo quoque sis pra-
sente, Virago ,*

*Iulia : ante malis species tibi nulla pe-
percit :*

*Dira aliquando famas sed crebro lu-
rida pestis ,*

*Et sociæ , quarum seriem cognosse mi-
lestum est ,*

*Irupere vias nostras strigimique de-
dere.*

¶ *O Eri , nostramodò si nuquam
tempila petisses ,*

*Aut hodiè saltē fugeres viridanti-
bus hortis ! &c.*

Nimirum hæc erat illius consuetudine elegans & astuta versutia, ut ipsi auctores funestarum litium, culpam omnem torqueat in bonos & vecchi cœlestis amatores fideles, omnia non bene invertendo, possent: atque ne in ullo tantæ ambitionis noxii deprehenderentur, egregias inducebant adulationum aulicarum personas; adulatores tamen interim variis scriptis maxime taxando: cum solet fieri, ubi suppo-

suppositis technis res agitur. In summa, quin victores causæ se sibi soñniarent, nemo magis barbarus erat, quam qui veritati Verbi cœlestis in simplicitate false illorum philosophiæ contradicendo, absque respectu Ethnicismi studebat. Verum quamnam barbariem funestam hæc nobis barbaries barbara nunc procreat, quum impetas talis detestabilis cum securitate ita, per fucatam illam terministicam philosophiam, quæ nihil rei & veritatis continet, in propagatione Ethnicismi horrendi apud juventutem accreverit propter perniciosam hanc seductionem, id calamitosissima hæc tempestas & justum judicium Iehovæ in obstinatos directum, satis luculenter demonstrat. Patria tota collapsa meritò jam deploratur. An non homines ambulent in tenebris, ubi nox furva pro die lucido, & falsum pro vero; iniustumque pro ipso jure adoptatur & felicitur studio? Meus olim in talem calumniosum processum & iniquitatem judicji quum cernerem omnia contra pietatem & verbi cœlestis debitam curam subverti, ex Mimesi A. Clam, hanc pro leniendo dolore parabolice applicavi oden amicus:

M 5 Olim

Olim Cucullo & Luscinia fuit
 Certamen atrox, res super ardua,
 Nempe utra carum dulciores
 Alituum modulos teneret.
 Ventum fuisset forsitan ad manus,
 Pugnante summo utralibet impete,
 Ni derrepente visus esset
 Retia ponere certus Auceps.
 Huic iudicanda quim cuculus daret
 Litu potestatem ingenio suo;
 Quanquam futurum Athus videt,
 Ut caderet, tamen acquevit.
 Ergo aure iudex cminulâ stupens,
 Ambu, secundum sc, iubet alites
 Sub myteo arbore flagello
 Sidere. perque vices sonare.
 Ibi illa primum quisire musico
 Celebris ales suscipit: adsonat
 Ineptus euidentis integrator
 Vocis, idemque subinde trinit.
 Mox, absclusis canit, arburi
 Sensim ad tribunal itur, ibi hic novata
 Sententiam rogatus, edit:
 Macte pari ingenio vo' ures.
 Ut queque vestrum non mediocriter
 Visa est mereri p: emia laurea!
 Ut expeditè temperasti
 Ad numerum lepida ora mea!
 Quod pace vestra mi liccat tamen,
 Visa implicato Daulias es: sono
 Supradum uti, carneaque
 Nro

Non cecinisse melos ad aures.

Ergo priores deferimus tibi,

Ut arbitramur, mi Cucule, optime

Iure, & meosis arbitratu

Viclor in iacobonitate cause.

Si, Daulias, te hoc mordeat, audies

Sententiā mox quid gravius meā:

Hoc bilioso corde fervens

Impero, nī raccas silendo,

Post hac canoris cantibus abstineas,

Nil fulminosus gutturi efferi

Lenibit iras quin tibi mox

Monstrisum caput amputabo.

Natura praeceps atque ferociens

Disordiosam si violentiam

Ferenter exercere tendit,

More canis rabidi notatur.

Re iudicata sic, cuculus malus

Rechè sonores promeruit sibi,

Atricur sanctæ clara raptim

Vox nibetur biante lingua.

In futura mala prospiciens sic etiam alibi exprimere voluit is eandem tragœdiam & verbi Iehovæ persecutionem vaucinando:

Vat's futuri sum minus: attamen

(Heu! e-gar hoc quod dicere) mox ita

Plures ruinas nisi a secum

Ducet, apertius ut viæbis;

O Iehova, fortis, nī radū tua

Lucis

*Lucis vicissim splendidius vident,
Et barbarorum ius recedat,
Non poteris tolerare cristus.*

Scandalosum simus a precipitancia quatuor lapsus causatit, id videte passim boni, & dolores simul experti sunt haud leves: quicquid alii glotentur: Sed nec defuit ruina ruinæ ipsi præsidi, quod dolendum, unde & posteri habent, quod luant modo. Nec inidus prope eadem passus fuisse, quum ratione officii ibi saniora docendo monerem. *Quid unguis unci valeant, didici sat angustius corrutus;*

Ese unquamqueat solida pietatis amator

Acceptus patriæ?

Iehova misereatur nostri tandem, & convertat mortales, ut emolliant durissima pectora, nec semper sua ament in peccatis tantis datur. Ille revocet cunctos ad seriam pententiam, ut unice in verbo eius acquiescere & inde solidam vividamque cordis sapientiam, non ex putidis opinionum falsarum lacunis, & petere & salutatiter haurire discant: quoj merito patriæ & omnibus Christianis merito ex animoque appreco.

Sed Heimæstadium in sylvis amoenis.

aioribus nunc relinuqamus, & re-
verramur ad pensum hoc talium civi-
tatum absolvendum. Inde recurrendo
ad Albim versus Wolmerstadium se-
dem Archiepiscopalem hodiè Magde-
burg. ibi ad Oram & Riveram flu-
violos situm est Haldenslebium.

Olim ante Henrici Leonis Ducis to-
tius Saxoniæ dominationē civitas hęc
juxta ea tempora propter paludosum
locum & muros cinctos munitissi-
ma fuit, & plurimis sudes in oculis
fuit; in primis mentem ad eam flexe-
rat Archiepisc. Magdeburg. 16 Wich-
mannus, Comes Segenburgensis ex
Bavaria, quem Fridericus Barbarossa
ex plenitudine potestatis successorem
Friderici comitis Wettinensis ibi cō-
stituerat & præfecerat. Hic, velut
præ reliquis fuit cupidus magnam
cogendi ditionem, ita quaque om-
nem quæsivit occasionem, quomodo
hanc civitatem Comitum illiu sloci
& nominis antchac, at tunc Henrici
Leonis propriam sibi vendicaret. Et
quum summo favore polliceret apud
Cæsarem, subsidiatumq; ab eo obti-
nuisset militem, in societatē simul
adsumpto Episcopo Colonense, ob-
sidione severa eam cinxit, Anno 1181.
Dux Saxonius ei cum præficerat Co-
mitem

mitem Lippensem Bernhardum, cui
multi imputabantur excessus. Civi-
tas aggressu non erat facilis quidem,
ut frustca aliquot menses in obsidio-
ne consumerent : attamen aquatum
co*ia* poterat ad extre*ia* perduci. Si-
mili strategem inventione quam
Anno 1605 Dux Henric. lul. comta
Brunsvicensis sit usus, iuvat etiam
heic ex Chronica Lauterbergense M.S.C.
*anne*ctere. Qui in Civitate erant, in-**
*quit Chronic*on*, adhuc si possent eam*
*amplius munire cogitabant : cum e*n*-*
*nium fluvius Ora, ex una eam part*e**
*pr*eter*fluens valde muniret, aliud te*m*-*
men fluviolum, qui Rivera dicitur,
ad alteram eius partem derivantes in-
accessibilem penitus reddiderunt: A-
*quis enim circumquaque stagnanti*bus*,*
*quasi insula videbatur. Sed n*ec**
res civitati perditionem procuravit.
Depehensum est enim ex hoc ha-
*test*x* considerato, quod si deculis*
*aquarum aggere iacto pro*h* heretur,*
*civitas aquis sursum cresc*eb*ibus me-*geret*ur :* Hoc etiam ad obsidione*n*
*Episcopum Wichmannum mo*re**
vocavit. Labore itaque maximo in-
*spat*tes* menses & duas hebdomadi*s**
*aggere consummato in tantum aqua*excrevit*, ut pene super muros ci-*
*ta*ti**

tatis influeret. Tunc demum Episcopus naves armatorū plenas civitati iussit applicari. Obsessi autem & captivati rebus suis & corporibus salvis civitatem ipsius tradiderunt potestati, quod cōsecuti bono omniē discesserunt. Episcopus vero civitate potitus, eam funditus evictis, utile nimis opus perficiens & valde suis posteris profuturum. Hucusque Lauterburgense Chronicon. Hęc verò est altera obsidio Haldenslebii : prior incidit in *Annum 1168.* quæ quā occasione soluta sit, ex eodem Chronico Lauterbergensi libet referre. Civitas in palude ædificata erat triplici vallo & muro forti munita. Palus autem circa civitatem porrecta non patens, sed sub cespite latens erat, & cespes ipse non solidus, sed vestigiis cedens quasi immersiōnem desuper ambulantibus minabatur. Super hunc machinæ multæ diversi generis multo labore & sumptibus magnis ad capiendam civitatem construebantur. Interim verò hi, qui obsessi fuerant, stultum iudicantes nihil per se agere, quoniam huiusmodi materies flammæ admodum capax est, cespitem ex ea parte, qua extremo civitatis vallo jungebatur, obsessoribus ignorantibus

rantibus incenderunt. Ignis autem subterraneo meatu serpens citò dilatatus est, quicun ab locum machinarum venisset, cespes subter igne exesus, molem superpositam ferre non valens, repente subsidit, totaque illa structura cadendo secuta copio-
sum igni pavulum ministravit. Ha-
ecenus iterū *Chronicon Lauterb.* Cum
autem Haldenlebium annis circiter
quadraginta tribus in ruderibus ja-
cens triste spectaculum vicinis civi-
tibus praebuisset sub Alberto Ar-
chiepiscopo, ex Comitibus Haller-
mundiis nato, ipso in Italia cum Im-
peratore absente, accolis illuc ce-
fluentibus iterum instauratum ratis
veterem formam auspiciatò resumit:

Fuit verò hic Comes Bernhardus
Dux copiatum sub Heinrico Leone,
enius partes contra amulos masculo-
ratus est animo, multatus hoc
noinie ab Episcopo Colonensi
Philippo Feudis, quæ ab istâ Ecclesiâ
tenebat. Eam jacturam compensavit
Heinricus Leo, datâ ei præfectura
Engeriedsi, antiquorum regum &
principum Augustali. Haldenlebium
viriliter defendit à primâ obsidione
usque ad postremam: ubi contran-
suram pugnare non potuit. Salve
præb.

præsidio & arce suæ fidei commen-
datâ, eruptionibus crebris, rapinisq[ue]
vicinos facigavit, ausus subinde us-
que ad muros Magdeburgenses præ-
dabundus excurrere. Exstat Iustini
cuiusdam Lippiensis poema vetustū,
titulo Lippiorii, scriptum ante An-
nos circiter 360. Seculo est barbaro
penè eruditius comitusque, quò
Bernhardi vitâ & res gestæ delibân-
tur: cum primis prolixè ibi describi-
tur, quomodo post longinquam mi-
litiam, factas carles, & illatas adver-
santibus iniurias, ut mature Deum
placaret, proqué delictis satisfaceret,
relictis coniuge, liberis, omnibusq[ue]
negotiis mundanis, in Cœnobio Ma-
rætelensi cucullum induerit: mo-
nachatu adiunxerit peregrinationē,
sive bellum sacrum in Livoniam, co-
eventu, ut ibi in novo Episcopatu
Lealieni cathedram indeptus sit.
Videlicet Encomium eius apud Staden-
sem a l' Annim: 1228. Meminit Cæsa-
rius, Heisterbicensis monachus illustrum
miraculor. lib. 9. cap. 37. & lib. 10. cap.
35. Meib. in hist. de Henr. Leon pag. 22,
& 23., ubi etiam Genealogia patrum
Comitum illorum ponit.

In veteri autem Marchia millari
uno ab Angermundo, de quo supra

actum est, distat Stendalia, quam civitatem *Anno Christi 920.* Heinricus Aucto^r Imperator condere incipit, velut etiam & alias civitates. Occasionem huius intentionis ipsi præbuerūt incursionses Vandalorum ad Havelam & aliorum, ut cōre^tius eos subiungaret. Atque ne ex proposito excidet, sed eō citius civitatem eam ad perfectionem deducerer, propterea ultra quinquaginta familiis nobilium, quos in eum finem, ut ipsos sibi fidelitate singulare obstrictos teneret, hac dignitate donat, eam implevit, quibus sua designavit habitacula, & civitatem maximis ornavit privilegiis. *Anón.*

Angel. in Chron. Brand lib. I, pag. 37, nomina familiarum non incompiè pluribus enumerat. Quum vcrò Vacuali Hunnos & Pannoniæ gentes in auxilium advocarent, quas *tum Anno 923* debellabat, urgere propositum ferventius coepit, ut vindices pœnas de Vandalis & Megapolitanis sumeret. Ideoque non tantum frumenta plurima convehi curavit aliaque necessaria, ad talem expeditiōnem facientia; sed etiam multa castella & fortalitia præsertim in veteri Marchia removari & refici ius-
fit,

fit, ceu est Osterburgum, Seehusium & arcis atque castella ad Bisam: simul autem quum oppidum Varinum ad Albim, quod Vethena vocatur, quasi vicitoriam exinde comparare (quod Gettiani etiheren dicunt) vellet sibi. Præterea Cæsar trans Albim intra Havelam singulare Castrum cum vallis arduis erigebat in proximo monte, & appellabat eum Montem vicitoris, ceu adhuc locus ille nomen tale retinuit.

Tum etiam Gardelohia, Angermundia & alias vires atque castra non uniebat. Qui erat militum fecissimi, iis tales contrediebat locos, qui inde Burgenses vocabantur, proprias conservationem Burgiorum, castellarum vel acciuntur; velut ex hoc quoque in hunc usque diem cives Burgeti Germanicè dicuntur. Quum igitur tales Imperator munitiones per annos 924, 925, & 926 passim perficeret, atque simul Arnheburgi ibidem ad Albim quam proxi mè selectissimas copias ad præsidium firmum sibi sustentaret; attentiores quoque reddibantur Vandali, Heruli, Obores, & Megapolitani, qui simul de necessariis bellii sibi acutate prospiciebat omnibus, & imprimitis Brandenburgi communicabant.

Stendaliæ tum *Anno* 926 vivebat
 Cœsar, quum Misitzlaus Rex Vanda-
 lorium per legatos bellum : p̄si denun-
 ciaret apertum Dimissis verò legatis
 blanditer, st̄t̄ Comitia instituit &
 maximè Scnones suos, Saxonas, cum
 Thuringis aliosque convocavit sub-
 ditos, quibus atrocitatem Vandalo-
 rum indicavit. Sed ut eò promptio-
 res fortitudine & animi constantia
 eos sibi devinceret, in præsentia Du-
 cum, Principum, Marchionum &
 Comitum, omnes aulicos suos, &
 quos præ reliqua plebe animosius
 putabat etiam artifices in civitat bui
 ad nobilitatis dignitatein evexit his
 ce verbis : *Adel, Eddel, ist Eydhallen*
 quæsi diceret : Virtus nobilitatis &
 generositatis consistit in firma fidei
 observatione. Finitis his Comitiis
 Stendaliensibus, omnia ad bellum
 præparavit, rraiecitque cum univer-
 so exercitu Albim, ubi generalem
 præfecturæ militaris Officium Io-
 hanni, Henrici Calvi filio, Marchioni
 Stadensi, quem verè Heroico animo
 prædictum noscebat, commiserat Sub-
 initio igitur *Anni* 927, castra cre-
 ferebat & obsidione acti cingebat
 Brandenburgum, quod Vandali juxta
 suum Idioma Schorlitzium nomin-
 tabant.

tabant. Atque sic tandem in eas concit eos necessitates, ut cogarentur armis se dedere Cæsaris, unde & omnes propè deleti sunt, ac ipsi suis nobilibus novis civitatem cum vicinis locis destinavit, quæ causa est, quod præ ceteris terris ibi & circiter tantus inveniatur nobilium cumulus, ceu idem in Thuringia quoque ad eius rei exemplum deprehenditur. Vandali autem quum recolligere vires & Cæsarem in Monte victoriæ ad castra sua obruere tentarent, secunda vice illos ibi dissipavit, ingenti strage edita. Proinde commetus est Imperator, ut novum ibi circa Landsbergū, Salam, & Marchiam Medium Marchionatum Brandenburgicum constitueret, contra Vandalos reliquos. Atque sic *Anno Christi 928.* ad huius munera ratione sustinendam invexit publicè Siegfriedum Comitem Ringelheimensem, Coniugis suæ Mechtildis fratrem, & simul ipsi Vicarium Imperii cum novo insigni obtulit, videlicet Aquilanum iubeam in pectore Cornilunum gestantem in Clyreo albo: Memoriam ut exprimeret hanc, quod Vandalo ibi multo sanguine Imperio subiecisset; ubi simul Luna Cornicalata indicat in-

constantiam illius populi , qui sa-
pius ex agnita Christi veritate & obe-
dientia debita resultet. &c. *Brotiſſ.*
lib. 4. Chron. Aubal. cip. 1. Nobilium
autem novorum designationem lon-
go catalogo recenset *Andr. Angel. in*
Cbr. March. lib. 2. pag. 39.

Hinc quoque est , quod civitas
Burgenſis tribus milliaribus à Magde-
burgo distans in itinere , quo ex ſcen-
dalia Zerkeſtam tendit , ex arce &
castello ſuo nomen retinuerit. Et
verò non minoris magnitudinis in
capacitate ſua hęc urbs , quam ſcen-
dalia , imò non cedit in hoc Magde-
burgo : quamvis non ita munitum
ſit , tamen in commode jacet loco ,
ut ex valle Rosenthalio optimus ipſi
Albiſlos uſus applicari poſſet ; niſi
Magdeburgum potiori privilegijs &
jure Emporii aut ſcapulę abſolutę
præ cunctis locis ad Albiſm in Archi-
epiſcopatu ſrueretur : unde ſæpiuſli-
tes antehac orat ſunt , ut ipſe quo-
que nuper aliquo ſolenni acto An-
no Chr. 1619 , 17 Martij tali Burgen-
ſium attentato nomine Magdeb. con-
tradixerim. Præcipua autem & ferè
principalis hęc eſt urbs hodiē poſt
Halam , inter 28 , quæ parent Archi-
epiſcopu Magdeburgensi. Alias quo-

qut

que semper fidelis socia in pluribus
fœderibus contra hostes quosvis pa-
triæ olim cum reliquis vicinis civi-
tibus extitit, quum alihuc in ple-
niori esset constituta libertate.

Quando ex Magdeburgo ad ottum
versus Vitæbergam tenditur, quinque
milliarium spacio ab eo distat Zer-
vesta, sive Servesta, uti ab aliis nun-
cupatur, civitas, quæ nomine optimæ
& temperatae cerevisiae admo-
dum clara est, & celebratur undique
per Germaniam, Principum Anhalti-
norum antiqua sedes. Indenomen-
translatum gerit maximè, quod o-
lim ante Caroli Magni tempora imò
à Drusi Romani usque seculis in ve-
teri Marchia ad Bisam fluviolum &
Zeram arx vetustissima sita fuerit Ser-
vestia dicta, quasi *Sehr z estes Schloß*,
id est, admodum firma arx. Herus il-
lius loci appellatus est Dominus de
Zera, aut Zeramundio, quasi ad
ostium Zeræ gubernatorem ageret.
Carolus autem Magnus quum in ve-
teri Marcha iterum *Anno Christ. 804*
victoriam ageret contra Saxonas, Se-
nones & Longobardos, & convertis-
set Geronem, Dominum Zeremun-
danum; Comitem eum Osterbur-
ensem & Altenhusanum effecit.

Postea verò *Anno Ch. 1155.*, quum sub Imperatore Frederico Barbar. Albertus Ursus Marchio & Elector Brandenburg. ratione officii Iasenem Vandalaorum Principē, & Regis Primitiū defuncti ex sorore nepotem ex Brandeburgo ope Wichmanni Archip̄k Magdeburg. expelleret, in conflitu & expugnatione tali Wernerus II. Comes Osterburgensis Alberti ipsiusu Sorore nepos interfactus est Ind. Parentis eius Wernerus I. ex nimia crudelitia antiquam familie suæ acem Zervestam in Cœnobium Virginale convertit, id B. Mariæ Virginis devovens, unde & hoc Mariæ valerse nuncupari voluit : Ast in celo quum huic locutioni assuefieri nequit, nihilominus illud Zervisia, mox per metathesim Crevestream dicitunt. *Vide Andr. Ang. in Ch. Mariæ lib. 1. pag. 17. & 28. lib. 2. p. 87.* Quod verò Wernerus I. iste Comes Coniugij haberet Eulaliā Com. Ottonis Anhaltini, cui Divitis nomen adiuciebat, filiam, quę soror & Alberti Ursi, Elefant. Brand., ac ne nomen antiquissimi domini interiret, factū est inde, quod quoque ea urbs Servesta sit dicta, quę ipsa in loco frugifero sita est, & multo in necessitatibus vicinis praestitit.

Annexum huius capituli de Erfurto Thuring.

Civitatibus iis quoque Erfurtum accensio[n]da veniret in Thuringia, quum & ipsa superioris Saxonie circulo includatur; sed paucis id Hanseatico f[er]ocietati, cui parum operæ præstat, sufficiat Michael Neand. in succ[ess]u Orb. terr. expl. pag. 136 ex ore rusticorum Thuring. non civitatem, sed regionem hyperbolice eam vocat, & quod eodem anno cum Venetiis condita, id est, Anno Christ. 421, exstructa sit. Satis ampla quidem est hæc civitas, adeoque ut in circumferentia propè exuperet supradictas omnes: sed tamen nimis larga est & liberalis locutio talis, quum muris inclusos tot hortos, vineas & monasteria ampla agrofa teneat. Etenim privilegiis nunquam eosque potuit extolliri, ut aequipararet vel minimis inter civitates Imperiales, quam juxto Elect. Moguntinensis & Saxon. ita penitus prematur; unde & illi toties obiectum ab illis est quidem, quod Erfurtum non sit liberacivitas: quod ipsi in publicis confitentur scriptis. Nihilominus Anno Chr.

1584, apologia quadam testatum fecerunt egregie, & explicarunt singulari libello, quæ iura libertatis in statu regiminis & Reipubl. illis compescant. Triplicia enim ibi produxere concordata aut pactiones, quas tam cum Elector. Moguntiens. quam cum Elect. Saxon. & Comitibus Gleichianis inierunt: atque *circa finem in 45* membris demonstrarunt, quæ iura in Regalibus sibi sarta tecta reservaverit, quorum exercitium & possessionem continuam allegarunt. Sunt hæc quidem satis notatui digna; sed dum plurima heic & alibi nova diffentur, quæ potioris & eminentioris sunt vigoris, inde procul dubio factum est, quod causam opinionem in Camera Imperiali in *Instantia Revisionis* obtinere minime potuerint, velut etiam sententia definitiva, quæ nuper illis dicta est, id luculenter declarat, quod l actione excidetur penitus, nec ullo beneficio iuris resarciri queat. Ideoque gratias insigues debent Electori Moguntino, quod tam clementer in puncto tali eminentiorum Regalium eos foveat. Homines fuerunt antehac non adeo liberali ingenio ab antiquis nati, nec tantam spicarunt ingenuitatem,

qualis in aliis civitatibus dēprehensa est: sed, quām nil aliud, quām horrorum ventris, vinearum & agriculturæ &c. curam tanti æstimare dūcissent, vix intehas inventi sunt, qui alias & præsertim exteras regiones frequentare studuerint. Quām domi sordescerent ita, nihil æquè quān divitias & possessiones terreas, sive avaritiae studium libertis suis commendando inculcabat, præ quam venatione numia vix virtutis cultura respōlere in iis altius potuit. Vnde etiamnum rustici in vicinis pagis multa in eorum stupiditatem variis historiis dicteria iacere solent. Qui verò in senatu vixerunt, præ reliquis sibi intelligentiæ quid vendicabant: nec raro tamen (præsertim si novas exactiones configerent) civibus suis suspicções varias moverunt, velut & *Anno 1508* inde valde turbata est eorum Respubl., populo scilicet in senatum acrius inquirente, ut ait *Dress. part. 2, Mill. 6, pag. 68.* Quem tumultum pleniori historia persequitur *Div. Chyt. lib. 6, Sax. pag. 167.* Republica enim (ait) ære alieno obstricta, senatus novis tributis cives onerārat: nec tamen tutum existimabat, civibus omnia Reipub.

arcana, & in quos usus collata est pecunia, patefacere. Ideoque diu in latis rationibus aliás alio in modo ehi conati sunt &c. Quum cives leſt. Moguntinum, & senatus Elagis Saxon. Frideticum pertinacius ita plorarent, bellum inde exortum: fervidum, & duravit seditio, siccitas, donec tandem Imperat. Max. Iuliani auctoritate res discussa & compita est. Dress. d. l. Simile ex plurimi etiam nuper prime vidi mus ita motu, quem ex eadem causa spes tenus concitarunt aliquot ambo: si: sed quum illi potius locum scru: tus summum, quam aliud quid abirent; lis facilè adoptatis auctoratu & in curiæ dignitates electis, dirumpita fuit. Quum autem (Inquit Clu: d. l.) populosisima Thuringia Metropolis sit Erfordia, ad vadum Herae flum., unde & nomen habet, in fertilissimo agro, vini & frugum omnis generis feracissimo sita: breviter hoc loco, de veteribus Thuringiæ Dominiis, & qua occasione Erfordia potissimum creverit, pauca annotabo. Multò enī vetustior Erfordiensis urbe Northusii est, quam Theodosii junioris tempore, sub Merwigo Thuringorum rege, Francorum regis

regis cognato, conditam referunt annales; cuius Mervygi ex filio Bassino nepos aut pronepos fuerit Ermenfridus Thuringorum Rex, Clodovei Francorum regis gener, qui à sutorio Theodorico Francorum rege Metensi postea cæsus est. Et quia Saxonum auxilia Theodosius in eo bello habuerat, Thuringiæ partem ad Vnstrud fluvium, versus Hercyniam sylvam eis attribuit, à quibus aix Saxenburgk huc usque nomen retinet. Deinceps igitur sub Francorum regibus Thuringia & Hassia coniunctæ, usque ad Carolum Mag. & Henrici Aucupis tempora manserunt. Dagobertus enim Magnus Rex Galliæ & Franciæ Collegium D. Petri in monte, quod iam Erfordiæ invenibus i clusum est (anno Chrſt. 658, & Ultraieflum anno 624,) condidit. Pipinus Caroli pater Cœnobium Heresfeld in Hassia, item Fuldam, Ainerbachium, S. Mariæ in Ertort. Anno Chrſt. 745. Collegium Fridislariense in Hassia & alia fundarunt. Ita sub Franco- rum regibus annos 366. Thuringia mansit. Tandem Carolus Crassus Imp. Dacem Thuringiæ præfecit Ludo- cum, cuius nepos Burchardus ab aliis ab Ungaris cæsus est. Quare Hen- cus

cus Auceps Imp. Thuringiam occupavit; cuius successoribus Saxonie Principibus in hodiernum usq; diem subiecta est. Et si enim post Wilhel-
mum, Ottoneis I. Imp. filium, qui Archiepif. Moguntinus fuit, Thuri-
ngiam permissu patris tenuit, succes-
sores ipsius, Archiepiscopi Megun-
tini, meruimus Imperium in urbem Er-
fordiam, quod adhuc retinuerunt, & to-
tam Thuringiam sibi aliquantisper
vendicauit: quorum Vice-Domi-
nus, sub Conrado Saliquo Imperat.,
Ludoicus Barbatus aliquandiu fuit
tamen posteri Barbati, Landgravio-
rum titulo, Thuringiam ad heredes
transfusserunt, donec ad Misn. Mat-
chionem, ex Wittikindo Saxonis
posterioritate ortum Henricum illusio-
ne, Theodorici filium, & Heimanni Thu-
ringiae Landgravii ex Iudita filia ne-
potem, circa *an. Ch. 1250* pervenit. &c.

Academia autem quæ Erfurti ha-
betur primitus ibidem à Dagobeno
anno Christ. 650 est instituta, & à
Bonifacio IX. *ann. Christ. 1391.* ve-
lut etiam post *anno 1460.* à Pioli.
variis privilegiis ornata. Verum *ann.*
Christ. 1391. restituta fuit, quum
Acad. Wurzburgensis propter diu-
turna bella cō transficeretur, & auge-

retat hoc accessu; unde magnus studiosorum confluxus ibi fuit, præster-
tim quum Academia Pragensis turba-
retur, & multi Lipsiam confugerent.

Cathedralem autem eis urbis Ec-
clesiam ulterius S. Bonifacius, qui
circa annum Chr. 720 in Germaniam
venit, perficere studuit. Iccirco tem-
plum Beatæ Mariæ magnis sumpti-
bus ædificandum curavit, & sedem
Episcopi ibi esse voluit; sed papalibus
litteris ab institute, susceptoq; con-
silio revocatus, Episcopatum Mo-
guntiam transfulit. Remansit tamen
cathedrale templum B. Maræ, cui
adiunctum est alterum templum S.
Severi, quorum utrumque suos ha-
bet Canonicos, Archipræsuli Mogun-
tino subiectos. *Dress. in part. 2. Mill.*
6, pag. 291. In templo autem B. Virg.
ingens campana visitur, qua major
non perhibetur in Germania, quam
Ditericus II Brennen sis & Wettinen-
sis Comes *Anno Chr. 1243*, qui cum à
grandi arte alieno, quo propè oppres-
sus erat, à Marchione Theodorico II
protectore Naumburgensis Ecclesiæ
per immunitatem exactiōnum om-
nium liberaretur, illi loco consecra-
vit. Quorū autem Monasterium S. Cy-
riaci in monte supra urbem posi-
tum,

208 R E R V M P. H A N S.
tum, ex concessione Imperat. in x-
cem commutari civitas, id in diff
Concord. Senatus satis explicat; quia
ibi poterit cognosci.

C A P. VIII.

De politico regimine civitatum Sacra- earum fida confociatione, & conser- vatione legali, & exem- pto Embecensi.

PATER igitur iam ex supradicta
quanta vetustas, & in originis
ne antiquitas, quæ virtus, gloria,
in perpetuo libertatis respectu San-
num & eorum civitatum fuerint,
quam fideli conglutinatione Fæ-
ruin inter se cohæserint, ut semper
unanimitatis in communione pœna
& promotione boni publici exte-
rint studiosi. Nihil antiquius
fuit, quam infallibilem conser-
farem, & secundum promissam
gulari observantia vivere. Etenim
simplicitate bonam perpetuum am-
bant disciplinae formam, & co-
muni conversationi uon se levata
descinabant, sed veritatē gravem
diuīe commiscebant seduli: us-
etiam Republicas suas indeciner-

ad tales revocabant i. tent:ioneim, quæ pietati & honestat: maxime cōgrueret. Atque ut cōrectius suam Nationem in fimo loco conservare potuissent, non tantum despexerunt id, quod externè civitates eorum muniret, sed maximè quod ad internam faceret conservationem. Idcōque quot es fundabatur civitas, non tam ipsum confluxum populi curabant, quam eius iustam in cohabitatione mutuā d:ispositionem. Deinde, quam Respubl. nulla diu absque iudicio, in quo leges & statuta atque regulæ recte cohabitandi suum inventiant vigorem, consistere possit, proinde iurisdictione judicialis Magistrati cuiusque loci & prefecti:is iudicij attributa est. Tertio nullum quoque remedium fortius est, quod æquè colliget populos, quam amor pacis & studium mutuae Concordiae in libertate sua. Ita etiam Natio hæc Saxonica quoties ad certam sedem se converterat, pro libertatis suæ iure ex membris corporis sui elegerunt sibi tales, quibus honorem capitis cum viribus regiminis deferrent. Quare semper solliciti fuerunt in Electionibus de viris eiusmodi, qui integritatis, iustitiae, fidei conscientiaeque &

pacis essent amantes, ac maximè in honore habebant Seniores, & quorū etatis experientia informaverat optimè, utpote qui intelligerent, quæ vis libertatis esset. Aliam successionei odio semper habuerunt, quia virtutis & integritatis libertatisque censora nuspiā in citius expiret, quād ubi successio electioni præfertur. Et enim facile sic accidit, ut bona regimini formā in eam libidineū abipiatur, cui successor talis per naturā vitium se exposuit, quō nihil est fierum magis & perniciōsius Reipubl. adiūci potest. Natio itaque Sachonica hoc unicè perpetuò egit, & sibi constituerent maximā integratatis & æquitatis pacisque amatores, quos præfecerunt corpori Reip., iisque omnem fidem amorem & obedientiam præstiterunt; Ac ne curia esset eorum vacua, subinistrarunt illis facultates liberali manu. Ecce contra Magistratus & proceres populi obligati sunt in omnibus, cuivisiūstūtiam, securam pacem, & tutelam præstare iuxta iuramenti fidem, ut ita salus populi sive publica rū apud omnes florere posset. Quod si vetō, aut interclusus quis, vel externi exargeter hostis, nec sufficerent domestici

mesticæ vites, visa tutissima apud eos fuerunt sc̄edera, quæ ex iure naturæ etiam sibi confingebant. Domi autem suæ unaquæque communio, suscitate conservabat statuta firmiter, ne quid subreperet mali, aut discordiæ.

Ante omnia tamen Medioctitatem cen genitricem Concordiæ, & civici vinculi in æqualitate amplexi sunt: quemque sub iustitiæ clypeo protegabant; & commerciorum summi erant patroni: proprium commodū, lucrum in proximi enervationem tendens, & talia extremo odio habebant. At veluti pluralitas legum, ut plurimum maximas in interpretatione varia parit corruptiones: ita profus abhorribant ab iis, quæ à moribus eorum, quid alienum introduce videbantur. Quapropter simplicitatem magis & apertam frontem in legibus amabant, quam longam & inanem perplexitatem in ambiguitatibus consistentem. Vbi dilectio proximi caput est rerum, ibi facillimis sunt leges regiminis omnes. Saxonice eiusmodi virtutis vestigia adhuc in civitate Eimbeccensi apparent, quæ heic exempli loco producam, ut inde possit iudicium de reliquis civitatis sumi, ac quibus moribus

coierint, & in quantum hodiè à pris-
torum candore deviarint plurima.
Aperta est locutio talium statuto-
rum in omnibus, quæ Anno 157;
sunt renovata ita, ut bis singulis an-
nis pro maiori inculcatione apud
populum publicè possint proclamar,
veluti fit primò iudicij die post e-
st in Paschatis, atque itidem post
festum Michaelis.

*Verba sunt plana undique, que si fe-
bent contracto modo :*

1. **Q**uilibet civis ante omnia ab-
neat à contemptu Dei & im-
pietate omni. Assiduus sit in ex-
ercitio pietatis, & simul fidelemur
verbi cœlestis auditorem factos
remque exhibeat. Qui verò di-
Sabbathi sub concione, in foro aut
alibi in civitate ociosus & rebus
iudicis incumbens invenitur, to-
tius, quoties hoc committit, ab-
que nullaremissione, marcam Eim-
beccensem publicæ utilitati sol-
vet.

2. **C**ella vinaria publica singulis Sab-
bathi diebus & feriatis planè oc-
clusa manebit, nec in iis tempori-
bus ullus ibi admittetur hospes.

3. **S**is

3. *Sic & feriatis diebus talibus in publicis diversoriis nusquam sic ullum convivium per civitatem totam presertim sub concionibus.* Quod si quis in hoc delinquens deprehendatur, uterque hospes, tam recipiens quam recepti solvent marcum pro mulcta.
4. *Quin & in nullo diversorio civitatis ultra in honesta aut suspecta mulier recipiatur aut toleretur sub poena arbitrarja.*
5. *Sic nec ullum ludorum genus, aut in diversoriis, aut aliis locis perfatur, ut sunt alea, charta lusoria &c. sub poena §. Marcarum.*
6. *Diebus feriatis nec tympani auctor sonus talis audiatur, nec commercia tractentur sub poena i. Marc.*
7. *Tempore missis & festis diebus curruum tumultus in civitate nullus sit, sub poena 2. Marc.*
8. *Adulterij poena erit 40. Marcarum primitus, & relegatio ad biennium, postea apertam sub receptione penitentiam in templo agat.*
9. *Quod si vero excessus sit nimis palpabilis, corporalem poenam vietate sibi reservat Senatus. Scortatio autem simplex viro iuveni impo-*

net 20. Marc. mulieri 10. Marc.
cum ielevatione unius anni.

10. *Qui pueræ virginitatem eripit,*
dicat eam aut detestantur, i
pro qualitate conditionis alteri
nubere queat. *Alius tam diu ei*
urbe exclusus erit, donec res suæ
transacta pentus. *Autamen respi-*
ciantur, cuiusculpa corruptio facta
fit.

11. *Si maritati in dissidio vivant*
illi audiatur curiam Senatu, & si
compositionem adinventant, &
*nesciunt culpam fuerit, relegabitur
ex civitate, donec ad saniores*
incuntem redeat.

12. *Si quis compaternitatu*jure à**

S. Bapt: sinatis usum vocetur, &
deneget, incidet in 15. Marc. pa-
nam.

13, 14, 15, 16, 17. *Agunt de ceremo-*
niiis, sumptibus, & honorati- he-
iis actus sacri, quibus omnia &
parsimoniam revocantur.

18, usque 27. *Agitur de mattimo-*
nio legitime contractando, & mi-
xime de solemnitate nuptiarum,
quod omnia iusto tempore. Si
magnis impensis fieri debeant, tamen
investitu, quam convivio, ad que-
cettus numerus sub poena 4,

Marcc

Marear. solum invitari debeat, nec ultra 4. edulia apporantur &c.

28. *Nec vidua* ulla ad secundum proc dat coniugium, nisi prius ordinati sint tutores liberis ex priori matrimonio, & iusta divisio bonorum sit facta in praesentia 2. Senatorum & civitatis Secretarij, sub poena 10. Marc.

29. *Omnium tutorum* fides hoc requiri, ut statim in exordio inventarium bonorum componi legitim è current, & inde quotannis rationes reddant proximi pupillorum agnatis & 2. Senatoribus, sub poena arbitriaria.

30. *Quaque* cerevisiarum Coctor in E. i. becca, sub poena 1. Marc. in suis ædibus in promptu habeat fistulam vel urnam ex corio confectam. Item scalam unam atque alteram appendicularem, Item ligones incendio inservientes, Item Vannum cum incerniculo, Lanqueum & funem, nec non evibratorium aquæ, & similia instrumenta.

31. *Nemo* quoque in Eimbecca hordeuni aqua madidum in maltam rediger, ut rade germinet etiupat, nec enatis inde legulis id torcebit,

nec mo'ā confingi curabit, multo minus coquat cerevisiam, nisi propriarum ædium sit Dom:nus, aut locum ædium talium possideat & in bonis ad 40. Marc. obtineat, sub pœna 50 Manar.

32. *Intra festum Pentecostes & Iacobinemo* sibi coctorum maltam conficiat, sub pœna 5. Marc.

33. *Nec ulli, adolescenti* ædes vendantur, nisi sit 2 ½ annorum, ut forte ducet antè pleniori eam a statem civis filiam, tunc ad initie-
dus est.

34. *Nemo coquat* cerevisiam in ædibus, nisi æquè in habitet eas iuxta exemplum vicinorum, sub pœna 50 Marc.

35. *Nec quis* focum in cupreis vel coctilibus per duas noctes foveat, pro coctione cerevisiarum, sub pœna 5 Marc.

36. *Quilibet* aut quælibet civium, non ultra quid hordei, tritici, lupuli & ligna coëmat, quum ipi vietus & commercii loco per anni spaciū sufficiant, sub pœna arbitria.

37. *Nec civium* ulli concedetur, ut in pagos excurrat, & frumentū vendendis creet præiudicium, cœ-
antibus

antehac factum; sed in foro aperte emat, aut alibi certum substituat emptorem, qui ipsi provideat necessariam utilitatem. Qui hanc frigerit legem, certa poena certus afficitur.

38. *Quibus vero* in propriis agris hordeum, triticum & lupulus nascentur, si quid superfluum sit, id vendant absque suppositione aliis, in legitima mensura, nec fiat permutation pro cerevisia facilis, nisi taxatio facta sit prius à Deputatis Senatus.

39. *Agricolis* inhabitantib. Eimbeciam, qui vecturis lignorum utuntur, concessum est, reliquis concubibus pro iusto precio aut permutacione iustæ cerevisiæ vendere ligna absque dolo, si evitare velint nominatam poenam.

40. *Nec coquatur* in Eimbecca cerevisiæ ex malta, quæ ex aliis locis sic apportata sub poena 30. March.

41. *Nemini alterius* nomine licitum sit cerevisiam vendere, aut vasis includere, sub poena 5. Marc.

42. *Ex adibus* ijs, in quibus coquitur cerevisia, non effatur subducti tuis ignis sub poena 1. Marc.

43. *Ministra* coctioni cerevisiali in-

servientes non cariori precio quam
haetenus factum est, alantur; ne
carbones ignitos usquam ex adi-
bus cerevisialibus auferant se-
cum.

44. *Quisque* Coctor cerevisiarum,
aut quicunque tales incolat et a
frumentis necessariis ante omnia
suas actes instruat; & praesertim
circa Festum Johan. Baptiste et
huc secum et Malderos Siligini
aut totidem similaginis & famili
adservet, sub poena s. Marc.

45. *Sic* & Fabri Vannoruim ad unum
Malderum siliginis obligati sunt
circa idem tempus, sub dicta pa-
na, nec ulla valebit exceptio.

46. *Nec posthac* in Eimbecca ad re-
coctionem cerevisiae admittetur,
nisi qui patietes omnes domus be-
ne obfirmarit contravim ignis.

47. *Idem* præstabunt vasorum fabij
aut utrobique senatui s. Marc.
poenæ loco solvent, & tamen id
peragent.

48. *Si periculis* sint loca & ignifa-
cile exposita, atque in iis stramen,
linum, lignum & similia inven-
iantur, quatuor dicta talibus sit
poena s. Marc., tamen Provisorii
& Visitatores id indicabunt Sena-

wi sub pœna i. Marc. ut eò rectius dicitur: pœna accaveantur.

49. *Nec servus aut famula, quæ non in servitio vivat, aut alia suspecta persona in nostra perfecatur civitate, nisi civium iure recepta sit, sub pœna i o. Marc., quæ solvet recipiens.*

50. *Quocunque serva aut minister operas suas in civitate nostra eloceat, id servet quod si vero alii item se obliget, & fidem priorum frangat, ille aut illa tamdiu relegabitur ex urbe.*

51. *Quod si autem ministram aut famulam Dominus prior dimittit renolleat, & talis ulterius Domino huic operas addixerit, tunc tenetur minister aut famula id posteriori Domino in mensis unius spacio indicate; quæ si non debitè facta sint, aut relegabitur ex urbe, aut praestet alteri fidem.*

52. *Si forte famulus aut ancilla ante tempus obligatum discedere à Domino suo tentet, statim excludetur ex urbe, aut praestet fidem.*

53. *Quicunque famulorum aut servarum in civitate nostra continabit & absolveret i o. annos apud unum Herum, debitum officium honestè*

honestè persequendo, 10. Marcas
lucrabitur in compatando jure ci-
vium.

§4. *Omnis ex sexu masculino, aut
fæmineo qui commune ius civi-
tatis ambit, solvet pro sua parte
senatui* 21. Marcas.

§5. *At qui ius particulare in coctio-
ne cerevisiæ expetit, solvet* 52.
Marc. si simul collegii huius filiam
ducat aut viduam, & è contra. A-
liás, qui plenaria iura quærit tri-
buum, solvet 104. Marcas.

§6. *Si quis extraneus antehac com-
paraverit sibi iuscivitatis, & postea
extraneam ducat, is solvet adhuc
suo nomine* 4. Marcas, pro eon-
iunge verò 21. &c.

§7. *Qui damnum incendii pertule-
runt, & collegium coctorum ce-
revisiæ ambiunt, solvent ipsi* 15,
Marc. reliqui 26. Marc. adjiciant.

§8. *Civis cuiuscunque generis aut
filius eius, qui spacio 2. annorum
non recognoscet iura civitatis a-
pud Camerarios, amisit illud, nisi
subsit casus. &c.*

§9. *Quilibet civium & quilibet et-
iam liberorum, qui alio se con-
vertet, & transferet arbitrationem
absque consensu senatus, amittet*

ius civitatis, sic & qui ita alibi
muptias contrahat.

60. *Qui coram senatu aut in iudicio alterum injuria afficit, statim in loco arrestabitur, nec dimittetur, nisi mulctam solverit.*

61. *Sic & qui senatori alicui injuriam inferet, cuique 60. Schillings debet, ut ita 12. floreni solvantur æratio publico, absque respectu.*

62. *Qui vero rebellionem caussare student, illi pro qualitate delicti pœnâ corporis aut confiscationis sufficientur.*

63. *Nemo in ædificiis erigendis alteri obscuret lumen, nec fenestrâ offendat alterum: sed observentur leges Aëdilium.*

64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71. *Agitur de commoditate & necessitate ædificiorum eorumque ordine & maturitate, ac usu. &c.*

72. *Qui criminalem actionem contra quem tentaverit, spacio sex scptimanarum id probabit. Si caussa gravis, adjicientur 14 dies. At qui non sufficienter hoc spacio probabit, 3 libras argenti Senatui promalitia solvet.*

73. *Qui atrocem injuriam in quempiam*

piam commiserit , & in hoc con-
victus fuerit, ille 10. vexturas la-
pidum ex latomia civitatis curabit
ad designatum locum , & solvet
parti, quod ipsi sententia judicialis
ulterius imponet.

74. *Singulis annis quisque partem*
fuit plateæ restauret sub pœna.
Marc.

75. *Nemo quid in platea absque Se-*
natus consensu mutabit sub pœ-
na 1. Marc.

76. *Singulis annis prætor cum ad-*
iunctis visitet stateras. libras, vi-
nas, mensuras, modios &c. &
examinet, num cum Senatus pre-
scripto concordent, & signa im-
pressa rite sint. Si defectus inve-
natur, pœna erit 10. Marc. Ita
vini cerev siæque mensura exame-
nabitur; Et quoties placeat illis.

77. *Quam diu singulis sabbathi de-*
busex curia signo id civitatis in-
catur, nemo quid emat in mo-
polii suis lucrum, quod Voerka
dicitur sub pœna 5. Marc.

78. *Singulis annis die Mercurii pa-*
festum Pentecostes quisque cu-
rtmis suis in vallo civitatis co-
pareat sub pœna 2. Marc.

79. & 80 *Nemo arma sua vendat si*
pœ-

pœna §. Marc. Et quisque coctor cerevisi uin & huic collegio affinis Galeam cum Chlamyde sibi compareret.

§1, 82, 83, 84, & 85. *Agit de purgatione fluviorum & platearum, atque quo tempore id fieri debeat, sub pœna certa.*

§6. *Qui inter arandum vicini agro quin decurabit, pro quaue illa senatu in utram solvet.*

§7. *Qui limitem transportat, aut opprimit, aut fossa obvertit, singulis vicibus tres libras argenti Senatu solvet pro dicto hoc.*

§8. *Qui damnum aliquod alterius horro, sepibus, arboribus, &c. proprietatio satisfactionem praestabit & Senatu §. Marc. solvet pro danno infecto: at si furto adiunulari hoc queat. Severior pœna ei reservabitur.*

§9. *Bona quæ ad heredes exteros transferuntur portionem solvent Senatu proportionalem.*

§10. *Mortui non diu suo sepulchro careant.*

§11. *Civium nemo absque Senatus consensu in ulla actione ad alterius iurisdictionis forum petratur, nisi in casu denegatæ iustitiae*

- stitiæ, sub pœna 60. Marca.
92. *Qui non* legitime appellationem instituit, aut eam rite persequitur, item Seu atque 60. Marc. solvet.
93. *Quisque* civis absque mandatario indebiti aut crediti actione suus sit sibi patronus, nisi adhuc corporis defectus.
94. *Nemo* cessiones in debitibus sibi emitat ab alio contra concivem, nisi coactus.
95. *Peniurus* judicialiter in perniciem alterius, pœna ordinaria punietur.
96. *Proprium* pastorem nemo habeat, sed utatur communii civitatis sub pœna 10. Marc.
97. *Ultra* 3. dicas nulli pecorum mercatori in pratis communianitatis libera erit pastio, aut pro singulo Marc. solvat cotidiè.
98. *Qui* alteri emptionem aut contractum aliquem interturbat, pro pœna solvet Marcam.
99. *Nemo* quid emat extra civitatis muros præferrim ligna &c. sub pœna 10. Marc.
100. *Nemo* gramen aut frumenta alteri demet at sub pœna 10. Marc.
101. *Atque* quam sœneratio omnis contra conscientiam pugnet, & tamen

tamen pro peccato non habeatur; sed quisque addictus sit huic depeculatui; proinde nemo in Eiusbeccaulita s. pro 100. usuras solvat, nec aliud quid, quam argentum penset; aliasquarta pars summae ipsi confiscabitur.

101. *Nemo armatus incedat, nisi cui licitum, ad iustum modum, sub pœna 1. Marc.*

102. *Nemo in civitate aut intra hostes & confines locos sclopeti iactuatur, aut damnum quid indecauset, sub pœna relegationis.*

103. *Si quis quempiam interficeret casu, nec deprehenderetur; exulet per 10. annos; & si cum defuncti agnatis transigat interea, sub reditu Senatui 60. Marcas solvet.*

104. *Quod si verò casus sit inerè fortuitus aut inculpatæ tutelæ, & sufficienter probatus, 5 ann. exulabit & 30. solvet Marc.*

105. *Qui arrestatus fuerit à Senatu, & id violabit quis, incidit in relegationem Senatus.*

106. *Prefectus viciniæ cuiusque hoc observet, ut singulis se; tiquantibus quisque civium suam purget placitam sub pœna 6. Schilling.*

108. *Vitrix* 3. dies funus non patietur in plateis, sub pœna arbitrii.
109. *Siquis* noctu turbas moveat, si eiicietur ad certum tempus ē civitate, nec sine mulcta denuo recipetur.
110. *Hiberno* tempore post horam 8,
& *Aestivo* post 10. absque lumine
nemo in plateis conspicatur, sub
pœna arbitrii.
111. *Lecæ privilegiata* sunt Cœtia &
Oenopolium civitatis, qui ibi aliquid iniuriaz aut violentiaz exerceare aut verbis, 60. Marc. solvet sanctui.
112. *Nemo* exerceat bacchanalia
ullo indicio sub pœna 1. Marc.
113. *Nemo* putredine lini fluvium
inficiat, ubi se in civitatem effundet, sub pœna 1. Marc.
114. *Sic nec* quis sordidas dedectiones in fluvium ibi derivet, sub pœna 5. Marcaturum.
115. *Sic nec* piscaores reticulis nimium constrictis utantur in devastationem piscium mollium & primitus germinantium, sub pœna 5. Marc.
116. *Sic &* observari debent temporaria procreativa leporū, ne tunc turbatio fiat, &c. sub pœna eadem.
117. *Quis*.

117. *Quisquis* relegatus obseruet sententiam dictam, ne sub pœna corporis alicubi latere tentet post eius promulgationem.
118. *Qui* pullulantes arbores aut nuper plantatas eveliet, aut perdet in prohibitis locis, pro quavis 3 libras argenti Senatui solveret cum satisfactione.
119. *Memo* quoque ultra dimidiam partem evictiⁿnis, quam tenet in ædibus suis, oppignorabit, sub pœna arbitr. *Quam* ob causam observatio instituerit singulari registro.
120. *Præterea* nemo posthac particulam ullam ab ædibus suis auct possessione loci abscessam absque consensu Creditoris hypothecarii vendet, alias ipsa venditio nulla erit.
121. *Cai* excubiat ad Portam competunt, is muneris sui rationem habebit, aut id perficiet per alium civem, alias pœna r. Marc. ipsi stabilitur.
122. *Magistratus* bona sint ab omni violentiatura, sic & pecora, feræ & pisces.
123. *Quilibet* abstineat à calumniis, nec quid acrius in Senatum ciusvè;

membra evomeret , sub pœna iutii ordinaria.

124. *Quod si tempore hyemis necessum sit aperire glaciem in fossa civitatis , quilibet hoc faciat promptè , aut pœnam vicinorum 10. Shil. subibit , vel si hoc dengget Senatui 1. Marc. solvet.*

125. *Si incendii periculum adiaceat statim advolet cives aut filiorum cum debit is instrumentum jus civitatis amittere.*

126. *Ita etiam si inflammatæ sint aedes aut habitacula alicuius , nec tempore indicium faciat , amicus ius civitatis , & ad damni refectionem tenebitur.*

127. *Quod si quis etiam in convivio aut alio symposio litem adiles moveat. tunc hospes imponeat silentium & pacem litigantibus de ulterius te aut verbis quid tenet. Qui vero non obedientia præstabit , absque remissione Sententi soluet 5. Marc. Si autem pacem domesticam quis frangat , supplicio graviori mulctabitur , quod p. expressum Magistratus sibi testavat.*

Quum veteris Saxonizæ mores , & integritas , atque disciplina vetere civitate

in hoc Schemate appareat, unde statum suum civitates in simplicitate candidiori conservare potuerunt; & cum aliis civitatibus, etiam longè dissitis, in firmam societatem coire & coalescere exemplum hoc heic producere volui, ut civitatum honesta intentio pro libertatis defensione eo magis enitescere queat. His & similibus enim legibus facile Respubl. quilibet consolidari, & cives in debitam observantiam procerum suorum retrahiri, inque mutuo officii amore conservari possent; ut non opus foret ingenti volumine tot confingere leges absque efficacia; modò Magistratus ipse suorū titulū fungatur officio, & exemplam præbeat iustum subditis. Saltim vetē Christianam iuventuti accommodet educationē, quæ basin solidam porrigit, si absit & rite excludatur ethnicismus, ut alias ostensum est. Apparet autem ex talibus constitutionibus, quæ mutuo operc ex sententia & approbatione populi profluunt, quanta sit & semper fuit libertas civitatum Saxoniarum, quod ipsæ leges particulares pro conservatione status sui suggere, extendere, & imminuere aut profus telegere queant: velut singu-

Iare reservatum hoc sibi semper cum aperta protestatione vendicant. Veliuti etiam, quanta populi sit in civitatibus talibus potestas, satis hoc patet ex tot mutationibus, quæ variè passim fuerunt in auctione aut minutione numeri eorum, qui ad Magistratus officia extolluntur, &c. Sed nunc expeditâ prima parte huius Societatis, ad civitatum Vandalicarum, quibus primaria in Fœderato Hanseatico proper originem eius designatur auctoritas, enumerationem & descriptionem, cum eiusdem gentis designatione originali, tanquam ad secundum huius Fœderis membrum nos convertemus.

C A P. I X.

*De Vandalicæ genti origine, & eorum antecessoribus Suevus
ad Mare Baithi.
cum.*

QUAM Vandalicæ civitates in fœdere Hanseatico potiores sibi vendicent partes, nec minus æquum erit, carum accuratam habere curam, & quæ de gentis eius laude: memoria: bilia prædicari queant, quatenus tra-

men ad hanc informationem faciant, annotare. Ideoque ante omnia observandum, quid nominis huius ratio importet, & quæ ipsi competant. *Hadrianus Junius in hist. Batavia sua cap. 21. pag. 371*, de Vandalorum voce hæc habet : *Vandalos*, ait, à peregrinando dictos volunt, quasi ambulones, à *Vandelen*, quod est ambulare, & spacia facere : *Quos ego potius à Dalis populis (unde exierunt colonias quæ situri) nuncupatos iudico.* Extant namque hodiè in parte Scandinavæ, quæ Norvagia dicitur (Plinio Nerigos appellata haud dubiè, modò integra sit lectio) è regione Ciunbricæ Chersonesi, Coperdalia regio, Osterdal, Vbdal, Zuyderdal, Nydal, Fosdal, Sundal, Mondal, Ganzendalia, Holmdal, Socknadal, Caperdalia, & id genus plures quam vici, cum oppidula, è quibus egressi, traiesto fredo, vix unum miliare lato, continentes terras inundarunt. Egregia quoque militia laude nobilcs ibi sunt Dalecatlii, sive Dalecatoli rectius, natio bellicosa, & in quam aptè quadret quod de Æacidum gente extulit Hesiodus :

Prælia quæ pluris ducit, quam ferula minse.

Quibus Iudus est nuda capita gladio.
rum ictibus exponere; quod omniz
habebant spississima durissimaque:
quæ sauciata iniecta medicati lardi
tomo persanant. Sunt, qui Windos &
Henetos cum Vandalis confundunt
&c. Haec tenus Junius, ubi tamen
suum in varietate Nominum calium
suspendet judicium, velut etiam de-
civatio nominis, quam ille adducit,
dupli ratione vacillat, ut postea
explicabitur, si prius cognomina sint
detrecta ex aliis. Namque etiam Wi-
nuli interdum dicuntur, & Sclavi;
quamvis Crantz. *Metropol. lib. 4. cap.*
i. i. Winnidos partem Vandalorum
velit, & addit hæc: Generale qui-
dem & antiquissimum huius gentis
vocabulum est, ut Wandali vociter-
tur: Sed corrupto (ut sit) vocabulo,
tum Winuli dicebantur, & nunc ap-
pud omnes Sclavi, quod ipsum no-
men Bohemi veruissimum suo ia-
scibunt honori, à memoria etiam
turris Babylonica, quod verbosus
sonat. Sic & David Chytrau in *lib. 1*
Sax. eosdem Henetos & Venedos di-
ctos fuisse affirmat, his verbis, ubi
de eorum sede simul agit: Universam
Baltici littoris oram, Heneti seu Ve-
nedi populi, quos Germani *Veneden*,

Itali

Itali Sclavos, quidam nost:ares etiam
Vandalos appellant, circa ann. Christ.
500. post fatales illas gentium mi-
grationes occuparunt, & à mari Bal-
thico, ad Albim, à fontibus, (seu ri-
vis undecim, antequam Boëniæ
montes exear, in cum confluentibus,
unde nomen Elve flu. factum exi-
stimat) ferè ad ostia illius aliquot
seculis confederunt, & latè domina-
ti sunt, donec ab Henrico Aucupe &
Ottone Magno primum ad Albim &
Havelim aliquantulum repressi; de-
inde ab Henrico Leone annis post pri-
mam illorum immigrationem sex-
cētis continuis partim cæsi ac deleti,
partim servitute extrema oppressi; &
unacum religione Christiana, novæ
Germanicorum populorum & Saxo-
num coloniæ in has regiones indu-
cti sunt, tamen sī in hodiernum usq;
die in, passim ad ripam Albis miseræ
gentis Henetæ seu Slavicæ reliquæ in
Lusatia & alibi hærent. Ab his vete-
ribus incolis Henetis seu Wendis,
quos Vandalos aliqui vocarunt, to-
tum hunc tractum Germaniæ, inter
Mare Balticum, Vistulam, & Albim
interiectum, Vandaliam Crantzius
appellat. quem hoc tempore sex ur-
bess Vandaliæ, ditio Megapolitana,

Pomerania, Marchia, Brandenburgensis; Lusatia, Boëmia, occupant. Et orientem versus Moravi, Poloni, Russi, Moschi, Circassi, sicut ad Slavum & Danubium & Mare Adriaticum Illyricæ nētes, Carni, Croatæ, Boyfini, Rasci, Servii, Bulgari, Histri, Dalmatæ, & omnes in universum Slavonici populi, eadem cum Bohemis, Polonis, & nostris popularis usus hoc tempore latius in Europa pateat, & pluribus in regionibus & amplioribus regnis, imo in Turcici etiam Imperatoris aula colatur, quām Vandalicæ seu Henetæ:

Certum est autem, eiusdem gentis, quām *VVendicen*, Germani appellant, appellations esse, Henetos, Venetos, Venedas apud *Tolomeum lib. 3. cap. 5.* tenent Sarmatiam, maxima gentes Venedæ per totum Venedicum finum, Venedos & Tennos apud *Tacitum*; Sclavos apud *Gregorium Papam*, *Blondum* & alios plurimos. Servios & Sorabos, à armatis veteribus nomen habentes inter Salā & Albus, Wibitas & Winulos apud *Helboldum Chronici Slavorum scriptores*, ac *Flinius de succino agens*, *diserte scribit*, Venedos, à Græcis Henetos vocati proximoi Pannoniæ, circa mare Adriaticum, ubi

ubi & Herodotus Henetos collocat. quos ab Anterore Troiano, post eversum Ilium, ex Paphlagonia eò du-
tos esse, Livius initio suæ Historiæ
adfirmat, cum prius in Asia minore,
propè Phrygiam sedes habuissent,
quæ postea à Paphlago Phinci filio,
Paphlagonia dicta est *reste Homero*:
Παφλαγόνες δὲ οὗτοι πυλαιμίνιοι λά-
στορχῆς εἰσὶν. Sive igitur à veter-
ibus illis Henetis, cultissimæ genti
Ionicæ in Asia vicinis, & in Euro-
pam ad Mare Adriaticum deductis;
sive ex Sarmatæ Europæ & Asiaticæ
campis latissimis, olim progreſſi
Wendi seu Slavi, utramque Istulæ
& Viadrinipam usque ad Albim con-
plicaverunt: Cettum est hunc matis
Balthici tractum, in quo vivimus,
annos circiter sexcentos ab iis habi-
tatum esse corumque imperio paruisse.
Sicut adhuc vestigia nominis in
vicina Hexapoli, & in ditione Me-
gapolitana Principatus Wendorum,
cuius Gustrovia, Malchin, Robel,
Waren, oppida sunt, & in Pomeran-
iæ ducum titulo, Cassubii & Wen-
di, & in Marchia ac Lusatia ad Boë-
miam usque habitantes Wendi inco-
las veteres deinonstrant. Et si autem
de nomine Vandalorum quidam ve-
rè

tē disputant, non rectē illud his populis, quos Wendos & Sclavos vulgo vocamus, assignati : cum inter Germanicas gentes *Tacitus* & *Plinius lib. 4. cap. 14.* Vandatos recenseant : & *Procopius* initio belli Vandalici, quod Bellisarius Iustiniani Imp. auspiciis in Africa gesit, Vandatos Gothicam gentem, eadem cum Gothis (Germanice locutos non dubium est) lingua usos fuisse, adfirmat : tamen cum vel à nominum affinitate (vici na enīm inter se nomina sunt *Veneden* & *Vandali*) vel à sedibus iisdem, quod post migrationem Vandalorum in Gallias, Hispaniam & Alticam Heneti seu Wendi eorum terras posse derunt, (sicut post migrationem Boiorum ex Boēmia in Bavariam, nihilominus novi incolæ Zechi seu Slavi, veterum incolarum nomen retinent) hæc appellatio Heneti, à multis annis aliis nostræ ætatis hominibus eruditis, tum vero ab Helmoldo etiam, qui *Chronica Slavorum* ante quadringentos annos Lubecę scripsit, tribuatur : communem usum nominis Vandaliæ nos quoque retinemus.

Indicat autem Helmoldus, prima in hoc littore Baltico ad orientem

tem Slavorum nationem esse Russos,
(ipse Ruzos appellat) deinde Polonos:
His succedere, qui antiquitus Vandalii, nunc autem Winittzi seu Winden
vocabentur, quorum primi sunt Pomerani inter Vistulam & Viadrum ad
Mare habitantes. A Viadra occiden-
tem versus Leubuzi, & Wilzorum seu
Luticorum populi: Tolentii ad flu-
vium οὐέρυμον, Neobrandenburgum
& Treptoviam alluentem. Redarii ab
urbe Rethe (forte Rotel hodiè.) Cir-
cipani, ad Panim fl. in cuius tipa sunt
oppida, Marchia, Demin, Anclana
Wolgaast. Kyzini forte in comitatu
Gutzgov. Nam Rugianos seu Ranos,
gentem fortissimam, Helmoldus, in-
habitare insulam Wilzis oppositam,
refert. & Wilzis finitos versus oc-
calum Vernavos ponit ad Vatnum
seu Arnum fl: qui Sternebergam, But-
zovium, Cygnæam & Rostochium
præterlabitur. Inde Obotritos, quo-
rum Metropolis sit Mekelenburg pro-
pè Wismariam. Polabi ad Raceburg.
Wagrii ad Lubecam & Aldenbur-
gum. Heruli & Heældi ad Havelum
fl. Bryzani forte nunc Prignitii, quo-
rum Metropolis Perleberga. Wilinos
& Stoderanos ad Berlinum & Bran-
deburgum collocant, quæ loca ante
Vanda-

Vandaloruin immigrationem, Senones Suevi tenuerunt: supra quos mare Balticum versus Teutonarios & Tenuiones, ubi nunc Rostochium & Wisnaria Megapolitanæ urbes florunt, & supra Tetuonarios, occasum versus, Saxones, in collo cimbricæ Chersonensi. Ptolomeus collocat &c. hucusque Chyrræus. Quamvis igitur de sede & nominibus populi Vandalici hæc constent; tamen non potest derivatio Hadriani Iunii eum heic invenire locum, quem ipse putat, ut supra alligatum est. Duo enim errata heic maximè evitanda sunt, quæ non facilè possunt salvari. Etenim quod ille Vandaloſ, quasi ambuloncs dici putat, id ratio sermonis & linguaꝝ omnino non admittit, etiam si respectu Germanorum hoc vocabulum à *VVandelen* deriveare veſtit. Namque ipſe in eodem cap. 21, hist. Batav. pag. 391. id testimonium de Germanismo affert Romanis, quod illi nequaquam potuerint ita commode reddere vel pronunciando vel scribendo vocabula Germanica, servata nativa prolatione, quin suo more adjicerent ſeimper aliquid aut d. traherent. Si igitur ab ambulonibus diccrendur, certè non

conce-

concedit id ingens discrimen linguae
Vandalicæ & Latinæ, quæ infinitis
modis inter se dissident adeò, ut
neque quidquam vestigiū inde appa-
reat, ne dum quod cognatio quædam
inde confici queat: Quippe neque
Germani sic à Latinis in designatione
populi huius id potuerunt mutuari, si
suo nomine proprio ita dicti fuerunt
Vandali: Sed si Vandali id habent à
Germanis, quod propter illud perpe-
tuum *VVandelen*, dicti sint *VVandali*
aut *Vandali* postea, certè ad Latinita-
tis Originem ea vox nunquam de-
torqueri poterit, quium ab incon-
stanti sedis loco & facili motu obti-
nuerint hanc appellationem, quod
Germanis dicti fuissent. *VVandelers*,
quod etiam longè verisimilius appa-
ret, quium iisdem vocati sint quoque
Wenden, quod essent versatiles, tam
in levitate mentis, quam motus ex-
terni, quium sic variè vertere se &
inverti possent. Veram hanc Iunius
ex aliorum locutus est attestatione.
Ait longè alienior est à re ipsa & ab
omni fide historica, quod Vandalos
à Dalijs populis derivare velit, quium
ea opinio ipsa rerum veteriati & po-
pulorum nationi in historiis contra-
dicat. Etenim qui Suevi vel Sueo-
nes

nes cedere cogerentur Vandalis , non
hi ex Suecia in eas partes terræ ad
Mare Balticum venerunt , sed po-
tius ita expulere Suevos , ut trans mare
in Sueciam magna ex parte commi-
grare coacti sint ; unde etiam Suecia
nomen ab his gentibus accepit .
Tum quoque Daliotum nomina
longè sunt posteriora . Et restatur ipse
Helmoldus Presbyter in Chron. Sclav.
cap. i. quod Sueones , quos illi tunc
Northmannos vocarunt , vicini fue-
rint Danis in Septentrionali littore
huius maris , & Sclavorum nationa
litus Australi incoluerint , ut primi
eorum fuerint Ruzi ab oriente usque
deinde Poloni , &c. *Fri'ebornius in*
Chron. Stetin. ordine id recenset , ca
omnia accuratè collegit , & ex Sigismund.
Schorkely pref. in Helm. ut plu-
rimi in patriæ suæ honorem &
laudem deduxit , unde non immerito
ipsi fidem rectius applicamus . Is in
loquitur : Historici Romani con-
tentur apertè , quod temporibus Iuli
Cæsaris & sequentibus in illis (circa
mare Balticum) locis ab hac parte
& præsertim intra Vistulam , Oderam
& Albim usque ad Slyam Holsatia ,
Suevi sive Schwabeni habitârint :
uadec ipsum mare Orientale tunc ab
accolii

accolis his Suevicum mare, velut etiam totus ille tot regionum tractus Suevia dicta fuit. Non verò illi Suevi sive Sueones uuius generis fuerunt; sed in illis confinibus & circuitu eovariæ habitarunt Nationes, quæ etiam proprias regiones & provincias determinatas cum suis propriis nominibus obtinuerunt, sicut & procul dubio in moribus & dialectis linguarum discriminatae fuerunt, veluti in Pomerania fuerunt primò Lemovii, & Hermiones, quibus primitus int̄tra Poenam & Vkeran: sedes fuit; postea verò se in eam contulerunt locum, ubi hodiè Dant. scam sitam est. Rugii Insulam, quæ ex ipso iurum nomine adhuc dicitur. occupabant, quietiam urbem extra hanc Insulam, quæ Rügen vocabatur, confidebat, non procul à fluvio Poena sitam: sunt tamen, qui putant esse RugeWaldium. Suiones maximè in eo tractu habitatunt, qui Vfedomian vocatur; unde fluvius illuc prouens adhuc Svinx nomen retinuit, qui ductum suum in Ostium maris Baltici exonerat. Buris sedes fuit in regione Battensi, ubi etiam tum civitas sita fuit Buritium dicta. Inter Oderam verò & ultra Poenam usque ad Vart-

vum olim habitarunt Sidini. Ptolo-
mæus enim scribit, quod Sidini intet
Suevum & Viadum (sive Odem)
habitarent, & potentissimus fuerit
populus. Suevus autem ipsi est sis-
que dubio, qui nobis Varnus appel-
latur. Namq. *idem* Tolem. ait, quod
Pharadini ad eum fluvium Suevum
concederint olim. At Pharadini sunt
Megapolitani, qui hodiè etiam ad
Varnum locos amoenos inhabitant.
A Pharadinis enim fluvius ille Pha-
rus primitus, & postea Varnus no-
minatus est. Tacitus populum hunc
Sidones vocat, & addit hoc, quod te-
liquis Suevis in omnibus moribus
similes fuerint, saltemque in hoc in-
venta sit discrepantia, quod fama
dominatur.

Ab istis gentibus utr's Sectinensis
Sedina nomen à principio accepti
quia antiquissima est, & ab Helmoldi
& Saxone Grammatico Sidina insi-
gnitur, quo nomine quād proxime
ad Sidinam acceditur, nisi quod post-
modum littera T interiecta sit. Fue-
runt & Ulmeragii, qui proximi à ma-
ri Baltico fuerunt, non procul à Ru-
gewaldo dissipati. Bargundiones vero
ad Wartam habitarunt, inde ad Rhe-
num digressi, ubi ex extirptione
mag.

multatum ercium illis hoc nomen impositum est, ut habeat *Chron. Co'or.* & demum in Gallia considerunt. Rutichi & Hillviones ultra Viadum versus Vistulam, ubi hodie Wenden & Cassubii habitant, locum suum habuerunt. Sed non opus est, ut omnium populorum Suevicorum nomina, qui intra Albin, Sr. evam, Havelam & Hercyniam Sylvam & alibi vixerint, enumemus, cœn sunt Marcomanni, Senones, Angli, Varini Hermunduri, Elysi, Quadi. &c. quæcum eorum descriptio ex *Iul. Cæs.* *Tacito*, *Ptolomeo*, *Plinio*, *Iordanie* & alijs peti queat.

Quo tempore autem, & ex quibus locis gentes h̄e in istum tractum maris Baltici pervenerint, nūsriam in historiis describitur, nisi quod nonnulli opinentur, quod originem suam ex Scythis traxerint, & prōinde motibus suis admodum barbari quidem extiterint: atamen in bello fortes & severi. Unde eum *Plutarchus* primam ipsis ländem inter Germanos attribuit. Atque quem Suevi a l agriculturam nullam adsuefacti essent, sed solummodo ex lacte & pecoriis alimenta aut viatum quaerent, & in assiduo bello spoliisque

viverent, nec non exinde vietus
caussa sui, in vicinorum locis cir-
cumvagarentur, quod Germanis est
Schuveben, nonen à Germanis hoc
illis impositum est, quod Suevi sive
Schwabani dicerentur. *Iul. Cæs. lib. 4.*
& bell. Gall. in princ. Sic eam gentem
describit: Suevorum gens est longè
maxima & bellicissima Get. Gallo-
rum omnium. Ii centum pagos (id
est ditionum regiones) habere dicun-
tut, ex quibus quotannis singula
milia armatorum, bellandi causa,
sunt ex finibus elicunt. Reliqui, qui
domi manserint, se atque illi aiunt.
Hi rursus invicem anno post in armis
sunt; illi domus remanent. Sic ne-
que agricultura, neque aratro, neque
usus belli intermixtut; sed privati
ac separati agri apud eos nihil est;
neque longius anno remanere uno
in loco, incolendi causa, licet: Ne-
que multum frumento, sed maxi-
mam partem lacte, atque pectore vi-
vunt; multaque sunt in venationi-
bus, quaesites & cibi genere, & quoti-
diana exercitatione, & libertate viti-
(quod à pueris nullo officio, aut dis-
ciplina adsuefacti, nihil omnino
contra voluntatem faciant) & vita
alit, & immani corporum magnitudi-

dine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vescitus, praeter pelles, habeant, quarum propter exiguitatem, magna est corporis pars aperta, & laventur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus magis eò, ut, quæ bello cæperint, quibus vendant, habeant; quam ullam rem ad se importari desiderent. Quin etiam jumentis, quibus maximum Galli delectantur, quæque impenso parant precio, Germani importatis non utuntur; sed quæ sunt apud eos nata parva atque deformia, hæc cotidiana exercitatione, summi ut sint laboris, efficiunt. Equestribus præliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus prælicantur, quoque eodem remanere vestigio effuefaciunt: ad quos se celeriter, quem usus poscit, recipiunt. Næque eorum moribus turpius quidquam, aut incertius habetur, quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatotum equitum, quamvis pauci, adire audent. Vinum ad se omnè importati non finunt, quod eare, ad laborem ferendum, remoliescere homines, atque effeminati arbitrantur. Publicè ipsam putant esse laudem, quam latissimè à

suis finibus vacare agros. &c.

Quamvis hæc *Iul. Cæs.* de Suevis occidentalibus referat; tamen etiam orientalibus eos leui fuisse mores, facile ex superioribus convincitur. Quum itaque homines essent infra dicti laboris, Germanorum Nationes & vicinos undique in suam redigerunt potestatem; Unde tam Treviri, qui in Usipetes & aliis populi *apud Iul. Cæs.* de ferocitate eorum admodum conquesti fuerunt, locum sub eius patrocinio petendo, ubi simul indicarunt, se uis Suevis concedere, quibus nondii quidem immortales patres esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possent. Quod etiam *Iul. Cæs.* testa ita expertus est, quum frustra pontem bis Rheno impoluisset, & re infecti recedente coactus esset.

Ac licet nonnulli velint, quod Augustus Cæsar Suevos debellavit tandem, atque isdem locum in Rhetia inter Rheni & Danubii fines incolendum adsignaret; tamen hoc non de omnibus, sed saltem de aliquibus occidentalium accipiendū est. Namque Suevi orientales non minus cum sequentibus Imperatoribus, Tiberio, Caligula, Antonio Philoſ., Autelia-

no, Constantino & aliis multa commisere bella. & in possessione regiones eas obtinuerunt, usque ad tempora Theodosij & Honorij, ubi ex instinctu Stiliconis maxima pars in Galliam & deinde in Hispaniam concessit. Postquam vero proculdubio ex singulari Dei providentia circiter Ann. Christ. 420 in Europa & Asia multi varijque populi se ita movebant, ut, prioribus sedibus derelictis, novas quæsierint regiones, easque occupatint; ut sunt Longbardi, qui ex Scandia & Norvegia in Insulam Ruginam & Stetinotum fines; Gothi, qui in Italiam; Huni, qui in Thraciam, Armeniam & alias regiones irrumpebant; Burgundiones, qui ad Rheni provincias se extendebant; Vandali, qui ex Rheni locis Hispaniam & Africam petebant: Item Franci, qui trans Rhenum in Galliam irruerant: Normanni ex Norvegia in Britanniam, Galliam: &c. Saxonum Angili in Britanniam, (ex quibus duabus gentibus Nationis Germanicæ regnum Franciæ & Angliæ tum nomen suum novum mutatis sunt) suum dirigebant cui sum. Sic & aliarum gentium permutationes inde secutæ sunt pluribus modis. In fatali hoc motu uni-

verfali tot Nationum , tum simel
 Vandali & Selavi ex Polonia, Mosco-
 via & aliis Orientalibus locis plena
 multitudine trans Vistulam & Via-
 drinam in illam terram ad Mare Bal-
 ticum irruptiones fecere, atque ita
 maximam partem Germaniarum novis
 conflaverunt populis, & coniunctione se
 Wagriis in Holstein; quam etiam sine
 motu possidere , donec circa Ann.
Chr. 927. primus ab Henrico Au-
 cupe & eius filio Ottone Mag ad Al-
 bim & Havlam , ut supra notatum
 est , v. &c. & in subvectionem contri-
 butioris redacti sunt ; unde quoque
 Christiani fidei se submittere ince-
 perunt. Per sex secula ferme posse-
 sionem talium regionum à primo
 adventu Vandali obtinuerant, quum
 Henricus Leo Dux Brunsvic. circa
 Ann. **Chr. 1100**, efficerat hanc gen-
 tei plenis adsiduis bellis subiugare
 inciperet. In servitutem igitur tales
 iis redactis , Christiani homines ex
 Germania & maxime Saxonia unius
 introducti sunt, qui pedentem Vandalo
 s à se propulerunt: sicut etiam in
 Pomerania factum est, ut temporibus
 Schwantiburi, ipsius filii duo Rati-
 burus & Vratislaus linguam Teuto-
 nicanam in Antipomeriam recepe-
 rint;

tint; Vnde factum, ut huius Vratiss.
 filii Bogislaus II, & Casimirus I,
Anno 1. 80 se Friderico Barbarossa
 cō promptius submiserint, qui titulo
 Ducum eos ornavit: Duo autem re-
 liqui fratres, Schwantipoldus & Bo-
 geslaus linguam Sclavonicam cum
 micribus eorum conservaverint, & se
 à dicitis fratribus separarint in Pome-
 rania posteriori, quæ regio in divisio-
 ne illis attributa fuerat, unde etiam
 postea se Polonis subiectos fecerunt.
 Velut id quoque *Sigmund.* Schorkelss
in nuncup. ad Helmoldi Chron. confe-
 tur his verbis. Illud certum est, reli-
 quiis Vandalorum ad mare Balti-
 cum admixtos fuisse Sclavos, & hos
 lingua ostendit fuisse partem vetustæ
 & multorum litteris celebratæ gen-
 tis Henetæ, quæ vetustissimi tempora-
 ribus ex Asia in Europa in transgressa,
 multas in ea provincias complexa est.
 Sclavi itaque, post Suevos, Anglos &
 Burgundiones, tenuerunt totum il-
 lum maris Baltici tractum, & præ-
 terea alias etiam Germaniæ regiones
 non paucæ. Quumque essent in eo
 littore à Prussia usque ad Holsatiam
 & usque ad Album fluvium multi
 Sclavorum populi, quos *cap. 2. Helm.*
 recenset; celeberrima ex iis gen-

Pomeranica tempestivè & religione Christianam, & societatem Imperii Romani amplexa est. Reliqui velò Sclavorum populi ad mare Balticum propter incedibilem in cunctis Idolatriis pertinaciam, & crebras rebelliones, ab Imperatoribus & in clutis Ducibus Saxoniz, longis bellis attriti & in servitutem redacti, postremò maxima ex parte dediti sunt. Et è Saxoniæ, & Friesia & Germania inferiore deductæ sunt Colonie Germanorum in ea loca, quæ Sclavite nuerant, quod tempore Imper. Friderici I accidisse Helmol. recitat. Tot ac tam variæ populorum imperiorumque mutationes, unde hæc littoralis Baltici matis oratoria Annos 1200 perpesta est. Ex quibus statis apparet, quām omnia humana sunt mutabiles, caluca & inculta &c. Quamvis igitur gens ea ad tam exiguum paucitatem iis in locis redacta sit, tamen meritò quis miretur, unde sit, quod Vandalarum supradictio tam iniquè duret adhuc pallidæ, & quur Sclavita sint exosi, ut cunctæ in præcipuis Germaniz civitatibus ad nullas dignitates & officia vel collegia artificium admittantur; sed in omnibus nativitatum testimoniis

ni libus pluē reiiciantur , ac probi-
de omnes emergendi rursus viæ inter
Germanos sicut p̄æclusæ ; quum ta-
men Heneti sive Vandali ante ali-
quæc secula potentissimus fuit po-
pulus , ex quorum numero etiam ho-
diè sex civitates Vandalicæ , quatum
caput Lubecca refert , eminentiam
nominis & tituli sui maximè osten-
tant. In.ò hæ civitates gloriâm præ-
cipuum suum in hoc deponunt ita , ut
singulæs conventus suos , p̄at reli-
quis confœderationis Hanseaticæ
urbib⁹ , celebret soleant , ut insta-
mox patebit. Præterea nulla est pro-
pè lingua in Europa , quæ æqualem
usum præbeat , quam hæc , utpote ,
quæ eā utantur Bohemi , Poloni ,
Moscovitæ . Russi , Croati , Dalmati ,
Sclavones & alia regna ac populi ;
imò & in aula Turcica usitatissima
sic. Vecum hæc propter Idolola-
tiam , superbiam , nimiam vim , cra-
dehucatem & injustitiam s̄epius uni-
versa regna cum gewib⁹ suis à Deo
diruntur & subvertuntur penitus ;
ita quoque populofissima hæc Natio
(Vandalica) postquam adcepit fatali
periodum suam , iis in locis dele-
ta sunt , ut iam Rom. Imperio æter-
num exhibeat contemptum. E contra
verò

verò exutte exerunt & in luce in hanc vindicarunt se populi Germania & maximè Saxones ; velut etiam ex Magdeburg. & Brunsvicensibus, Colonia , fermè tota Pomerania propagationem suam accepit. Meritò heic quidem notandum venit, quod Syracid. cap. 10. v. 17, & 18. monet : Radices gentium superbarum evellit Dominus, & earum loco plantat humiles in gloria. Regiones gentium subvertit Dominus , &c. Sic etiam hodie becè observandum id venit nobis , quum mores gentium superbarum adçò hoc seculo nos incesserint & plusquam reddiderint tunidos , ut penitus barbaricis ferocitatis diffluamus, & nil aliud, quā meos Ethnicismos , in vita, imaginatione, & quavis actione redoleamus. Fortè quoque talis periodus fataliter constituta imminet nostris cervicibus & universæ patriæ, quum Verbum cœlestē tanto sit ludibrio cupidis, nec inveniatur, qui tantam profanitatem quid alicuius momentū censere velit; sed potius omnes in malitia hac sibi voluptates neant, & delicias in securitate nimium superquerant: nedium quod quis sit , qui feriam pœnitentiam viri & cordis

in Christo recolligere secum exoptet. Sed ut ad scopum perveniamus, hoc addendum est de Pomerania; quod oī: in versu Megapolēn aliis terminata fuit terminis, quam nunc. Et enim tunc se extendebat usque ad Vartum, quum modo fluvius Rekenius, qui inter oppidum Ribbenium Megopolitanum & Oppid. Dungardum Pomeranum se in sinum maris versus cornu Darßianum effundat, fines utrique Ducati interponat. Et quanvis plures Pomeraniā contineat civitates, quæ fœderi Hanseatico accensentur; tamen præferuntur Stralsundum & Gypswaldium, quum arctiori fœderi Hansæ præcunctis aliis nomen suum dede-
tint antehac. Errat igitur admodum David Chytraeus in enumeratione sex civitatum Vandalicatum, quas lib. i.
hist. Sax. pag. 40, ita recenset quasi siut hoc tempore dictæ Lubeca, Ham-
burgum, Rostochium, Sundium W·f-
maria & Lunæburga. Quæso unde
Lunæburga Vandalica dici potest,
quum ab origine usque Ducibus Sa-
xonicis etiam sub Billingo suum de-
beat fundum? de quibus sao loco
plura. Pomerania vero demum no-
men inde retinuit semper, quod ultra

55. *millaria* se ad mare suum Balticum exporrigat ab occasu versus ortum, ad Pomerelliam sive Borussiam. Namque Pommertzi est vocabulum Vandalicum, quod significat idem, quasi vicinum & proximum sicut ad mare, quod ipsi incolæ tuin ita huic peperere, & ita in usu mansit suo. Sed nunc ad occasionem nos quoque convertemus, ut inde plures civitates Vandalicæ nobis patescant.

C A P. XI.

*De Megapolitani & Wagriae
Vandalie & cunctis
earum.*

IN regno igitur Vandalico super est, ut Megapolitanus & Wagriae tractis explicitur cum suis civitatibus, hoc ad intentionem nostram facientibus. Etenim Megapolitana ditio cum Wagria ita diu cohabit, ut per aliquot secula uni subiectæ fuerint regi ac Domino, ut meritò heic coniungendæ veniant. Dicta autem est Megapolitana Regio sive Mecklenburgi principali civitate sua, juxta opinionem aliquot historicorum. Propterea tantum ea est Stadz antiquissima ut

bis ante Christ. nat. 320. conditæ. Paulo enim post ab Anthyrio I. He-
tulorum sive Mecklenburgensium
Dominino & Duce primo, non procul
ab eo loco, ubi nunc Wismaria sita
est, extorta perhibetur, uti id Ioh.
Petræ. m (byron Hols. lib. 1. pag. 92. ap-
probat, & asseverat, quod Anthyrius
ille originem ratione patris ex Heru-
lis traxerit, matrem vero habuerit
suam ex genere Amazonum, unde &
diu militem egisse sub Alexandro
Magno & meritum suisse stipendium.
Post obitum vero Alexандri, dicunt,
illum reversum ad suos esse, cum ma-
gno numero milium, quos ob vi-
ticolores vestes appellatint Obotti-
tos, id est versicolorem phalangem.
Hinc quidem Princeps Gothorum
Rex in thalamum collocasse filiam
suam Simbullahim, dicitur, ex qua de-
cem filios procreavit sibi, videlicet
Anthyrium 2. Anavam, Fredebal-
dum, Radagustum, Sucherum, Bran-
debartum, Visibertum, Dominicum,
Barvanum & Teverium; alii quoq;
plures numerant; ex quibus tamen
Anavas progenerationem habet An-
thyrii maximè usq; ad Privislau, qui
ultimus regum Vandalorum, atq; in sa-
cro baptisme Henrici nonien ad-
sum-

sumpsit, & Anno Christ. 1146 mortuus ac in monte Hartungio apud Brandenburgum epultus est: Atque licet ab Anthyrio 1. usque ad Privilegium Henricum, 33 generationes numerentur; tamen cum ab obitu Alexandri Mag. usque ad Nativitatem Christi, ubi iuxta computationem aliorum 322. anni interveniunt, istud spacium in regno H. regum Obotitorum vè Vandalicorum quinque reges absolverint solummodo, quam sub Hothero, qui quintus fuit ab Anthyrio, id valde dubium movet talia dispiciendi. Sed inquam hæc Chronologicis etiis examinanda: Mecklenburgum ita urbs Alra 300. annos ante Chrismum nat. Condita erit, ut sic inde suum hodie Ducatus ille ex antiquitate gerat, nomine, veluti & Brun. ac Lunæburg. Ducatus, nec non Brandenburgensis & Misnensis Marchionatus ex urbibus suam similitudinem accepere denominationem &c. Coniacent illi, quæ Occidens Holstia ad Albinum excurrens, ad Meridie in habet Marchiam, ad Septentrionem mare Balticum. Egregia & particularis descriptio iuxta delineationem accuratam finium est ea, quam Cytr. habet

habet in Chron. Sax. lib. i, pag. 40.

Quamvis autem hodiè Holsatia Wagria apparetur; tamen distinctio ea, quam antiquitus habuit, ut optimè denotat in Chr. Holf. Ioh. Petri. Totus ille tractus ab extremitate veteris Gaumæ ubi Albis in insularum aliquot diremptionem se effundere cœpit, non procul à Lavvenburgo usque ad Iutlandiam, quæ nomine Holsatæ jam depingitur, erat olim Nortalingia, sive Normannia: ast in quatuor provincias sive Ducatus divisa fuit, velut vestigia talia adhuc extant; cœn sunt: Stomaria, Dietmarsia, Holsatia & Wagria. A Gatum ad Albitum & Bilva usque ad fluvium Stoarium sive Stoer, decem milliaria complectens, dicitur Stomaria, in cuius ditione & territorio sita est Hamburgum: à Stoario fluvio usque ad Lydoram & novam urbem Fredericostadum continetur Dietmarsia, quæ tres potissimum civitates fovet, Meldorfium, Heydenam & Lundinum. Inde ab occasu peninsula Eiderstadium cum insula Nortstrandio, quæ 14 complectitur pagos vulgares ditissimos, tinetur Holsatiam, quæ versus septentrionem Iutiam ultra Flensburgum, versus Tunderam &

Appentadium attingit, ubi versus or-
tum in mari Baltico Insulam Alse-
niam, in qua sita est Arx ducalis Sun-
derborgium, clara ex 14. Annis incar-
ceratione Christierni Regis Dan. qui
fotorem Caroli V. in matrimonio
habuit. Hinc ad Sclyam, unde Sles-
wyci nomen est, in tecta continua
includitur ipsi Anglia; & inde ite-
rum marci dicto terminatur prope
Kyloniā urbem, ubi incipit iterum
Suentinum fluvium agnoscere, &
excurrit usque ad Segebergum, quod
ex adverso versus occidentem respicit
in conductione Itzhoain. Ultima
vero pars, quæ verè Wagria est ab Hol-
satia versus occidentem separatur, per
fluvium iam dictum Suentinum,
qui versus septentrionem in mare
Balticum ad sinum Kyloniæ excut-
rit, ubi mare illud per octo milliaria
usque ad Feineram Insulam eam par-
tem claudit, & ibi cornu formans
per octo milliaria se extendit, ubi ad
Australe Iatus Trævæ fluvii Ostium
excipit. Ille autem fluvius Træva,
qui aliis Dravus dicitur ferme meri-
dionalem partem ultra Segebergam
omnem Semicirculo suo circum-
cingit, donec perluat Lubeccam.
Provincia igitur hæc continet in se-
amplissi-

amplissimam & famosissimam iam ab aliquot seculis urbem Lubecam, Reinfeldium, Oldesloam, Segebergium, Pleniam, Praetrum, Nyenhusum, Hilgenhayum, Borgium in Femera, Oldenburgium aliis Altenburgum, Oytinam, Grobium, & Arensbœckium. Hæc Wagria non nisi fluvio Dravo à Mecklenburgo separata est, & satis diu per aliquot secula eundem agnovit Dominum Vandalarum. Omnes enim sedem suam principalem in civitate Mecklenburgo obtinuerunt, ubi etiam *Anno Chr. 980.* Billungus potentissimus ille ac, 25 Vandalarum Dux, quem nonnulli pauli suo Willao ex Carol. Magni sororem natum volant, Christianismo se addixit, & in huius ei memoriam Monasterium Virginum ibidem crexit. Duas hic habuit coniuges. Cum prima pro genuit tres filios, Micislauum, Nacconem & Sidericum: Ex altera verò, quæ III Episcopi Altenburgensis in Wagria, Wagonis nimis tam filia fuit, unicam filiolam Hedccam excepit. quam statim in juvenili aetate novo monasterio in civitate Mecklenburgensi seu Abbatissam præfecit; licet ipse postea ex sua filii Micislai iterum à Christiani-

250 R A V M P. H A N S.
tate defeccerit, & coniugem secundam
repudiavit tam piter. Sed quum Noit-
albingia illa ex diversis constatet
Nationibus, uti iam dictum est: ea
quoque linguarum discrepantia fuit,
ut nullatenus inter se se convenirent,
in Ethnicisno tamen conveniebant
omnes. Holsaci enim (*cit. Iohann. Petr.*
in Chron. Hol. prefat.) & Stormari
tiundi erant ex vetustissimis Saxonis
populis, ceu supra etiam id proba-
tum est. *cap. i. b. part.* At Ditmarsi
quoque peculiarem suam coluerunt
linguam, velut adhuc aliquo modo
potest id animadvertri. Quæ vero
Vandalorum lingua fuit, non
satis est. Non veretur *Ioh. Petr.*
in Christ. Hols. lib. pag. 81. affirmare,
quod à tempore Tuiscoris in Wagria
semper habitarint Vandali, donec
Comes Adolphus II. eos ex his cie-
cerit locis. Quod si hoc verum, quer
non coæquales possent haberi Saxon-
ibus? Sed quantum difficultates, nisi
de Sueonibus Helmoldi id accipiatur,
aut supra dictum est, heic obiici que-
ant, ex superioribus patet. Hoc vero
in confessio est, quod in *Sylva penes*
Oldenburgum versus ortum solis
Idolou, nomine Prono, colberint
Vandali, quo libi in excelsa queru-
ita

ita eretum erat, ut ab omnibus circumstantibus, quoties in pompa populi sacra fiebant, posset conspici. Circum circa hanc arborem ultra 1000 Idola minuscula alia cernere erat, ex quorum numero alia bifrontia alia trifontia. &c. apparebant. Quercus ea tamen facta aestimabatur, ut nemo eandem vel minimo digito tangere auderet; ideo sepimento erat firmo circumdatas, quod duas continebat fores, per quas sacerdotibus ingressus solis patebar, & abarceretur a facio illo accessu populus: Quoties autem dies festi instituti erant, nemo ad sacra tantum sine munere admittebatur. Quisque paterfamilias tenebatur aut taurum, aut aliquot oves ad minimum offerre, praesertim si se cum familia tota susteret reliquis alia concessa erant profacultate munera. Interdum etiam victimæ huic consecabantur homines. Sacris vero per aestis, bene poti & ebri choreas ducebant & saltitabant futibundi circa arborem execrabilis. Tain cœca, absurdaque, & crudelis barbaries fuit huius gentis, ut ratò parentum mortem expectarenc liberi, sed honestati convenientissimum putabant, & quod quam optimè

mē de parentibus n̄ ererentur , & prævenirent eorum morti naturali , & eos vivos in senectute provectioni defoderent , sepulcrisque obiuerent .
Ioh. Petr. in Chron. Hols. lib. 1. pag. 81.
 Alias fuit bellissima natio , quæ sepius Daniam, Jutiam, & Holsatiam infestavit ; maxime tamen scilicet Christianis ex eo tempore , quo Albion Holsatiz Dominus sui generis ullius cum Wirkindo in civitate Manden si *Anno Christi 100*, ex persuasione Caroli Magni Christianæ confessioni se addixerat , opposuerunt , & adiutores fuerunt Danis Pomeranis aliisque , ut toties Hamburgum visitaretur . Nec minus etiam Holsatis & vicinis reliquis , ex quo Carol. Mag post obitum Albionis Principis , istas provincias omnes in Præsturam Ducibus Saxonicis subiectam redegerat , & illis V. longem Præsidem , qui primus Hamburgum circa *Anno Chr. 86.* munire cœpit , dederat , perperui fuerunt hostes ; donec tandem Imperat. Otto Magn. coactus est illos penitus debellare & in imperii etranere potestatem . Atque ut eò militiores reideret , Altenburgi , quæ post Mecklenburgum principalis sedes erat , Principum corum *Anno Chr. 952* constituit .

constituit Episcopatum, cui præfecit Marconem, ut esset Caput ecclesia-
rum per Mecklenburgum & Wagriam
simul à Schleswico, usque ad flu-
vium Peñam & civitatem Dami-
num. Episcopus ille præfuit ecclesiis
per 19. Annes, & novem adhuc qui-
dem habuit Successores. Verū quām
nimix servitutis & contributionis
impositiones, ex mandato Impera-
toris, cogerentur, ut Vandali utriusq,
terræ Episcopo ex singulo aratto mo-
dium fruidenti, 40 manipulos lini
& 12 argenteos nummos, & exacto-
ri suum salarium ac unum num-
mum, præterquam quod ex habita-
tionis iure quotannis pro certo solve-
rent (Quos modos exactiōnis Dux
tertius ex Billingio avo Saxoniæ
Bernhardus, quem Avarum dixerūt,
postea, ubi arx in Hamburgo erecta,
exaugere carpit per suos præfectos,
qui nec minus huic pessimo dediti
erant studio, ut nulla protinus vesti-
gia superessent iustitiæ, quæ non ex-
titissent vñalia) Vandali inde ad
tale jugum Christianorum vanegum
& crudelium minus adsueti, *per 84*
Annes sc Christianis adēcō opposue-
runt, ut etiam nec propriis pararent
Ducibus; velut etiam Godeschal-

cum Pum; avum Pr̄ibislai Henrici Regis Brandenburgici, & Nicoloti II, Ducum Megapolitanorum, propagatoris veri ex genete & linea Anthyrii, qui ipse cum Popone suo Pastore concionatorem sc̄pius egerat, crudeli in rebellione propter Christi professionem Lenitzii *Anno Christi. 1065.*

6 Junij interfecerunt, quam binos reliquisti filios Butticium & Henricum. Misere ita e necato Godeschalco Pio, ex urbe Mecklenburgo immunes illi Vandali & rebelles coniugem defuncti Principis Syrithain, Regis Danie & Sueciæ filiam, penitus exuerunt, & cum tota familia in exilium eiccerunt. Atque, quam ita se plenam libertatem recuperasse debitè putarent, in eam abiēre s̄evitiam denudò, ut passim vicinas regiones Holſaciam & Stormariau dirissimè depopularentur: Hamburgum etiam sextavice, quod esset firmior Christianorum sedes, igne & ferro pentitus subverterunt; sicut quoque arcem Ducis Bernhardi Saxon. ad Alsteram fluv. sitam diripiēre, & Sclesvicum, quæ iis in locis tunc urbs erat maxima, funditus demoliri tentarunt. Dux eorum fuit Pluso defuncti Godeschalki Sororius, qui tamen, crudelitate

litate hac peracta, statim à suis agnatis similiter imperfectus est. Vandali Christianorum jugum, propter nimis duras servitutum confictiones & impositiones, adhè extremitate detestati sunt, ut uniuersi non tantum eorum exhorrent nomen; sed etiam atrocissime illud persequerentur, & prius vitam cum bonis perdere, quam ad eorum consortium redire cuperent. Vnde & Episcopatus intra 84 annos, usque ad tempora S. Vicelini circa an. 1144, non potuit restituī. Iam iterum neget ille impugnator legis Imperatoriz Arnis. de servitutibꝫ, & addiscat ex hoc iterum exemplo, an non servitus meritò contra naturam quid importare à Florentino I Cto statuatur? Peracta hæc sunt sub regimine Imp. Henrici IV. An. Imp. eius 8.

In Holſatuꝫ variæ & multæ fuerunt mutationes, priusquam tandem ex donatione & investitura Luteri Ducis Saxoniæ, qui postmodo Anno Cb. 1128 ad Imperii dignitatem electus est, Comitatum hunc ad Adolphum I. Comitem Schauenburgicum Anno 1114 transstulit. Namque postquam sub Steinmate Billingiano Ducum Saxoniæ Holſati, Storuati & Dietmarisi per 150 annos vixissent, & ul-

timus Dux Magnus, (quem Henricus
 V Imperat. ita captivum duxit, ut in
 carcere mortuus sit) post obitum fra-
 tris Ottonis Comitis Holsatiæ ultimi
 (quum ipsi duo filii in bello peri-
 sent) ne in novas provinciæ incideret
 distractiones, a nico cuidam Gothfo-
 do constituit Comitem Holsatiæ &
 Stormariæ, qui in arce Hamburgens
 habitavit. Is verò quum à Vandaliis
 Sylva ita obrueretur, ut caput ipsi
 amputaretur, similiter nullū reliquit
 hæredem: unde ex Lnderi Saxonici
 Imperat. qui Comes erat Supplenburg-
 ensis propè Helmstattium, provin-
 ciæ hæ in Comitatu Schauenburgensem
 Adolphum I. translatæ sunt, qui p'a
 17 Annos pacificè profuit subditi
 suis, & Anno 113: .mortuus est, re-
 liquit successorem Adolphum II.,
 atque is deum totam Wagriam post
 obitum Privislai, qui aulicam sedem
 in Lubeca veteri habuit, ope subdi-
 torum suorum subiugavit, & cum
 suis provinciis in unum rededit cor-
 pus. Explcatis igitur nunc his, qui
 ad cognitionem Vandaliæ universi
 eius circuitum ac originem faciunt,
 ad civitates eas præcipue digredien-
 dum est, quæ fæderis Hanseatici
 principales dicuntur.

C A P. XII.

De Lubeca, & origine eius historica,
quatenus cum civitatibus Vandalicis ad foederis Hanseatici
ci fuit inductionem.

Omnes civitates Hanseatici foederis dividuntur primò, ut infra patet in civitates Vandalicas, & ultra Vandalicas, Germanicè juxta Hanseaticam locutionem in *VVendische & ubri-VVendische stete*, quasi Vandalicæ civitates fuerint, quæ reliquias, cuiuscunque loci sint, in societatem hanc, qua ipsi primò inter se coierunt, receperint. Lubeca igitur posterior sive nova quum sola pars cunctis alijs civitatibus Vandalicis ad culmen hoc evectum sit propter virtutes, ut libera Cæsarea & Imperij urbs vocetur. nec minus una sit ex 4. primariis totius Germanicæ, ceu quadrigahæc est, Augusta, Aquisgranum, Metis & Lubeca, quæ sublimiori dignitate præfulgent, ideo etiam dicitur obtinuit, atq; huc usque præ sociis suis retinuit. Tum etiam propter plendorem, amplitudinem & situs commoditatem, quæd com-

commercia inde in omnes Germaniae provincias facile dispergi possint, meritò corona omnium reliquarum civitatum, quæ 12, ad mare Balticum numerantur, à Cyytreo in Crys. *Sax. lib. 6, in princ.* Vocatur, uti mox postea eius verbis utemur, ubi prius ex penitioribus historiis istius urbi originem deduxerimus. Est illa ubi Wagriae præcipua inter omnes veteres, post quam Wineta maxima omnium, quas Europa claudit, à Reg: Daniæ primitus direpta postea pertit & aquis absorpta fuit, Wandalicas & maritimæ civitates, sita hodiè inter ripam Travæ & lacum Wakenfæm, ab utroque latere irrigua. Olim autem sita fuit in Schwartzaw in optimo mari portu, & à piscatoribus nautis & negotiatoribus inhabitata, quam Gottschalkus ille Christianus Princeps Wagriæ & Mecklenburg, sive Obotritorum & Heroldruin, ut superius dictum est, circa annum Cer. 1040 inchoasse dicitur, & extructo in eo Burgo sive arce ac castello nomine Filii Butham appellasse: ac Henricus Buthi aut Butonis frater vocavit eam Coloniam magnam. Passa tamen multas afflictiones potissimum à Rugianis

Principibus, incolatum subiugationē
ibi quarentibus . Vnde illi ex con-
cessione Principis Critonis īnde cede-
re, & civitatem, quam olim lutlandi
(ut mox ex pluribus patet) ince-
perant condere ad Wakenissam, *An.*
Christ. 1140. redintegrari. *Ioh. Petr.*
in Chr. Holz. pag. 120. Nihilominus
Rugianī iterum infestarunt ultrumq;
locum; at quum Henricus Dux co-
rum Stormatos & Dymatos id au-
xilium advocasset in mōte Robiano
prope Lubecam, qui īnde nomen re-
tinuit, magno eos prælio vicit, & pe-
nitus ex ea terra, multis captis, expu-
dit, ac postea eos usque in Rugiam
secutus sibi tributarios fecit. Sedes
quidem Principum Herulorum, præ-
ferrim Pribislai fuerat Lubeca vetus;
sed quum Cœrus ex posteris Critonis
sepius eam infestaret arcam antiquā,
supervenit tandem Adolfus 2. Scha-
venburgicus, & circa *Annū Christ.*
1140 eam planè à mari ad locum su-
petiorēm translulit. Dum verò po-
dit fundamenta invenit ruderā prio-
ra, ubi Cimbri olim (ut putant) ut-
bem construere sategerant, propter lo-
ci opportunitatem; sicut idem Crito
Rugianus Obotritorum Princeps, a-
ccrinnus Christiani nomini: persecu-
tor,

tor, posthabita veteri Lubeca, in Schwartovv paulo antè ad ripam e- jusdem fluvii Travæ moliri ceperat. Sed neque Cymber, neque Vandalus illa sua molitione id perficere potuerunt, dilabentibus brevi & eva- nescientibus initis cœptæ urbis per- gressant'a bella & alias aversiones plures. Servatum fuit hoc decus Adolpho huic, qui cernens, quam op- tumè Cimbrorum olim dux & dem- de Crito Vandalus inter lacum VValkenitz & flumen in colle ubi moenia inchoassent; sed tempestar- bus bellii impliciti ab opere destitui- sent; Terrius iste fundamenta au- pri- catori conatu & successu cepit iace- re, Lubecamque de Schwartow cu- nemine transtulit in superiorem il- lum locum, qui Bi kavv dicebat, nōi Adolphus, ruderibus eiectis, in formam oppidi vallo muniti omni discolunt & iunxit. *vid. Helm. inc.* *Sclav. cap. 58.* quippe maiores eu- paties iam flumine & lacu præte- nichantur. Sicut etiam inde Lubecenses adhuc affirmant à primo es- pectore & indagatore loci Luborum, qui quum piscatoriam vitam ageret & comuni usui & commercio

Schivvaarorum invenislet, ibi cum sociis consedit, & loco huic à vicinis & notis nomen ita impositum manxit, ut etiam in novam sedem translatum fuerit, quasi omnino felici eidem impreßum, quod commercialis debuerit esse civitas à primordio usque.

Adolphus autem II. Schayvenburgicus, quum studiosus esset vicinitatis & pacificus, atque ut eo magis stabilitet civitatis Lubeccensis ædificationem renovatam, fatus amicitia cum Nicoloto Principe Megapolitanus inuit, & Segebergam dirutam reparari fecit. At, quum Imperator Conradius Anno 1147, ingentem subiugationi Nicloti Megapol. exercitum prepararet, & Adolpho tandem membro Imperii non competeret, ut se opponeret Imperatori & benefactori suo; hoc adeò affectit Niclotum, quod in hoc casu auditi sollicitatio eius non potuerit, ut confessum ante adventum Imperatoris convocari clam suos, & totam devastari VVagriam, navibus illuc trahicens. *vid. Helm Chron cap. 54.* Celebrabantur eodem tempore nundinæ Lubeccensibus, ut vino summoque sepulti quasi essent ibi homines: ideo-

ideoque in ea securitate obruit civitatem protinus, nec tantum spacio exposuit singulos, sed etiam ultia 300. necavit, & diripuit urbem, ac divite cum spolio & plurimi capti- vis evasit, priusquam Adolphus suos colligere posset subditos. Nihilomi- nus Comes hic ut redimiceret captos, denudo cum infidi vicino fatus pe- pigit; ex quo etiam egregia praestit operam auxili, quin Anno 150. Megapolitani rebellione se dura mo- verent contra Nicolorum, unde tan- ta corum mutua confusa est animo- rum coniunctio, ut saepius Lubeca inter se duo isti convenirent, & pax cum commercio Lubecensibus u- bertim accresceret, praesertim quoniam negotiatio ex salinis Oidesloënsibus illis adiecta esset, unde confluxus a omnibus Maris locis mercatu*x* ipsi famam pergit. Heinricus Leo Dui Saxon. videns eam urbem maxima Bacovico suo importare danica, quin mercatores undiquaque cu- mulatim Lubecam tanquam mari- mam urbem peterent, priore reliquo emporio, interpellabat Comitem vi- cinum his verbis: Duo sunt, quia magno terum mearum detinente sibi videntur accedere: bene fecerit,

si ad æquitatem respiciens, moderari
tem pro dignitate patiaris. Lubecam
dico urbem novam, & salinam tuam
in Todeslo, quæ mihi non medio-
crem rerum mearum afferunt iactu-
ram, dum in tuam ditionem merca-
tores ferè omnes comitnigrent, & Sa-
linæ meæ nuper sub Lunæburgo re-
fertæ præ tuo sale evecto nimium
vilescant. Ideo æquū erit, ut medium
in his tuæ ditionem nobis permittas,
& itidem salinæ medium, ne in reli-
quum tempus ulla nobis posterisque
nostris controversia sit materia. Ve-
rum, quum Comes annuere nequi-
ret; sed oraret, ut fortunæ eius, quam
mercator Deus ipsi conceterat, nor-
invidenter, Dux mercatoribus cunctis,
quantum potuit, aditum Lubecanum
præclusit, interdixitque insuper ve-
nas salinæ Todeslovianæ; usus est
etiam hoc præter a clandestino acti-
ficio, ut immisis aliundè aquis sali-
næ Todeslovianæ, omnem fructum
interriturbarit Comiti. *vid. Helm. cap.*
77. Ac veluti nulla calamitas sola,
ita accidit, quod *Anno 1158* gravi
incendio absumperetur. Hoc infortu-
niu[m] Comitis quum commodo ce-
deret Henrico Leoni, noluit concede-
re, ut Adolhus tuis suis instauraret ci-

274 RERUM P. HANS:
viciatem; Ipse enim constituerat in
fua ditione non procul ab eo loco
novam erigere civitatem: Ideoque ne
penitus tanti Ducis potentiae cuius
Vassallum agebat succumberet, Comes
civitatem eam vicino suo cessit, An.
1158. Seth. Cal. vult. 1159. unde in
Ducis Leonis territorium transiit:
œu ex duobus malis minus eligen-
dum est. Videbat enim Comes, quod
neque ipse proventum ulteriore ex
eo loco expectare posset, & quod cui-
us a subditorum, ante fores ipsi latitu-
der, quodque Ducis tanti indignatio
graviores iniurianteretur exitus. pri-
ferrim quum eius ageret Vassallum, &
provincias suas ab eo maxime in teu-
do recognosceret. hæc & tot dania,
ut evitaret, Dominoque feudi revo-
tentiam exhiberet: quasi Vassalli
cessit in hoc Hero maiori.

Lubecenses interea sunt (N. B.) in
vigilando caussæ per Leonem apud
Daniz Regem Woldeniarum ob-
nuerunt, ut pro exercendis communi-
ciis illis liber & securus accessus
regnum Daniz pateret, quod etiam
paetis confirmatum fuit anno 1155.
Atque iste primus gradus fuit, ex quo
postea foedus plurium civitatum
facilius contrahiri potuerit.

Erat tunc temporis notabilis controversia Imperatori Friderico Barbarossa cum Adriano Papa XXXI, suborta, quod is ex suggestione civit. Mediolanen. & Cremonens. Imperatorem non tantum excommunicare tentasset, sed etiam omnes civitates Italix ab eius obedientia absolvisset. *Helm.* c. 81. Huic insucursum intebant uterque Dux Leo & Comes Adolfsus exercitum: hoc Nicolotus Megapol. videns, ipse quoque ambi rectentat Lubecam, & ex insidiis prope occupasset eam, nisi Atelo sacerdos quidam id praesensisset, & portam Wakanissam ponte versatili occlusisset. Ex clandestina hostilitate tali occasionem attivuit Leo, ut plurimi s. victorius potiretur adversus Vandalo & Obottitos, velut etiam ipse Nicolotus in prælio capite truncatus est. *Vid. Bunt part. 2. Chr p. 65, 66, & 67.* cum quo etiam alii Historici consentiunt. *Helm.* c. 88. Erit at igitur irruiformiter *Iohann Petr. in Chron.* *Helf. lib. 1. pag. 155, & 156.* quod Adolph. cum Leone anno 1159. & 1160 ulteriusque in Italia ipsi absuerunt, quum tamen iis temporibus usque ad annum Chr. 1163, quum An. 1161 tota esset Vandalia de va-

276 R E R V M P. H A N S.
stata, maxima bella contra Vandalo
& alios arserint, & Leo talia perfec-
rit feliciter.

Anno vero Chr. 1163, consentiente
Henrico Leone Episcopatus Alder-
bargensis ex consilio & instinctu E-
piscopi Geroldi translatus est Lub-
eam, licet hoc factum esse putet So-
thus Calv. in Chronol. sua Anno 1151
quum tamen post restauracione
Lubeccensem id Geroldus primus
ab Duce Henr. Leone obtinerit, &
tum incepit templum Beatæ Mariæ
Virginis ibidem ad forum erigere; vel
idem quoque Helmold. manifestè ex-
primit, in hist. Sclav. cap. 90. quo
non tantum post obitum Niclae
translatio Episcopatus facta sit, sed
maxime tum, quum Albertus Vetus
Marchianus Brandenburgensem expulsi
Sclavis, aliis Germaniæ populis inci-
lendam dedisset. Interea crevit italu-
beca, quum ab Henrico Leone pri-
legiis & Emporio esset honestata, ut
incredibilis prope visa fuerit auctio
suprafortunam ascendens. vid. Crant.
Sax. lib. 6. cap. 26. Vix autem ad
petitionem Ducis H. Leonis Archie-
piscopus Hamburgensis investituram
& consecrationem Episcopatus tran-
fici, in præsentia Ducis ac Comitis

Adol-

Adolphi, perfecerat, tum mortuus primus Episcop. Lub. Geroldus, in cuius locum surrogavit Dux Conradum Abbatem Riddagshusani germanum Geroldi, qui statim cū Henrico Leone in terram sanctam *An.*
Chr. 1171 abiit, & in itinere mortuus est, ut Tyri sit ille Episcop. sepultus, cui idem Dux successorem substituit Conradum Abbatem Monast. Bruns-vicens. ad S. Aegidium: iste *Anno 1177* Monasterium S. Iohan. Benedictino ordini in Lubeca erexit, & promotor Ecclesie Cathedralis ibidem magnus fuit in ædificatione templi. Lubecenses interim quum commoditatem maris Baltici cum tanto lucro perciperent, aliis civitatibus in commerciis tractandis exemplum præbuerant, & socios alliceret ad se caperunt, ut eò tutius negotiationes subirent, & averterent pericula; unde commerius mutuus in locis maritimis extitit, ac ne intentio illis præcidetur, pacisci inter se inceperunt, dum alii in terris bella gerarent, unde Societas Hanseaticæ origo existit.

Quanvis autem Adolphus II fideliter undique amicum in omnibus bellis contra Vandulos, ceu etiam in tali confictu prope Damminum cum

L; Comite

278 R E R V M P. H A N S.
Comite Reinholdo Ditimatorum oc-
cubuit, Duci Henrico se praestiterat;
tamen reiectis tutoribus Brunone &
Matrando, praefecit defuneti provin-
ciis quendam Heinricum Orlamun-
danum Com. cui Adolphus II. vidua,
ut filio Adolpho III salvaret ditio-
nes suas, nubere coacta est, cui per-
rit Adelbertum, quem Rex Danie-
Woldeimarus, expulso Adolpho III,
postmodo Administratorem regio-
num earum fecit. Sicut & ipse Dux
Leo hunc Anno 1179, quum iei-
auxilium in bello contra Coloni-
ensem praetitisset, Comitem statu-
ru. linis ergo e patria sua exturbavit.
Verum quum, praeter haec vitia, ob
nimiani ferociam & superbiam inca-
tantum omnes Rom. G. m. Imp. et
principes in se concitat, coniugem
etiam primam ferè nullam
cautam. Anno 1185. repudia. et (See
Calv. in Chron. fina) & Anno 1175 Im-
peratori auxilium suum surrepuit,
ut inde ex defectu auxiliis cogeretur
cum Papa transt. cre tandem: sed et-
iam ipsi Imperatori in summis suis
angustius contra rebellcs Italos, al-
eius instantissimas preces, quibus ad-
dem in ipsis Comitis Imperialibus
praesentibus omnibus Imperii praece-
ribus

ribus , ad genua prociduus supplex fiebat , ad silentiam debitam proter-
vissimè denegasset , ac in absentia Imperatoris optimi contra eundem
cum Cæsar's hostibus sœdera clanū-
clariè iniisset (*Seth. Cal. in Chron. ad
Ann. Christ. 1175*) variosque contra
Cæsar, inovisset motus : propter tot
varia turbationis delicta , & in primis
Crimen laxitatem Majestatis, atque quum
neque in Comitiis Wormatiensib. ,
Magdeburgensib. , Goslariensib. , ac
Wurzburgensib. comparere vellet ,
ab omnibus Imperii statibus *Anno*
1180 bauno addictus & condonatus
fuit. Licet verò à principio masculè
se defenderer contra executores , &
eos, quibus distributæ erant regiones
iphius, victoria prope adsidua per bi-
cunium supereminet: tamē Frideric-
cus Imper. , ne Imperii decreta vanæ
essent, ipse cum ingenti exercitu con-
tra eum protectus est, propellendo ip-
sum è tota Saxonia, *Anno Chr. 1182.*
Vnde tandem ad Lubecenses suum
recepit refugium , mox Rendesbur-
gum , & arcibus castellisque ibi mu-
nitis, quum à Woldemaro Rege Da-
niæ audire nequiret , rufus Lubecam
reversus est ; & rebus ibi pro necessi-
tate disposuit, quum Bardovicenses

illum contumeliose à se abatcerent,
concessit Stadam, inde signum ulte-
rius rerum gerendarum editurus. In-
terea v. Imper. Frider. succensus Lu-
beccensibus, obsecrit eorum utbem,
cogitque eos ad ditionem. Illita-
men prius Principis sui consilium te-
quitentes, jussi sunt sese accommo-
dare tempori & necessitat. Ab eo
igitur tempore Anni 1182 Lubecci
subiecta non tantum fuit Imperio,
sed etiam novis subinde suffulta est
privilegiis. Adolphus quoque III.
in obsidione Lubecensi semper à la-
tere fuit Imperatori, atque inde eius
ope Holstiae Ducatum sibi recup-
ravit, tum etiam, ut quædam est
recognitio, quod Parenz ipsius filia
restaurator civitatis Lubecensis. Ce-
sar dimidia parte proventuum ex ci-
vitate vestigiumque & infudatio-
ne molarum Lubecensium donavit
illum. Sic & idein Comes tunc pco
Hamburgensibus splendida impeta-
vit privilegia. Woldemarus I. quoq;
Rex Daniæ affuit ibidem Imperato-
ri, & devotionem amicitia obtulit:
qua oportunitate iterum usi sunt Lu-
beccenses, & quæ ad libertatem com-
merciorum facerent, sibi & suis im-
petrarant amicis, ex quo societas vi-

cinarum maritimorum civitatum
maiores sumere vires cœpit.

Anno Christi. 1164. autem quum
novam materiam litis contra Lube-
cam liberalitas Imperat. Friderici I
suggesisset Adolfo III, ille plurima
in civitatem eam moliri cœperat, dum
ei mox novos imponere studeret ve-
ctigalium modos, mox castellum
imponere Travæ tentaret, mox fun-
dos & agros civibus eripere, iniō cos
captivos ad Tolensem ac Hainbur-
gum abducere. Inde ingens querela
ad Imperatorem delata est, ut Cæsar
utrique parti diem iudicii denuncia-
ri jussit: ubi controversia ita trans-
actione liquida composita est, ut
Lubecenses Comiti pro omni iure
red tuum & vectigalium 300 Mar-
cas, ac pro fundis praticisque ad Tra-
vam à Travemundo usque ad Tus-
cecum 200 Marcas argenti scimel
pro semper contractu emptionis sol-
verent, & suis in posterum liberè ute-
tentur privilegiis: que cuncta ab
ipso Imperatore itaratificata & con-
firmata habentur.

*Quādūm autem postea anno Christi
1188.* Fridericus Barbarossa secum
Adolphum III. Comitem in Asiam ad
recuperandam à Turcis Palestinam

abduxisset, & optimus Imperator
Anno 1190. in fluvio Armeniæ suf-
focatus esset; interea Henricus Leo
absente Imperatore in Germaniam
reversus fuerat, & in primo statim re-
gressu per adjunctionem Hartvici Ar-
chiepiscopi Bremensis Stadam comi-
tacum cum civitate receperat, ubi si-
mul Holsati & Hamburgenses ipsi
se federūt. Hinc Bardovico expugna-
to & penitus deleto, Lubecam quo-
que ditione cepit. Occupatâ Lu-
becâ, totam Holsatiam, Stormariam
& Wagriam subiugavit, excepto Se-
gebergo, quod Comes Adolphus Dal-
sienensis, frater conjugis Comitis A-
dolphi III. Holsat., quem ille in ab-
sentia Administratorem reliquerat
suis, fortiter per suos defendit. Co-
mes itaque Dalsienensis plurima cca-
vit incomoda Lubeccensibus, & a-
liis, qui se Henrico Leoni dederint.
Inde eruptiones aliquot ex Lubeca
fecit Leo per Comit. Bernhardum
Razeburgicum, &c. & prælio qui-
dem magno apud Titzam coëte; sed
fugati sunt Lubeccenses, & Comes
Helmoldus Sueriensis atque Iorda-
nus Truchsessius capti. Henricus VI.
Imperator bellum hoc intestinum
consopite cupiens, ante redditū Adel-

phil III. transactio[n]e sic inter utramque patrem instituit, ut Leo restitueret Adolpho suas ditiones; Lubecam interfuse diu[s]am tenereb[us]t: Sed Dux Leo nihil eorum obsecravit: Proinde quum anno Chr. 1192. revertus esset Adolphus II. vicinorum Principum auxilio terram suam cum Comitatu Stadensi & Lubecam simul delitione post multos conflictus recepit, velut & ipse Imperator open prestat: Sed tamen Lubeca salv[s] suis privilegiis fidem dedit. Mortuus autem est Dux Heinricus Leo Brunsvig[us] anno 1195, Quintuennio post id est, anno 1200. V[er]odemar[us] Dux Scletvicensis, frater Canuti Regis Dan. bello acri & obsidione coegit Hamburgum & Lubecam sub regnum Danie: potius ex i[n]vidia, quam justa ratione cōmocu[s]; sed tamen ita, ut libertatis privilegia illis sarta recta manerent, se deditere, anno 1200 (rantz. lib. 6 Dan. cap. 10. & 11. sub quo multum profecerant Lubeccenses cū sociis suis, an. 1203. De functo autem Rege Canuto ubi coronam Regni Dan. nactus erat Woldemarus II, tanquam Rex Danie ingressus est Lubecam, quicin ita quoque cives exceperunt anno eodem, ac inde

inde Lavvenburgum occupavit & vicinos locos ad Albim , quibus pro continuanda possessione Comit. Adelbertum Orlemondanū præfecit, Anno 1209, utbs Lub. magno conflagravit quidem incendio usque ad quinque domos ; Sed Woldemarus restaurari curavit cum arce, & ut Lubeccenses in devotione retineret sua, quām videret, quod commerciis toti dediti essent , non tantum illis confirmavit privilegia antecessoris sui VVoldemari I , sed etiam studium eorum promovit in multis, & aliorum ad se attraxit civitatum favorem interdum. In primis quām VVoldemarus Episcop. Bremens. & Dom. Holsat. tot ipsi insidias struere pergeret, & Imperator Otto 4. Leonis filius recuperare Imperio studere Holstium, libertatem commercia agendi per Daniam & Norvegiam plenorem Lubecensibus & eorum sociis concessit ; Verum quod una manu concedebat, altera duplici modo illis iterum subtrahebat , præfetti quām Ottonis IV infelices successus imperii & multiplicia cerneret odia, inde multis auctus victoriis contra Vandulos, littora Baltici mariis propè cuncta occupavit. Nihilominus accidit,

accidit, quod se Lubecenses singulari cura in libertatem vindicare semper laborarent quidem; tamen tempori inserviebant ex necessitate, quum magnum lucrum caperent ex halicium capture in Scandia. Interim evenit, quod fratres duo Comites Sucinenses Guntzlinus & Heinricus arcem Graboviā occuparēt, surripiendo eam Iohan. Gansio, qui statim in subsidium advocabat Regem VVoldemarum: is vero per Adelbertum administratorem suum Holsatię acriter oppugnabat Comites fratres, quod bellum continuabatur *ad an. 1223*, ubi ad compositionem Rex citavit Comites. At alter eorum Heinricus noctu, excubiis non bene dispositis, Regem navi captivum abducebat usque in Ducatum Lunenburgicum & arcem Dannenbergam ultra Albim, ubi per biennium adservatus fuit. Interim Adolphus IV. Comes Holsatię ope & auxilio vicinorum Principium & agnatorum recuperare cōpetat ditiones suas: & quam Lubecensesibus intollerabilia onera qui arcis præterant Dagi imposuerint, per secretam legationem à Friderico II. Imper. *An. Christ. 1225.* mandatum ad vicinos Principes & terrarum Dominos,

quo-

quorum auxilio à Danorum dum servitute eruerentur, impetrarunt. Lubecenses igitur præ cunctis rebus hoc egerunt, ut arcem civitatis primus occuparent, quod etiam exercitus gladiis necando Danos omnes perfecerunt, & postea ex denuntiatione Mandati imperialis à vicinissim Comite Adolpho IV. auxilium proculabunt. Quamvis autem Rex ignorans haec ingenti exercitu vendicare studeret: tamen magna vicini & præsertim Dithmarsi hec clanculum obtulerunt, (quamvis essent à parte Regis) ac in prædicto confluxere apud Bornelundam. Ceteri fuisse acerrimus fuit, et Dithmarsi Danos interficere à tergo non desisterunt, ut Adolphus I. V. cum Lubecensibus ingentem reportaret sibi orationem, qua non tantum Comites pignore terram suam recuperavit: sed & Lubecenses priuilei libertati restituti sunt; ex quo facto Fridericus II. d'Urbuseos donavit priuileios. Mutavit itaque urbs ista in 6^o. annis sepe Dominos, & variam expertus est fortunam, ac nisi studio indecessò commercii se præ reliquis civitatibus foecis extricata ex tot confusionibus immensis & difficultibus perple-

xis novisset, funditus pridem summersa mansisset, præsertim quum tot calibus aliis internis & damnis conflagrationis exposita fuerit. Verum ita artificiose omnia tractare didicérunt incolæ & cives, ut non tantum tempori ritè inservire; sed etiam animos potentiorum studio commercii ad se petrahere, & novis privilegiis in libertate talium negotiationum sibi devincire, inque ipso furore potentiores complacare noscerent. Ideo potius ministros, quā in ipsos Reges & Principes expetti sunt toties inimicos. Et quid non invidia designat? Invidus alterius rebus macrescit opimis, *ait Horat.* Ita quoque id accidit Lubeccensibus, pro ruin & temperum varietate, & affectione hominum. Namque (*ait Job. Petr. in Chron. Ho's. lib 2. pag. 194.*) quum Rex Woldematus II cetereret, quod urbs Lubeccensis de die in diem accresceret, & propter commercia citius exurgeret, nec non cives in ea Comiti Holsatæ iura denegarent, quæ quidem Fridericus I ipsis concesserat, sed tamen eodem Cæsare auctore redemerant & titulo oneroso sibi denuò recomparabant; Inde interque Rex & Comes infensissimi hostes

188 R E R Y M P. H A N S.
hostes civitatis evaserent, & ingentem
exercitum terrâ marique conduxerent,
cum quo appulerunt Travemundam,
bina erexerent ab utraque parte castel-
la, & ipsam Travæ fluvij profundita-
tem veteri navi lapidibus oncrata
oppilarunt. At cives non tantum
fortitudine alacri, & fortis alacritate
se illis opposuerent, sed etiam aliam
profunditatis faucem excavaverunt, ut
hostes in vanum laboraverit. Quum
igitur hostes perspexissent, quod ob-
structionibus talibus civitati non
posset importar: o commerciorum ac-
cludi, terream catenam consarcina-
runt, ut eam fluviō superinducerent.
Verūm, quīm eodem tempore ali-
quot naves fortiores commercii cau-
sa Revelam in Livonia sitam miliz
essent, ac in redditu cernerent, quod
Buvius catena esset occlusus, opoliū
nitate venti usq; fusi, & plenis vallis
interrupere ferreum vinculum, atque
vadum ita apertum cuius i reddidere,
ut ait Poëta:

*Ausi sunt vada clausa citâ decurrunt
puppi.*

Quas fecutæ sunt ex aliis locis alia
naves. Quīm itaque maximum
vium numerum Lubeccenses secum
haberent, milite & civibus satis
num

matis eas impleverunt, qui tantum
in hostes fecerunt impetum, ut Tra-
vemundam linquere & se in fugam
convertere cogerentur. Belli & sub-
jugationis novæ tentamine peracto,
quùm deprehenderet re ipsâ Adol-
phus, quod non ita facile contra Lu-
beccenses quid efficere posset, trans-
actio instituta fuit, & tota diffusio
ex errore orta quievit, abiectaque in
amicitiam firmiorem. Hoc itaque
signum memoriz loco relinquere
voluit Woldemarus I Rcx, quum
paulo post diem obiret suum *Anno
Christi 1241, regni vero sui 39.*

C A P. XIII.

*De primaria fæderis Hanseaticæ
causa, & commercio in
Norvegia.*

PRENSquam heic ulterius progre-
diamur, necessitas postulat, ut
pauculum heic quid etiam de Norve-
gia inferamus, quùm omnes reli-
qui h. storici sicco pede hanc præter-
eant narrationem: quæ maximè ad
illustrationem fæderis & Societatis
Hanseaticæ facit: unde tot quærelit
spud Politicos passim exortæ sunt,

THEM quo d

quod nunquam ad certitudinem ori-
ginis eius pervenire potuerint. Mir
certè omnium ferè historicorum &
temporis observatorum aut societatis
aut negligentia, maximequæ veritatis
ex metu vano & puerili, admodum
fuga est, quod nunquam ad medi-
tationem animamque actionum omnium
in humana vita penetrarint; sed vir
superficialia curârint, in expeditio-
nibus cruentis, tytannicis persecu-
tionibus, & truculento armorum
frepitu, & tamē neccum perfecte-
lia consignârint: Quin multi re-
ctius id attendi debuisset, quæ consi-
lia, quæ negotia interna, quæ causæ
motuum præcesserint, unde homi-
nes in tantos furores concitati, &
mutations variae exortæ fuerint.
Ah vera virtus quam dirò premittit
silentio à crudelitatum omnium
narratoribus, quum tamen vices
vera non siccata æternas potius lau-
des & commendationes mererentur.
Sic enim verè de virtutibus, & viis
mortaliūm judicium sumi & imita-
tio in bonis suscipi potuisset. Nam
que historiarum omnium finis ge-
nuinus esse debet, ut inde pruden-
tiam piam in imitamine grato &
compludi correptione addiscamus;

q. 4.

quævis vitia absurdatumque horribilia exempla, quæ toties occurunt, evitare omni conatu expetamus. At nunc potius in historiis nihil nisi bestialitatum furentium perpetuas enumerationes, nec ratiō aperatas commendationes invenias, & præsertim in bellicis tumultibus, & plus quam ferini sanguinolentijs, fortitudini id adscribitur, quod ip̄sus animæ humanæ salutem æternam penitussempè sapient subvertit. Nihil omnino quām id ex falsa persuasione sibi adh̄ sancte commendatum legat juventus, inde heroicos animos in perniciem sui sub falsa specie induit, carnalitati frumento indulgens, omnem pietatem secum exuendo. Vnde non mirum, quod etiam in ipsa Christianitate vix sint, qui veram pietatem noscant, quoniam talia pessima & rabiei & bestialitatis exempla addiscantur, quæ hominem, à vera cognitione sui & Verbi caelitus, cultaque veri Dei protus abripiendo, seducant. An non igitur selectus est aliquis accuratè habendus? Sed ne in aliam longè difficultorem hec abripiamur digressionem, saltem, *Helmoldi Presbiteri hist. Lubicens.* quicquam, quod historiæ à multis patuī bona-

fide scribantur, & caussas mendacio-
rum, quin ad illustrationem huius
loci faciat, subnectemus, inde con-
tinuaturi reliqua. In exordio lib. 2,
Chr. Sclav., hac habet: Inter descripti-
prores historiarum cati inveniuntur,
qui rebus gestis descriptionis fidem
integrari solvant. Sanè disparilia
hominum studia plerumq; è corrū-
pto fonte nascientia, in ipsa narratio-
nis superficie statim dinosci possunt,
dum videlicet succrescens in corde
hominis veluti superfluitas quædam
humorū, indebitus amor sive odium
deflectit narrationis impatum, dete-
ricto veritatis tramite in dextram li-
ve sinistram. Multi enim aucupan-
tes favorem hominum pallaverunt
se amicitiae ficta quadam superficie,
& propter ambitionem honoris seu
cuiuslibet emolumenti locuti sunt
placentia hominibus, ascribentes di-
gna indignis, laudem quibus non
debebatur laus, benedictionem, qui-
bus non erat benedictio: Quo con-
tra alii odio concitati minus pepec-
cerunt obloquiis, querentes locum
calumniis, & quos inani uequi-
bant, acrius lingua infectantes. Ta-
les protestò sunt, qui ponunt luce-
te debris, & dicunt noctem diem.

Sed nec aliquando defuerunt inter scriptores, qui propter damnarum & cruciatus corporum impietas principum publicare timuerunt. Venalius autem est veritatem tacuisse ob pusillanimitatem spiritus & tempestatem, quam ob spem inanis lucri fixisse mendacium. Inexprimendis ergo actibus hominum, veluti in excuspendis subtilissimis cœlaturis, sincerum semper oportet esse considerationis intuitum, qui nec gratia, nec odio nec pavore à veritatis via deducatur.

Quod quia multæ petitiæ est, imō
maximæ sollicitatæ, gubernaculum videlicet sermonis inter hæc scopulorum impedimenta inconcussum dirigere, divina mihi pictas diligentius est exoranda, ut quia navem descriptionis a usu quoddam improviso magis quam temerario in altum deduxi: ipsa opitulante & flatus secundos dirigente, perducere mereari ad littus debitæ consummationis: Alioquin ob difficultatem ingratuescientium causarum, & depravatos mores principum, facile perturbabor à timore hominum. Magnum autem consolationis, firmamentum omnibus veritati ianitentibus, quod veritas, et si

donna unquam impiis odium patiat, ipsa tamen, in se inconcussa permanens, non offenditur, sicut ægris oculis odiosa lux est, quod non lucis, sed oculorum ægritudinis culpa dignoscitur. Sed & omnis considerans vultum nativitatis suæ in speculo, non speculo, sed sibi metuere imputabit, si quid in se pravum aut distortum videbit. &c.

Ita etiam *Albert. Crantz.* valde conqueritur aliquoties de his, qui Annales consignare voluerunt, quod minus observarint ei, quæ ad veram historiarum faciunt naturam, ceu hæc ad eo negligenter, ait, commissi, ut quoque saepius ipsa nominare regum aut Principum proflus omiscent. Nihilominus egregium in eo praestitit laborem, quod historicæ relatione seu maximè septentrionalia regna illustrarit, & singulaci ordines discriminaret. Alias enim mira confusione ab aliis tractata sunt, quæ de Norvegia habentur; imò in plurimis quasi silentio ab aliis prætereuntur; ab aliis pro Dñnis Normanni habentur, ceu etiam nuper fecit continuator *Mellificij historici in Sleid. Lappadius in vita Ludovici Pij*, filii Caroli Magni, ubi de Normannorum invatione

ūione in Galliam agit. Verum adeō distincta fuerunt regna Norvegia, Suecia, & Dania, ut non tantum proprios per aliquot secula habuerint Reges, sed etiam Gothia & Lundia aliquando suos singulares habuerunt Reges, à Dania distinctos, ut recte id notat Ich Petr. in Chron. Hoff lib. i. Normanni vero, præ cunctis in Boreali tractu populis, constantes & fideles fuerunt, quum reliqui ad modum levī & falsæ mobilitati, non absque barbara crudelitate obnoxii semper vixerint: at hi tamen in simplicitate severi, & graves, qui sumnum dedecus putarunt, si quis hādem semel datum frangeret; egregii in omnibus imitatores Saxonum, ex quorum sanguinis propagatione multum hauserunt; unde etiam confusio est ea, quod Nortalbingii & Northmanni à plurimis pro iisdem populis habiti sint. Velut etiam hodiè adhuc multi neotericiorū, inter quos sunt, qui Geographica & Chronologica conscribere gaudēr, uti *Neander*, *Quadus*, *Funcius*, *Ditmarsus*, *Theodoricus*, (qui tamen præ cunctis sibi correctionem assignavit) *Alstedius*, & alii, qui plane amplissimum & antiquissimum regnum, quasi nunquam

in regum natura fuisset, omittunt. In iuris vero fili & nationibus diversis, & temporis, & veritatis historiarum, quum tanto studio aut ignorantia ea supprimuntur. Nec historia Hanseatica rite describi potest, nisi hujus gentis conditio nonnihil luculentius delineetur. Ideoque necessum est, ut propter temporis notationem Regum Norvegicorum catalogum paucis subiectamus, modo prius ex Iacobo Zieglero & Crantzio loci & nationis huius conditionem percipiamus precis.

Norwegia igitur etymon minime obscurum esse potest, quum North septicentrionem, & vveg viam, quasi septentrionalis tractum in tali via & itinere denotet, velut *Zieglerum in Schand sua, pag 487.* recte notat, cuius verba haec sunt: Norvegia, id est, septentrionalis via. Fuit regnum hoc aliquandiu admodum florens & imperium tenuit, per Daniam & Fenniam, & latè per insulas; donec domes- cum imperium per hereditariam suc- cessionem administratum fuit. Postea sub invicto, consensu procurum, institutum est, ut reges per electio- nem susciperentur: arbitrati eos hoc quoque administratos regauit, quo minus

minus forent confirmati per novitatem. Sed evēnit (dum quisque opibus, ambitione & favoribus affinitatis præsttit, ita in spem maiorem venit regni assequendi) ut factionibus distractarentur, scilicet etiam inferrent ad occasionem capiendi regni externi, qui adiuvarent & destituerent partes concertantes, ut visum sibi esset refutum. Itaque est hoc tempore sub potestate Danorum. Hi non legitimos modò redditus & tolerabilię vestigalia imperant, sed omnia commoda corridentes, transferunt in Daniam, videlicet diuturnitatem imperii constituentes in inservitatem subiectorum; quod non unum exemplum est hac aetate in re Christiana. Postquam omnes virtutes, quæ Principem (id est patrem patriæ) vertè spectant, relixt sunt, superbiumque Domini supercilium solùm retentum, quod aperuit ad subiectorum iniuriam, licentiam: secutum illud est, quum Dynastæ nihil praesidii reliqui fecerint sibi in amore mutuo populari, ut, in vi & omnium fortunarum extenuatione, querant incolumitatem status sui. Hæc fortuna est Nordvegiae: neque ipsa aedificia urbium suam amplitudinem &

T s digni-

dignitatem veterem tueri possunt, nec
spes est status reparandi : Publici e-
nīm conventus in rem non admit-
tuntur : neinō ex arbitrio suo referte
quid audet, aut opere tētare, incertus
de omnium voluntate. Ad hanc dif-
ficultatem accedit qualitas locorum.
Habet enim Dania in potestate na-
vigationes omnes Nordvegianas: ne-
que hæc exercere mare potest, neque
exportare merces, hoc rege hoste.
Priterea à cœlo, à tellure, à mari ne-
quaquam humiliis aut patum felix
existens. Hæc mittit in reliquam
Europam pisces ex genere asellorū,
frigore induratum, & extentum in
fuscum, unde & cum Germani di-
cunt *Stock-fisch*. Captura eius lau-
datissima est Ianuario, quando super-
est frigus, ut induetur. At qui cle-
mentioribus mensibus fuerunt capti,
marcescunt, neque sunt idonei, ut
exportentur. &c. Rem certè acut-
tigit in his omnibus. Verba sunt pau-
ca, sed certè maximi pondoris, si quic-
re certè examinet. Sic cum eodem ju-
dicio consentit Crantzus in *Norweg.*
fux, qui nomen Norvegia à Germa-
nis impositum dicit: unde etiam pau-
cis illum audire liber, ut inde me-
lior constet informatio. Incipit au-

tem , inquit, à prominentibus sco-
pulis Baltici freti . Deinde reflexo in
a quilonem dorso , postquam feruen-
tis Oceani marginem suo circuit am-
bitu , tandem in Riphatis montibus
limitem facit : aliquot autem sinus
includit , multis milliatis naviga-
biles . Circum habitantes pescationi
indulgent . Nam genera piscium gran-
dia cum medioccibus , aëri exponunt
torrefacienda : quæ sic artefacta , per
Germaniæ littora devchuntur . No-
stris mercatoribus (Bergas Latini vo-
cant in regno) pescatores afferunt ,
de longinquo venientes demoranti-
bus . Ea autem regio propter intem-
petiem algoris , sterilior Dania atque
Suecia , apta tamen pecoribus . Robu-
stissimos educat viros , qui nulla fcu-
gum luxuria molliti , sepe impupnac-
alios , quam impugnantur . A multis
etro seculis partim inopia adacti ,
partim freti viribus (quæ facile fa-
ciunt mortales insolefcere) mare Bri-
tanicum d u tenere infestum . Non
dun quan sit , aliquando Danis jun-
cti , Britanni & Gallias sunt popu-
lati : nec ju . ev . z , don ec de suo no-
bile . Non in i . au , in littore Gallia-
sum , constituerent . Quam utram Gal-
lorum scriptores sem p . su . bines ,

omnes ab Aquilone venientes, soliti
sunt appellare Normannos, non dis-
cernentes inter Danos & eos, qui ve-
ri sunt Normanni. Ab hac tamen geo-
te Danorum & Normannorum, in
littoribus Galliarum demorante,
propagati sunt & illi Normanni, qui
penetrarunt in Italiam : & primum
in Apulia, inde in Sicilia, post comi-
tatum atque ducatum, regna, quæ
hodie extant. constitutæ. Post susce-
ptum vero Christianismum (quod
factum sub Olao rege, qui in Anglia
baptisatus, &, circa Annus Christi
994. rex Norvegiae factus, in omni-
bus regni provincijs populum bapti-
zari curavit) melioribus imbuti dis-
ciplinis, didicierunt pacem diligere.
Sed quoniam nefandis maleficiorum ar-
tibus ea gens ab initio, super omnes
gloriaretur mortales, nunc simplici-
ter cum Apostolo confitetur Iesum,
& hunc crucifixum &c. Ita omnia
tunc regio dudum Christiana fuit,
exceptis, qui trans montes ad Oce-
num Borealem agunt. Nam illi ma-
gicis artibus & incantationibus ita
serviunt, ut, se scire, renunciareque,
polliceantur, quid in totâ terrarum
orbe rerum agatur. Hi sunt Lappo-
nes, agrestes & vagi, ferarum solit-
pellibus

pellibus in tanto regionis trigore usi pro vestibus. Et loqueates invicem, frendere quā in ulla verba proferte dicuntur, ita ut vix à proximis queant intelligi. Ib: tanta est ferarum copia, ut pluim a pars regionis ex solo vedatu vivat. Capiuntur urci, bubalii, elaces, bisontes, etiam in Russia & Polonia. Vulpes ea regio habet nigras, & lepores u. fosque albos.

Metropolis autem civitas Notiorum est Trundennijs, nunc appellata Nidrosia, à Nidero fl. & Rosa, quod templi nomen est, propter tumulum sanctissimi Regis Olai Martyris. Vulgo Trundheyin dicitur, 50 milliaribus Noricis seu 100 Getinanicis, rectâ versus Boream à Berga distans. Amplissimè potentem ditionem habet, in qua plurimus piscis, Bergam postea ad emporium devenitus, & pelles preciosæ colliguntur. Bergæ autem propter commoditatem portus & frequentem navigationem ex aliquot partibus terræ confluxum, emporium totius regni datum est olim, ut esset horreum universæ Norvegiae & promptuarium omnium necessitatum. A freto Catsund 10 millaria versus Corum (Nordwest) & à Lindes 24 milliar. à Bahues secun-

secundum flexuosa littora 10 milia
latibus abest, sub gradu latitud. 61.
Eundem cum oppido Staffanger præ-
fectum habet regnum. Quinque ve-
rò, in tota Norvegia, hoc tempore ap-
ces regiae & præfecturæ præcipua
sunt, quarum principales iam dictæ
sunt. Extrema autem adhuc vultu
meridiem & nobis proxima est Ba-
husa, Nilosiæ oppido regni Succiz
vicina, cuius præfectura latus est,
Marslandium in peninsula scopu-
losa situm, & hæc cum cæstura quo-
dam celebre, Kongeef ac Oddewold.
Notandum heic, quod regnum Ser-
cic argusto inter Norvegiam & Hal-
landiam, per Trolh. Itani fluv. exiit,
unicum in Oceano occideti tali pet-
tum, infra Nilosiam ad Elsburgam,
possideat, ubi etiam ante pauculci
annos novum oppidum Colbogi
erectum est. Quarta arx est Aegar-
husa, Alstroïæ oppido vicina, 24
mill. ribus supra Lahusam in inti-
mo sinu 7 mill. longo sita. Provi-
cia hæc inde celebris est, quod celè-
fimi mali navium, & alteres quæcum-
abigeni & ligna ædificiis idonea i-
genti copia quotannis in Hollan-
diæ, Hispaniam & ad alias gentes
inde evehantur. Oppida provinciæ

alia sunt: Fonsberg 7 milliatibus ab Alfloia occasum versus sita; Frederichsstad, Saltzburg, & Schim vel Skon, ubi fodinæ cupri & ferri sunt; Hammaria maior & minor. Qua Bergam contingit aut respicit regio, ante pauculos annos argentifodinæ inventæ sunt tantæ puritatis, ut metallum incoctum 100 librarum continuerit 80 libras argenti puras, quod antehac inauditum fuit, præsestum in iis locis frigidioribus, velut nobis Cap. Weissius Helveticus vir militaris antehac perquam industrius, at nunc veræ philosophiæ supra modum studiosus, quem Rex modernus laudatiss. Christianus IV per biennium rebus metallicis, propter insignem ejus artis peritiam, nuper præfeccerat, id retulit; de quo pluribus alibi. Extremaversus Aquilonem & Eurum Norvegiæ & Christiani orbis arx est, Wardhus aut Wahthus, quæ parvulae insulæ Wardæ, ambitum milliaris Nordwegici cum dimidio habenti, insistit; in qua præfectus regias & stater habitat, & diffusissimum illius littoris Notici tractum, in zona frigida, sub gradu latitud. 71. usque ad Russicæ fines, gubernat, ubi ab idibus Maij usque ad medium Iulium, non modo dies.

304 R E R V M P. H A N S.
diem continuam esse; verum etiam
Solis corpus supra horizontem cit-
cumferri, nec unquam occidere, et
oculatis testibus didici. Nec duo, sed
unum solummodo in hoc Norica
littore Wardhehusum est, quod à Ber-
ga Emporio 144 millaria Norica, que
300 ferè Germani, constituant, dista-
re accepimus. Inde ad Emporium
S. Nicolai Russicum, propè Dividz
Auv. ostium, circulo Arcticō ad gta.
longit. 65 subiectum, ducenta Ga-
manica seu 108 Norica numeran-
tur. &c.

Præter hæc terræ continentis lo-
gissima spacia, multæ Oceani Septen-
tionalis insulæ huic regno Norvagi-
co subiectæ sunt, cens refert Crantz. d.l.
Ab occiduo ibi sunt, ait, Orchada
Insulæ, more Cycladum spatia: qua-
rum 20 memorantur desertæ, & 16
incoluntur. Vicinæ sunt Electrida,
que à nascente ibi Electro nomi-
nent. Igitur Orchades inter Nor-
manniam & Britanniam Hyberni-
amque locataæ, ferventis Oceaniludi-
bundè minas rident. Ad eas à civi-
te Trondina una die navigatur. Simi-
le intervallum in Angliam Scotiam
que est. &c. Ultra autem eas excus-
titur ad Islandiam, olim à veteribus

Thyle sive Thule dicitur, ut quidam existimant. Est illa sub circulo arcticō à gradu longitud. 352. ultra 300 milliaria German. versus ortum poterat, & circiter 60 latitudine quā per immensum (aut Crantz d.l.) à cæteris secreta longè sita est in oceano;. Vix à navigantibus agnoscitur. In caestivo Solstitio, sole signum Cancri transiente, nox nulla: brumali Solsticio perinde nullus dies. Nomen habet à glacie, quā illi ad Boream perpetuō adhæret: nam ibi jam incipit mare congelatum. Tam grandis Insula, ut populos multos contineat solo pecorum pastu, & nunc captura. piscium, visitantes: specus inhabitant. plerumque, aut ad montium latera excavatis mansueticis: communis tecto, vietu & strato gaudent cum jumentis. Itaque in simplicitate sancta vitam peragentes, cum nihil amplius querant, quam natura concedit, Iaxicum Apostolo prædicant, habentes vescum & amictum, hic contenti sumus. Nam & montes habent pro oppidis, & fontes pro delicis. Beata gens, cuius paupertati nemo invidet: & inde beatior, quod Christianismum acceperit. Sed Mercatores Anglici ac nostri, quiescere.

gentem & suo esse contentam non finunt. Nam ob piscaturam evehendam, terram illam frequentantes cum mercibus omnigenis, vitia quoque nostra invexerunt. Nunc enim & fringes aquæ miscere in potum, & simplicis undæ oderunt haustum: nunc aurum & argentum cum nostris admirantur. Rex Daniæ (qui & Norvagiæ) quotannis præfectum immittit genti. Multa insignia in mortibus eorum. Omnia enim fere inter eos communia sunt. Præter uxores (videat heic iterum ille futile exagittator Reip. Platonici), an non possit talis Idea dari inter homines, si malitia absit: Pudent merito quoq; Arnulfii suæ inversionis & asserti patidil Catulos suos atque pueros æquo habent in pretio: nisi quod à Pauperioribus facilius impetrare filium quam Catulum. Ita beatos putant, qui in regionem nostram transportantur. Vidiimus utriusque sexus juvenes in pueris illinc eductos, qui præter dominum nihil gentile retinuerant. Nam linguam alienā perdidicerunt, suam neglexerunt. Episcopum suum collunt pro rege: ad cuius nutu respicit omnis populus. Quicquid ex legge, ex scripturis, ex consuetudine alia-

tum gentium constituit, quām sancte
observant. Iam tamen præfectum
(quod diximus) accipere coguntur à
Rege. Quod exinde inolevit, quod
mercatores ingressi, multa ibi lucra
faciunt: unde & Rex tributum de-
poscit. Adalbertus Metropolitanus
Hamburgensis, anno Christi millesi-
mo septuagesimo, vidit ad Christum
conversos: licet ante suscepitam Chri-
sti fidem, lege naturali viventes, non
multum discrepantes à lege nostra.
Itaque perentibus illis ordinavit
quendam virum sanctum primum
Episcopum, nomine Isleph: qui ab
eadem regione missus ad Pontificem
dictum, aliquid apud eum reten-
tus est cum ingenti veneratione, pec-
catis nostra, quibus rudem popu-
lum in fide cvidaret. &c. Sunt autem
plures aliae in oceano dicto Insulae,
quarum non est minima Gronlandia,
profundo in oceano sita, contra mon-
tes Sueciae & Riphæi iuga. Ad quam
insulam à litore Normanniorum fe-
runt vela pandi quinque aut septem
diebus, quo modo ad Islandiam. Ho-
mines ibi à salo cærulei; unde regio il-
la nomen accepit. Qui similem Isla-
dis vitam agunt, excepto quod im-
maniores sunt, raptuque piratico re-

308 R E R V M P. H A X S.
migrantibus infesti. Holagland insula Scritifinnorum , est Succis continuata : de qua supra in Suetia diximus. His Insulis longè extra arcticum circulum positis in æstivali Solsticio nulla nox , in Hyemali nullus dies. Scrupenda res & incognita australibus : qui nesciunt disparem dieterum longitudinem contingere per solis accessum & recessum. &c. Islandia vero in littoribus maris passim ab hominibus , ex piscatu potissimum & re pecuaria vitam sustentantibus, ingolitur. At miditerranea loca ob Alpium altissimarum perpetuis ferè nivibus obtutarum asperitatein , infrequentiora sunt. Panis bis coctus , (quo importato non nisi lauiores utilizatur : cæreti enim pisce siccato , panis loco vescuntur) farina, polenta, cerevisia, ferrum, ciptum, pannus Anglicus, & institorum merces classibus advehuntur quotannis per mercatores Hamburg, Lubeccanos, Bremeros, Haffnienenses , & alios , qui vicissim frigore duratorum strues , & sulphuris in ea insula effossi moles, Balanzum pinguedinem , burrum , seyni , carnes & coria boum , rejii , pannus Watmias , pelles vulpinas & ovillas evoluunt. Portus in meridionali

malis littore nominant nautæ: Hainaford, ubi Beifested præfectus regis dominus est; Strom, Watloswick, Kibbelwick, Bussandi, Turlock, & Orback, qui nautis maximè noti. Iter autem ex Albidos, ad sinum Islandiæ Bussandi, est milliarium circiter 300. Gronlandia vero nautæ & mercatores, quum polo proximo sit, in navigationibus ita observare coguntur, ut in Iunio ibi adsint, ad capturam cetorum, qui ibi maximæ sunt longitudinis, velut *Plinius quoque lib. 32* cetos sexcentorum pedum longitudin. & trecentorum latitudinis, intrasse in flumen Arabiæ non contra fidem affirmat, quod alii dicunt. Sunt eni magnæ magnitudinis, ut si aquis supernarent insulæ videri queant. Quomodo autem hæ moles posse incredibiles capiantur, ipse ab Enchusaniis teferi audivi, quum Societas ibi sit mercatorum, qui quotannis illuc mittat numerum navium cum instrumentis & naviculis applicatoriis ac funibus, invenitæ longitudinis, qui cylindraceæ machinæ aut rotis involvuntur celerissimi motus. Alias enim, si balænæ aliqui vel ipsis cetis, dum superficie aquarum indormitant, spiculum fer-

310 R E R V M P. H A N S.
reum instar sagittæ binis aculeis af-
fabrè reflexis in dorsum immittent,
ac non statim recedendo funem , ad
quem appensum est spiculum, citissi-
ma volubilitate exsolvant , ipsæ na-
vicolæ cum hominibus à cetis do-
lore affectis in fundum profundissi-
mum abripiuntur precipites. Ante
pauculos annos ingens numerus ce-
torum ibi captus est , ad:ò , ut non
sufficerent vasa , quibus oleum aut
bitumen liquidum , quod *Traen* di-
cunt , & ex balænis conficitur , auferre
potuissent. Ideoque semper magnam
partem in specubus ibi relinquunt,
quam sequenti anno avehunt , quùm
non nisi una vice quotannis illuc
conficiant negociationem ; velut &
in Augusto mense coguntur illuc
solvere : Et fabula est , quod Grön-
landia non semper possit inveniri.
Ab hac parte verò infra Islandiam
meridiem versus , itidem ad regnum
Norvegiæ pertinentes sunt Insulæ
Færcæ , ad gradum latit. 64. , cui ve-
sus occasum opposita est Færlonia ,
tertiâ parte minor , quam Islandia ; &
his meridionaliores versus Austrum
Hætlandica , quas Thilensel vocat ,
quidam annotant ; quibus Occades ,
ut supra dictum est , usque ad littora
Scotiz

Scotis pertinentes cohaerent, quæ
Scotorum Regi Iacobo III, dotis
nomine à Christiano oppugnatae
sunt.

Quamvis autem civitates mariti-
mæ, quum tot casibus fortis variis
exposita esset Norvegia, diu satis com-
mercia in Norvegia exercuerint, in-
colis illius loci oīndia necessaria ad
victum & bellum facientia portigen-
tes; tamen quin initio suscep̄ti Chri-
stianismi circa Annum 994, ponti-
fices suos ab Hamburgensibus E-
piscopis (legatione perpetua in Aqui-
lonis regna iuxta investituram Wor-
mat. an. Chr. 833. Crantz. lib. 1. c. 20.
Metrop.. fungentibus) semper acce-
pisset: hoc tempore. (hoc est, ait
Crantz. in lib. 5. Nor. cap. 7. ad an-
num Christ. post. 1054) Nicolaus, qui
postea in apostolatu factus est Adria-
nus I V, cum Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalis, Britannicum mare permen-
sus, Norwegiam in Ecclesiastis rebus
tum Lundensi Archiepiscopo paren-
tem, immunitate concessâ, magni
pontificatus. hoc est Archipræfula-
tus titulis insignivit, Trondennis
constitutus totius regni Metropolita-
num, ubi nunc Nidrosiensis dicitur.
Hæc occasio frequentioreni auxit iis

In locis non tantum conimeatum, sed etiam animosiores & confidenciores reddidit mercatores; unde & Lubeccenses veteres ibi Hamburgenibus Bremensisib[us]que quidem se associare cœperunt; sed quum temporis & mutationis iniutia illud interrumperet, distractio ingens facta est.

Accidit præterea, ut usque ad Limni Archiepiscopi tempora, & aliquando sub eo Hamburgensis Ecclesia honorem suum integrum servavit, atque esset matrix, quæ sola Metropolis dicetur: Sed posteaquam Dania cœpit habere suum Archiepiscopum, paulatim defecit, & deperiit illa universalis legatio; cœpitque ex inde posthabeti talibus Ecclesiæ Hamburgensis Crantz. in Merrop. lib. 5. cap. 18. Quæ res non uno temporis momento peracta; sed multis annis delibera ta, & tandem elaborata, temporibus huius pontificis est consummata &c. Vnde Suecia, Dania, Norvegia, retraxerunt obedientiam sedi Ham burgensi, desitque legationis super ioritas. Id. lib. de cap. 31. Idem etenim quum Anno Christ. 1043. Adelbertus Boianus successorem Ale brandi in Episcopatu Bremensi & Hamburgensi, cuius translatio à Le-

thario

thatio Imperat. circa An. Christ. 848
pridem facta erat , conamen in se
suscepserat , ut sedulò non tantum
visitaret suam solam Ecclesiam , sed
etiam legationis dignitatem respice-
ret , nec non remitteret Pontificibus
vicinis laborem longinquæ peregrina-
tionis in provincias Aquilonis.

Inde primus Archiepiscopus Bre-
menis factus est Hubertus Limari
Successor , circa An. 1101. ut ex eo
tempore semper talis apud eam Pro-
vinciam dignitas mansetit. Refert
vero Crantz.lib. 6, Metrop.c. 14. quod
paulò ante aut circa ea tempora se-
des adhuc fuerit Principum Vanda-
licorum in veteri Lubecca, atq; quod
ibi à mercatoribus sacerdotes Ludol-
phus & Folzardius perquam benigne
& liberaliter habiti sunt , donec Ru-
giani peccatus veterem Lubecam cum
arce sua demoliti fuerint. Nihilomi-
nus beneficio mercatorum , restituta
est Lubecca quidem ; sed tamen tem-
pore Pribislai , quum essent Princi-
pum Christianorum dissidia perni-
ciosa , Lubecca vetus iterum diruta
fuit ; unde Anno 1140 ad eum lo-
cum , ubi ruina Critonis invenie-
bantur , transflata est. Crante. d.l.cap.
17. Ea est , inquit , quæ nunc floret
civitas

civitas opulentissima , omnium ur-
biūm Saxonici nominis c̄r̄atissima;
cēperantque inhabitari deserta Wa-
griensis provinciæ: & multiplicata-
batur numerus accolariūm eius , de-
variis nationibus, quos invitavit da-
tis agtis Adolphus I, immunitatem
que præstabat per certos annos tribu-
torum. Venerant ex Westphalia, Fi-
sia, Hollandia , qui accolarent. He-
res adeò solettes , ingeniosos & labo-
riosos iterum effecit cives Lubecce-
ses , ut per mercaturæ exercitium,
præsertim quod ad Norvagias & pa-
sim in mare Baltico usque in Mosco-
viam extendebant , denuō co usque
accreverint, ut etiam invidiam Ducis
Sax. Leonis & viciniorū sibi concilia-
verint. Vnde occasio enata est, ut ci-
vitates maritimæ fœderis congluti-
natione coierint , & cō tutius com-
mercia peragerent. Sicut etiam Bre-
menses animorum magnitudine ex-
fuscati , qui anno 1158. per re-
se semoverunt, novi honoris gloriz-
que & commerciorum quærendo-
rum causa , tempestatibus adacti in
fluv. Dunam , & ita Dunemunda,
uno milliari infra locum ubi post
An. 1198. Civitas Riga exstructa est,
confederunt. Chro. Brem. VIIl. pag. 71.

ubi & expressè additur, quod Livones amicitiam cum eis, & ius commerciorum pacti sint. Ex quibus patet, quæ occasio & causa, in commerciis defendendis & ritè inter se dividendis, populis & civitatibus maritimis fuerit. Vclut & Lubeccenses cum primariam intentionem cum vicinis in Norvagiā dixerant, quām perspexissent, quanta ibi recum Germanicarum copia expeteretur, ut supra dictum est. Illic etiam cum Anglis tales incepunt ex jure commercii amicitiam & pacta colere. quum illi pannos & alias ad eam gentem res disportaret, ne esset commerciorum confusio.

C A P. XIV.

De Regibus Norvegiae, & à quibus Hanseaticæ civitates sua maximè sibi acquisiverint commerciorum priuilegia, ac in Emporij perpetuum.

Qum Regni Danici in mare Orientali tanta potestas semper fuit, ut commerciorum importatio nunquā recte florere apud civitates littoris Baltici potuerit, ut supra ex Ziegleye

316 RERUM HANS.
Zieglero & Crantz. lib. i. Norv. et
Ostensum est, nisi Regum eorum gra-
tia & favor in concessis privilegiis
observatus fuerit. Itaque civitatis,
hæ, præsertim Lubecca, ceu caput ex-
tum, varijs in' eot casibus mirè se ac-
commodare eorum natiui coacti
sunt; nec raro pactis certa formula ve-
ctigalis constituta suit. Maximum
verò tunc lucrum ex Norvegia acce-
pere. Ut eo rectius igitur ratio tem-
poris constare cuivis possit, quod a-
lli passim Chronici & historici præ-
ter Crantzium negligenter, id in con-
micatione Regum Normannorum
brevibus expediemus.

Norvegiæ autem regnum interse-
pcentrionalia propè antiquissimum
esse, etiam ante Christi natum tempora,
& ipsi Daniæ imperasse, ab historici
perhibetur. Verum quum temporum
series certa, nec à Saxone, nec i
Crantzio &c. diligentissimi his-
torici, prodita sit, ad certos annos eiū
historia & in Chronologiam rite re-
ferti nequit, usque ad Gothonistem
tempora, qui circa annum Chr. 300. vixit,
& maximum Biornis imperium. Nihil
ominus exordium ulterius cum
Crantzio à Subdagero, qui vixit in
temporibus, & imperium in suore-

nuit tegno, quum Gram sive Granus, ut ab aliis vocatur, IV. Danorum Rex gubernat.

CATALOGVS Regum Norvegiae, quo-
rum Chronologici plurimos & Hi-
stor. prætererunt in suis libris
& scriptis.

1. *Suibdagerus*, qui occiso Grano Rege Danorum & Suecum tribus regni imperavit. Hic reliquit filium Haſmundum; At Gram ex Gro coniuge Gororinum, quem alii Gotlurnum dicunt; ex altera vero Signe. Haddingum filios habuit, quorum hic yndex paterni fuit faberis.
2. *Haſmundus*, qui ab Haddingo Sueciæ rege vicitus Vpsalæ sepulchrum invenit, cuius coniux Guñilda, ne viro supetasset, spiritum sibi ferro eripuit, vitumque foto insequi, quam vita deserere præoptavit. Iacet itaque, aliquanta speciosius ibidem busto, quam tori societate complexa.
3. *Haddingus* hac victoria iterum trium regnum rex quidem aliquo usq; factus, tamen mox eum.
4. *Uffe* ex Suibdageri sanguine natus

318 R E R V M P. H A N S.
ex parte Norvagiæ & Sueciæ toto
regno exuit.

5. *Haguinus* i. per filiam Haddingi,
quæ annulum vulneribus eius ab-
diderat, ut eum sibi nuberet com-
modius, Norvagiæ recuperavit.
6. *Interregnum Procerum* Norvegiæ
tempore Hothbrodi regi! Sueciæ qui
Hotherum filium Gevvaro con-
credidit.
7. *Gevvarus* prævalere incepit re-
stitutione nova regni.
8. *Helgo* regulus in Hologiæ Norve-
giæ, Hotheri Suecici amicitia usū
in coniuge ducenda.
9. *Interregnum* 2. Procerum.
10. *Collerus* regno pleniori Norve-
giæ recuperavit, quum Ronca
Rex Danorum præfesset imperio.
Fuit Collerus ab Horvvendello la-
tix præfecto in duello extensus.
11. *Interregnum* 3. Procerum di-
cimum usq; ad tempora Frothoæ
2. Fortis sive Vegeti Danorum.
12. *Frogerus* restauravit quidem re-
gnum Norvagiæ tempore Frotho-
nis 2. sed idem amisit, qum Fro-
tho cius viator esset in duello.
13. *Frotho Vegetus* sive 2. Danz
regnum cum Norvegia coniunxit,
sed non adeo diu.

14. *Hervillus* vindicavit patriam à Fridlevo i. Daniæ rege.
15. *Gotarus* tempore Frothonis 3. Dan. Regis quietum ex consilio Erici primitus habuit & excoluit regnum, postea propter filiam Frothoni subductam in bello periit.
16. *Rollerus* veram regno formam auxilio Frothonis 3. Danor. regno reddit, & tamen ab eodem anno Navium ope opprimitur, & iterum Norvegia Daniæ adjicitur.
17. *Froth* 1. de quo in Dan. histor.
18. *Duodecim Germani fratres* defendunt patriam, quos Fredlevus Froth filius elevit.
19. *Hasmundus* 1. Herimarchiæ in Norvegia Reguli filius, qui inde, quo legatos Fridlevo Dan. filiam eius petentes, occidisset, à Fridlevo vixsus periit.
20. *Helgo*, qui Ingelli Reg. Dan. filiam ope Starcateri duxit.
21. *Hatherus*, cuius filiam Thotilda Haldanus Rex Dan. duello promeritus fuit, ex qua genuit Hasmundum: à quo se Norvegiæ reges originem duxisse magni stimant, ab Haldano solemnem generis sui seriem retexentes. Crantz. Norv. lib. 1. c. 23.

22. *Haldanus* nuptiis ex obitu Ha-
theri Norvegiam in se translulit,
23. *Hasmundus* 2. filius Haldani.
24. *Regnalius*, ob filiam specu abdi-
tam à Gunnaro Rege Sueciae op-
primitur, unde tyrannus ille in
ignominiam genti (N. B.) Canem
Norvagi Regem dedit.
25. *Gunnarus* Rex Sueciæ tyrannus,
qui à Borcara armis extinctus est.
26. *Hildigars* ex Gunnaro & Drou-
matre natus, sævitia paternæ z-
nulns, mortuis viribus membro-
rum regni attritus obiit.
27. *Harmundus* 3. Regulus, cui So-
rornatu minor bellum atrox adiò
intulit, ut Haraldum Reg. Dan. in
auxilium contra fœminas auda-
cias vocavit, qui sponte etiam
opem tulit, ut detergeret sexus
contumeliam, quod adversus mili-
tares viros insolescerent fœmine.
28. *Olo* ex Haraldi Sorore & Ha-
mundo editus, oculorum fulgor
excellens, ut nemio adspectum eum
ferre posset; à Starctero perfossum,
quum tyrannum agere inciperet,
imperavit quoque Danis.
29. *Ringo* interea in Norvegia regna-
vit, qui propter abnegationem
felicis, quam expeiebat nuptiis ubi
adsc.

sociari Omundus, ab eodem interemptus est.

30. *Omandus Olonis filius Norvegiae & Danorum Regno imperitans, Ruslam virginem cum fratre Trundo hostem habuit, quæ de tecum summa cum eo conficitavit, quam tamen post multas clades suppressit. circa annum Christi 200. Crantz. lib. 1. Nerv. cap. 27. & cap. 33.*

31. *Defellus historiarum per 600. secula. Vide Crantz. lib. 1. Norge. cap. 34.*

N.B. N.B. *Certior temporum restio nunc sequitur.*

32. *Gotho Rex ex liberalitate clarus, in tali virtute Gotfridum aut Gotricum, Gorini filium habuit simul: Attigit Caroli Magni tempora, circa Annus Christi 800. & vastavit Frisiam cum Flandria.*

33. *Sivartus 1. qui præfuit maxima parti Norv.*

34. *Sivardus 2. qui Gottici Reg. Dan. filiam meritus fuit, & eidem regno præfuit.*

35. *Regnerus filius Sivardi, Danorum simul Rex, cui Landgerda virgo.*

cum multis aliis , pro pudicitia
pugnantibus , contra Regem Fro-
Sueciæ , opem tulit ita , ut vîctor
extiterit felix , sed malus fidei pia-
sticæ retributor.

36. *Biornus vel Biornus* à patre Regne-
ro Norvagiæ præfectus est , quum
Ludovicus Pius Imperat. agere
Romanum Anno Chr. 830 , ince-
pisset , quod cadet in an. 831 . Sed
mox eiectus , defraudatus ab Had-
dingo , in Frisiā concessit . Sub
hoc rege , qui tempore Ludovicī pū
vixit , Normanni varias in Saxo-
niam Galliamq; perfecere excursio-
nes ; imò & Antwerpianū ad Scal-
dium , & Wijckland Emporium si-
tum , ad Ostium Mosæ vastaverunt ;
& Frisones sibi tributarios fe-
runt.

37. *Roricus* , qui 600 naves an. Chr.
845 . per Albitim fl. in Mare Germa-
nicum adversus Ludovicum dire-
xit , & Hamburgum vastavit . ve-
luti his & sequentibus temporibus
& maximè Anno 852 in Frisiā
250 navibus &c ad Ligerim usque
excursiones fecerunt Normanni.

38. *Haddingus* navibus Galliam in-
vasit , inde circa Hispaniam an.
Chr. 857 . ad Rhodanum pervenit ,
passim

passim plures An. 862. deprædationes per Welandum Ducem cum 200 navibus, Sequanam invadendo, perfecit adeò, ut an. 869 Rex Franciæ coactus sit, regni sui dismissionem à Normannis auro redimere. Sic Ludovici 2. Imperat. tempore Anno 86. in Germaniam irruptiones perfecere, & maximè petivere Saxoniam, ubi Bruno Dux Brunsl. periit. Ac rursus Anno 880 ad Ligetum in Galliam pervenire. Quod etiam alijs temporibus & maximè 895., quum Arnulphus esset Imperator, in Franciæ littoribus reiterarunt. Depopulationes tales continuatæ sunt usque ad Haraldi 5. Reg. Dan. tempora. Interē quoque varia fuit regiminiis forma in Norvegia.

39. *Haral.ius parens Aquini* l. 2, (cuius nomen latere vuli Crantz. l. 3.. c. 1.) inter Adalstenū Edelbrandis regis Anglici filium, & Haraldum 6. regem Dan. præveniendo litem successionis in Britannia axinis diremit & pactis. An. Chr. 924.

40. *Haquinus* 2. in Anglia educatus, inde in Norvegiam pervenies, est coactus Haraldum quendam hostem patriæ internum evincere, & ta-

324 R E R V M P. H A N S.
magno celo miraculoſo perfōſſus et
aere concidit.

41. *Heraldus* 2. Gunildæ filius, ha-
buit cognominem Regem Danic;
tempore Otonis I. Imperatoris
regnum Norvegiæ occupavit ma-
xime, quum imperator Iutiam
Anno 949 invaderet, & debellaret
Hakaldum 6. Dan. Reg.

42. *Olaus* 1. deceptus à Sueboris
Dan. binis nuptiis, in naval i pugna
se in mare præcipitem dedit, vi-
ctoriam hostis non sustinens. An-
no 994.

43. *Svenno* Rex Dan. inde factus
Norvegiæ Dominus quidem, sed
non diu imperavit, morte preven-
tus in Anglia Eboraci, quum per-
fecisset Norvegiæ. *Anno 999* Eri-
cum latrem.

44. *Olaus* 2. electus propter virtutes,
quum esset vir pietati deditus, &
in Anglia *Anno Chr 994.* baptiza-
tus. Norvegiam quidem recuper-
vit, propagandæ religioni, feren-
dis legibus, idololatriæ, magici-
que artibus abolendis operam le-
dulam navavit; sed hoc vera pie-
tatis & iusticiæ zelo quum in pic-
cerum odia incurseret, regno eie-
tus est, ac postea reversus abi-
detur.

dem imperfectus, & matutii coram donatus *Anno Chr. 1006.* Hinc in Norvegia tamen maximè constanter Christiana religio retenta fuit. Mortis caussam quoque ad Canutum 2. Reg. Daniæ referunt, quod subordinatis technis ipsi cam curavit, ut ipse recipetur hoc regno, quod factum.

45. *Canutus Magnus;* Vandali, Norvegiâ, Angliâ subiectis, tandem & ipse Rotomagi mortuus est *Anno Chr. 1036.* longè prius ante obitum tamen divisit regna, Suenoni Norvegiam, Heraldo Angliam, & Canuto 3. Gye Duro Daniam ad signavit.

46. *Suenno Canuti 2. filius* præfuit regio nomine Norvagia, quandiu vixit parens eius: at ubi nuncius venit de obitu Canuti, dette & antes imperium Dan. Normanni, Magno Olai filio id detulere circa Conradi 2. Imper. tempora *Anno 1025.*

47. *Magnus 1. Olai martyris filius* testori fuit Canuto 3. Regi Daniæ adeo, ut hic cum Magno fœdus percuteret de mutua successione regni Danici & Norvegici, iuramento confirmatum. Quum igit-

tur biennio post Canutus morere.
etur ann Chr. 1045. Magnus etiam
Regnum Daniæ obtinuit , sed in
venatione cuius equo precipitatus
obiit.

48. *Haraldus* 3. *divi Olai frater* ex
Constantinopoli redux, occupat vi
Norvagiam , transfert bellum in
Daniam.

49. *Magnus* 2. *filius Haraldi* cui O-
lao fratre imperavit, patræ regno
compulit Ingensem Sueonum Re-
genm, ut ipsi filiam nuptam daret,
& in fœdus simul ipsi recipere:
■ndeprovenit, ut Magno iam mor-
tuo eadem mulier Nicolao Dano-
rum regi in sacra conjugalia con-
cederet, ex quâ is Magnum filium
suscepit, obiit autem Nicolaus An-
no Chr. 1135.

50. *Magnus* 3. *Magni* 1. *ex primo con-
jugio filius*, Haraldi nepos ad Erico
Daniæ Rege, per Haraldum Hyber-
nicum victus in Monachatum de-
trusus est , quum oculis & genita-
libus eum privassent, ne aut videns
regnum resumere conaretur , aut
gignens Ultorem procrearet.

51. *Haraldus Hyberniensis* præfuit,
donec capiebatur à Siwardo.

12. *Siwardus* 2. erat è procetibus
Norve-

Norvegiæ , qui Haraldum interceptum submersioni maris quidem condeinnat ; sed astutissimè etapsus per filios tuis novo bello Siwardum hunc capi curavit, unde inauditis tormentis indignissimè ad mortem contusus est.

§ 3. *Ingo inter Haraldi filios Solus legitimo matrimonio precreatus*, sed gibbosus, proineruit regnum ; multas tulit insidiæ, propter defectum corporis, & quamvisse animosum satis demonstrat ; tamen tandem hostium dolo glacie subsidente inter præliandum perit.

§ 4. *Haquinus Herdebredius* 3. Ingnis amulus , qui Siwardo cvidam fuit i virose & tem bellicam concordidit, sed ille hec proditor proper impensas belli ad Erlingum & eius filium Magnum, Waldemari I Danici Regis propinquum defecit, unde in prælio occubuit.

§ 5. *Marcus cuiusdam alumnus optimæ spei adolescens*, ab adsectoribus Aquini & populo electus est in Regem ; sed Magnus Erlingi filius ita dissipavit eos , ut cum Rege suo ad Carolum Sueciam Regem confugent.

§ 6. *Erlingus Scaskius* per Waldemar-

ci i. Daniæ transactionem ab
quousque receptoris est, unde in so-
litudines recessit, donec filius Mag-
nus meliores acquireret vires.

57. *Magnus 4. Erlingi filius* libera
postea potestate regnayit in Nor-
vegia, vivente adhuc Patre, apud
quem consilium & auctoritas re-
gni, apud Magnum verò labor &
regis inane nomen fuit. Per Bur-
gium tamen quendam regii san-
guinis in Dania, Waldemaro mal-
subditum, contra Reg. Danicæ con-
citantur: unde diuturnum bellum
exortum est, donec tandem in Co-
ronatione Canuti 6. filii sui Wal-
demarus, datis mutuo obſidibus, ad
pacificationem admittuntur. Vix
inter Erlingum & Waldemarum
talis transactio procerum insti-
tu peracta est: ut effet Waldemar-
rus uterque patens & filius Duxes
Norvagiæ, ac quod si filius Erlingi
Magnus sine prole discederet, Re-
gnum Norvagiæ ad Waldemarum
perveniret. Interim vero Norve-
gia Danorum regi obstricta sit ad
bellum cū classe 60 navium. &c.
Crantz. lib. 5. Norv. c. 12. Walde-
marus tunc amicus insignis fuit
Friderici Barbaroſſe Imper. atque
Ducis

Ducis Henrici Leonis Saxonizæ & Brunsvic. nec non Alberti Vrſi circa Annum Chr. 1164. unde magis timendas erat, quum esset potenterissimi, cum quibus totam Vandaliā expugnarat. Anno 1162. Verum postea Magnus 4. cæditur. Suero Haquini proximi, fratre quod ipſe iustè succederet, ne in Successione in Danorum incidet regnum. Anno 1176.

§ 8. *Suērus* igitur perquam circumspetè regnum administravit, imperavit quoque subditis potentissimè; & quum ille externa simul adanaret media, proinde mercatoribus libertatem pleniorē concessit, ut ita ditareret regnum, & cōpotencius id defendareret. Ex hac cauſa se coniunxere civitates maritimæ, & Societatem, impetratis privilegiis Norwegianis & locis portus firni, consolidarunt fœderis certi formam, ut infra patet.

§ 9. *Erlingus* 1. quem anno Dom. 1104. expeditione facta in Norvagiam Waldemarus 1. Rex Dan. constituit, si Historie Etici Daniæ Regis, Wrat:llai 7. Ducis Pomeraniaz fil. fides habenda.

60. *Haguinus* 4. *Senior*, qui restituit regnum eodem anno obiens.

61. *Haguinus* 5. *Junior* successit Anno 1208. quum Daniæ præcesset Woldemarus 2. Is diu tranquillissime usus est regno. quum omnem vitæ necessitatem sibi & subditis apportari ex Germaniæ civitatibus confœderatis cerneret, majori libertate eos affecit, ut ex diplomate apparat Haquinii & sequentium regum. Hoc maximè se dedecoravit criminè enormissimo, quo filium quendam manu corruptus Anno Christ. 1240, propria jugularit manu & gladio, velut etiam eodem anno ab ipso occisus est Seculo Dæx Norvegiæ poteris cum filio. *Histor. gent. Dan. p. 93.* N. B. hic etiam aliud Haquinii penitur, qui Anno 1257. fuerit in Dania. *Hist. gent. Dan. pag. 96.*

62. *Magnus* 5. quem alii *Olaum* faciunt, in regno surrogatus est: qui etiam primitus quoque duxit vitam; at postea Mercatoribus Hanseaticarum civitatum per malevolos infensos redditus, bellum cum iis gessit: Unde civitates confœderatae, quuin rebus & veteribus in terra ea consuetudinibus, quibus

qui^bus erant invitati, velut ex diplomate cius appareret, uti non si-nerentur, navibus suis ex jure con-fœderationis portus Norvegiæ un-dique occuparunt, ne quidquam regno uspiam importaretur. Ete-nim Rex contra datam fidei publi-cæ concessionem & confirmatio-nem antiquoru*m* privilegiorū his illam intentabat invidiam. Quum vero populus inde, adsuetus flugi-bus Germanicis & cerevisia ali, se-ditione in minitaretur, Olaus usus est intercessore Erico Rege Sueciæ, qui dissidium in hoc inter civitates Hanseaticas & Olauim Regem composuit ita, ut mercatores huius Societatis suis rebus, Pr: vilegiis & antiquis consuetudinibus resti-tuerentur, dato ipsis ab Rege ingenti ære, quo damna recompe-sarentur. Ita veterem res nacta est institutionem *Anno Clr. 1280.*

63. *Ericus* illi surrogatus est, itidem quietè vixit. In hoc tamen fortu-natior cæteris existimat, quod nulla clade eius tempora insigni-untur. tām potenter abundanter-que sub eo floruerunt commercia civitatum Hanseaticarum, ut eo-rum præsidio tutus in regimine quiesce-

qui esset. Inde in tranquillitas regnans tempora sua in senectu-
tem honorabilem perduxit, quum
interim Dani in Holstatos & Sue-
ciæ reges frater in fratrem attra-
centur. Tantus fuit fœderis Han-
seatici respectus, ut etiam aliquor
civitates Hanseaticas in familiar-
itate suam referret, ceu quoque
speciales regni adsumpsit Bremen-
s. Chron. Brem. pag. 90.

64. *Haquinus* 6. Erici regis frater,
quod ille prolem masculam non
reliquit, successit in sceptra Ann.
1309 quamvis eius socius in regno
semper fuisset, ut ex diplomatis
extracto appareret. Filiam, quam
solam habuit, Haquinus honestis
nuptiis collocavit: ipse ducebat
coniugem, filiam Comitis de Ru-
pin ex Germaniæ Marchia, cui erat
matre filia Dominorum Rugiano-
noruin. Longinquis ille in Ger-
maniam nuptiis ius sibi affinitu-
tis quæsivit, (N. B.) sibi regnoque
prospiciens, ut si quod à Germanis
(N. B.) mercatoribus (N. B.) (uti
avorum memoria factū) novate-
tur, promptum ex iisclē littoribus
haberet auxilium. Senserat enim,
(N. B.) (quod reserat) Norvagiam,

iam pro magno (N.B.) p̄sationis quæsta habitatoribus (N.B.) plenam, non nisi aliundē invectis frugibus, auctis inde piscibus atidis, (N.B.) posse consistere. *Crantz. lib. 6. Norvag. cap. 4.* Tandem à Magno Sueciæ rege oppressus bello est, unde regnum Norvagiæ Suecico associatum fuit. *Anno Chr. 1318.*

65. *Magnus 6. Suecia rex*, adut quidem regnum Norvagicum, sed non diu ibi subsistere potuit, unde filio Haquino deputavit regnum hoc, & ipse postea reversus est in Sueciam. Interea tamen, quum disponentes in Norvagia, & maximè civitatum Hanseaticarum amicitia dellectarentur (quum potissimum Regni Norvagiæ fortitudinem in defensionis ab externis hostibus sitans cernerent, & quod omnes incolæ ex earum viverent commercio) statim illius societatis privilegia confirmarunt uterque, pluribus additis beneficiis, ut extractum Diplomatis demonstrat inferius adductum *Anno Christi 1319.*

66. *Haquinus 7. Magni 6. Suecia regis filius*, patre sic iubente, regni huius sceptrum tenuit, sed patrem, qui

qui anno Cir. 1326 mortuus erat,
statim secutus est.

67. *Magnus 7. frater Haquini*, Novi-
giam cum Suecia coniunxit, ut pa-
ter eius fecerat. celebravit nuptias
Rostochii anno 1336, cum Euphe-
mia Alberti Megapol. Ducis filia.
Satis autem diu ambo his praefuer-
tegnis donec filium, ex se natum
Haquimum 3. ad regendam Ne-
vagiam deputaret, & nuptias fili
dest. natam Elisabetiam Gerhaldi
Magni Holsatiae filiam, ex perfa-
sione Woldemari 4. Regis Dan.
qui & Reptobus diccharut defra-
dat. t, unde à processibus Sueciis
per Albertum Alberti Megapolae.
sic filium regno exclusus est, (vid.
Cirr. Holz. pag. 259.) quia ex
per Woldemari filium suum tua
consolidare studeret regnali: signi-
ter autem cum decepit Woldemar-
tus Reptobus, abusus simplicitate
huius Regis, aegolo exustis omni-
bus litteris.

68. *Haquinus 8. huius Magni filius*,
duxit Margaritam Helvig. Walde-
mari 4. Regis Dan. qui infideli:
cum Hanseaticis civitatibus di-
bellum gestit, filium, & patri exu-
li diu superitas tulit contra Albert.
Sueci-

Suecum, sed frustrâ filium unicum Olaum 4. reliquit, & obiit *Anno* 1388. quâm triennio ante civitatibus Hanseaticis privilegia confirmasset, ut infra est.

69. *Olaus 4. filius Haquini* 8. vix septem annos præfuit regnis suis, obiit adolescens, ut dictum iam est.
Anno 1387.

70. *Margareta hæres filii*, in regnis illis post obitum patris mariti & filii; miræ fœmina industria, sic circumiens provincias & regna omnia lustravit, providit, circumspexit, pacemque ubique fovit, ubi viætrix Alberti Regis Suecicæ extiterat, ex cuius capture, Succiam Coronæ Danicæ adiecit. Scaniam Vandalicis sive Hanseaticis Vrbibus pater eius pignori dederat, pro damnis interrogatis, quan illa expleto tempore recepit. Timabant eius industriam mali, reverebantur omnes boni. Ita factum est, ut longæva pace sub fœmina florerent regna. Attamen quâm insidiosè callidis & violentis technis incubuerit Ducibus Holsat. id refert *Hols. Ioh. Petr. part. 2. p. 186.*
& 290. historia est memorabilis, velut etiam stupendi motus, qui gravi-

graviter percusserunt civitates Vandalicas, ut infra patebit. Mitum dictu, quod reges viri non potuerunt praestare, quæ feminataalem & simulationis facili nutu. Usque adeò euam callido duxit civitatu Hanseaticas versutæ suæ favor, ut Norvagia sub eius imperio ficerit quieta, donec Albertus rex foret relaxandus, ubi pirati Vitaliani Bergam Emporium mercatorum omnium Germaniarum prouulsum despoliarunt crudeliter; sed civitates Hanseaticæ eos dissiparunt. Tunc ex proceruni consenseru, qui ex sanguine regum Danic Successorem expetebant, sonos suæ Ingelburgis, Henrico Duci Neapolitanu nupce, ex filia Maria nepotem, Ericum, Patre Wratilai. 7. Pomeraniæ Duce, Bogislai. Filio, Wratilai 4, ad quem Regia principatus primùm pervenit, nepote, prognatum, adoptavit: qui Margarita An 1412, postquam illius regnis 25 annis sola præfusa, successit: Alias tamen anni 37 nuncrantur à. Patris Waldemari 4. obitu, usque ad eius mortem; quibus feliciter Daniam cum Scania regni gubernavit. Chytr. Chron. Siz. lib. 4.

lib. 4. p. 111. Ab hoc tempore Danice & Norvegia regna coniuncta manserunt.

71. *Ericus Dux Pomeranie*, à Margarita senio confecta adoptatus, tria in regnum Rex, diuturnis ac difficultibus bellis cum Slesvicensibus Ducibus, cum fœderatis civitatibus Hansæ, & Suocis rebellantibus, gestis, tandem pertoxus molestiarum gubernationis, & ingeniorum Danicorum &c. relictis regnis, in Pomeraniam *Anno 1438.* redit, ubi amplius 20 annos adhuc superflues in ocio & quiete vixit, & *Anno 1459*, primum decelit; de cuius vita multa notabilia *infra cap. 16.* continet, unde constabit quis fuerit in civitates.

72. *Christophorus Palatinus Rheni & Dux Basurie*, Iohan. Palatini & Sophiae Waldemarii 4. proceptis, Erici 10. Sororis filius, Roberti Imperat. nepos, à proceribus Dan. electus est, *Anno 1439*, ad quem recusus factus erat, quod, propter contemptum Erici, infeli essent Pomeranis amplius Dan. Lubecenses cum in regnum deduxere: bellum postea quidem in Hansæ paravit urbes, sed mole diuinis gravi

deterritus est , quamvis Lubeccep-
sum odio valde concuteretur : vix
decennio peracto , quum neque ex
Dorothea regina quidquam libe-
torum susciperet , in lecto resignari
poterat , & obiit Anno 1448 . Fuit
autem Norvagia ; sub eo totaqua-
ta .

¶ . *Christiernus , sive Christianus I.*
comes Oldenbūgensis , à procer-
bus Danicæ & Norvegiæ ad impe-
rium inde vocatus est , quod Adel-
phus Dux Slesvicensis propter id-
gravescensem nimis extatam regni
repudiasset , & Sororis hunc fuz
Hedwigis ac Theodorici filium ,
heroica animi & corporis celsitu-
dine à se educatum ipsis præfo-
suisset . Quum vero Christophorus
Christophori antecessoris con-
jugem duceret , trium regnum
gubernacula simul in dotem ad-
sumpsit . Norvegia quoque cum
pacem habuit aliquo usque . Sue-
cia quoque magnam amisiit par-
tem . Civitatibus Hanseaticis in-
fensiissimus clam fuit hostis , quâ-
vis earum privilegia Anno 1455
confirmasset de consueto , ut patet
ex obligatione : Hinc iis ex insidiis
multa intulit damna , pertulit ta-

men quoque plurima, unde cum Lubeccensibus ob illatum damnū tandem ita transegit, ut oppidam Kiloniam in pignus daret. &c. obiit Anno 1481. quum 34. an. pietus fuisse recognis.

74. *Iohannes filius huius, primus eo nomine Daniæ regnū (jam pridem, tamen huic an. videl. 1478 electus & conjectatus) init, Norvegiam cum fratre Friderico legitima successione possidens, nisi quod Rex imperii teneret administrationē, & frater titulo hereditatii iuris iranet contentus. Sicut & quocque electus rex ferrebat, in scitis conditionibus, quas non probaret: quicunque, donec armis regnum recurret. Redintegravit variis simulationibus item cum Hanseaticis civitatibus, ut tractatus semper essent infructuosi; Lubeccensibus quoque duas naves mercibus onustas eripi permisit, aut potius curavit, quæ res prope in bellum iterum aruerint, nisi Dux Megapolitani & Holstiae intervenirent. Suecos rebelles armis reprimere studuit; tandem quum in Dithmarscos converteret vires, & hostiliter eos invaderet, à paucis agrestibus*

rusticis victus documentum mortalibus præbuit , nec fortunæ, nec magnitudini vitium considendū, nec fiducia potentia bella mo-venda; sed vicitur am soli Deo in omnibus relinquendam esse. Nulla enim potentia & virtus, quantum-vis excellens videatur, felix est, nū pietas vera sit informatrix , quæ dulcissimæ mansuetudinis victoriati in regno Christi unicè expe-tit , nec unquam proximi sicut san-guinem ; quam tantum inter re-gnum iræ Dei & gratiæ r. gnum semper interfit disserimen. Quod quis seminat , hoc metet certè ait Christus.

Ordin. & Principe Mauritio, quin
tertias intercessionales ad Reg. Danicæ
dengarent illi civitatibus, ac omni-
nò contrareputationem illis videre-
tur, nisi adducetur compulso violenta
ad exactatem adimplendam , an illi
putarent de tempore eius, ut certo mo-
do quid tentaretur contra Regem Da-
nicæ: Quod tamen minus iam conve-
niens judicatum fuit, quum civit.
ipsis satis non viderentur ad severiora
parata. Civitates igitur ut ad quam-
vis expeditionem promptiores se of-
ferte possent, de alia forma confœ-
de. ati corporis instituenda cogitatio-
nes suscepserunt : atque ne semper
opus esset ad singulum casum con-
vocare conventum , & secreta eò fa-
cilius possent expediti , consilium
perpetuum ex suggestione aliorum
instituendum cum perpetuo milite
& errario publico putarunt, qua de
re singul. res meditationes conscribe-
re iussus est Vice syndicus ille Hansæ,
ut ex concepto appareret. Interea Lega-
ti, qui à civitatibus Lubec. Rostoch.
& Stralsund deputati erant, videli-
cerat lobs. Vinhagen Senat. & D. Bene-
dict. Winckl r Vice synd. Lubec.
Iohan Lutterman Rost. D. Ioh. Ger-

432 R E R V M P. H A N S.
des Synd. Strals. abiēre in Sueciam,
ut non tantum gratularentur Regi de-
regni aggressu ; sed etiam privilegio-
rum confirmationem & gravami-
num abrogationem peterent. Ac si
novi fœderis mentio fieret , ut Regi
intentionē saltem auditent, nilq; ul-
terius adderent, iussi sunt. De con-
cepta quoque moneta multæ quereb-
&c deliberationes fuerunt instituta;
sed quum circuli inferioris Saxonis
membra ita dissolutæ inter se dis-
cederent, mediiorum ratio alii loco re-
servata est. Tandem se quoque Han-
burgenses coacti sunt, in causa Me-
deburgensi, civitatibus submittentes
deputati sunt civitates Lubeca & Bal-
men , ut audirent negotium , atq;
item eam secundum aquitatem de-
merent ; de qua controversia diutu-
na postmodo agetur plenius. An-
1621. de nova fœderis consolidatio-
ne inter Regem Danicæ & Illust. Or-
Belg. tractatio incepta fuit, & qui
propterea maximè Dn. Casparus
Vo. ad Regem missus esset, itet som-
piense Februario Lubecam flexit, atq;
ibi monita Ill. Ord. Belgicatum ,
futuris periculis, Lubeccensibus c-
texit , qui etiam promisere , quod
proximo sequenti conventu hoc

sent propositur i confederatis civitatibus. In mense Martio autem Lunæburgi comitia Circuli inferioris Saxoniarum celebrata sunt, ubi decretum fuit, quod civitates eæ, quæ ex triplicati subsidii debito adhuc tenentur Circulo, ultimis Monitorialibus deberent ad executionem efflagitari. Proinde Lubeccenses in Camera Imperiali Mandatum Inhibitorium de non offendendo sine clausula 20 April. contra Circulum inferioris Saxoniarum procurarunt, quod Directori quoque eius solemniter insinuarum fuit. Quamvis ex Brunsvicensi Decretu omnis mali origo in corruptione moneræ profluxerat, ut pote in cuius ditione ultra 72. loca monetaria inventa erant contra ordinationem regularem, quæ non ultra 9 in toto Circulo existit; tamen adhuc, ut penitus negotia mercatorum enervarentur, propria auctoritate nova & inaudita vestigalia communi impo- fuerat commercio, unde hec onus novum reliquis Imperii civitatibus, & præsertim Norinbergæ, Augustæ & inde Argentinensibus sub 14 Maii, ex conventu Hansæ denunciabatur, ut simul de remediis iuris cogitarent, quod ctiam factum. Nec minus pro

484 R E R V M P . H A N S .
conficiendo iudicis tractatu cum
Ill. Ord. Belg. Rex Danie Cancella-
tum Regni Jacobum ab Vilfeld Ha-
giam i i Febr. misserat , ubi q[uo]d oque
i 3 Maii , Ann 1621 tota unio in ca-
pitibus inclusa est : Quod quin ci-
vitatibus in conventu referretur, non
nihil suspitionis iis mouere coepit &
magis auxilium scrupulum , quod eodem
tempore auxilium aliquod ex fæde-
ris iure per suum ordinarium Agen-
tem petereat : tamen alia interpreta-
tio postea dubia omnia sustulit illis.
Bis quoque Imperator Ferdinandus II.
misit Legatos hoc anno, quorum pri-
mi Dux Iulius Henricus Saxon. La-
wenberg. & Hieronymus ab Elven
potissimum sollicitarunt , ne se ci-
tates implicant bello aliquo, alter
Iohan de Wettstern , contributionem
extraordinariam tollerent . At
quum propter rem monetariam Re-
Danie coniunctonem ab aliquot
civitatibus expectaret , nec satis Legati
civitatum a ieiunio si capita instra-
eti essent , aliis ad meussem Oderum
indictus est conventus . ut in his , at-
que propter confoederationem Su-
cicau in questione , An se rectius re-
solvete possent : velut etiam integre
Legati supradicti , que mens Regis
Sueciæ

Sueciæ, & quomodo fœderi Belgico includi cā optaret, tetulcrunt, quodque eousque confirmatio privilegio-rū & gravaminum abrogatio reiecta esset. In conventu igitur proximè se-quenti de istis rebus omnibus actum est. & placuit civitatibus Vandalicis, ut s. Regi Daniæ ac Princ' pibus Hol-sat' & Megapolensi bus in reduc-tione monetae conformarent, unde ad-huc valor unius thaleri in tribus sub-stitutus marc s. Fœdus Suecicum, ut ex diſcurſu adiecto apparet, non adeò improbatum fuit, sicut & octo articulis ultimè Belgicis illud quod his inficeratur, à maxima parte Hansæ extensum fuit. Nihilominus alia interventionia, quum Rex Sueciæ 16 Septembris hoc anno 1621. occupa-fset Rigam Hanseatici fœderis mem-brum, id ietraxerunt. Tum quoque novæ difficultates ex novis oneribus ceteris in Dania & Norvegia obui-ciebantur, quibus tunc remedium aliisque gravaminibus pluribus qua rendum erat. Velut quoque eodem tempore Serenissima Elizabetha Clara Eugenia Infantina Hispaniæ Legatum Du. Iohann Jacobum Zum Plutz L.L. mittebat, cum ea commis-sione, ut civitates moneret, ne se cum H h ; Belgis

Belgis bello in implicarent. &c. Sic in
contrarium ill. Ord. Belg. per suum
sollcitabant completionem fœderis:
unde iterum novæ emersere difficultates,
quæ aliud deliberandi tempus
efflagitacunt. Quapropter 7 articuli
de novo ad proximum rei. Eti sunt
conventum, quibus octavum addi-
dere Notiubergenses litteræ, quum
consilium & auxilium Hanseatica-
rum civitatum, contra diversos exer-
citus illius loci, sub dato 22 Octbr.
Anno 1421. peterent. Et quin ci-
vitat. contra Ducem Brunsv. in Ca-
mera Imperiali Mandatum pœnale
sine clausula de cassando novo ve-
tigali ac restituendo obtinuerint,
eidem hoc legaliter insinuatim fuit,
cui partitionem præstare coactus est,
ut communia commercia hoc onus
fuerint levata. E contra iterum Han-
burgenses heic suu contra proprios
socios Lubeccenses non adeo statum
studium deuò prodidere, quum hei
ad Camaram Imperialem deculisseat,
quasi naturalē libertatem illis com-
mercandi in portu suo denegari
ut etiam nis, velut antea Stadenibus,
Lunæburgensisibus & Magdeburgen-
sisibus ad Albiū recessant, ad iuso mari
Baltico, à quo iamen ipse natura

tus (ut querela erat Lubecc.) Hamburgenses remotos separaverat, commercii solidum usum quasi è manu in sece transferendo subducetent, aut idem juris, quod Lubeccensibus iu suis portibus naturali & tot sumptuum vi competit, in sece communiter derivarent, atque ita per compendium sibi viam promptam in mare Orientale aperire possent, ut Rex Daniæ in suo eluderetur vestigiali, nec cogerentur metces per Dani-
cum Helleponum traducere. Inten-
tionem hanc variis deprehenderunt
Lubecc. obfuscatam coloribus, uti
ex eorum id deductum est supplici-
bus, quibus sub dato 11 Januar. Anno
1611. Mandatum de non impedi-
do libero commerciorum usu & ce-
faciendo damno cum clausula ex
Cain. Imp. extaxere: unde vari inter
civitates fuerunt discutiss, quod illi,
qui socii inter se essent, nimia sui
cupiditate illeci, nunc quoquo
alteri bolum suum ex ore præter-
fas, & pœnitentiâ nudo juris, et ipso
studerent, ac quod in aliis improba-
rent, maximè ipsi persecutione sui or-
dinis perficerent, &c. Ex proximi-
conventu Hansæ aliquot adhuc reo-
stabant articuli, quorum resolutio ad-

novum in April. men conventum
Galata erat; interea v rō hoc accidit,
quod ingenstumultus i 9 Februario
civitate Magdeb. propter monetae
nimiam è Senatus concessione, &
quod contra ordinationem Imperij
locum monetae cuidam fabio mon-
tario elocassent, exoriretur, ubi civi-
tatis per aliquot dies pleno furez
concurrebant, & non tantum ad
suspectorum corruptorum spolo
conununi exponebantur, sed etiam
in summo crat Senatus periculo, quē
vi armata ex curia derrudere con-
bantur. nisi ab I. A. W. me effici ci-
ves emolliti, & extrellum hoc blan-
diter aversum damnum. Civitas
vicinæ Brunsviga & Hildesheim
mittebant Legatos, ut res vix agè
consopiretur; proinde factum, quā
calis compositio ad aliquot excusse-
ret septimanias, ut minus Magdebur-
genscs ad conventum Hansæ Lubec-
eam mittere possent; sed communis
suas partes Brunsvicensium Legatii
ubi de variis gravaminibus empone-
rum in Norvegia, in Flandria & An-
glia actum est, & quæ remedia fore
quærenda; item quid Ill. Ord. Belg.
ad postulata respondendum. Comiti
vero Friderico Solmensi, qui totie
proto-

prorogationem sui officii petierat, tandem significatum fuit, quod civitates summo bellicarum rerum praefecto non indigerent. Reliquæ resolutiones sequenti, qui ad initium Novembris inductus est, conventui reservatae fuerunt: sed neque in eâud quid decretum fuit, quam quod diversæ litteræ cillent Reges & principes mittendæ, sicut etiam propter ædes Emporialis Antwerpianæ ad Seren. Infant. Hispan. sub dato, Novem. Anno 1622 supplices dirigebantur, ut vastatio ædium talium à multisibus caussata inhiberetur. Sic & Norimbergensibus responsum est, ad implorationem factam, quod mala perforanda quidem, sed simul intercessionales ad Reverendissimos Illusterrissimos Du. Electores ipsiis mittebantur. Quum vero iudicet tot ingravescerent calamitates & Germania devastationes, tum quoque circuli Saxonici inferioris status apud civitates nonnullas actius contributioinem ex gere pergerent triplicatam pro defensione, sicut vocabant, circuli, constitutum est apud civitates, ut de his & aliis gravaminibus & in omnē evencum de extensione nova fœderis Hanseatici Anno 1623 ad diem

Hh 5 16 Febr.

16 Febr. quid prædeliberaretur. Verum Lunæburgenses indignantibus aliquam Ducis sui metuentes, nobabant, ut in talibus ibi fieret tractato, cœu litteræ eorum sub dato 21 Iunij haud obscurè loquuntur. Ideque communis conventus ad 15 Martii indictus & decem capituli deliberatio destinata est. 1. Quid Ordinibus Belg. ad postulata reparandum? 2. Quæ nova defensio-vitatis compètere posset, si quid contra eatum aliquam violenter intaretur? 3. Quod remedium gravibus Empori Antverpiensis querendum? 4. Quid Comiti Solinæ pro solario deberetur? 5. Negotia Hispanica quomodo per consulta loci ibi restauranda? 6. De Ag. civitatum Hanseat. apud Belgas, communicatione vetera institui possunt de eius salario. 7. Quis novus dignari Corpore Hanseatico Syndicu queat? 8. Rectificatione remunerarum, an solida institui valeat conformitas? 9. Quomodo differentia utriusque civitatis, Hamburgensis & Magdeburgensis, computandam debeat, quum Hanb. semper insisterent illusionibus, nullam respicerent æquitatem autem

deris coniunctionem? 10. Quid Principi Vrang. respondendum? Vbi simul etiam Lipstadium contra Ducem Christ. Brunsv. auxilium & opem sollicitavit. Omnia autem primum & principale habitum fuit commune & imminens civitatibus periculum, quam ingentem tempestatem rite prospicere sibi viderentur. Heic solliciti fuerunt omnes quo modo & ratione anteverti aut dimoveri clades posset. Nec aliud inventi potuit remedium, quam ut confederationes atqueiores de Anno 1607. & 1615. ad casus praesentes applicarentur, quum nullatenus consultum arbitrarentur, quod ulla civitas particulare subiret defensionem, cui neque par foret, neque universalibus istis motibus in particuliari discussione quid inde detrahi posset, velut etiam maxime ad instantiam Stralsundensium deputati sunt, qui notulas ambas supradictas revidebant, & tempore in extensione accommodarent. Hanc ob causam & propter negotiationes Anglicanas, Brabanticas, Norvegicasque, ac quod Osabrugensis quoque litteras miserant imploratorias, dies iterum ad initium quidem Decembris dominatus

492 R E E V M P. H A N S.
est; sed tamen interum conclusum,
quod Lipstadiensis, Oinabrugensis
& aliis idem responsum dati posse,
velut etiam postea sub dato Dicembris.
Anno 16. 3. Regi Danzœ
loco dir. Etiorum memorabiliter re-
 sponsum est, ad postulatum de rati-
 ma Norwegianis præstanta. Nō in-
 miserunt autem Magdeburgenses &
inter alias civitates maximè stra-
funda incepturn negotium firmatis
confederationis urgere, pax certissima
quim & per Magdeb. Dn. Administ.
tali fœderi per obliquum se insinuat
adoptaret, quod Magdeb. in se suscep-
perant apud civitates promotum.
Etenim metuebat Administ., quod
non esset Imperii Romano-Germani-
ci matricula debitè receptus ne
inscriptus, quod sedem non ad-
firinam possideret, nisi fundamenta
ipsi civit. Magdeb. suggereret, quod
hucusque Capitulares impedivisse
nimio ambitionis propriæ studio
implicati, ceu id ex capitulacio-
Anno 1614. Wolmirstadii, data 14
Decembris, juramento confirmata ex-
paret, quæ 71. articulos continet, us-
que in 37 art. exaucta ab ea, quam
Archiepiscopus & Marchio Albertus
Anno 1513. sub dato Colp ad Spe-

gam post Dominicam iudicauit.
Mta in ultima illa invenias altitudi-
nem sp̄rantia indicia, quæ statim
Magistratus planè novo modo ener-
vavit, & propterea dignissima sūt ex-
actæ examinationes. Quod adeò
male habuit illum Adm. ut coniu-
ctionem civitatis Magd. & detenſio-
nem ulteriorem aut vindictam per
hoc meum quereret. Ideoque Lu-
beccenses toties iustigati sub dato 26
Anno 1614 egregio & notabil scri-
pto convocarunt iterum civitates ad
29 Februario, & eidem 10 articulos
solito more pro materia delibetan la-
dicetunt. Primum fuit, de per cu-
loſiſimo rerū ſtatū perturbatō Ger-
maniae & patriæ communis. 2. De
Regis Sueciæ legatione propter Dan-
tiscanos: quod Lubeccensibus &
Hamburgenib⁹ quidem ad perfici-
ēn ſum cœlētum eſt, tamen etiam ex-
petutum eſt ſimile quid litterarum à
teliquis civitatibus. 3. De quaclia
Regis Dan., quod cives Bergeuscs
neceſſariis vițe alimentis deſtitue-
rentur, ubi monitiones ad mercato-
res conf.ctx sunt, ne dampnum ſibi
crearent. 4. De Negotio Hispanico
& Consule mercatorum Hanſatico-
rum Iohan Camferbeccio, quod illi
com-

committenda liberatio arrestatarum
navium, & ut rectè agnoscantur certi-
ficationes, ne confusiones oriatur
inter naves liberas & minus libera-
s. De commercio Russaco & Mos-
covitico, quod Revalienses traxer-
& perficere in se susceperant, qui pro-
pterea moniti sunt, ut novationibus
prævenirent, donec ex conveni-
communi ulterioris res ad perfeccio-
nem dirigi posset. 6. De Emporio &
ædibus commercialibus Antwerpens-
ibus, quod tandem per legationem
Coloniensem obtinuti esset libertas
ad hunc illatum status, unde non
reparandæ forent. Altera vero do-
mus, *Kleyne Oßtersche hau* dicta, &
vendita prudem quum esset, & em-
ptor à quatuor Metropoliis exigua
assecurationem evictionis, ad rati-
cationem solummodo Coloniem
recurrentem fuit, quibus indicatio
talis facta est. 7. Denovo Agentie
Hagensi constituendo, qui sollici-
tiones & actiones civitatum apud
Ill. Ord. Belg. promoveret. 8. De
Emporii Bergensis gravaminibus &
pastore novo vocando, quod decla-
rationi Seniorum & Secretarii ul-
teriori relatum est. 9. De re moneta-
ria, ubi questio principalis fuit, num

in conformitate ante biennium Hamburgi cum Rege Dan. & ducibus aliquot instituta persistendum esset, quod consultius visum fuit, ac ne Dux Pomeraniæ interruptionem ad mare Balticum introduceret, incommoditates ipsi per litteras explicatae sunt. 10. De Vicesyndico Hansæ D. Steynwigii remissione, & novo subrogando, ubi de personis aliquot actum est, sed dilata res ad communem conventionem.

Quis primus articulis propter imminentis periculum pondere suo exuperare censeretur, de eo aliquot motæ sunt quæstiones. 1. An mutui succursus causa, quid extensioni fœderis inscrendum, atque quot numero civitates sic coire inter se vellent? 2. Quibus negotiis talis confœderatio superinducenda, ne de qualificatis casibus quæstio esset instituenda in necessitatibus tempore. 3. Quibus mediis auxilium præstandum in milite, ære & munitione? nec non proportione virium quidvis expedendum? 4. An quoque iaterea reliqua fœdera in vigore suo conservanda essent? 5. An non, & quousque ci-vitas unaquæque se necessariis ali-mentis, foralitiæ restauratione, & muni-

munitio*n*e confirmata residere debet ut primum cuiusque hostis impetu*m* usque ad reliquatum succussum, sustinere & preferre possit : s. An Generalis praefectus bell. officio suic*p*iendus, & quod salarium i*p* deputandum ? &c. Vbi tamen pro communi placito maxime apprehensum fuit, quod certiora fœderi merito in u^o conservanda essent, deo*d* de necessariis alia posset diffidere conquiri. Presertim quum a*u* id extverarent, & maxime (1) multa Ord. Belg. postulata ac menita*m* modū feri*o* urgerent; velut (2) etiam propter vectigal novum V^o 15^o quod ibi inhiabut Comes Oldenbor^{gicus}, ad C*a*s. Maiest. sup*l* licet instantiam Bremerium militare sunt. Ita etiam (3) pro*ter* ædium Empori Londinensis renovationem & rationes eius discussiones factæ sunt ; atque quum Rex Mag. Britan. (4) publico proclamare in hib*u* si*l* t, ne quis aliis p*re*ter Anglos mercimonia*m* locis circa Dantilcum in Britannia afferret, le*c*retum est, quod informatio Reg. Maiest. Brit. inservi debet. Sic & (5) de novatione contra transactionem de Anno 1618 cum Ele*c*tore Sax. in vectigali Lipseni*m*

stituta actum fuit & communi suffragio conclusum, quod denuò ad Elect. Sax. scribendum esset. nec minus (6) de contributionibus annuis & extraordinariis certitudo adorna-ta fuit. Ac demum (7) propter novum Dämizianum & Boizenburgi-cum ad Alibim rect:gal, quonodo à Ducib. Megapolit. exaugeretur, missæ ad Ducas sunt luteræ, cuius rei indi-cium quoque Elect. Sax. & Brand. atque Adinin. Magdeb. propter com-mune subditorum interisse tacendū fuit. *Eodem anno ad 18. Iulij* aliquot civitatum iſtius part:s Brunsvigæ conventus fuit, ubi iterum delibera-tum fuit de summi fœderis nexu, & in ximè hoc ad instantiam Du-cin. Adinin. Magd. experitum ita fuit, ut ille sic per Magdeburgenses locum in-co invenire posset. Sed quem altio-ritates considerationis putaretur, ni-hil al ud, quam negoti: i commendatio obtenta est. In tamen etia quidam hec quoque expectum fuit, ut in minori sorte pecunia: posset exco-gitari quedam practicabilis confor-mitas; Quem verò Dux Brunsvi-censis jam publicasset publicum su: intentionis edictum, molimen hoc frustraneum civitatum iudicatum
I i fuit.

fuit. Variæ autem considerationes & inconvenientia extensionem fœderis actioris civitatum interturban-
tibus; unde Lubeccenses ab ultiori
conventu, donec melior temporis
occasio secesseret, planè abstiner-
dum putabant. Quod quum non
nullæ civitates sentirent, & confe-
derati Belg. Ord. tantam improba-
rent languescentiam aut frigefactio-
nem, utrinque directores deridone-
tantum scriptis, sed etiam mississi-
legatorum excitandos putatur: ita
ita coacti tandem ad 26. Jun. Ad
1625. conventum induxerint civili-
tibus iis, quæ cum Belg. Ord. confe-
derationem colunt. Nihil loquimus
Rostochienses & Wisnarienses &
provincialem conventum Ducum
Megapol. non comparuerunt; Sicci
& Stalsundenses propter angustiæ
temporis & Syndici sui obitum se ex-
cusarunt. Et quum nova cœderat
fætreum candens ritè censeret, nō
mo presentium, antequam Directo-
r manifestius animum ostendisset
quid ea de re tangere voluit: sed
qui visum fuit, ut id urgeretur &
eo Agente, qui duduim suggestione
tales subministrat, & scripsisset
mox ad futurum. Proinde ab his
scopis

scopo digressio facta est ad gravamina Emporii & adiunctum Antwerpensem, item Bergensem, ac indicatum, quod propter combustionem illic factam Secretarius societatis Bergens. esset missus, ut immunitates aliquot obtineri possent à Rege Daniæ ob damna tanti incendi perpesta, ubi simul de petulantia ministrorum ejus loci actum est, & quomodo in ordinem redigendi forent. Sic, ob negotium Russicum redintegrandum, Revalienses scripserant, ut Rex Sueciæ id confirmaret, unde questio exorta est, quoniam id commodè modo perfici posse: Tunc quoque Anglicani Emporii aut domus prefectus concesserat Hamburgum, unde novus erat huic officio depunctus, quæ vices cuidam Ioh. Heldt deferabantur: tum simul constitutum est, ut nomine communis Hansæ Regis Jacobi VI Filio Carolo de fascibus imperii per Legatos gratularetur. Advenere eodem tempore Ordinarius Agens Illust. Dom. Belg. & à Reg. Daniæ missus Legatus D. Heistermannus Capit. Bremens. Syndicus, quorum hic 30. Junij in pleno auditus, alter verò propter secreta singulativer apud deputatos commissionem

pro adſiſtentia & contributione cit-
tuli Saxonici deponuit. Verum quum
rcs ab utraque parte ardua censuerit,
nec tanicu omnes intereffentes ci-
tates, ad tale interveniens instrui po-
trifient, dilatio 5. septimanarum pro
resolutione tanti negotii petita eſt,
uti ſimul locus novi & commodio-
ris conuentus ad 7. Auguſti abſque
ulteriori litteratum convocatione
Lunæburgæ instituendi nominatus
eſt. Verum Lunæburgenses cauioſis
redditi, 11. Iulij ſe excufarunt, quod
in talibus præmordialibus non po-
ſent conuentum admittere ; Vnde
¶. Directores Borgerdorſium de-
nominauerunt ad diem 7. Aug. pra-
dictum, ubi quoque dicto tem-
pore Lubecenses, Bremerſes, Reſlo-
chienſes, Wiſinatienſes, Magdebu-
genses, Hambugenses & Lunæbu-
genses coeparuerunt ; Reliqui &
Stralsunderies & Gryphswaldianis
excufarunt, quium putarent nego-
tium illud adſiſtentia ſaltem ad
membra inferioris Saxonie circuli
ſpectare, cuius nollent participes vi-
deri in illis consiliis Borgerdorſianis
præſertim quium publico Edicto im-
peratoris eſt illis tale quid prohibi-
tum. Ita & Bransvicenses alterati-

nem negotii pro excusatione allegarunt, & propterea resolutionem civitatis dissuasere hoc tempore: quod tamen iniuste accepimus fuit. Nihilominus in communione discursus deliberatione omnes confessi sunt legati, quod negotium Hanseatici fœderis, cum circulari non posset confundi, narratione civitatum ullum aliud aliquid genus contributionis aut auxilii, quod fœdus Hanse in commercio sustentandis & conservandis subire aut in se suscipere profsus non valerent, nec ratione civium, qui suis magistratibus in onere fundo obligati essent, Rebus publicis competenteret. Ideoque puterunt, quod honeste satis tam Regi Daniæ quam confederatis intercessoribus Belgis id posset denegari, praesertim cum id ipsi Imperatori & Regi Hispaniarum antehac esset denegatum; tum etiam res infinitæ consequentiæ omnino evitati propter scandalum & onus inexuperabile debet. Ac quamvis tum Agens Belg. cum Legatis Regis Daniæ Mitzlavio, & Regis Galliæ Dn. de la Picardiere se offerret, ut ex propositione eorum patet; tamen acquieverunt omnes in hoc consensu, quod Hanseatici corporis

conditio non esset, ut extra fœderis intentionem quid susciperent, nisi quid vel ad conservationem commercii & membrorum defensionem faceret. Veluti resolutiones id satis declarant. Difficile quidem fuit civitatibus responsi quid date in scriptis, quum illis non adesset sigillum civitatis Lubeccensis, quo se imperii folent. Itaque variæ fuerunt disputationes de subsigillatione, an alius iam quam usitatus adhiberi deberet stylus, & num aliquot civitates hoc in se suscipere deberent, aut saltem subscribere? quod omnino denegatum fuit; & tandem medium hoc idiventum est, ut per Secretar. Lubec. Legatis quereretur, an nudo scripto contenti esse vellent, quum deesset sigillum, & quum petiissent rectedictales, quod ex statim illis Hamburgum deberent transmitti, hoc ita acceptatunt. In puncto autem novæ confœderationis aut extensionis item non potuerunt civitates inter se convenire, quum alii putarent fœdera superiora ita sufficere, alii tamen non sufficere, velut id exempli Brunsvicensium esset dictum. De gravaminibus Bergensium in Norvegia plurimi quidem fuerunt

discut.

discursus; sed quūm à Rege Daniæ ad mercatorum supplices essent responsiones expectandæ, à concluso cō usque abstinentium putarunt. In ipsa istius conventus dissolutione allatæ sunt litteræ à directoribus cum adjunctis à Dn. Generalissimo Tyllio, ad quas Lubeccenses consilium & responsum civitatum petebant ; sed quūm iam abiissent Rostochienses & Lunæburgenses, res arbitrio Directorum post varijs disputationes relicta fuit. Cognitum erat civitatibus, quod maximè eorum petceretur iugulum ; propterea noluerunt præcipitare ; sed, quod prudentis est, ad eventum respiciebant. Instigabantur quidem sæpius, nec non provocabantur ad intricationem tantum calamitatum : Verum socios alterius mali se præstare noluerant. Proinde, dum Brunsvigæ inter Imperator. Generales & Duces militiæ Illust. Ducem Friedlandiæ ac Com. Tyllium *per mensem Octobr.* Anno 1625 usque ad Martium An. 1626 iugatus habebantur pacis, civitatis Hansæ conventum celebrarunt iterum ; sed propter absentiam plurium tam genuina Hanseatici fœderis, quam extraordinaria negotia & defensionis materia distracta fuit.

Adhortabantur Lubeccenses saepius
 serio, ut privilegiorum tanquam Im-
 perialis urb's libere sedulos se exhi-
 berent conservatores: Ideoque quād
 ex Frisijs orientali cum exercitu suo
 A: no 1626 in confines locos & di-
 visionem eorum Comes Ernestus Mans-
 feldensis, qui se Marchionem Castelli
 nov' dicebat, traiceret, & crudeliter
 aliquot illis pagos divastare ac spo-
 liis exuere inciperet, eum fortiter et
 finibus expulerūt suis, multis talium
 trucidatis, quod adeò momordit
 eum, ut acti scripto factū hoc Lubec-
 censium perstringeret. Verūm quād
 ita periculum accresceret finibus ip-
 forum, ad: 8 Febr. convenēre civi-
 tes Hamburg. & Bremens. Lubecam
 & de arctiori consultarunt inter se
 fœderis coniunctione, quōd etiam
 Legatus Reg. Magni Britan. & Ill.
 Ord. Belg. eode in pervenēre tempore,
 ut ab illis certum extorquerent re-
 sponsum pro adſtentia Reg. Dan.,
 velut & ipſe Rex Dan. miserat. Sed,
 ut quis eorum scribit, Alphabetus
 hoc in suo Alphabeto perleveravit, &
 incallsum ibi laboratum à Dan. Le-
 gatis fuerit apud homines, in succes-
 sum cauſe sollicitos, ceu actiones &
 consilia omnia ipsorum edocent.

Quæ

Quod nemo prudens in illis impro-
bare poterit, quām studiū proprii
commodi apud omnes, qui de publi-
co ita gloriantur, in solo & unico
sit respectu. Sic & fædus, quod ci-
vates Hanseaticæ *Anno 1615.* cum
Illustr. Ord. Belgic. inierant, propè
suum consecutum erat finem; unde
III. Ord. confœd. Belg. *Anno 1627.*
prorogationem postulabant à civita-
tibus. Fortè eodem tempore naviga-
tionis & liberi commercii causa iis-
dem tam ab Imperat. quām Rege
Hispaniæ ingentes offerebant im-
munitates, veluti etiam peculiares
mittebantur Legati, qui expetebant
conventum, unde in fin. Novemb.,
ille Lubeccæ habitus est. sed quām
res putaretur altioris deliberationis,
nec instructi ad omnia comparuif-
fent civitatum legati, in dilationem
abière res. Interea mira & varia ite-
rum tentata sunt, præsertim quām
Regis Daniæ ditiones omnes per uni-
versam Holusatiam & Jutiam usque
ad extremam Wentzuffelij Cherso-
nesiam à Duce Generali Imperat. Se-
renissimo Dn. Friedlandiæ essent oc-
cupatæ. Sed quām fortitudo civita-
tum, & quod maximè Lubeccenses
prudenter se ab omni parte interpo-

I I S neant,

ncerent, *Anno sequenti* 1628. in mense Septembri publicus conventus civitatis & aliis indictus est, ceu litteræ ex Hamburgo sub dato ¹⁶ ~~26~~ Sept. Anno 1628. à viro magnæ autoritatis missæ id testabantur, quarum tenor notabilis ille erat, quod sic etiam eyentus docuit: Lubeccæ non tantum Hansaticus, sed etiam compositionis cum Rege Dan. celebratur conventus: ubi multorum Regum, Principum, Dynastarum, etiam Imperatoris & Generalium Dnn. Ducis Friedlandiæ & Com. Tylli Legati adsunt, quibus cum civitatibus talis intercedit tractatus, ut res possit omnis tutò transigi. In primis adest ibidem Legatus Elect. Saxon. qui inter alia in secreto hoc querit, ut ipse fœdere Hanseatico possit recipi, velut quoque (N. B.) jam tertia vice secrētissimum quendam ad Regem Sueciz misit, ut cum illo in omnem eventum clanculariè se possit coniungere. Quæ heic subsit dissidentia, mox innotescet pluribus. Sed tamen hoc rerum, quod tractatus concordia nunc tandem ita inter se cohærent, ut quæcumque pars conditiones pacis acceptare doluerit, quod interposito-

res unā cum civitatibus Hanseaticis vires suas coniuncturi sīnt, renuentem ad concordiam compellere valeant. &c. Verum, quūm iurimā heic movereretur difficultates, & tractatus tales in quartum sequentis anni excurrente mensē, interea civitates inter se se novum commune confirmarunt renovaruntque fœdus Han-
sæ, donec tandem *in mense Maio Anno 1629.* plena Pacificatio cum Rege Dan. concluderetur; ubi sic demum omnes ditiones Regi restitutæ sunt, & ab exercitu Cæs. omni liberatæ, Tandem quoq; ites civitates Lubeca, Hainburgum & Brema atq;issimum & reciprocum mutuę defensionis fœdus, quod per aliquot annos inter se digerferant, separatim & à reliquis civitatibus segregatum, compo- suēte fœdus, quūm cernerent, quod socii reliqui ad tale subcundum illis non essent pares. Velut etiam potissima hæc fuit cauſa, quūt tam diu aliorum oblationes & monita subterfugerint; cui suo loco aliquando plenius ea astutia prudens explicabitur. Qui Lubeccensium acta ritè intime percensere novit, certè negare nunquam poterit, eos inter temporum filios primum occupasse semper sub-

subsellium : Ica undiquaque satis acutè perpetuò hoc circumspexere, ne temerè in ulla re se precipitarent, nisi aliquando minimum præpedici fuit in suis affectibus. Quod etiam in his demonstrarunt, quando tam fortiter evincere potuerunt Reg. Dan. tot suppressiones. velut quoque modernum Regē & legationibus convenire propter confirmationem privilegiorum.

Hec propterea maximum pleniori cursu adiaceat usq. tēpora strictum tamen omnia tangendo, deducere coactus sum, ut inde constet, quām non tantum seduli undique custodes tūm antiqui & laudabilissimi Fœderis fuerint Lubeccenses, sed etiam in nonnullis auctores, ut Saxoniarum civitatum coniunctiones mutuas ex antiquitate usque prisca in suin attraxerint usum. Sed quæ heic enarrata fuerunt, saltem historiam eam respiciunt, quæ ad Vandalicas civitates maxime pertinet, quatenus Reges Norvagiæ, Sueciæ, & Danicæ propriæ Emporium Bergense in Norvegia concernunt, quum illud principaliiter examinandum putavimus. Nam quoque necessarium foret, ut eodem contextu & serie historiarum reliqua tria Emporia, videlicet Muscoviti-

cum, Anglicanum, & Flandricum, juxta compendiosam delineationem continuaremus: Verum quin res nimis longa esset futura, & plus spaciū requitat, quam nunc possit absolvī; quanta brevitate fieri valebit, omnia principalia includemus iis, quæ suo loco in ea parte ultima de Emporii singulis sumus commonetissimi. Restat heic jam, ut paucula adhuc quedam de Hamburgenibus, pro pleniori ipsorum status & intentionis informatione, quæ dicerant, unde nunc Vandalicis civitatibus accensantur, subiectanus.

C A P. XIX.

Plenior historiae Hamburgensis, iuxta statum eius explicatio; quomodo per eam sedis Hanseaticum decreverit quidem, sed nec sine incommodationibus esse posse.

Hamburgam & Lubeccam non tantum situs loci & perpetua sœdetis adsidui coniunctio fideli societate conglutinavit; sed etiam fati quasi partas in eandem fortis dispositionem coniecit, ut quasi in una simili

inul cohærent urna. Quæ ad civitatis Hamburg. originalem constitutionem faciunt, superius quidem satis explicavimus; uti videlicet ex Burgo ad Hamam Sylvam sito, quod Vandalorum olim fuisse dicit *Bert. com. rer. Germ. lib. 3. p. 569.* (quum tamen vix credibile, nisi de illis Vandaliis accipiat, quorum mentio fit à Schorkelio ad Helm l.b. 1. c. 2.) nomen ad oppidum sit translatum: verum quare ratione ea Vandalicis accensatur, licet id aliquo modo ex supradictis itidem colligi queat; tamen nonnulla historica hec simul subnecenda manent, ex quibus clarius quid ad amplificationem & restaurationem illius, quando nimiam sibi antiquitatem in art. 54. *Astor. refit.* contra civitates aliquot adscribunt, elici possit. Etenim præter fas sit talis gloriatio, quæ proximos lredit. Hamburgam, non Vandalicæ vero nationi propriè includi, id ex eo constat, quod non tantum originarius eorum status Holsatii sive Norrbingis & Saxonibus præscis, sicuti ipsi in actis contra Duc. Lunæb. & civitates vicinas ponunt, debeatur; sed etiam cum conterraneis & incolis ex ordinatione Caroli Mag. per praefatos

& os Ducibus Saxoniæ Hamburgenses subiecti semper fuerint, velut quoque postea Otto I. sive Magnus urbis imperium ad Hermannum Bul-lingium transluit. Vt jam superius dictum est. Ante Caroli autem Ma- gni tempora sub Albione Duce Nort albingiorum, qui cum Witekindo Mindæ baptizatus est, & nomini Christiano se addixit, saltē vicus fuit: Ast quūm *Anno Chr. 785.* post obitum Albionis huic provinciæ V thonem Præfectum & Ducem cum præsidio certo præposuisset Carolas, *Anno 787* oppidum hoc iste munire cœpit, ut ibi tutò Dux ipse habitaret. Namque gens adhuc cruda, facile seditione aliquacommoveri poterat, ceu *Anno 788* factum, ut etiam us que in Megapolin contra Principem Trasium excursiones fecerint: Vnde Imp. Carolus coactus est Albim ipse traiicere, & idolon illorum, quod ibi in Hamburgo colebant, ex tem plo delere. Atque quūm nondum à rebellione desisterent, *Anno 804* multa millia virorum cum uxoribus & liberis in Flandriam, tunc incultam, & Brabantiam transluit: Et è contra ex Megapoleensi ditione Vandalicare cipiebat ibi, qui sedem sibi figerent.

Ex

Ex Noitallungis illis prognati sunt
populi Teutonici, qui adhuc Bra-
banti & Flaminii vocantur. *Ictam.*
Petr. in Chr. Hols. part. i. pag. 9. ¶ 10.
Ericagus sive Hericagus cum à Caro-
lo missus erat in Holstiam, ut pa-
dicatorem ageret, & Ecclesiam Chi-
sti conderet, qui in Hamburgu ades-
suas inhabitare solebat. Vacuum He-
neti vicini usque ex Pomerania id
odium Christianat religionis confu-
xerunt, & oppidum hoc expugna-
tum incenderunt, ac Caesaris Paxiu-
dem expulere protinus. Ast Carolus
Mag. statim sequenti anno reliquit
hunc locum cum firmiore munitione
curavit, & restituit. Paxium
suum. Post obitum autem Cawli,
quum filius eius Ludovicus pater ~~an-~~
~~nos~~ : 4 gubernasset, & Haroldus 6,
quem alii 6^o, alii 6³, alii 6⁵, alii 6⁷.
&c. regem Danie faciunt, *An. Chri-*
sti 826, per filios Sigefredi ex regno
expulsus, ad eum Moguntiam imp-
plex pervenisset, opem pro restituic
ne petens, in quo ipsi gratificatus,
quod Christianitati cum uxore &
fratre Erico se devovisset; unde per
Saxonias ex iussu Imperatoris in regnum
adductus est; Inde quinque sanctus An-
scarius, quem alii Ansarius dicitur,

cum Gundbercio in Daniam à Ludovicō Imperatore & Sueciam missus fuisset, ut ibi converteret gentes, circa Annum 833. Archiepiscopum gentium septentrionalium Hamburgi ordinavit. Constituerat quidem Carol. Magn. ibi talēm in honorem Christi figere sedem; sed quin nimis esset fævitia populorum & creberimæ incursiones, filius eius id perfecit hac temporis commeditate. Verum nec diu durare aut subsistere id potuit. Etenim vastata denuò à Normannis & sociis Danis, per Albinum ascendentibus, turbe, Imperator Ludovicus Germanicus separari eam fecit. Ansarius vix effugerat periculum vitæ nudus cum suis; quam vero
Anno Chr. 849. Bremensis Ecclesia vacaret, eidem quoque Imperator hunc Ansarium propter beatè meritā, & ut ipsi semper tutus in tot cœbris devestationibus esset recursus, præfecit. Inde cum pontificis Nicolai consensu hanc postea ex Coloniensis iurisdictione exemptam, cum Hamburgensi Metropolitanā idem Imperator coniunxit & univit. Tam varias autem oppidum hoc pertulit. Vices intra seculi spaciū, ut sexies & ultra penitus exstītū ac subversum

Kk fuerit,

fuerit. Et quamvis Otto Magn. Imperat. postquam superiorē ab inferiori Saxonia divisorat, superiorē sibi servando & inferiorem amico suo Herm. Billingio attribuendo, Hamburgum protectioni huius Ducis & eius posteris submisisset; tamen nec penitus à Sævicia vicinarum gentium & Obotritorum liberari potuit. Proinde quidem nepos Ducis Hermanni & filius Bennonis post obitum Thietmari fratri, qui Comes Holsatiae fuerat, sibi arcem peculiarem & munitam quidem primitus ad Alistrum, ubi iam forum equinum ex parte est, extruxit; sed, quād nimia contributione subditos suos premeret, & contra Henricum 3. Imperatorem seditionem moveret, à Mistevone Vandalorum Duce arx eius dilepta fuit. Vnde filius eius Ordalphus pronepos Hermanni arce nova sibi sedem ibi & aulam fixit circa Annū Cbr. 1060. quamvis sint, qui Bezelino Episcopo hoc adscribant, quod is circa Annū 1046 muto eam sepperit & 12 turribus firmaverit. Nihilominus bis uno Anno 1074 Vandalis, Duci suo Godeschalco pessimè & nequitiosissimè rebellantibus, exulta & penitus devastau-
fuit

fuit arx cum oppido. Nec tantum eiusmodi calamitates sub Magno Electore Saxoniæ Ortholphi filio & Hermanni Abnepote, qui ultimus ex hac fuit Billingiana familia masculi generis, pertulit, sed etiam poste à fatum admodum variabile sensit, quum Dux Saxoniæ Lotharius Suflingburgensis, in quem Imperat. Heinricus V. Successionem Saxoniæ per novam investitutam post obitum Magni Ducis transstulerat, Adolpho primo Schawenburgico Stormaliam sub infeudatione concessisset. Comes iste Adolphus I. quidem de novo muniverat Hamburgam, unde & per 17. annos satis viriliter usque ad obitum, qui Anno 1131. secutus est, gubernavit: sed filius eius Adolphus II. ex possessione tali ab Alberto Vtso Marchione Brandeb. eicetus & in eius locum Heinricus Badewigius substitutus est. Ac licet Comitatum hunc auxilio Henrici Guelfi Bavari recuperaret; tamen idem Badewigius sub discello Hamburgum iterum cum reliquis arcibus illius ditionis pentitus exussit & concremavit; infestavitque cō usque tetram eam, donec transactionem Ducis Saxoniæ Henrici Leonis & eius conjugis comita-

tum Ratzeburgensem Anno 119
obtinuerit. Quum vero Frederic
Barbarossa Imperator expeditio
in Palestina recuperanda Anno 119,
fuscriperet, & inter alios Germanos
Principes una cum illo viisset ad
plus Comes Holsatiae, eam occi
nem negare sibi Henricus Leo, aliis
te Imperatore, redux post modum
exilium negligendam tunc esse pa
ravit. Itaque duum sua, delecto An
1189, 28 Octobre Bartovico, sepa
rate conabatur, statim Hamburgia
& Holsatiam recepit, ciesto inde
mite Dasselensi Adolpho, quem ac
Adolphus IV. Holsatia Prisdami
administrator ditionum fecer
reliquerat. Seth Calv. in Chronici
autem per triennium occupata
Henricus Leo ditiones eas Ultim
nas, dum Adolphus Comes Hellas
& ipse redux auxilio Imperator
Henrici VI. atque maxime Du
Saxon. Bernhardi & Marchionis
tonis fratri eius, nec non Bernde
Comitis Ratzeburgensis Hamburg
Anno 1192. ac reliquam terram
suam rededit possessionem. Sed
hie diuturna fuit Hamburgensis
in eo quies, quamvis ex Basili
excidio ingentem sibi confec
tum

fortunæ prosperitatem. Etenim, quum Adolphus *Anno* 1200 atrox bellum contra Regem Daniæ Canutum & fratrem eius Woldemarum Ducem Holstiaz subiisset, coactus est Hamburgum deserere & ultra Albin ad Stidenses refugere. Vnde Hamburgenses obviam iuâre Waldemaro, & eidem se in ditione devo-
terunt, secuti Lubeccensium exemplum ex *Anno* 1092, ubi se Adelpho dederant, ut mox iterum *Anno hoc* 1200 Canuto se submiserunt, salvis tamen juribus, ut anteâ d: Etum cest. Nihilominus Hamburgenses Comitem suum Adolphum cum exercitu quodam ab exilio receperunt: sed Waldemarus ita obsidione cum cunxit, ut ex intercessione Gundlai Comitis Suerensis Lawenburgum ipse cedere coactus sit, & simul in custodia manserit captivus. *Iob. Petr. Chr. Hels. part. 1. p. 183.* Vnde Hamburgum iterum Danis deditum cessit: præterim quin post obitum Regis Canuti VI, Waldemarus II, in regni successionem à procribis adoptatus erit. Is adeo satox erat in debellatio-
ne omnium ditionum trans Albim, quum occasione temporis adeo feli-
citer uteretur, dum Germania infi-

nitis cladibus ex duorum Imperato-
rum, videlicet Philippi Suevi Hen-
rici V I Cæsaris filii & Ottonis Hen-
rici Leonis filii electione, de An-
no 1198 afficiebatur, ut etiam vici
quosvis penitus confundere conso-
tur. Namque didicerat hoc, Iucunda
in tempore, optimum est: Fuit
capillata, post hæc occasio calva. De-
rorn igitur fuit Hamburgensibus jo-
gum istud Danicum, quod per octau-
nium pertulere, donec pace in Ge-
mania inter duos Imperatores conli-
tuta Anno 1209. Otto I V Imperator,
(quod alias Cæsar Philippus excom-
muni placito in se suscepserat, si
Otto Wittelsbachius Palatinus illuz
in lecto ex venæ sectione decumba-
tem nequitiosè interfecisset. Sed
Calv. in Chronol.) auxilio & ope-
ritis Henrici Palatini, & Ottonis Ma-
chionis Brandenburg., nec non Wl-
demari Episcopi Bremensis, Hambu-
rgum Imperio ex manu Dani recup-
eraret. Vnde hoc oppidum sine modis
Imperio subiectum dicebatur, quo
Ottoni præstitisset jutamentum.
Crantz. in Dan. lib. 8. c. 17. Verum ad
no sequenti 1210, quem *Iehan. Pet.*
in Chron. Hels. pag. 189. facit 1216,
quum novis difficultibus
Poli-

Pontifice Romano Otto I V Cæsar, bello Italico occupatus, implicatur, urbs hæc denuò à Rege Woldemaro II. & Comite Orlemundano Adelberto Administratore Ducatus Hol-satiae obsidione acti cingebatur. Atque ut Rex cò magis preineret urbem, Castellum ei proximè ab ea parte, ubi nunc templum D. Nicolai extructum habetur, & platea novæ arcis adhuc in rei memoriam vocatur, apposuit. Nondum enim tantæ magnitudinis oppidum fuit, ait *Crantz. in Dan. lib. 8. c. 17.* Comes Adelbertus castrum locatum versus Eurum, non procul à pago Scipbeka tenebat. Ne vero ducijs ibi distincretur, atque cò ci-tius addditionem cives cogeret Rex, omnem illis in flaviis commeatum, palis ab utraque parte riparum fixis, & catenis invicem arctissimè con-junctis, præclusis. Occupatam igitur Hamburgam Rex statim, ut penitus incolæ & cives essent subiugati, Co-miti Adelberto Orlamundano jute hæreditario in æternum possidendam tradidit. Nuda tunc erat civitas, & ob omni ope sui iuris destituta. Ideo ex singulari gratia novus iste Domi-nus ad eorum petitiones ipsis ius Sa-xonicum & maximè Lubeccense

Anno 1218 concessit, ut secundum
eam normam judicia exercearent, cœn
quoque Adolphus postea, recuperatis
terris his, id Anno 1233 aliis indulxit
suis, civitatibus Itzehoënsi. &c. At
comes Orlamundanus tanquam no
vitus Herus molliter tractate Ham
burgenses primitus voluit, ut eō ma
gis sibi novis beneficiis pro firmitore
possessione devinciret: Velut quoque
postea dum Waldeinatus 2. captivus
erat Swerini, quum cerneret, se non
firmo stare amplius fundamento,
Hamburgensibus ius suum vendidit
pro 1500 marcis argenti. Anno 1425.
Setb. Calv. in Chron. Nihilominus si
hi subiectos tenuit usque ad consi
stum Bornhoudanum, Anno 1226,
ubi Rex Waldematus 2, cum filio
Christophoro vix se vitæ periculis fu
gī subducere potuere, unde comes
Adolphus 4, ditiones suas integrè
cum civitate Hamburgi recuperar
vit, & amplificare cœpit fortiori inu
nitione. Iстis demum temporibus
affiori adhuc consociatione inter
se civitates Hamburg. & Lubeccens.,
quamvis Rex cum Adolpho in utili
tatis contra Lubecam conspirabat
amicitiam, coīre cœperunt, propter
odium in Danos; ac reliquas quoque
civi

civitates, ut prævalerent commerciis, ad sece attaxerunt. Circa *Annum* 1260 Christoporus i. Rex Daniæ quum Ducatum Schleswicensem tacitè ambitè inciperet, & Comites Holstiaæ Iohannes ac Gebhardus pretextum ex Abelis regis *Anno* 1253 ab Eydoriensibus Fr: si:s occisi & Sotoris educationem filio Erico fœtami observarent, periculum imminentis antevertere studuerunt. Ingens erat inde belli ab utraque parte præparatio, donec *Anno* 1261 die Panthæleonis in loco ericato Loheydæm dicto magno coïrent cum Rege confitu. Cruenta fuit hæc strages admodum, & diu ambigua fortuna; tandem multis occisis atque captis inter eos non tantum Rex ipse, sed etiam Regina, quæ spectaculum tantæ crudelitatis, contra feminæ sexus rationem, agere satagebat, captivi Hamburgum abducti sunt, ubi tamen diu in custodia commorari coacti fuerant, donec Comes Gebhardus Duci Iohanni Lunæburgico filium Agnetam suam elocasset circa *Annum* 1264, iuxta *Bunt. computationes in Chron. Lunæb. pag. 18.*, quum Albertus Magnus frater Iohan. natu maior Dux Lunæb. toties frustra anni-

cabili transactione se interposuisset. Nihilominus nova affinitas id obtinuit inter utramque familiam, ut tandem Rex ingente summa pecunia persoluta, & omni iuris praetextu renunciato, se per compositionem horum Ducum libertatit ex carcere Hamburgico. Ex alacritate civium & assiduo commerciorum studio, præsertim quum fœdere civitatum reliquum vigere inciperet, factum est, quod Hamburgum opibus & amplitudine ita accrescereverit: sed nec defuit diu infortunium.

Etenim *Anno 1284*, propè dimidia civitatis pars incendio gravi consumpta est, ubi simul multi homines flammis ex inopinato passim dispersi periēre. Comites verò Holsatię quum cernerent, quod Hamburgensis urbis tam facili forte ex studio commercii se recolligere posset, ac velut simul reliquarum confederatarum civitatum pinguedinem in sese derivaret, modum exactionis novum pedeterrim excogitarunt: quem tandem Comes Heinricus *Anno 1310.* aperte ita introduxit, ut magistratus, quamvis admodum cives refragarent, veletigal certior, quod ex commercialibus bonis effici perpetuo solvendum, impo-

imposuerit; velut etiam adhuc in ci-
vitate ad forum mercatorum ædes
Comitis Schawenburgici ædificatae
vigent, ubi vestigia illi ante omnia
persolvitur. Accrescentibus autem
tamen in civitate Lubeccensi quam
Hamburg. commerciis & negotiatio-
nibus, accrescit simul vicinorum no-
bilium & Comitum ipsorum invi-
dia, unde mercatoribus & civibus
urbium talium vix amplius iter tu-
tum fuit per eorum ditiones. Atque
licet civitates sollicitarent in aulis &
vias exigentes securas, nihil tamen
obtinuerunt. Proinde circa Annos
1540, ingens discordia inter princi-
pales fœderis Hæseatici illas civitates
& Comit. Holstia exorta est, quum
planè audiri querelissuis aut animi d-
versione in facinorosos nequirent: sed
petius Comitis nobilis & eorum
emilios spoliatores contra ius gen-
tium in odium civitatum defende-
rent. Convertebunt se igitur binæ
istæ civitates ad Ducem Iohannem
Wagerlaendiam, & ad eundem. quum
noscerent cum magis iustitiae studio
addictum, de tot cotidianis expolia-
tionibus detulerunt per legatos suos
querelas. Ipsæ quoque ad onera ta-
lia, quæ pro viacum defensione ne-
cessaria

cellaria essent, perfecenda & expone-
nenda sese obtulerunt. Itaque hoc
statim obtinuerunt, ut illis liberum
esset, pro securitate mercatorum hinc
inde committitum binas equitum
corias ad 200. Segebergam transfer-
re, ut ibi succursum & observantiam
præstarent. Quod adeò Comites al-
teros Holstiax Henricum & Nico-
laum momordit, ut diversionem
hostilitatis à Iohanne expeterent: sed
quam ille hoc ipsis denegaret, proptio-
facto executores extitere. unde Im-
perator Ludovicus Bavarus in vindi-
ctam huius rei civitatibus misit au-
xilium, ut supradictum est. Ham-
burgenses igitur ex eo semper quatru-
bant occasionem, quomodo se Im-
perio Comitum Stormariax & Holstiax
subducerent, & in libertatem ple-
nam vindicarent: unde sciprifi
sunt auctoritate & patrocinio Impe-
ratoris, nec minus per mare & terram
undique maxime apud Anglos com-
merciorum auct.oni incubuerent sic-
nuè, quod adeò animosos eos priuile-
& cibuslientes effecerat. Quoties ce-
casio ferebat, haut negligebant inter-
positionum suarum aëtus. velut An-
1349 factum, ubi quin nobiles illi
ab Heimelsbuttel, (quos tamen lo-

nas ab Elveavelt in enumeratione familiarum non observavit) arcem Hogenstegianam hæreditaria possessione adhuc tenerent, & inde perpetuis spoliis incumbenter negotiantibus mercatoribus, ex iure confœderationis Hanseaticæ civitates Lub. & Hamb., advocatis in auxilium Comitibus Holstiax, oppugnare cœperunt, quod etiam continuarunt ita Comites, donec direpta arce illa nobiles eos penitus ex ditionibus suis expulissent. Inde verò tantus reliquorum nobilium, quorum capita erant, Matwardus Westensche, & Luderus à Krummendick, motus fuit, ut etiam isti Rendesburgum sibi oppignoratum protus a signarent. Quid, quum Hamburg. & Lubeccenles cernerent, suā sponte magna equitum & peditum manu Comitibus suppeditas tulerunt, & hanc civitatem recuperarunt sibi. Is temporibus Comes Heinricus, quem propter indefessos labores & gloriae adsiduitate studium Ferreum dicebant, suis intentus erat moliminiibus apud exterios, quod Hamburgensibus quoque ex usu erat, qui eadem laborabant æmulatione, ut magis in commerciis & potentia fluminis Albidos exditescerent.

rent. Ideoque insinuarunt se aux Imperat. Caroli 4. priuinitus Anno 1359, ut contra piratas & spoliatores obtinerent Mandatum : Quod quum bene succedet illis, iterum quid tentarunt Anno 1365, & Comitibus ac sociis non animadvertisenti bus obtinuerunt quoddam privilegium. Utiusque tenorem ipsi ita in aëris contra Ducem Lunæb. Christianum ac consortes litis in Camera, quum restitutionem Anno 1620 peccarent, produxere, & ita se habent.

*Commissio Protectorialis à Carolo IV.
Imperat. Hamburgensibus pro
tempore Anno 1759.
concessa.*

Carolus quartus divina favente Clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemic Rex, Consulibus & communictati civitatis Hamburgensis, Bremensis Diœcesis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam & ornatum. Imperiali thronu, à quo iustitia & iudicium procedit, agnum existimat, ut iniuriam bonorum pacem & quietem turbantes, debite ultiori gladio feriantur. Sane pro parte vestra Iohannes Decanus Ecclesie Hamburgensis in nostra Maiestatis presencia

sentia constitutus proposuit, Quod Mer-
caores & aliae personae in mari ac fluvio
Albec . nec non aliâs ad civitatem ve-
stram accedentes à piratis & spoliato-
ribus stratarum publicarum frequentes
iniurias sustinent & iacturu. Unde , ut
malefactores prædicti à flagitiis retrahantur , pronunciamus , declaramus &
dicimus , Piratas naves invadentes , bona
mercatorum & res rapientes , aut nau-
fragium patientibus , in navibus & alijs
velis suis quomodolibet iniuriam irro-
gantes , seu agricultores , dum terram
colunt , & operi rusticali operam dant ,
animalibus vel instrumentis suis spolian-
tes , vel ipsis capientes , infames esse &
omni honore ipso iure privatos . Quo es-
tiam piratas & spoliatores infra territo-
rium vestrum perquirendi & capiendi ,
& secundum sacras leges debita poena
damnandi cum receptatoribus & defen-
soribus eorumdem , vobis tribuimus liberam
potestatem . Bona quoque vestra & pos-
sessiones quascunque nostra Imperiali
protectione censemus gaudere , donec nos
aut successores nostri Imperatores seu Re-
ges . Romani premissa duixerimus revo-
candum , & dummodo vos in obedientia ,
fidelitate & subiectione nostra & Impe-
rî fideliter maneat , præsentium sub
Imperiali nostra Majestatis sigillo testi-
monio

monio literarum. Datum Praga, Anno
Domini millesimo trecentesimo quinqua-
gesimo nono, in dictione duodecima, se-
cundo idus mensis Octobris, Regnum
nostrorum anno quartodecimo, Imperij
vero quarto. Per Dominum Imperato-
rem Conradus de Sisenbeym.

*Imperat. Caroli IV, de Anno 1365.
Concessio pro mundus annus, an-
nuatione civitati Ham-
burg. data.*

In Nomine Sancte & individua Tri-
nitatis feliciter, Amen. Caroius quar-
tu divina favente Clementia Romano-
rum Imperator, semper Augustus, &
Boemia Rex. Ad perpetuam reme-
moriam. Inter catena sollicitudinum cu-
ras, quibus circa gubernationem Sacri
Romani Imperii nostra frequenter distra-
hitur animus, illa tamen nobis est eura
principia. & ad illa seculum semper desti-
namus affectum, que communione bonorum
promovere videntur, & felicis Republicae
generare continuum incrementum sacra-
rum terrarum Alanzanniae, & casinha-
bitantium praeditum uberem, & coru-
gatus meliorationem gratis considera-
tiones pensantes praeferimus, quod fluvius
Alba dicitur è Regno nostro Boemia
fluent


fluens ad mercimonia sive merces super
 i; sò hinc inde ducendas aptus sit & va-
 lens. sic quod multi circumiacentibus lo-
 cis frumentum & utilitatem posse impor-
 tare, ex certa nostra scientia, animo de-
 liberato sanoque Principum, Comitum,
 procerum nostrorum, deliberante consilio,
 ex hunc in antea annis singulis auctoribus
 septimanis ante festum Pentecostes, &
 cito diebus post dictum festum continuè
 signantib:, in civitate Hamburg super
 suz. o. a bea predicio mundinas annua-
 les, que alias annuale forum vocantur,
 au loriatae Cesarea, & de plenitudine
 Imperatorie potestatu statuum indul-
 genciam & decrimationem perpetuis affuturis
 temporibus celebrari per tres septimanas
 predictas numerandas continuò annis
 singulis duraturu. Ita videlicet, quod
 universi & singuli ad dictas mundinas, de
 quibusunque partibus accidentes, ibique
 per predictarum trium septimanarum
 spatium, vel circumorantes & abinde
 recedentes, omnibus libertatibus, bonis
 coniunctim; mibus & gratijs gau-
 dere acbeant & perfici, quibus in & su-
 per alijs mundinus civitatum Imperij
 garent vel quomodolibet potiusntur.
 Decrimum: insuper & expresse volumus
 quod ci:es & universitas civitatis Ham-
 burg. prediche, Mercatores: & aduanas,

nundinas p̄fatas tempore p̄scripto
visitantes, una cum eorum bonu & re-
bus, ab omni molestia, iniuria seu violen-
tia iuxta suam possibiliter eueri, manus-
p̄mercq; sine doli scrupulo debet, & siac-
hiter defensare. Requirimus igitur & her-
temur attētū ē universos & singulos Prin-
cipes, Ecclesiasticos & Seculares. Comites,
Barones, Nobles, civitatum & oppido-
rum communitates, qui p̄sentibus sue-
rint requisiti, fideles nostros dilectos, cu-
que & eorum singulus ac alii omilis
prostris & Imperij Sacri fidelium, presen-
tibus pariter & futuris, auctoritate iur-
iali firmiter p̄cipiendo, mandamus.

Quatenus universos & singulos ad pra-
dictas nundinas, tempore supradicto ve-
nientes & abinde etiam recedentes in
euello molestent, sed ei potius per loca &
territoria sua die seculo transiū & con-
ductu provideant, eosque à violentiis &
iniurijs quilibet protegant & difen-
dant, nec permittant ab alijs quemcāt-
libet impediri, sed in supradictis liberta-
tibus, iuribus & bonu consuetudinibus
protegere debent, & efficaciter defensā-
re. Nulli ergo omnino hominum licet
banc nostrī statuti, indulti, decreti &
mandati paginam infringere, seu ei qui-
vis ausu temerario contraire. Si quis
eiusmodi hoc attemptare p̄sumpscrit, in-
digne-

dignationem nostram gravissimam, ac pœnam milie marcarum puri auri, toutes, quoties contra factum fuerit, se novavit irremissibilit: r incursum, quarum medietatem crario seu fissio Camera nostra Imperialis, residuum verè partem iniuriam passus decernimus applicari.

Signum Serenissimi Principii ac Domini, Domini Carsli Quarti Romanorum Imperatoris invictissimi, gloriosissimi, Bohemicæ Regis.



Testes huius eri sunt Illustres, Rudolphus Dux Saxonie, Sacri Romani Imperij Archimarschallus. Otto Marcius Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Archicamerarius, Princes Electores venerabiles. Iohannes Sancta Thagensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Bertoldus Eyselen, Imperiale nostræ aule Cancellerius. & Albertus Lutkenuffel, Ecclesiarum Episcopi illustres: Henricus Brigen, Rubertus Legnicæ, Kazmirus Stetinæ, Dux Silesiæ, Burhardus Burgrave Magdeburgensis. Iohannes Landgravus Luchtimbergi.

532 R E R V M P. H A N S.

Heinricus Comes de Montfort. Nobiles
Slabos & Borso fratriis de Rosenurg.
Fridericus & Theodoricus, fratres de
Schonemburg, Thymo de Koldus, Petrus
& Iano de VVartemberg, & quam plures
aiij nostri & Imperii Sacri Nobiles & si-
dclcs. Presentatum sub Bulla auncie
Typhario nostrae Maiestatis imp. e'late-
stimonio litterarum. Datum Prague,
Anno Domini millesimo trecent. simo
sexagesimo quinto, In die sancte terita,
quarto Calendium Feb. Regnum no-
strum. Anno decimo nono Imp. vii vero
decimi. Et ego Bertoldus, Dei & Apo-
stolicx sedis gratia, Effetens: Episcopus
Saare Imperia uule Cancellarii, vice
Reveren*i* in Crisio Principis Domini
Gerlac: Moguntinensis Archicop*e*pi,
Sacri Romani Imperij per Germaniam
Archicancellarij. recognovi, per Domi-
num Imperatorem Petrus lamen.

Inde igitur, quum Hamburgenses
animis altius exupere tentarent, ut
non tantum sociis in Hanseatico
fuerere lites moverent, & alio con-
mune se ultra Bremanos extollere sa-
tagerent (ceubi mensibus controve-
siam de prioritativa in conventibus
publicis Anno 1474. avud Hanas
movebant pro recordatione pristini
Archidi-

Archiepiscopatis , ubi tamen causa considerunt ex decisione confœderatorum , ut infra explicabitur plenius) sed etiam contra Comites Holstaniæ insupererent, altiora ambito cœperunt. Quum enim ex his & talibus dictis jam privilegiis particulatissimis sanè , quæ saltē metas partim nundinas ad certum tempus indulgent , partim ad petitionem Archiepiscopi onus executionis illis imponunt , singularem statum talem sibi configerent , quibus se subiecti Comitum Holstaniæ subducere conabantur ; & ipsi Comites præiudicia eiusmodi quæ per novam interpretationem sibi arrogabant , impugnarent fortius , nec eos ex subiectione ob talia artificia , quæ ipsis inscientibus mach.anti primiuitus Hamburgenses fuerant , dimittere possent ; factum est , ut Imperator ipse Carolus 4. Anno 1375 Lubeccam sub hac disputatione perveniret , ubi ita splendide habitus fuit , ceu supra dictum est. Comites quoque Holstaniæ occasiōnem hanc non prætermittendam putarunt ; sed ipsi sime! se ad dicitas seruitia obtulerunt Cæsari. Sic & Hamburgenses sib. & suæ civitati invigilandum duxerunt , quod ex

opportunè accidit Comitibus. Litigium
igitur huius causa publicè à territori
Dominis proroga fuit, ubi maxima
simul fuit querela de nimia Ham-
burgensium elatione, & quoddictis
arribus in præiudicium Dominorum
susceptis, penitus subiecti
& obedientiam Dominis suis debi-
tam disicere, & se planè propter talia
privilegia statum nullum mutan-
tia, sed metas nuadinas conceten-
tia, ex potestate eorum eximere stude-
rent. Hamburgenses è contrâ legimi-
tituli existimabant sua privilegia, &
Suplices roghabant, ut Liberis Imperii
civitatibus accenserentur. Quare
quām se utraque pars litigantium
iudicio Cæsaris statim in loco abs-
que ulteriori dilatione submitteret,
causa fari cognita, talem Imperator
Carolus 4. prouinciavit sententiam:
Quod civitas Hamburgensis nulla
cum ratione solida eiusmodi sibi ad-
scribere posset libertatem. quæ peni-
tus eam ab obedientia debita & i
Comitum Holsatiæ domino exime-
ret; sed quod merito & omni iure
Comites Holsatiæ tanquam suos &
Dominos territoriales agnoscere de-
beret; cui declaracioni etiam ex-
pressè annexa fuit ea interpretatio
privile-

privilegiorum, quod nullatenus illuc præiudicium ullius essent ipsis concessa; sed ut saltem communis Imperio Romano iis inservire deberent, absque alterius detrimento & danino. Cen in eundem modum Crantz. lib. 10. cap. 2. Sex. talia fermè refert.

Nec solum Lubeccae dictata fuit Hariburgensibus ea sententia; sed etiam Imperator Carolus 4. ex Tangernmundi rescriptum ad eos misit, quo præcipiebat illis, ut Ducibus Holstiae debetam obedientiam deinceps præstarent. vide Chyt. lib. 22. pag. 599. Hanc quin sententiam bis decisoriis Imperatoris abstulissent, adeo admodum dedit eos, & usque aegide tulerunt, ut in reditu suo confessim statuam Rolandicam, quam pro signo libertatis suæ in ponte, qui inde adhuc ita vocatur, crederent teperant, furore pleni destruxerint & d'ripuerint. Exinde postea Comites Holstiae pro Dominis iuxta prolatam sententiam & pacta ulteriora agnoscere coacti sunt. Job. Petr. in Chreti Helfpart. 2. p. 263.

Etenim nimia talis extensio (ut in actis iudicialibus Cametal. causæ huius, à Duce Lunæb. & consorribus contra Hanib. toties vocatur)

juris suis limitibus circumscripti me-
ritò in ordinem etat redigenda , ne
præiudicium pareret Dominis pro-
vinciarum , aut vicinis aliis , nec ite-
rum in alium detrahatur abusum.
Magna fuit hæc infœtia Hanbur-
genium , (ut Dauthius loqui solebat)
quod ita insipide Rolandum suum
deieccrint , quum nec ipsi , neque
Duces Holſatiz vim sententiaz intel-
lexissent Etenim tacitè quid rati-
ratione regalium ubi Imperator re-
servabat , quibus renunciare illi in-
consultè facto ipso visi sunt. Nihil
ominus iterum variis modis , & qui-
dem è longinquo motu sunt quid
simile , ubi ea usi sunt Hanburgenes
argutia , ut cum vicinis civitatibus
pacificarentur , ne ab illis querela ad
superiores deferretur , sicut ipsi in
actis hand obliquè id innuendo con-
fidentur , idq; in exemplo cu Mert-
satiis init: contractus de Anno : 316
evidenter declarant , ut sic Tuum
Novę Ocht sive novi operis , alias
Nigewerck , in suam redegerint pote-
statem , cuius rei approbationem qua-
si à Bonifacio sub pretextu altaris
portatilis petivere . &c. Proinde et-
iam ciusmodi causus sub & obre-
ptionis in scripto aliquo publico ,
quod

quod declarationem eorum subterfugius oppositam vocat , Martinus vander Meden amicus meus, nuper Anno 1622 sub dato Stadz 13. Febr. in causa defensionis pro libertate navigandi in Albidos flumine publico illis obiecit. Et notabile in primis est, quod pag. 5, & 6. ponit, in hunc sensum usdem exprobando, quod non tantum in ignominiam maiorum, sed etiam contra sententiam & mentem ipsius Imperatoris, grauissimum illud privilegium & beneficium supra positum & specialiter in nudas nundinas certo tempore quotannis definitas, & circumscripsiè determinatas, contra scientiam & conscientiam in detrimentum proximorum ac maxime confederaterum ad ius Emporii & Stapulæ extenderet sustinet. Hamburgenses ipsi in petitione articulata pro restituitione in integrum advitis latam sententiam Cameræ art. 72. confitentur ingenuè, ut eorum habent verba: Quod quidem hodiè navigatio libera sit in mariibus & fluminibus ; sed salvo jure Geranii, sistendi & stapula (N. B.) ex causa publicæ utilitatis, &c. Verum quin sub hec munusatio patefacta causa publicæ

538 R E R V M P. H A N S.
maxime non tantum proprium com-
modum , sed etiam suppressionem
proximi , confederatorum , vicino-
rum principum , & Domini proprii,
adeoque monopolium & ante om-
nia dominium singulare in Albim,
uti nunc id in aliquot propositioni-
bus ad Reg. Dan. haud obscurè dete-
geri sicut , quæceterent potius , ait Mede-
nus , si inde Patriæ suæ & veritatis in
hoc studio sum p̄rstate voluisse ; Et
enim , ait , non nihil exactius secun-
dum historiæ seriem examinare , &
nexum illum , quem Hamburgenses
confœderatis civitatibus & vicini
diffamatio[n]e haut convenienti astu-
care non veritisunt , scripto aliquo
detergere debui . Quamvis autem hoc
scriptum adeo fundamentaliter om-
nia deducat iuxta historiarum vici-
cationem , ut vix refutari solidis ri-
tioniū in argumentis queat ; tamka,
quād etiam summe necessaria mo-
neat , quid videlicet inter nundina
& ius scapulæ , quod plurimi igno-
rant litterati , intersit , & quomodo
sub eo p̄textu novæ exactiora
navigantibus & commerciis passio
imponi , item monopolia ita occulti
institui , & libertas navigandi re-
stringi aut inhiberi possint , ac deinceps
que

quodnam inter commissiōnēm Cæsaris pro vindicāndis piratis & fluminis publici purgatione, atque Domini iude falsa appropriatione, delictum reuendū sit, id hac occasione propter informationem meliorem rei & facti nonnihil iuxta Medeni deductionem erit perlustrandum; præsertim, ut inde in ulteriori Historiæ huius deductione possit vera cognitio rei haetenus artificiosè suppositæ colligi, eoq[ue] rectius dijudicari.

C A P. XX.

De nundiniis, iure Stapulæ, & foro promercatis, relligali, exactiōibusque quoniam modo inter se differant, nec non Daminio in flumen Allidos Hamburgensem, & qualem sit.

Pro vulgivago axiomate hoc Phili ci vendicant. quod unius corruptio alterius sit generatio; ita quoque hoc dici potest de Hamburgio. Namque facies quam varia & status ducus incolatum talium fuerit, id partim ex supradictis facile colligi potest. At quoquequam Bardovicum, urbs

540 R E R V M P. H A N S.
urbs Germanorum & Saxoniæ antiquissima ab Henrico Leone esset extincta, atque inde Lunæburga flore magis inciperet ex navigatione & salis commercio: st. tini quoque illi simulam se quidem Hamburga extere voluit, sed quum nimis adspiceret, & antores urbis ipsos tot machinis impeterent, ab Imperatore Carolo 4. pertulit eam sententiâ, ut iam dictum est. Quid igitur aliud heic judicari poterit, quam quod merito à primordio tituli, postea servetur eventus? Nam qualis tam fuit præsens status, ex ea sententia & pacto demolitionque statutæ Rolandinæ patet; si talis præsumitur nunc, fuisse originem similem. facile concludi posset seu dum gloss. communiter. Boer. decisione 42. Vafg. vñb. Illust. gg cap. 1. c. -6. ad fin. cap. 47. num. 9. usque ad fin. & alibi passim. Nihilominus in aum curvis bono merito videtur, quod contra natu-ram consociati amoris, propter ni-um sui commodi studium, tam acri & plusquam sarcastico stilo vi- ciñas & confœderatas civitates, vi- delicit Lunæburgum, Stadam, & Boxtehudam, in art. 53. 54. & seqq. petitionis pro restituzione in inte- grum

grum Anno 1619, contra notorietatem apertam Hamburgenses compungere atque iisdem commoditatibus & naturis iuris statum abnegare aut suscipere voluerint: dum mox sibi ex iure quo sito vendicant ius stipulae in sistendo & exonerando committentia art. 38. inox fluctuando ex dominio maris & fluminis arrogatione, sibi sua dubitantur conficiunt axiomata. art. 70. inox sibi contradicendo privilegia ex Caroli Magni ac filii eius Ludovici P: i fundatione, quin eam urbe in Ecclesiastice Metropolim constituerit, conjecturaliter conficiunt: art. 34. &c. In de Martinus à Meden ad hanc cupidè commotus cit. ut Refutatorium illud composuerit scriptum, in quo libertatem veram commerciorum solidè, & e contra Hamburgensem violentas coactiones ad vivum depingit. Velut etiam non sine administratione eorum axioma, quod art. 70 ponitur, cognosci poterit, quin contra ipsum naturę ordinem & constitutionem ponant, Quod etiam in mari, quo tamen nihil plane æstimari communus possit, aliquod ius immo etiam dominium (ita imperterriti loquuntur) ad navigationem pertinens.

nens adquiri : Vnde minus dubii
hoc habere potest, in flumine publi-
co, qualis est Albus. &c. Verum quis,
si non careat integris sensibus, sibi
hoc persuaderi sinat ? Facile quidem
est, quidam affitmare pro vero: sed
quod ipsa natura extra proprietatem
alicuius constituit, quomodo id in-
dominium tale cogas ? Quia natura
ordo hoc commune esse non permit-
tit, sed iubet, ait aucto: *in lib. de mari*
libero cap. §. pag. 21. *Vide* Donell *lib.*
4. com. cap. 2. Preinde non tam iure
genti: in , quam ipsius natura qui-
busvis ad quosvis libera manet navi-
gatio in mari. Namque nec ibi va-
let titulus inventionis, donationis,
occupationis , præscriptionis , aut
consuetudinis &c. ne cum jus ullum
Dominii, ut *cult. dict. aliquet cap. id*
satis luculentem demonstrat. Nec ob-
stant, quæ *ex part. 2. Heg. quaest. 40.*
num. 54. ant Bod. lib. 1. cap. 10. pag.
267. quis officiat, quem ius natura
& gentium jurecivili longè sit vul-
dius. Tum etiam ex ipsa lege civili
præscriptione aut tali modo consue-
tudinatio acquiri prohibentur, quæ
in bonis esse nequeunt. *I. sed celsi ff.*
de cent. empt. l. usucap. ff. de usucap.
l. sicc. ff. cod. sine poss. de R. S. in 6.
l. agit.

i. alienat ff. de v. sig. l. si fund. ff. de
fund. det. l. præscript. C. de oper. publ.
l. diligent. C. de aquæ duell &c. Atta-
men ipse Prodinus & auctores reliqui
confitentur ingenuè, quod si quo-
dammodo quid iuris attribuendum
in mari veniat, id ad neminem alium
nisi ad Principem sive Imperatorem
spectet. Nec dubium est quin ipsi
i. confiteri velint, quin ita fluctua-
tudè ad nomen Metropolios in
Ecclesiasticis, tanquam ad sacram
anchoram convolent; quoniam inde
salvationem aliquam adassertionis suæ
præterfatuant. An vero quem late-
re potest, in qua re Metropolis tunc
illa Hamburga dicta & constituta sit
cuius reliquis? An in commerciis?
an verò rebus Ecclesiasticis? Quæso
cui rei locum Metropoliticum hunc
cūlectavit D. Imperator? Mūre Helm-
holdi antiquitatem, quod ille circa
tempora Henrici 4, id est, An. 1096.
&c. vixerit, extollunt art. 25, &
eius auctoritatem præ reliquis valere
volunt. Quæ igitur supprimunt
maritimam subjectam, de qua ille lo-
quitur? An ibi de dominio maris,
& instructione navigationis, & jure
Emporii, aut commerciis uslis agit?
An potius de cultu Domus Dei, &

animatum regimine? Audiatur heic
historicus ipse, si forte sit, qui igno-
ret, ut fucus derergetur illi: Hic (in-
quit, Ludovicus Epipius) ubi super
Haminenburg. Patris sui (Caroli Ma-
gni) comperit vocum; communica-
to itatim sapientum concilio, san-
ctissimum vitum Anscarium, quem
& aliquando ad Danos & Suecos
prædicatorem direxerat, Hammu-
burgensi Ecclesiæ ordinari fecit Ar-
chiepiscopum, statuens eandem ci-
vitatem Metropolim universis, N.B. j
ut legatio verbi Dei exinde ubique
pullaret in omnes barbaræ na-
tiones. Quod & factum est. Ecce. Ergo
& sic Metropolis a.i instanti ab Po-
tificum (ut ulterius testatur) di-
minutioni Verbi Dei facta est. Vi-
deatur quoque *Clytr de Metrop. 1.2.3.*
latè vim & intentioneum talem ex-
plicat, & quomodo ac quoniam Germa-
nia in 6 Metropoles, seu Archi-
episcoporum sedes divisa sit. Quoniam
quenam hodiè quoque est Metropo-
lis? An non quia sedes Arch:ep. Bre-
mam transalata est? Ergo cessante cas-
sa etiam cessat effectus, quod si uel
exprimi debuisset. Verum quoniam
que hoc scitis firmum putarent fun-
damentum, ideo quidem ad partem
ill.

ultimam ostii Albiaci recurrunt, &
ibi simul producunt concessionem
altatis portatilis, quod supplicibus
Anno 1296. à Pontif. Bonifacio 8.
ad Missam faciendam pro iis, qui in
tutti novi operis excubias ad extre-
mitatem istorum finium agunt, ob-
tinuerint; producunt quoque simul
conniventiam & specialem amici-
tiam, quam *Anno 1316.* feria quin-
ta ante festum Palmaturum cum judi-
cibus, Consulibus & universitate
tertii Wormatiæ inierunt: verum quo
attificio totum istum tractum Ruz-
bultensem in suam potestatem re-
degerint & à Lappensis olim iilis. No-
bilibus sedem tacitum sibi appropria-
tint, eam historiam planè silentio
sicco supprimunt, ne fortasse inde
omnia reliqua in ullam suspicionem
vacillationis abripi aut trahi possint,
aut apertius de variis aliis pateret ju-
dicum. Ita etiam nūnē se confun-
dunt, dum australē brachium *art.*
44. & *45,* quod arte 300 unquam
fecit, negant, quo ipso clare de-
monstrant, ac scimeti ipsos convin-
cunt, quod ex obstruktione, quam
ipsi loco Gammérico tunc objécere,
violentiam eam fluvius ab altera
parte caussarit. Verum quum variis
Min fluctua-

546 R E R V M P. H A N S.
fluctuationibus suis in eo publicato
scripto iuxta articulos tales semeup-
pos oppugnēt, ut ait Meden, nec aliud
firmius in conquisitis fatibulis fun-
damentum sibi > cause fragili in-
veniant, toties relabuntur ad Caroli
I v. mandatum specificum, nundi-
nis annuis solammodo deputatum.
Miratur proinde Medenus, quod ex
tam sinistra interpretatione huius il-
lustris mandati, de alia protinus te-
loquentis, sibi ius talis stapulæ, quoj
ipsi contra omnes vicinos & accolæ
in eorum extremum detrimentum
tam male practicantur, configat
& judicialiter id probare conentur:
Verba eius sunt: Nimium est, quid
postet hi (inquit) in deipectum mi-
lotum suorum, tam nimia confides-
tia, præter decorum, ex simplicitate
Privilegio nundinarior, vestigialis &
stapulæ jus sibi configere & proba-
re ausint, ac non vereantur coru-
supremæ justitiae judicio aut laudi-
bili Cæsareæ Cameræ tribunalii
non publicis typis idem in consi-
etum totius inundi nimis teme-
producere: Imò nec erubescant he-
quasi fundamentale omnibus re-
quis Cæsarei Mandatis, Privilegiis
& confirmationibus (quas uiri
p. 11

pulx suo cum magna reputatione iuxta eorum opinionem produxerunt) præfere & extollere. Quām cauen ipsa veritatis manifestatio testetur hoc, quod, si dictum Privilegium , aut potius respectu civitatis Hamburgensis Mandatum Carolinum iuxta tenorem ritè examinetur , ex concavis rationis compoti hominum statim pateat; istud rescriptum nūl magis, nec ulterius quid importasse, quām (1) meram dispositionem aut nullam ordinationem nundinarum; atque cā (2) certo & nominato tempore cuiusque anni sequentis destinatam, videlicet duabus septimanis ante & unam post festum Pentecostes, quod tempus sæpius in eo repetitur: hoc modo (3) & cum tali conditione libertatis, veluti in aliis passim locis nundinæ in Imperio Nationis Germanicæ celebrantur: Atq; (4) id omne in communem salutem omnium reliquarum ad Albim terram & locorum, provinciarum & civitatum, & quidem pro securitate & libera consuetudine omnium mercatorum, qui tunc (5) propterea nullo planè onere gravari aut premi, sed multò magistrati ab Hamburgeribus ipsis, quām etiam ab omnibus

Principibus & magistratibus vicissim
in & extra Hanibligum contra ini-
quitatem inferentes defendi & pro-
tegi debeant; Atque hæc omnia si
dictamine posse in mandato non i-
natur, &c. Haec enīs Melioris.

Vnde patet, & ipsum Mandatum il-
lāperte loquitur, quod in nullius leci-
tū negotiūs detinēnti ex eo quid
vergere queat; ne dum quod ad alia
extendi debeant generalia, quæ ipsa
prosas ignorat littera: vult cum
traducit Dd. à verbis privilegiorum
& propria eorum significatiōne non
esse recedendum: Pars. conf. 22. n. 6.
lib. 4. Vbi etiam scribit nullum ar-
bum in Privilegio censi frustatio-
niè appositorum, & sine effectu opera-
di. Quæ cum pluribus aliis simili-
bus copiōtè deducit. Ioh. Petr. Ar-
char. q. 2.; n. 5. v. 7. 8. Alvar. T. ales-
ciscif. Lutitan. § 8. n. 8. 9. Rel. a Val.
conf. 2. n. 7. usque ad fin. maximè n. 5.
48. lib. 4. Cephal. conf. 4 § 1. n. 22.
cum seqq. Stat ergo fixa & inestagi-
bilis sententia & intellectus privile-
gii, quod de specie certa & determi-
nata loquens, nulla ratione ad univer-
salitem locutionem aut generalem
posset in altitudinem retrahi, quam
specifica differentia omnem à se ex-
cludit.

cludat genericam acceptationem. Nundinæ , cœu ex ipsa nominis appellatione ac ce ipsa appetet , toto cœlo à iure stapulæ , fori mercatorum , enporii , & appuisu principali mercium distant. Eiorem qui sensu communè propè careat , rectius hęc posset distinguere. Sed non mirum , quum proprii commodi studiū & amor , tam fortis possit signare mortalibus mentuum impressiones , ut inde etiam erranti lingua quid sequius proferatur , modò appetitui id suum in exortatione sicut scopus . Nihilominus justa & rectiora sapientibus paucula quadam de Nundinæ & jure stapulæ , quum hoc vocabulum apud nos veræ non adeo usitatum sit , alteremus , ut quis in tali certamine quod hodiè admodum frequens est , huic avarissimo mundi seculo , quid certi iudicii sibi inde cōcipere queat.

Nundinarum igitur vox ipsa indicat , quod certè non adīduum appulsum & cotidianum appellendi & advehendi actum denotet , sed ipsa denominatio id manifestè exprimit , quod intercedinem temporis octo dierum sive tot partium dissidium interponat , quasi dicerentur Novendunæ à die nono , ac iste dies Mm . 3. esset

eret paganorum & institutorum mercibus dicatus ; unde Festus ait : Nundinas feriarum diem esse evoluerunt antiqui , ut rustici convenient mercandi , vendendi que causa , eumque nefastum , ne , si liceret cum populo agi , interpellarentur nundinatores . Quod ita & asseverat Paulus . Attamen Titum de feriis scribentem , Nundinatum dies non interfici aste tulisse , sed tantum solemnies vocasse , & idem hoc Iulium Modestum ita fecisse , quod nundinæ non essent feriae videri , refert *Macrobi. Saturnal.* lib. i. c. 16. Verum id Iulius Cæsar proflus negavit , quod die nundinatum concio posset advocari , id est , cum populo tunc agi ; ideoque nundinis Romanorum haberi contia potuisse : attamen & lege Hortensia effectum , ut festæ essent postea , uti rustici , qui nundinandi causa in urbem veniebant , lites compонerent . Nefasto enim die Praetori fari non licebat . Alias enim apud Romanos feriarum quatuor fuerunt gerera ; Stativæ , Conceptivæ , Imperativæ & Nundinæ , ut notat *Alex. de Alex. genial dier. lib. 5. cap. 7. vid. R. fin. lib. 4. de antiqu. Rom.* qui ibi etiam originem eorum ex sermonibus M. croci

crobii explicat, cum Varrone & Rustico id faciens maximè, quod Romani instituerint nundinas, ut octo quidem diebus in agris rustici opus ficerent, nono autem die, intermissione rure, ad mercatum, legesque accipientes Romanam venirent, & ut scita, atque consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposta, à singulis atque universis facile noscabantur. Vnde etiam mos tractus est in Germaniam, ut simili modo in civitatibus passim singulie septimanales nundinæ vel potius mercatus minores celebrentur, sed legibus aliis; non ut nonus sit dies; sed septimus, velut norma Scripturæ sacræ & Verbum Dei id exigit, ut septime die quies sit sancta omni carni. Vnde & septimanae quidem recte, distantia tot diecum dicitur, & cætunc celebrantur semel rusticis in circulo hebdomade nundinæ, quas *Warcldag* vocant. velut *Colum. de re Rust.* idem comprobat ex vetustate, quæd Villicus, non utrum non ullas nundinas, nisi venderet aut emendare necessariae causâ, frequenter verit. *Lamb. in Aul. Plant. pag. 133.* At die trinundino leges aut novæ aut correctæ audi repetitæ promulgebantur,

tur, unde & tunc frequentior multitudo plebis adfuit : Cen cundem morem adnue in vegeto usu retinet civitas Magdeburgensis , quum ibi Metropolin Saxonicis suis determinet, ubi undecies singulis annis proclamatio publica sic legatur, quam illa *Paturding* appellant. Nundines vero septimanales, sive mercatus quilibet civitas ex Magistratus sui iustitia celebrare valet, quum regalibus non adeo strictè accepteantur, & communitas quasi tunc ex concessionis impetratoris loci illius actus putetur. Magnitudinem differentia est talium undinarum, quæ singularem solemnitatem in anno aliquo spacio continent, quum non unius divisionis cursum mercatorum, sed plurimum etiam distarum regionum incolis & merces, quæ publicis indigent securitatibus per publicas vias, convestant, conuentianæ & distinctionem commerciorum exigunt, immensitates multæ ad tales actus maxime publicos, & negotiations requirantur. Ideoque meritò singulare ea observatur distinctione, ut nondimictræ aliae sint vulgares & hebdomadariæ, aliae autem annuae & solennes, quæ ab illis planè ita separatae sunt,

sunt, ut illæ nihil dignitatis habeant,
& quæcum solummodo ad usum con-
modicem & sustentationem vulgi
faciant, nec vici iis carere queant, à
quovis Magistratu sine ullo privile-
gio institui possint. *Thesaur. decif.* 264.
n. 1 Bald in Lunic. C. de nund. Sichard.
a: rulr. ibid n. 2. Cuiac. in parat. d.t.
Eccer. derigal. c. 2. n. 239. Ideoque
rectè hanc dicto loco distinctionem
ex *Cuiac. parat. d. C. de nund.* obser-
vat, Quod et atq; hec Nundinæ &
Mercatus differant. Nundinæ, inquit,
sunt celebrates Imperii vel unius
provincie mercatus, qui habentur
certis, statisque temporibus maximo
conventu mercatorum in his locis,
quibus jus eos habendi datum est be-
neficio Principis, aut longa consue-
tudine, quales in Germania sunt
nundinæ Francofurtenses, [Lipsenses,
Naumburgicæ, Magdeburgicæ die
Mauritii quotannis, &c.] Mercatus
vero sunt parvæ nundinæ, unius ci-
vitatis, aut vicis, non ita celebres ut
nundinæ. *Cuiac. in parat. d.t.* Atque
hæ nundinæ & mercatus omnino
dequeuant sine ullo privilegio aut
Principis summi concessione aut li-
cencia, dictis ubi rationes, quod re-
galia quoque eius ingrediantur, in-

stitui. Imò solus Imperator maximè solempnes annuas concedit. *I.un.C.de nund.ius Sax.lib.3.art.6.* & *lib.2.art.26.* Ac potest etiam eas civitatib; aut loco alicui pro lubitu cum causa auferre & aliò transferre. *Gail.2.obs.2.*

24. Tessaur. decis.-64.n.2. Veiut ipsi ius erigendi civitates competit, quod concedendi nundinas sive mercatus publicos in sece complectitur, de quibus textus sunt expressi in *l.1.ss.* at *nund.ibi*, nundinas in petratis à Principe. & *l.d.un.C.co.t.Knich.de Sax.nin prov. iur.verb. discum.c.5.n.457.* Cui huc facit, quod ferias solus Imperator indicere queat. *l.4.C.defer.* Nundinæ enim sunt feriæ, ut super ei Macrob. patet, quod Iul. Cæsar omnino voluerit, ut etiam novenali essent feriæ, quod lege Hortensia simul approbatum fuit, & id liquide prolaturus ex *d.l.un.C.de nund.Dent.lib.24.c.7.* *Mollerus ad novell. Cetit. Elec&. Aug.part.1. Const 30. n.6. ad seqq. Sichard.add.l.un.per tot. Egrii dereg.c.2 n.210.* Vnde etiam talium nundinis quasi sanctum quoddam tempus iuridicè adiectum est eis privilegio quasi singulari, nemercatores in exercendis commerciis & negotiacionibus libertis, quæ boc publ.

publico inserviant, impedirentur, ut in nundinis nemo convenit sub prætextu privati debiti, ac molestiam pati, præcludique, seu, ut nunc loquuntur, arrestari possit. *I. u. C. de nund. & Const. Elec. p. 1. 30. Moller. ibid.* Quapropter hoc sedulò observatur, quod persona aut bona detinctoris in nundinis arresto detineri haut valeant, priusquam illarum fiduciarium signum per campanam publicè ad certum tempus detur. *Matt. Coler. de proc. execut. part. 2. cap. 3. n. 156. Dan. Moll. lib. 1. Semestr. quæst. cap. 12. Bocer. de reg. cap. 2. u. 2 3 9. Carfzov. de regal. th. 4.*

Eani quoque ob causam, ne talibus publicis commodis quid impedimenti aut nocimenti improvidè obiiciat Imperator, tam cautè in eo procedere solet, & usus ita quoque communis id obtinuit, quod Cæsar aut Princeps summius nunquam aliqui nundinatum talium privilegium dare consuevit, nisi prius adjacentibus & vicinis civitatibus & pagis aut eorum Dominis, quorum interesse posset, auditis. *Gail. 2. Cls. 69. n. 29. Bocer. d l.* Proptereaque hodie in Gallia privilegium nundinatum à Rege impetratum ad Ballivos

vel Seneschallos dirigitur, ubi audit
intercessione vicinorum oium, ex
litteris regiis ius nundinatum admittit
vel denegatur Godofr. ad l. i. f.
de nund. Eynsid. tract. de Reg. cap. 2.
n. 211. Alias eniim ni ita legitimè
res talis obtineatur, & maximè et
intercessione vicinorum, plerumque
dolus heic sub nimio proprio com-
modi studio sepultus latet. Ideoque
certè privilegium Magdeburgensem
cum eorum fundatione tanti mo-
menti est, ut omnibus dignitatem &
palmariam cum summo honore in his
aferat, quum ex totius populi Sa-
xonici imploratione talia privilegia
nundinatum & reliquum conci-
ssorum ab Imperatore Othono II
sunt impetrata. Ac nisi solemnis-
tas hec subsit, merito dici potest,
quod per sub & obreptionem qui
sit extractum. Namque in genere
omnia iura civitatum à Sacra Cal-
rea Missa. & imperii suprematæ
dependent: Iura autem specialia co-
se su populi introducta sunt. Dantur
in disc. cont. Com. Barbienf. Ac nisi in
constent, non catēt extremo vicio. Vt
Iut etiam Cic. acriter tales nūdinatio-
nes in M. Ant. Philip. 2. reprehendi-
int ad fraudulentas actiones eius te-
mperiorum.

icit. Cuius domus, inquit, quæstuo-
fissima est, falsorum chirographorum
officiorum, agrotum, oppidorum, im-
munitatum, vctigalium, flagitiosissi-
mum: & nundinæ. &c. It. impetum
populi Romani huius domesticis
nundinis imminentum est, &c. &c.

Pkt. Orat. de eadem hæc repetit: In
intiore ædium parte totius Reip.
nundinæ &c. tantum videlicet dam-
num toti Imperio & Reipubl. unius
hominis aut civitatis sæpius nundi-
atio fucata vel ~~αγριες~~ infeste-
runt, nisi cautio legumma adhibe-
atur. Quis igitur non iam claris hoc
perspicit oculis, quid propriè ge-
raina sua acceptione sint Nundinae?
An heic subinisceri aut subintelligi
sicut ius Stapulæ, aut Empori quod-
dam continui, universalitatem quan-
dam continentæ secum induceris? Vbi
determinatio rei certa, ibi sanè nec
Indefinita potest accipi, quum mu-
tuo sibi contrariantur, nec temporis
intercapedo possit dici aut accipi de
continuo. *Vide Garf. Mastril. de Ma-
gistr. lib. 3. cap. 10. num. 11. & sigg.*

Verum paucis quoq; nunc patet, quid sit ius Stapulæ aut Empori, sive
forum publicum mercatus. Quam-
vis hoc ius valde fuerit semper in u-

§ 58 R E R V M P. H A N S.

su, & cum ipsis à principio cum commerciis flotere incepit: tamen inter Ictos vix sunt aliqui, qui ex professore quid de eo conscripsetint. Unde etiam adeò confusè à multis acceptur, ut neque id, quod Emporiū vigor exigit, rectè diuidetur. Inter Ictos Germaniæ inveniuntur talia non nulli neoterici qui parcè satis em traetarint materiam, ut *Mjnsing* art. fil. 19. *Sixtin.* 2. de *Regal.* cap. 3. art. 39. *Henning.* *Goeden.* *Conil.* 3 quibus *Natta* addi potest *Consil. 65.*

Alias enim antehac nō adeo hodiū *Stapulae* secundum eam appellacionem in usu fuit; sed ex Emporiis Harfaticis in consuetudinem traducitæ est, ut proprium eorum dicatur *Stapulæ*, ceu *Stapelen* nil aliud est, quam merces exponere, & iterum compagare. Inde quum ius Emporiū *Stapulæ* in causa Hamburgensi res retur, illis est à Camera Imperii positum, ut novo libello id extent. *Meden.* in *Rifst.* sua pag. 99. *Natius* alias enim est nomen Emporiū videre est *apud Cis.* lib. 5. art. 2. *Epist.* 2. ubi mentionem Emporiū teolanorum facit. Ast hodiè *Dauthius* de hac *Stapulae* consuetudine, nondum videre lucet.

tamen aliquid perfectius percipiatur, ante oīnnia Synonyma & locutiones genuinæ sunt observandæ. In iure Wechbildico Saxonum art. 9. referuntur, quod Mercatores Cæsarem sollicitarint, ut illis ius altius commercii concederet , & habet textus hæc verba. At quætunc Rex concedat illis alia sublimiora & talia iura, qualia ipse cotidie in sua observabat aula. &c. Dauthius, qui præ reliquis !Ctis in talibus fuit accuratus, ex comparatione Colonensis civitatis , quæ cum Magdeburgensi in eadem collationis paritate, art. 1. VVeichb. constituitur , rite tali Iuri adscribit jus Emporii, Geranii, sistendi, presentandi & exonerati flapulæ, & vocat hoc forum Mercatorū contradistinctū à foto caffarum, ceu illud rite ex ipso textu art. 9. d. expeditum sapienter redditidit. Signum autem huius iuris attributum est speciale in Emporibus ædibus , sive forensibus talibus , quas textus Weichenstet dicit. Ceu etiam Iohan. 2. v. 16. οἶκος ἐρυθρός domus mercatus talis locus vocatur. Quid vero ædes ejusmodi forenses sint, id glossa in triplici significacione ibidem plenius explicat. &c. Ex quibus manifestè appetet, quod dominus

mus talis publica *VVicibus dicta*, non tantum curia aut forum caussorum sed etiam forum maxime Mercatorum, sive communis appellatus domus aut Depositorium *Eys* fuit-haus, ad quod omnis genere commercia & merces peritabantur & deponuntur, & praeterea quae per maria ac flumina navigab in illuc ad fiduo & cotidiana continuatione transportantur. Quod enim Graecus *μετέροις* ab *Επιπλέον* id est nomen, vel potius ab *Ιπτέρος*, Matth. 13.45, quod & mercatorem, & vecellum, qui mare traiicit, quasi mercatorum nomen suum à peragendo & perciscendo habeant, denotat: Emporium id Latine ritè per forum designatur: non autem secundum illorum, qui forum à fando vult desinari; sed potius iuxta Varronis vel à serendo, quod ibi omnia vialia, etiam caussæ, conferantur: vel i foras, quod sub dio sicut tales negotiationes, derivatur. Rectè dicitur *Aus*, quod 6 modis forum intelligitur. Primo negotiorum locus, e forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus, qui ea locis constituenda curarunt, queāeū locis privatis, & in viis & in agri

fieri solet. Alio, in quo iudicia fieri, cum populo agi, conieiones habesi solent. Tertiò, cum is, qui Provinciarum prætest, forum agere dicitur, cum civitates vocat, & de controversiis eorum cognoscit. Quartò, cum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulū sepulchri dici solet. Quintò locus in navi: sed tum masculini generis est, & plorale. Sextò fori significant Circensis spectacula, ex quibus etiam minores forulas dicimus. Inde & forare, & foras dare, & forces, & foras, & forecula id est ostiola dicuntur. Hęc ille. Veruē nos cum Rosino lib. 9. cap. 7. de antiquis Rom. omissis reliquis, de iis tantam foci, quorū conferrentur, dicimus. Quorū quidem duo apud Romanos fuerunt genera. Alia enim ad iurib; splendorem facta erant, in quibus hominum conveniūs siebant, vel negotiorū civilium, vel delectatiōnis causa: Alia ad communēs populi usus parata negotiantibus patebāt. Que vero facta negotiis cīvilibus traxerunt comparata, hęc sunt: Rom. 13. 1. Cīfāris, & Augūsti. Romanum forum, quod & antiquissimum fuit, & propterea retus appellatum, varia insuper habuit nomina.

Nonnunquam propter excellentiam
simpliciter Forum dictum est, fre-
quentius Romanum, à dignitate sci-
licet urbis, interdum Latinum. &c.
Velut etiam hodiè in eius rei imita-
tionem Argentorati, & Francofurti
Curiæ vocantur Romerianæ. Celsus
forum ab auctore suo habet nomen,
ubi sibi statuam erigi passus est. Sed
Augustus forum constituit propriæ
hominum, iudiciorumque multi-
tudinem, ut festinantius absolverentur.
Quartum forum incepit Domitianus
Imper. quod Nerva perfecit, & trans-
itorium dictum fuit, quod statu,
colosso omnibus cum titulis, & co-
lumnis æreis ac rerum gestarum
dinem contineret. Quintum cel-
berimum Traianus adiecit, cuius
quidem admirandus splendor fuit,
sed inde meritò optimum omnia
habetur, quod in eo soto M. Anto-
nius proponi edictum mandavit, c
quo Christianos pœnarum crudel-
tate exemit, eosque vocari in ius pli-
orer religionem prohibuit: delat-
rem verò eorum crevari vivum per-
cepit: quod tamen atrox meritò ce-
setur. Fuit & Salustii forum, Au-
Archimonii, Ceditii, Argentatii, Io-
garii, &c. seu Alex. ab Alex. Gr.
aut.

P A R S T E R T I A . 593
Hec lib. 2. cap. 12. undecim recesser-
fora.

Vetum alterius generis Fora erant
huc, boarium, olearium, pistorium,
fuarium, cupendarium, piscarium,
rusticorum, sive suburbanum, &
agonium, in quibus ea, quae ad vi-
vendum erant necessaria, vendebantur,
cum adhuc in omnibus civitatum
bene constitutis Rebuspubl. tales ne-
cessitatis commoditates conceduntur
commodo usci. Iosephus: et mos Ro-
manorum hanc distinctionem nobis
in manum lagitur, ut inde agnosca-
mus, quae in ijs Foris sicutis diffe-
rentia. Etenim non tantum iudicio-
rem & per mercatum simpliciter
terum: sed Forum maximè mercato-
rum in præcellenti habitum fuit ac-
tum dienitate, cui singularia quo-
que iura & privilegia sunt attributa.
Sic ex eius rei imitatione, vel potius
(ex ipsis naturæ dictamine Hansea-
tici Germani) tale forum Empori. ex
sufficiationis vocabulo insigilate vo-
luerunt, & Scapulam eiusque com-
petentiam Ius Standze nominatarunt,
sive cyne Niederlage, appellatione ab
arcula, exoneratione, principaliori
scilicet Emporii parte desumpta, ut
nisi loquitur Dauth. in Produc.

Magdeb. contra Comit. Barbiens. Ingens
est absurdum, ait Meden, quod in pe-
titione Restit. Hamb. art. 75. & 81.
ponatur talis confusio, quæ Nundi-
nas & Stapulam pro Synonymis ha-
beat. Tum etiam ipsi Hamburg. si
ibi contrarii essent, quum nundas
omnibus civitatibus communes sint;
& à quovis Magistratu subditus sibi
concedi queant. Quid ergo privilegii
loco in hoc habebunt, si omnibus est
commune? Sed affectata est igno-
rancia, quum differentiam sat in pio
commmodo noscant & intelligant.
Quemadmodum enim forum à se-
rendo (ut antea dictum est) nomi-
habet; quod in eum locum & con-
troversia, atque merces deficiant;
quum Græcis forum esset Basilica,
est, domus ampla & spaciofa, quæ
solebat ædificari, ut in superiori pa-
te iudicia, in inferiori parte nego-
tiationes exerceantur; ceu ex V. t.
vio rem hanc in officia Ciceronii;
Georgius Cracovius exponit: Ita
pulam vocamus, ait Dauthius, ma-
tuato de Germanica lingua iugis
Hanseaticorum consuetudinem in
cabulo, aggestionem & compone-
tionem mercium omnium, qua-
genus sunt, ut servando seruari pos-
set.

sint. *Grantz.* in *Vandal.* lib. 8. cap. 5. 6. Conficitur igitur ex his omnibus, (ita pergit Dauthius) quod etiam ipse locus talis publicus, & Mandatum aut Imperatoris indultum & privilegia-
ria concessio in tali continuatione
longè quid sublimius & ab nundinis
superadiectis magis separatum requi-
rant & ponant, quam haec res gene-
ralitate & amplitudine sua nec non
dignitate omnium commerciorum
maximè se regalibus Principis summi
insinuet, utpote, ex qua amplissimi
fructus vectigalium & teloniorum
expectari queant. Imò & ipsa ver-
ba textus in *sue Weickbildico Sax.*
Art. 1. & 9. hoc ostendunt, quod Im-
perator sit, qui singulari mandato &
cum singulari solemnitate tale ius
sistendi & stipula mercatoribus aut
civitatib[us] mercatorum concedat; abs-
que cuius speciali privilegio hoc
nullatenus valet acquirier. Namque
éandem paritatem habet, quæ obser-
vatur in coadenda civitate. Et enim
iuris est manifesti, quod Cæsar is haec
sit potestas, & pertinere hoc ad eius
splendorem, ut ipsius autoritate ci-
vitas Imperii condatur. Ita de Cæ-
sare est text. in l. 1. C. *Metropol. Bery-*
tbo. lib. 11. *Cap. Valasc.* l. *imperium n.*

73. ff. de iuris d. Et quæ sine Cæsar's
authoritate constituitur civitas, pri-
vilegia civitatis non habet. Innocent.
e. cum ab Eccles. n. 1. de off. ordin. Sic &
nullatenus ibi est ius sistendi aut Sta-
pulæ Emporiivæ, ubi non id singula-
riter concessit Imperator. Est enim
juris vulgarissimi, verba contracti,
privilegiorum, & omnium dispeli-
tionum secundum subiectam mate-
riam, & naturam illius rei, de qua
agitur, intelligenda esse. I. si quis
princip. ff. locat. I. si elet. C. eadem. I. de
n: iofecti. ibi Angel ff. damni inf. I. p. C.
non nume. pcc. Clem. ex urbi. de verb. ffa.
multa cuinalat Natta. Clem. ffa.
eck. 4. & 64. de verb. sig. Everard. a
soco à subiecta mater. Alex. cons. 25
n. 6. lib. 3. Et qualem ius Imperatoris
vitatibus indulget, tales quoque
inde habent civitates formam, quod
statu servam, aut liberam, mixta
aut plene liberam, ac quoad com-
mercia Emporialem aut citra Empo-
rium & saltem in mundinis adi-
consentem. Ita Fridericus I. Cr-
salensibus ius civitatis habende er-
dit. Natta Cons. 636. n. 102. Si
Imperat. Otto I. Magdeburgum in-
fundavit, ut non modo civitas Im-
perialis esset liberta, sed & propria

Francia, atque liberis & excelsis Italiæ civitatibus, quoad exemptionem, æqualis esset. Imò & in genere iure omnium Stapulæ, mercatus & Emporii præ omnibus aliis in fundatione sua donavit, ac in iure VVicibb. eadem ipsi emporii privilegia in hoc attribuit, quæ civitati Coloniensi, cetera verba in textu expressæ habentur. Quod si Hamburgum tam in signibus privilegiis esset ornatum, velut in Magdeburgo videre est; tunc certè posset aliquid exemptionis fortioris sibi aut gloriæ in iure tali arrogare.

Etenim in supra posito Mâdato nusquam tantum generales imò & universales concessiones inveniuntur, velut in fundatione Magdeburgensis civitatis; sed admodum constricta ibi in Hamb. concessione speciali locutio est de non nisi tantum annuis. Magdeburgenses vero obtinent ius Stapulæ & Emporii in universum libet concessum. Verba enim generalia generaliter sunt accipienda; & generalitas tantum operatur, quoad qualibet speciem in ea expressam, quantum operatur dispositio specialis. Dauth. in pred. contr. Com. Barbicus, mibi pag. 34. Ergo à dispositione generali, nullus casus excipiendus est.

i. pretio ff publ. in rem alt. Duen reg. 133. Schrad. iu trall. stud. p. 3. cap. 1. num. 5. p. 9. cap. 2. num. 79.

Genere enim non simpliciter, sed universum posito, quamlibet speciem necessariò inferri, iura & communis sensus etiam dictitant. Hinc constat verba universalia longè maioris cithaeorū esse, quā generalia: quā sit præcisa, & omnes omnino casus etiam non expressos contineant: neque tamen planè restrictionem aduentant. Imò eiusmodi verba amplias significationem verbī, cui a lunguntur, & hoc operantur, ut verba cuius usus adsociantur, ad latissimam significacionē extendantur: in tantum, ut comprehendant etiam casus, qui secundum impropriam significacionē sub illis verbis includi possunt & quæ alicuin sub iisdem non comprehendentur. Quare nulla omnino dubitatio esse potest, ubi genus ponitur, species sub se comprehendit, & illi nota universalis, ut in Magdeburgensi privilegio adiicitur, quæ necessariò omnis species includatur & inseratur. Verum ea ratio non procedit à specie ad genus, velut Magdeburgensium concessio preter reliqua obiectum statim in metā species fixa:

forma nundinarum certo tempore
circumscriptorum consistit. Quem-
admodum enim qui de omni anima-
li universaliter sermonem habet, de
homine etiam necessariò intelligen-
dus est: Ita sacra Cæsarea Majest.,
qui omnem mercatus formam alicui
loco tribuit, etiam jus stipulat, seu
universalius, necessario concessisse
intelligitur; quoniam hoc universalis o-
rationis vis atque efficacia genuina sit,
ut multis deducit Schrad. de fin. 2.
part. 9. part. princ. scilicet. 3. num. c. 2. &
Inculentissimum part. 10. scilicet. 5. n. 71.
cum seqq. At qui hominem, & inter
eos adhuc hunc vel illum ponit, is
certè omnes superius & generalius ex-
cludit ab isto subiecto. Verum ut igi-
tur in proposito tali concludatur ora-
tio, certissimum est, etiam in privi-
legiariis concessionibus, idem juris
esse. ut privilegium de genere uni-
versim sequens, singulas generis spe-
cies comprehendat, & è contra. Ita
tradunt Ang. in l. fin. ibi Ias. n. 33.
tit. 1. de constit. Princip. Panorm. C. cum
clim. de Verb. Signif Ias. in l. 1. in lib. n.
18. C. de S. S. Eccles. Dec. l. in omnib.
causis. num. 12 ff. de Reg. l. idem in c. sum
accessissent. n. 14. de Const. princ. Grat.
Cens. 130. n. 16. lib. 1. Et quando privi-

legiaria concessio est universalis & præcisa , uti certè Magdeburgensium est , non poterit nec debet aliter restringi, sed est standum formæ & verbis Concessionis. latè Tiraquel. in l. si unquam. verb. libertas. n. 5. C de revocand. Donat. Nattacensil. 160. n. 33. Vbi dicit: Verba privilegii exemptionis accipienda, uti sonant. Vnde tradunt Dd. à verbis privilegiorum & propria eorum significatione non esse recedendum. Consultatur in simili quæstione Heintz. Boccr. de Regal. cap. 4. num. 5. ubi satis exactè omn. a determinando explicat. Haec tenus Dauidius &c.

Quod heic de nundinis & iure stipulæ aut Imperii non nihil plenissim ex Dauidio deductum est; Idem quoque in puncto de flumine publico navigabili, & vectigalibus novis instituendis aut veteribus augendis omnino statuendum venit. Ecce nunc unicè haec regale absolutum Imperii necessarium Iurisperatoris, sed universum Re:publ. communis statum & factum concernunt. Vnde Imperatori insolitum erigere vectigal, aut augere verus, non est liberum, ait Dauidius, nisi principum Elect. accedat consensus, per capitul. Caroli V. Slid lib. 1. Goldast.

1. *Gallia s. Constit. Imperial.* tom. 1. fol. 1.
 1. *Bocer. de reg. cap. 2. n. 184.* *Buxt. ad aur. bull. cap. 9. lib. 91.* *Thom. Mich. de Juris d. conc. 11. litt. C. l'asarm. de Ins-
 rist. lib. 1. cap. 4. n. 7.* Eodem modo
 in Regno Galliae, Anglia, Hispaniarum,
 Danicarum, Poloniarum &c. hoc regale, quod
 omnem tangit undique populum, in
 voluntate procerum simul & ordi-
 dicium regni distractum habet, ut
 causae ac necessitas prius ritè exami-
 nantur, ne fiat præcipiatio. *Elysid.*
de reg. c. 2. n. 232. Huc respiciens *Cic.*
pro l. Manil. Vestigalia quidem pacis
 erubentia, & belli subsidia appellati;
 sed eadem quoque pacis inversio-
 nem ac belli perniciem caussat, si non
 sit modica impositio talium, aut ex-
 quitatem ignoret. Si quid enim ad
 alienandum animos subducunt à
 superiori potens est, & ad nullæ in-
 commoda distinctionum generan-
 dum, profecto exactiones, tributa &
 vestigalia id citissime praestant. *Ven-
 tur de Valent. in Barth. litig. lib. 1. c. 6.
 n. 25.* *Claepmar. de arc. rerum publ. l. 4.
 cap. 25. l. 1. z. 2. & 3. C. de vel. nov. inst.*
Kipp. dr. if. 30. n. 1 & 2. Si quas historias
 penitus percenseat, is inventus, quod
 maximè civitatum tumultus, mo-
 tiones, Revump, rebelliones populo-
 rum

rum & seditiones inde ortum sum-
 pserint suum. *Vide Thuan*, hist. lib. 5. fol.
 103. Ideo non temerè ad eum mo-
 dum deveniendum est, & non cuivis
 competit Magistratui, quum tellet
 sit supremi Imperii. *Cran. Conf.* 814.
num. 4. ac retinaculum eiusdem no-
 vell. 8. *cap. 10. §. cōportat.* *Novel.* 149.
cap. 2. Nec constitui debet aut potest,
 nisi necessitate publica exigente
veſt. C. de veſtig. Ac quum in consultis
 principibus constitui nequeat *l. 3. c.*
ead. multò minus id quādam civitas
 aut aliquot civitates decreto suo con-
 stitutæ valebunt, uti in hoc casu
 expressus est text. *l. 2. C. tit. cod.* Ve-
 lut nec solvi debet ultra antiquam
 consuetudinem *l. 4. C. ead.* quod si
 fiat, exactum non tantum restituic-
 bebit *l. 3. C. veſt. inst. non posse.* *Vidēn*
plurib. Heinr. Klock de veſt. Sed etiam
 si inferior quis, non expectata pa-
 missione legitima, suo iure & iudice
 novum instituat aut exalteat, per
 legis lūbā ambitus tenetur. *l. 111. §. i.*
ff. de leg. Iul. amb. & legis Iul de vi pab.
l. ult. ad leg. Iul. de vi. Schonb. pol. 4. 1.
25. Min. l. 2. de man. extr. c. 42. n. 1. ff.
de comm. part. 3. lib. 3. c. 7. n. 1. Ejus h-
ecq. c. 2. n. 237. & maximè num. 235.
 ubi rectè in quæstione de civitatib[
 scilicet

formata cum fundamento resutat Klockium. Memorabile est dictum *Comitai lib. 10.* ubi ait: Nemo est omnium Principum, qui ius habeat, vel etuncium unum exigendi a suis, præter institutum annum censum. Et paulo post: Sunt Principes, quibus hoc frequens in ore est, se habere privilegia, in quantum velint, a populo exigant. Certe Galliarum rex omnium minime causam habet, ut istud de se iactet: nec enim ipsi, nec cuivis alii licet. &c. Quod si igitur non Regibus id liberum, quomodo civitatibus concessum erit hinc speciali concezione aut consensu superioris?

Sic etiam idem iudicium facendum manet de fluminibus publicis & navigabilibus: Quippe flumina navigabilia, & ex quibus sunt navigabilia eodem modo inter regalia referentur, quo via publica. *Tit. 56.* que sunt reg. l. s. feud. & l. præcipitus. 32. in fin. C de appell. Hacce enim flumen & viam in publicarum similitudine non tantum istud itinuit quod in *ff. lib. 43.* tit. 11. de via publ. & 12. de sum. item in d. tit. 56. que sunt, loci illi tam certè connexi habeantur; sed etiam hoc certius evincit, quod iure nomineque convenienter, quum vide-
licet

licet vix & flumina publica sint & vocentur : Id quod rem totam declarat. *Eysf. de reg. c. 2. n. 279.* Flumina enim regni sunt regis, ut *Affl. d. dea*. *Neapol.* ; *83. n. 13.* unde & *egalia dicuntur l. quo minus. ff. de flum.* Quia sunt Imperatoris universitatis etiam. *Bald. in l. pen. col. 2.* C. ac condit. existit. Et quia publica sint, *l. adeo* — *§. 2. ff.* *de flum.* & *l. 24. ff. de damn. instr. II. cit.* in iure populi sunt . iustitia comodis omnium. *VVesemb. lib. lib. 2. §. 3.* & *l. ergo. §. alluvio. ff. de m.* *divis.* Namque fluminis usus communi-
nus est, sicut viarum & littoris. *l. flum.* *in pr. ff. de damn. inficit. Bon.*
de regal. c. 2. n. 103. Id. oque, ut omnibus commerciis & navigationibus
tuta sit, incumbit Imperatori &
hiis superiorum non recognoscen-
bus, nec non Ducibus & Marchionibus,
aliisque Principibus, aut quibus
Imperator id concederet , ut cum
ea, quae ad securitatem faciant. *lib.*
de fad. lib. I c. 5. n. 6. pag. 85. Vnde ita
tet, cur Imperator Carol. I V. *lib.*
burgensibus comm. issione hanc
no 1359. Id 2. Octolr. ratione lib.
& protectionis sue obtulerit. Num
que alias non potuerunt nisi qui
hic potestatis arrogare , ut usus est

nibus in securitate integre contra piratas & spoliatores maneret, ut volunt ICN Bald. Alvarot. Isern. Afflit. & alij, quesib[us] d.l. pag. 86. Vult allegat.

Vnde hoc omne ex iure commissionis delata, non iure dominii sui, sed ex mandato. & nullatenus ex concessione hoc officium defensionis prestat navigantibus, & commerciorum patronis aut mercatoribus. Cogruit hoc cū eo, quod ex usu Imperii sit, ut flumina publica navigantibus & negotiantibus sint cuta, quum cuilibet liceat iis uti, modo sine iniuria alterius hoc fiat. Rosenth. de scul. c. 5. concl. 23. n. 2. Jacobin. de sanct. Georg. de feud. in terbo Et cum flum. Sixtin. de regal. lib. 2. c. 3. n. 31. Carpz. de regal th. 55. Merito igitur Dux Lunab. civitas Lunab. Stadensis & Boxteludana in his Hamburgensibus se opposuerunt in Camera, quām isti in eam prolaberentur ambitionem habendi cupiditatem, ut ex commissione Imperatoris sibi dominium tale adscribere auderent, quod possessionis illis speciem importaret. quo sane nihil magis contrarium menti Imperatoris & ipsi imperi gentium effungi aut excogitari poterit, quum in præiudicium non tancum omnia viciorum, sed etiam

iam cunctis uagantibus vergat, ut
 toties loquitur Medenus , addens
 quod res insignis audaciæ vel insi-
 lentiæ avaritiæque non sit absimilit.
 Sed quum tria hæc sint eterna Ham-
 burg. quibus maximè non sine dan-
 no & iniuria vicinorum ita accrever-
 int, & potissimum Magdeburgensis
 admodum suppresserint, paululum
 accuratus secundum iura hæc &
 Medeno illo fuerunt repetenda. Vu-
 nam ex animo & ex corde vero: ac
 ab illis essent pronunciata *qua* in. art.
 315. his verbis proferuntur, ubi id
 ita cum iure naturæ affirmantur: Quod
 nemo debeat cum alterius damnio
 vel incômodo locupletari; sed quod
 cuiusque est onus , cuius commode
 quoque sequi debeat ! O quam op-
 tata talis locutio accideret Magd-
 burgensibus, quæ tot annis ac tam
 enervationibus sui non exigua illa
 suspita expressit ! Sed de his , in
 quenti historia ulterius.

C A P. XXI.

*Continuatio historiae de Hamburgensiis
renovato statu, & uliore renovationis
studio eorumdem inter ci-
vitates Hanseaticas.*

QUAM igitur Hamburgenses, sicuti
in 20. cap. antecedenti relatum
est, ita non tantum per Caroli IV.
perquam iustum sententiani Anno
1375. Lubeccæ interlocutoriè pro-
latae, sed etiam per proprium suum
factum, quo suam Rolandi statuam,
quod libertatis Saxonicæ signum pe-
culiare habebatur, ex capimaria in-
tentione. qua plenuni liberatum, &
Imperialium civitatum Imperii af-
fectabant statum, penitus excidis-
sent, & ad debitam partitionem obe-
dientiamque Comitibus suis Holsa-
tiae & Stormarie præstaerem, salvis
tamen pactis & exemptionibus iis,
quas Imperator sibi magis tacite quæ
explicitè reservat, prorsus essent re-
missi; rem alia sibi aggrediendam pu-
tarunt via. Etenim quod hoc modò
conatus tei istius non processerat, id
fabori ipsis videbatur, & adinodum,
quum pœnitentia motu secum
Oo acro-

actiori torqucentur, eos motiebat.
Ideoque quomodo ex hoc proibito ie-
ceruerent, atque in tacitam aliquam
vindictam huius ignominiae elaci-
ter resurgerent, media alia dispicere
incepserunt. Sicut quoque loci, occasio
temporis, vicinorum incautia im-
prudentia, & sacerdicia, nec non va-
riæ distractiones rerum, praesertim
quum ab obitu Woldemari 3. Reg.
Dan. de anno 1375. Haquinus rex
Norvegiae filius Magni Smeag acce-
bellum aduersus Albertum Regem
Sueciae moveret, Margarita Wold-
mari 3. filia post obitum Haquini
conjugis ac Olai filii illud gloriose
per plures annos perficere studeret,
eui simul vicini Princes & Comi-
tes Holsatiae ipsi implicati erant, iis
Hamburg. in manus multa largaz
sunt, & tradidere. Quapropter eti-
plicia, quibus occulte de novo ali-
tius accrescere valerent, remedia in-
veniunt, quæ partim per clandesti-
nas suppositiones, partim per violen-
tiæ deprehenderunt expedienda.
ut innuit in dicto scripto Medæw.
Ante omnia autem, viderunt ipsi
recurrentum fore ad ostium exue-
num Albihos, ut ibi portibus vici-
orum, praesertim ab altera parte re-
sor

sus Archiepiscopatum Bremensem, frequentiam commerciorum non-nisi disturbarent. Subsidium insigne hoc illis praestit, quod iam pridē ibi in ultima extremitate rurim sub specie promotionis commerciorum pro vicinis sibi adificatam circa Anno 1290, obtinuerent, cui iudicium Papale de Anno 1292, & simul circa consensum superioris Demini Archiepiscopi Bremensis, Wulfstatis Anno 1316. sibi obligatos coniuncti sent, velut ex confederacione eorum sequenti patet. Etenim ex potius illis in officio Albidos maxime fluerat & adhuc florebat frumentorum & aliorum fructuum commercium adeo, ut ibi ex Hollandia, Brabantiaque, & Hardervico Geldijs magnus semper fuisse concus sus navium in tali mercatura, cū ipsi in art. 102. confitentur. Vnde ad Annum 1218. 22. Septembr. compositionem cum Hardervicensibus, in praejudicium tertii factam, ut eo rectius commercia talia in coationem redigere potuerint, allegant, quamvis etiam rem inter alios actam, dicat Medenus. sub cuius praetextu tunc iterum incepérunt rem maximè libertam & communem commercan-

§80 R E R V M P. H A N S.
tibus cunctis in proprium & pri-
vatum contahere aut retroducere u-
sum. Præsertim quum etiam variis
blandimentis eousque perduxissent
Wurtsatos ; ut suæ intentioni obse-
quentes tenerent sub specie dictæ, &
quod piratæ essent communis sumptu
expellendi , inde in præiudicium sui
proprii Mag:istratus & Archiep:scopi
vinculatos ita taxerunt , ut ex con-
fœderatione *Sub dato Anno 1399.* id
apparet. Factum itaque sic fuit, ut
sub eodem prætextu protectionis,
quam sibi commissari tam ab Imper-
ator ; quam ex confœderatione pu-
tabant , illi jurisdictionem aliquam
arrogarent , & ut hoc etiam eò me-
lius obtinerent , nobilem illum pos-
sessorem arcis Ritzbuttelianæ ex fa-
milia Lappiana , in carcere sub spe-
cie delicti alicuius abripiuerunt , &
sic in suam potestatem per huiusre-
nunciationem coastam, cum locum
redegerunt , ut ibi vicini heredes &
Dominii Hadleriorum & Wurtsato-
rum essent, pleniusque persequenter
Dominii & jurisdictionis intentio-
nem ac scopum. Sed talis historiz
documenta , quum ipsi exhibeant,
iuvat ea heic cognoscere , quæ sic se
habent.

Pontificis sum Bonifacij V III. de Anno 1292. Concessio Altaris portatilis
in turrim Novi operis ad
Ostium Albae.

Bonifacius Episcopus, servus servorum
Dei, dilecto suo filio Decano Ecclesiae
Sanctae Marie Hamburgensis, Bremensis
Dioecesis, Sanctam & Apostolicam be-
neditionem. Sincerae devotioni affectus
quem dilecti filii Proconsules, Consules &
universitas Oppiai Hamburgensis, Bre-
mensis Dioecesis, ad nos & Romanam
gerunt Ecclesiam, promeretur, ut votis
eorum, illis præsertim, quas ex devotionis
fervore prodire conspicimus, quantum
cum Deo possumus, favorabiliter annua-
mus. Exhibita siquidem notis nuper pro
parte dictorum Proconsulum, Consulum,
& universitatis petitio continebat quod
iuxta portum fluminu Albae & propè
mare Oceanum, sita est quadam turris
Nigea, alias Nigevverik nuncupata,
dictae dioecesis distans à prædicio oppido
sere per decim & octo milias partium
Alenanniæ, quorum qualibet pro qua-
tuor miliaribus partium Italiæ compu-
tatur quodque huiusmodi mare qualibet
die naturali bñ illicem finit & reficit,
dileguntur tauris per Proconsules & C. i. s.

les & universitatem supradictos suorum
prædecessores magis latrinas &
expensis sunt constructa, & hodiernis
temporibus per eos sicut familiares corum
sunt maximis expensis conservatur &
astrictior, ut venientes ad di. Iuniorum,
& navigantes ab eodem, plenam ipsius
portus cognitionem possint habere, at
obviandum periculum & naufragium, que
multoties evenire possent, & evenirent, si
dicta turris ibide non esset, ac
nulli alia cognitio cibii portus habetur
quam de turri supra dicta. Cum au-
tem, sicut eadem petitio subiungebat, ea-
dem turri in soliturne mari posita sit,
ac servetur de his huiusmodi lenas à fide-
lium habitacione, & præsertim à Par-
ochiali Ecclesiæ, ubi custodes huiusmodi &
alij in dicta turri degentes, Ecclesiæ
sacramenta recipere tenentur, diffit
noscatur. propterea tempore necessita-
tis prop:er fluxum mari & refluxum
custodes & degentes huiusmodi pro mis-
sis audiendis prædictam Ecclesiam, aut
Rectorcm eiusdem Ecclesiæ pro Sacra-
mentis Ecclesiæ, custodibus & degen-
tibus ipsis ministrandis, dictam turrim
interdum difficiuntur, quandoque vero
nullo modo possunt adire in magnis
custodum & degentium huiusmodi peri-
culum animarum. Quare pro parte

Proconsilium, Consulum & Universita-
tis prædictorum nobis fuit humiliter sup-
plicatum, ut ipsis, quod in dicta turri
Altare portatile habere, super quo sin-
gulu, etiam tempore quo prædicta Eccle-
sia fuerit Ecclesiastico interdicto suppo-
sita, per Sacerdotem Idoneum Missam,
ac in die festi nativitatis Domini nostri
Iesu Christi plures Missas celebrari, nec
non degentibus huiusmodi in dicta turri,
ad eam vementibus Ecclesiastica Sacra-
menta ministrari facere valiant, conce-
cedere de benignitate Apostolica digna-
remur. Nos igitur huc modi supplicati-
onibus inclinati, discretioni sue per
Apostolica scripta mandamus quatenus
si est illa, praesatus Proconsililus, Con-
silibus & universitati, quod in dicta
turri habere altare portatile cum debita
reverentia & honore super quo in loco
autem ad hoc congruo & honesto Missam
singulis diebus, & in diebus festi prædicti
plures Missas, etiam tempore, quo dicta
Ecclesia fuerit Ecclesiastico interdicta
supposita, in degentium, & ad ipsam tur-
rim venientium huiusmodi presentia per
Sacerdotem idoneum excommunicatis &
interdictis exclusis, celebrari, ipsisque de-
gentibus & vementibus Ecclesiastica Sa-
cramenta ministrari facere possint, dum
modo degentes seu venientes huiusmodi

584 R E R V M P. H A N S.
causam non dederint interdillo, nec illis contigerit specialiter interdici Apostolica authoritate licentiam largiari, iure tamen dictae Parochialis Ecclesie & cuiuslibet alterius in omnibus semper silvo. Datum Roma apud Sanctum Petrum 4 Idus Novembr. Pontificatus nostri anno secundo.

Confœderatio & amicitiae centralium
Hamburgens. cum VVortatu,
Anno 1316. pro defensione
Novi operis & ibidem
Turris noviter e-
rectæ.

Nos iustices, Consules & Universitas
terre VVortatu & recognoscimus, ut
tenore presentium firmiter attestamus,
quod cum honorabilibus viris & amicis
nostris specialibus & dilectis Consulibus
& Universitate civitatis Hamburgensi,
quandam speciali amicitia & munitione
perpetuo duraturus compromisi-
mus nos & confœderavimus per luci-
macionem, quod ipsos in terra nostra, &
uticunque pctuerimus, debe missis fideliis
promovere, & singulariter, si alioquin, sa-
e qui Principes, Barones au- toritas
Dominij. sive quicunq; que paci emulare
runtur: Turram novem Oct. , quam dictis
falso

ſules & cives Hamburgenscs, pro Salute
noſtra & omnium Mercatorum exſtru-
xerunt & cuſtodiunt multis laborib⁹ &
expensis iuſſaverint, obſederint, valla-
verint ſeu præſumpferint expugnare, de-
belimur una cum iſpis, & iſpi una volis-
cum huiusmodi invadoribus & pacis amu-
latoribus totis terraen: ſtræ viribus arma-
ta in anu concorditer rerefere, & eorum
iniuſtas & violentias mitio iuvamine re-
pellere fideliter & conſanter, in cuius
rei Testimonium Sigillum terraen: noſtræ
duxiſſus preſentibus apponendum.
Datum & actum in nova Ocht, Anno
Domini mil ſimo trecintesimo decimo
ſexto, feria quinta ante festum Palma-
rum.



Hæc confociatio miro Hamburgi-
bus cefit lucro. Etenim ex tali
occasione primitus tentauit contri-
butioñis quid Hamburgi ex commer-
ciis ibi allatis ab exteri mercatori-
bus & nautis exigere, ceu Medenus
quoque id in did. script. pag. 69. ex-
plicet uſtatur, & nimis iſpis un-
quam competiſſe affirmat. Ac
quum res feliciter ex hac ſuppoſitio-
ne & nominis ſubtilitate ſuccederet,
pedentim tractu temporis progreſſi
ſum ad altiora, & civitati Stadensi,

O o s cui

§ 86 R E R V M p. H A N S.
cui verum ius Empotii aut Stapulae
competebat , vestigal suum infan-
gere ac immunuere cœperunt , quod
ex hoc titulo Novi operis libertæ co-
rum naves onerarie essent , nec solve-
re quid vesti; alis usitati tencrentur .
Intercà tamen quoque Statuensem
ordinarium vestigal simul varijs
subagitationibus & modis oppugna-
re veriti sunt ad:o , ut etiam arbitror
in ea causa sibi constituerint civita-
tes Hansæ , velut id ex translato do-
cumento sequenti facile est colli-
gere .

Copia transactionis in punto velli-
gatis Stadensis cum Hans-
burg. An. 1540.

In Nominе Dei Amen. Nos (N.B.)
Senatores ex Hamburg noctum & ma-
nifestum facimus omnibus illis , qui hanc
epistolam celeri & audituri sunt , quod
ob causas & litis , que exortæ erant in-
ter sapientes viros , Dominos Senatorcs
& communitatem civitatis Stadensis ab
una parte , & nos & nostram tetam ci-
vitatem ab altera parte , nos ita accesseri-
mus a.l honorabiles viros D:nnnum
Constantinum & Dn. Hermannum de
VVeickede Senatorcs Lubecenses , item
Dn. Ge-

Dn. Go leccum Nakrdenium, & Dn. Henricum Doneldingum Senatores Bre-
menses, item Dn Borcharum de Lue-
bau, & Dn. Henricum de Mola Sena-
tores Lunaeurgenses, tanquam amicabi-
les compositores & Arbitros, qui pro-
pereat Senatoribus & civitatis missi
erant. Isti predicti Se atores secundum
nostrae utriusque partis rectissimum,
litteras, verba & veterem consuetudi-
nem nobis conscientiam dederunt, velut
in sequentibus scriptum est: Primo,
quod n*s* Senatores & cives Hambugen-
ses non teneamus ad ius sistendi nostras
naves Stade, nec teneamus quid veili-
galis ibi solvere. Praeterea quod si nos
aut nostri cives Compagniam parvam
aut magnam colant in navibus cum qui-
busdam hospitibus, q*uod* Stade obligationem
suam iure prestatimur, atque illae naves
Stade se debent sistere, & debitum suum
solvere per se. Porro, nos Senatores &
cives Hamburgenses non debemus veili-
gal solvere pro nostra navis & mercis
parte, velut superius scriptum est. Pre-
terea Stalenses & Strandfrisi, qui fo-
rum suum Stade querunt, planè liber esse
debent ab onere veilialis ad viorum
opus: Quod si vero Strandfri usque
Hamburgum altius pernavigarent, ibi
tenebuntur suum verum persolicere de-
bitum

bitum, *velut alijs hospites*. Ut caussa & capita hæc ritè observari queant, promissum dederunt Dn. Otricus & Dn. Thidericus à Kerckauv, Dn. Ludicrus & Dn. Iohau. ab Hagena Senatores Stadensis nomine totius Senatus & civitatis Stadensis ab una parte, & Dn Nicolai Frasoyser, Dn Iohan. Harlorch, Dn. Bartramus Tolnerus & Dn Albertus Lunæborgius Companus (id est collega) Senatus nostri Hamburgensis ab altera parte. In testimonium harum rerum has litteras subscripti curavimus civitatis nostræ sigille. Eum & transcriptum in VVechbildico Boxtebudano post nativitatem Dei 1340 Anno, die veneris in hebdomade Pentecostes; Ubique erant, prudentes, honorati viri, Dn. Nicolaus Propositus S. Georgij in Stada, Dn. Georgius à Borch Eques, Dn VVernerus ab Hoia Canonicus S. Auðcharii in Brēma. Dn. Segebadus à Ride Pastor, Iohan. Moylike, Iohan. Grip Hermannus Bredehofet & Bartoldus Korthasius Senatores Boxtebudani, &c.

Ex quo multa patent, & præstittim quam melioris fundamenti status fuerit Stadensis, quodque Hamburgenses propterea societates commerciales coluerint cum Stadensis;

Verum quomodo se tamen levi transactione exticarint, & auxerint Venetigal suum Novo operi quasi destinatum, non indiget ulteriori declaracione: res ipsa satis manifestè testatur omnia. Sic quoque ulterius progressi sunt Hamburg. in pluribus exactionibus. Quum verò talem intentionem vicini & extranei manifestius sentire & percipere inciperent, ac præterea essent, qui occupationem incompetenter specie iuris palliatam & à Lappeno extortam arcis Ritzbuttelianæ vindicare studerent, iterum propter securitatis præstationem, non ad ordinarium magistratum eius loci configuerunt; sed consultius putarunt comitib[us] suis secretoribus, ut in amicitiam novam Wurtsatos contra proprios Dominos, uti verba expressè habent, pertraherent. Atque ut cō promptiores hos ad omnem defensionem aut protectionem sui & intentionis suæ habereant, non saltem usi sunt promissis ingentibus; sed etiam talem derūo cum iisdem internalis quasi conspirationis confociant contractum, ut ex sequenti copia, quam ipsi in Camera imperiali produxerunt Hamburgenses sub lit. C. in affis ad art. restit. in integr.

Wurtsa-

VVortſatiorum cum Familurgiis
 contra p̄frium Dominum p̄prier
 Rūgutelæ iurationē &c.
 iurata confiratio.

NOrum sit omnibus, qui hanc epiftolam
 vident, aut leſt audiunt, quod nesſe-
 decim cœſtentes, & onnes illi, qui la-
 bitant & paucem edunt in terra Uort-
 ſatia, conſiteamur & atteſtemur aperte
 in loco ſcripto, quod nos amicè contraxe-
 rimus, coniurando conſervavimus, in
 tempora ſempiterna, cum honoratu, fru-
 dentibus, & diſcretuorū. Cenſilibus,
 Scnatis & tota ruituſine civitate
 Hamlurgenſis, hoc modo: Quāſi De-
 minus noster Bremanus, aut ullus alius
 Dominus ē bonum potens in Dicati-
 ca, habitet ille in civitatibus, arcibus, ter-
 ris, ericosis trāclibus aut campis Frat-
 ſis, qui illos mihiſc danno afficeret elicit,
 nec tantum ab ilis (N.B.) accipere vel-
 let tantum, quantum honori & iuri
 cauſa ienerentur ſolvere, & tantum,
 quantum nos & ali; agni vir: dicemus,
 quod iuſſum & amicabile eſſet: tunc de-
 temus nos, & volumus cum omni reorū
 noſtro in cuncto honore & neceſtitatib;
 fideliter apud eos permanere. Præterea,
 quod si quispiam extraneus aut ex D.c.
 flj

essi Bremensi hostis fieret Hamburgensem, aut præfecturae Ritzbuttelensis, illos neque domo excipiemus aut defendemus, nec ullo modo protegemos ope aut promovebimus. Atque nec volumus nec debemus concedere, ut quicquam ex popularibus nostris ipsorum efficiatur hostis, Hamburgensem videlicet & predicta præfectura Ritzbuttelensis. Quod si ratio qui iure quid novit flagitar, id excipere debemus & selvere tantum, quantum discreti homines dicunt, ab utraque parte, quod aquum atque amicum sit. Atque simul volumus & debemus nos illis pro defensione Albu auxiliari præstare, quando hoc a nobis exigunt & necessitas id postulat, & succurrere iisdem debemus 50, aut 100, aut plurimum, uti necessitatibus id erit, & ab utraque parte idem nobis conuincibile videbitur; atque ad hoc nobis mittere dent naves, sumptus & necessaria regisita, & propreca debemus nos nostri persistere iacturam: si quid lucri inde acquiramus, ab utraque parte erit partio, uti fors fert. Præterea nos remittimus &c. Conclusio. In magnum veritatis testimonium ad predicta scripta capitacionia, ita nes 16 consulentes, & nos vulgaris sortis homines in hac terra Versatia, nostra terra sigillum in nostra

592 R E R V M P. H A N S.
Et r a p r a s e n t i a c u m s c i e n t i a & t o t a v o-
l u n t a t e a p p e n d i c u r a v i m u s a d h a n c
e p i s t o l a m , q u e d a t a & s c r i p t a e s t p o s t
D e i n a t i v i t a t i m t r e d e c i m o c e n t e s i m o a n-
n o , i n n o n a g e s i m o n o n o a n n o . (i d e
1 ; 99) i n s a n c t o d i e D i v i P e t r i &
s a n c t o r u m A p o l l o r u m , &c.

Literas h a s o b l i g a t o r i a s W u r t s a-
t u m i n a u t h e n t i c a q u i d e m f o r m a à
V i c e D e c a n o C a p i t u l i B r e m e n i s A n-
n o 1 4 6 4 . t r a n s f u m i c u t a r u n t , q u ù m
f o r t è a b t a l i a x t e r n i t a t e c o n t r a h o n-
s t a t e m t e n d e n t e s e l i b e r a t e s t u d e r e n t
W u r t s a t i : V e r u n i m a n i f e s t i s l i m è e i
h i s a p p a r e t , & s a t i s l i q u i d è c o n v i-
c i t u r , q u o d v i c i n i & a l i i t a n t a s n u-
c h i o n a t i o n e s H a m b u r g . n o n s o l u m i s
f a c t o d e p r e b e n d e r i n t i p s i s n o x i o s
e t i a m a g n a t i & v i c i n i L a p p i a n e & f a m i-
l i a x x g e r t i n è f e r t e i n c e p e r i n t , q u o d
i t a a r t i f i c i o s è n i u n i s p o s s e s s o r e s h a-
d i t a r i o s à s u a p o s s e s s i o n e R i t z b u-
t e l i a n a x a t c i s p r i v a r i n t & p e n i t u s e x-
c l u s e r i n t c e u i d q u o q u e M e d e n w i s
d . t r a t t . p a g . 7 1 . & 7 7 • n o n o b s c u r è
i n n u i t N e v e rò a g n a t i a u t c o n s a n-
g u i n c i i d s i b i c u m a u t o r i t a t e s u p-
r i o r u m v e n d i c a r e p o s s e n t ; i n d e c o n-
tra M a g i s t r a t u m s u p e r i o r e m & p r o-
p r i u m s u u i n h o c c o n i u r a t a x c o n s p i-
r a t i o n i s

tationis fædere æterno sibi consociare insipidè Hero suo recalcitrantes Worsatos Hamburg. iſli studuerunt. Tum etiam Hamburg. item acrem ex aliquot annis cum Bremensibus agitarant, de prærogativa in conventionibus publicis. Etenim Hamburg. inde sibi primas deputabant partes ante Bremanos ex præminentia ea, quā olim Ludovicus Caroli Magni filius in adsignatione Archiepiscopatus attribuerat. Jure antiquitatis quidem nihil obtinere poterant, neque libertatis quippiam, quum auctorarent, quod in eo statu minores essent Bremensibus. Et quamvis Anno 1374, ut supra indicatum est, controversia hæc, quæ nil aliud quam electionem animi importabat, à civitatibus Hanseaticis iusta decisione & interlocutione effet composita; tamen semper eis mordebat tacitè latè concepiasse mel & altius iurisprælia cordis radicibus ambitionis opinio, quæ assidue repullescebat, in illis pretibus, nec concoquere eam poterant, quum inde sinister Metropolitanus civitatis etiam in externis commerciis honorem continua sibi efflagitarent postulatione. Verum Bremenses cedere ignari, constanter irritabantur

bantur præsentibus, &c, non quid
olim, sed quid hodiè essent, intuen-
dum contendebant, unde nullatenus
fletri poterant. Inde invidia & o-
dium tantum fuit, ut Hamburgen-
ses nunquam ab insidiosis clandesti-
nitatibus dissisterent, quas ita quoq;
per 44. Annos cōsūque extēndebant,
ut Anno 1418. in cōventib⁹ Hün-
seaticis iterum non sine acti actiona-
te hanc litem renovarent. Niudo-
minus constantia in detinione
sui maior fuit, quia nō quod ex rot
Hamburgensium impetiti m̄b̄is se
diverti s̄inerent; velut etiam Hanse
confœderati iterum ad conūsi nōm
Hamb. penitus suo adegerunt decre-
to: ut plane ita huc usque in eis loci
& seūionis deli p̄natione acom̄fere
coacti fuerint. Quæ verò ultius in
adlucta confœderatione Wottstato-
rum essent notanda, studio præteri-
mus, quin non adeo cōtatiōsi s̄iat
coloris, & multa inde vestigia pro-
cessus, circumducti appareant: velut
etiam non fructu abruptio sequen-
tium capitum facta videtur. Inpri-
mis autem heic id præteriti minimè
debet, quod *Meden.* pag. 62. & 70.
quoque monet, quum Hamburgen-
ses nullum titulum justum vestiga-
lis

sis ullius, multò minus possessionem talis concessionis haberet, quod tunc supradictis modis & adiumento obliquo Wortsatorum in suam quid civitatem, ex ipso ostio & ore extremo Albidos, ubi sic portum Ritzbuttelianum acquisiverant, derivare studuerint. Etenim ibi portus usque ad Annūm 1392, & paulo ultra summe & in maxima horuerat frequentia. Verum heic alio adhuc usi sunt artificio, ut non tantum vestigialis nomen sibi stabilitent & lucro facerent, sed etiam tacito pede quasi ad dominium aliquod plenius in Albim progrederentur. Quum enim essent passim in officio Albidos extremo varia locavadøsa, sub eo praetextu signavasorum ibi posuerant, quæ profunditatem navigantibus monstrarent. Proinde sibi quoque fortiorē alicuius jurisdictionis aut domini in eodem scribent, patientes ingentes expensas in ejusmodi fluminis indicationem; unde quoque à navigantibus exactione in subtitulo contributionis licuius sibi adsumarunt. quod vocarunt *Touren* & *Baken gelt*, parvū curando, quod Domini loci esse nequitent, ac protectioni nil iurisdictionis tribuere.

Gail. lib. 2. obs. 54. Sed potius appor-
tatio mercium satis ipsis lucro est.
Tum quoq; iſſi, non verā fluviij pro-
funditatem in effusione ea, ubi se
in mare præcipitat, invenerat aut
indicārant; sed extraneus quispiam
cum nave armata circumvagans, qui
accuratior fuerat locorum ibi obser-
vator, longè meliorem notārat Albi-
e flaxionem, unde tandem à tuni
novi operis longius ſpacium diſtum
quarere, & ibi locum vasis ſuis no-
tare coacti ſunt. ut d. *script. induc.*

Med pag. 77. Tales contributiones
quām ita in uſum aliquem coniici-
ſent, locum perſolutionis ex oſtio &
portu ultimo Albidos in ciuitatem
ſuam ultra 18. miliaria Gern apice
propria auſtoritate iterum alſo ne
ulla confeſſione Imperatoris aut Dū-
cum Holsatix ſpeciali tranſulerent;
& novum veſtigal illud ſpecie *Tan-*
nen & Batzengeis diu ſatis occula-
tunt, pratendentes quod ſumptuſi n-
gentes in turris Novi operis & vaf-
xum iſtaurationes conſuinerent;
quām tamen hoc veriſſimum, quēd
loco unius oboli expositi aliquet
mille thaleros Imperiales quotannis
iuxtari queant, adçō, ut etiam unus
mercatorum, ſe obligare ausus futur,
quēd

quod ille omnibus sumptibus esset
satis facturus, si sua navi saltē esset
liber, ut ritē notatū vult. *Med.d.l.* Nec
res cacet ratione, quām saltē unus
sit, ait, qui excubias nō necessarias in
tutti agat dicta, uti nuper *Adm. Mag-*
dō. Anno 1627. ita invenit, quāni
Ritzbutteliam arcem occupasset, &
tutum quoque eam in suam te degil-
set potestatem. Ac licet protectio
non tribuat vestigal ullum; tamen
hæc inventio arguta tantæ fuit po-
testatis in astutia sua, ait, ut etiā loct
contra jus mutatio augmentum va-
tium talium exactiōnum & vestiga-
lium subministrārit; velut egregiè id
Medenius d.l. pag. 67. & 69. explicat,
cuius verba notabilia iterum hæc
sunt: *Quamvis Hāburgenses nullum*
titulū & originem justam ullius ve-
stigaliū in actis, aut presentibus
articulis, qui de materia hac loquun-
tur, demonstrent: tamen alia mul-
t. varia ab his separata vestigalia, ini-
positiones & extractionum onera
ab ipsis mercibus imposta & pe-
detentim successu temporis supra
modum in præiudicium totius Ger-
manic exauēta & amplificata sunt.
&c. unde onera hæc omnia in vici-
nos & omnes reliquos redundant.

&c. In primis notabile est , quod pag. 69. habet. Prædictum vestigal vasorum & turris ante hac pro fasciculis, cistis, complicamentis , vasis & talibus convolutis persolutum fuit; postea vero secundum as & libertam nec non preciositatem metuum & honorum , in extensionem communem preciorum cariorum, & communem omnium onus ac perniciem pederuptim omnia sunt extensa & exaucta ; Nec incruent illis leges , ius , iustitia , æquitas aut ipse Imperii constitutiones respectum , quavis criminis certis cohiciunt pœnis &c. Sic & pagina 63. & 67. de vestigali Schawenburgico hac memorabilia ponit: A principio (uti supra dictum est) in Hamburgo nullum aliud fuit vestigal, quam vestigal Schawenburgicum (ut vocatur) quod etiam solummodo in prima Hamburgensium articulata conventionis actione expressum tenet. Atta non Hamburgenses iam olim ante hanc actionem , ut eo magis omnia in suam re dilerent potestatein , & violentias in e perficerent intentiones, huic se immisuerunt regali Comitum , & per plurimum annos conductionem primitus & pignoris loco

Icco pro dimidia parte in suum convertiunt usum , ut sic commodius ius alienum in suum proprium postea converterent , cœu tandem titulo emptionis istam dimidiā partem acquisiveruot sibi. Fortè tum Lubecenses interno flagrabant dissidio; inde *Anno 1410.* conuentus Hanseaticus Hamburgi celebratus est, ubi de variis actum est difficultatibus : sed Hamburg. egregii manserunt undiq; occasionum captatores . Namque quum Regina Daniæ Marga: ita *Anno 1411* Eric: m Duce in Pomeraniæ sibi adoptasset pro filio, & inde is ad tripliis regni dignitatem , ut supra dictum est, elevatus esset, subiugare quoque studuit ex instigatu Reginæ Comites Holstæ: maximum etiam partem in suar propè potestate redigerat occupando : Inde coactus est ex consilio Heinrici Brokdotphij ad Hamburgenses configere , ut eorum utretur ope . Quum verò multas moverent Hamburg. difficultates, interea rex Schlesvigeni occupavit.. Etenim civitates Hanseaticæ fœdus cum rege Ecico inierunt, ut supra ex Historia Lubeccensi appareret. Hac potissima erat Hamburgensium excusatio. Interim tamen ex casu hoc di-

600 R E R V M P . H A N S .
et & quod Dominio hereditatis
magis oblitæ essent, quam socio
fœderis, ita commovit Comes Heit-
ricus Hamburgensis, ut renunciatio-
neni fœderis per litteras denuncia-
rent Regi, qui tunc Gottorpium se-
deum principalem Comitum Hollsatæ
obsidione acti cinxerat : sed acceptis
his litteris ex meo consilium muta-
vit, suadentibus id consiliariis. ne
omnes Hanse socios sibi inimici
redderet, & iæsus discumperetur.
*Hist. plen. vil. apud Henr. Petr. in
Cirr. Hols. à pag. 295. usque 394.* Facta
& gesta hæc sunt Anno 1416. Ex tan-
ta autem auctoritate ferociores redi-
diti Hamburgenses, pergebât strenue,
in auctiōne & coniectiōne vectigal-
lum, impugnatiōes vicinorum ad
Albium, præsertim civitatis Stadenis,
Dominum sibi fluvii occulte adseri-
bendo, quæ omnia & singula pro
singularibus habebant atcanis, &
studiorum die nocteque unicè urgebat
missus Se quavis voleata protervi-
ut ita libertum commerciorum cui-
sum dilatellarent, & ad suam con-
sternarent urbem, immo etiam infe-
riores partes Albiulos premere incipie-
bant in impediendo liberam naviga-
tionem, qua omnibus competit
colli.

colis. Hanc igitur intentionem quum manifestis obseruassent vicini signis, & obstruktionem Albidos adderent inferiori in parte, diutius non putarunt quiescendum; in primis Duces Lunæburgenses per iuris ordinariam viam factum hoc insolens Hamburgensium ad Cæsarem Sigismundum derulerunt, qui etiam clementissime has exceptit supplices, & aquitati causa, patrocinium suum Imperiale titè suppeditavit. Cernebat enim, quod tales tribulationes libertati commerciorum & navigationi libertate in flumine publico Imperii concedi nequaquam deberent. Ideoque tale mandatum publicati cutavit, uti copia sequens monstrat:

*Imperatoris Sigismundi Mandatum, quo
Duc: Brunsv. & Lunenburg ac reliquis
alstremibus protelto aeterna An-
no 1417. Albido summis
committitur.*

*Sigismundus Dei gratia Romanorum
Rex semper Augustus, ac Hungariae,
Dalmacie Croatiæ Rix &c. ad perpet-
uam rei memoriam, nosum facimus te-
nore precie. in universis Eisi sollici-
tudo regiae dignitatis, in qua nosco aitor*

602 R E R V M P. H A N S.
orbis omnipotens , ex sola dignationis sue
gratia dignatus est collectare , successanter
nos urget & frequenter admonet , iugiter
esse sollicitos , & voluntaries subire lato-
res , qui madmodum a nostris & sui
Romani Imperij fidelibus generaliter uni-
versis in communi submoveamus & scat-
da : ac paci eiis & quietis compendis
ministremus : Ferventior tamen affidu-
in illis excrucians cor nostrum acceditur ,
qua sacri decus Imperij ac ciui Illustris
Principes , illorum iura , libertates , & ob-
servantes laudabiles , quadam speciali-
te concernunt ; ubi nos tanto ardore in-
debet intenbare quanto nescius constat eu-
dentiis in eorum excellentia Imperij ne-
gnisuntiam altioribus titulis & let-
ribus decorari . Sane ad Regij nostris
minis audientiam , pro parte Illustris
Bernhardi Ottoni & Wilhelmi , De-
cum Brunsicensium & Lunelurgi , ca-
sanguineorum & prncipum nostrorum
dilectorum (quod difficiliter accipi-
mus) est perduellum , qualiter Procur-
sules , Consules Cives , & Universitatis
vitatu Hamburg Bremensis Dicenti-
suis finibus non contenti , Naucleos Mo-
catores & Vaut per publica afluens
videunt Dra enauv , Holverlve , &
Endere vnu quo nuncupata que ad filii
fatos Duces & ipsorum Ducatum la-
nate

naturam, qui à nobis & sacro Imperio dependet, in studium p' en' iure spe-
llare dicuntur, cum suu navibus & mer-
cimoniis, de civitate Lunaiurgensi & in
alii loci navigio cunctis & redentes, ut
ad prædictam ciuitatem Hamburgen-
sem, ad quam licet directum iter à præ-
dictis fluminibus navigandi non existat,
contra corundem mercatorum & nau-
tarum voluntatem & propisitum decli-
nare regantur. & per certas dies, ad
vendendum ibidem merces suas siere &
manere de'eant, pœnaliter arellantur:
Et quod satis temerarium esse videtur,
enim nautu & merci'us exaltiones ab
eum inconsultas, & theolenia, qua solius
Romani Regis vel Imperatoris est im-
ponere, ab eis a.m Mercatoribus. &
Nautis aliquoties recipere & exigere,
ausu temerario præsumserint ac præsu-
mant Et Mercatoribus & Nautis ad
civitatem Hamburgensem prædictam
declinare navigio, rec. sa lib., molestias
diversas infierant & iacturau: Quan-
quam ab antiquo Nauti & Mercatori-
bus quibuscunque liberum fuerit & li-
bitum, quo cunque vellent, per eadem
flumina se transfirre: Et omnes aquæ
ad prædictum flumen Dradenov. & in
ipsum de ciuitate Lunaiurgensi sine me-
dio decurrentes, al' prædictos Duces &

Dusatum

Ducatum ipsorum Lunaburgensem ad eis
liuere pertinere noscuntur , quod praedicti
Proconsules , Consules , ciuks , & univer-
sitas Hamburg. in praedictis aquis seu fls.
minibus , nullam habentus ditionem su-
am i.e. potestatem habuerunt , se eruct-
que , prafati Duces nobis instanter suppli-
cati , quatenus ipsis & ipsorum subditis
contra presumptiones , & molestias pre-
dictis de benignitate Regia oportet
providere remedio dignaremus . Ne igi-
tur attendentis plurimum expedire Re-
pub. quod nostri & Imperij sacrae ac
Principatum suorum uira nostro tem-
poribus non minuantur , sed potius cu-
dem nomen Augustale . nobis , ut firmius
spectamus , divinitus collatum , ne dum l-
laesa conserventur . sed etiam aug:antur
quodque pro parte dilitorum Ducum à
praemissis , plenam habuimus & formali-
nem , ipsorum supplicationibus benignitate
incliti , sacerdotaliis Proconsulibus ,
Consulibus , ciuibus , & universitatis
Hamburg. coniunctim & diversa
autoritate Romana Regia & sub insi-
criptis pœnis distinctius inhibemus ,
Nauceros , Nautas seu Mercatores &
praedictas aquas Dradenauv , Holveribz
& Norderelue à civitate , Lunelurg illi-
dicta , ad civitatem Stadensem vel aū
loca quacunque ad mercandum aut alia

cuntes, & abinde redeuntes, contra ipsorum voluntatem, cum suis mercimonij, personis & navibus civitatem Hamburg. adire, vel ad standum ibidem ullatenus arctare præsumant: Quin patim: ipsos & eorum quilibet, cum navibus, rebus & mercimonij suis singulu alsque velocite, ac omni penitus exactioni seu cuiuscunque alterius solutionis genere, ipsis Hamburgi sit uolentia, liberi & aequali impedimento trahere permitant, nec propter locum eiusam liberae ceterum & Navium quaecunque malitia: as in personis, cui rebus inferant seu iacturas. Quod si forsitan Proconsules, Censules, aut cives seu universitas Hamburg. conuiclin vel divisi: m, per se vel alios, publicè & occultè, directè vel indirectè contra premissa in aliquo facere, vel Regis n. stris inhibitionibus, quomodlibet in hac parte resistere præsumfserint, fænam cintum Marcaturum aut purissimi, quam contra facientibus, autoritate Romana Regia impunitus, ut quotiens contra fuerint eos se noverint irremissibiliter incursum, quarum medietatem Regali nostro crano, residuum vero partem prefatorum Ducum Lunelurgensium, qui pro tempore fuerint usibus applicari decrevimus, & presentibus applicamus volentes huiusmodi fænam commissam deponis.

&

606 R E R V M P. H.: N S.
Et rebus Hamburgensium preditorum
ubicunque repertis per Duces Lunaburg.
quos ad hoc cum requisitione auxiliis no-
strorum Et sacri Romani Imperij sit-
tum, si opus fuerit, quibus etiam distri-
cte præcipimus, Et illos super huius perpe-
tues executores tenore præsentim fixa-
mus Et constitutus, ratione quotiens
occurrit, integraliter exigatur. Et usibus
predictis o'numi assignari: Non offi-
ciis, si forsitan praefatis Proconsulis, Conſa-
les, civis, seu universitas Ham-
burgensis à quibuscunque praedictis foribus
noſtri Romani Imperatoribus vel Re-
giis in prædictum dictorum ducis
Lunaburg. seu Districtus Et subditorum
ipsorum, quascumque literas, consuetudines
sive gratia, Privilégia, vel induitae
confirmaciones quae cumque quicmo officiis
imperarent, aut in antea impetravissent,
quas Et que auctoritate Romana regis
quaesitae nullius esse vellimus rebu-
tel mementi, Et nullius omnium universitatum
Et singulus noſtri Et sacri Romani Im-
perij fidelibus, cumuscunque dignitatibus
praeminentibus, Status Et conditionibus
runt præsentibus requisiti, cum unicim
divisim districte præcipiendo mandamus,
quatenus prenominatis Ducibus Lunabur-
gensium Et eorum Successoribus, non
non Consulibus Et civibus Lunaburg.

sum coniun. Im & divisim in executio-
ne, omnibusque a ijs & singulis articulis
præmissis, auxilio, consilio & favore fi-
deles adfistant, ac eosdem Duces ac
Consules atque cives in præmissis seu ali-
quo præmissorum nequaquam impeditant,
seu impedire faciant per se vel alium, seu
alios, publicè & occultè, directè vel indis-
cretè, sub pœna præmissa, & sicuti no-
stram & Imperij sacri indignationem
gravissimam vocavit arctius evitare,
Præsentium sub nostræ Majestatis sigil-
lo. Datum Con anticæ. Anno mille-
simo quadragesimo decimo septimo,
vigimo octavo di Junij, Regnum no-
strorum anno, Hungariae. &c. tricessimo
primò, Romanorum vero septimo.

Quum in hoc mandato non tan-
tum Ducibus Lunæb. & eorum po-
steris, sed etiam omnibus Principi-
bus & Statibus Imperii curatæs ne-
gotii publici & adfistentia imposta-
ta, ut ea paratiæ esse posset executio,
diligentiam debitam D. Executores
Mandati perpetui legitime insinuan-
do Hamburgensibus adhibuerunt; in
quo etiam acquiescere coacti sunt;
Et addit Med. in d. script. pag. 52 &
53. quod ultra 10. annos pauitio-
nem ibi exhibuerint. Implicati au-
tem

tem sunt Hamb. aliquot difficultati-
bus, quum non tantum circa Annum
1421. civitates Hanseaticæ inter se
dissiderent, & diversas partes Regis Dan.
& Ducum Holst. hostilitate miliea
laborantium sequerentur; sed etiam
Dani aliquot naves Hanburgensi-
bus eriperent, quæ causâ magnisuit
conflictus, in quo tamen victoriam
ita reportarunt Hamb. ut tres nave-
cum 120. militibus captivos abdu-
cerent, *Henr. Petr. in Chron. Holst.*
3. pag. 312. Sed paulo post civitas
cum Holliatis redire in grauam,
quum astrium Reg. Dan. Erici re-
intentionem perciperent rectius, si
supradcap. 16. explicatum est. Obi-
nuerat Rex contra Duc. Holst.
sententiam ab Imperatore Sigismon-
do, qua ipsi attribuebatur quies-
 aliqua juris successio, quem oppri-
gnabant Papæ contraria sententia
Ducis. At iex ad possessionis occu-
pationem armata manu properata,
ubi tunc iterum ad postulationem
Ducis Hamburg. succursum lau-
bilem eidem praestiterunt. Quod
do vero Anno 1426. Dux Holst. Ha-
ricus culpa, ut ferebatur, Consi-
Hamburg. Ioh. Klotzen, miseri-
terit, ex supra dictis pater, velut
propriet

propterea capite truncatus est. Sed Anno 1427, quium civitates numerum satis magnum oneriarum navium in Emporia orientalia mari Baltici missent, coniuncte vites navales Hamburg. & Lubeccenses, ut tutò mercates transportarentur. Convenere ad Hellespontum Danicum quidem; sed belli nimis cupidi militares praefecti, ante adventum mercatorum navium, separati sunt ab invicem, &, profugatis Lubeccensisibus, Hamburgenses maxima ex parte captivi cum navibus perducti sunt Hafniam, velut etiam inde naves mercatorum omnes in manus Danorum incidere. Iactura hæc adèò mondit civitates Hanseaticas, ut Anno 1428. novis coirent viribus, & 260. naves cum exercitu 1200 milium adversus Danos ex porta Wismarensi quidem mitterent: sed potentia successu caruit suo, uti supra cap. 16. dictum est. Tandem post multos labores belli varijs. 1435. pax inter Regem Dan. & Duces Holst. atque civitates Hanse constituta est. Interea tamen nec desuerunt Hamburgensisbus motus propiores. Et enim Anno 1431. Ditmarsi quoque se exerebant hostes eorum, quibus

illis liberum frumentorum commercium impedire inciperent : Vnde Ditmarsi turtium Novi opcris oppugnacunt. Et quin diu hostilitates mutuas exercebant, Hamburgenses coacti sunt armatas ibi naves sustentare, quæ securitate in Flandriam & Brabantiam navigantibus male eutum redderent ; atque his præfuit qui ex senatu nomine Matt. Schubart Kopf. Verum manus hæc militum quin impressionem in Ditmarsiam tentaret, ex insidiis eos ita oppresserunt Ditmarsi, ut vix aliqui evaserint. Capitaneum non tantum per foderunt, sed etiam stomachum ipsi exsecuerunt, atque lanceas cuidam infixum, quam mulier præferebat militantibus, tanquam victorix signum imposuerunt. Sed quin durum hec videretur Hamburgensibus, atque ut eò magis suo proposito obsequenter ducerent vicinos, transactioe pacis cum illis renovarunt amicitiam Pitt. Chr. Holf. p. 351. Velut etiam paulo post Anno 1437, cum civitati Lubeccensi. motu intestinum eorum ipsi composuerunt. Anno vero 1448, quum ad Comites Oldenburgicos se translata electio Regis Dan. & post obitum Adolphii Ducis Holli-

ris, qui anno 1419 sine prole mortuus erat & linea Schwabenburgica, cum Rege Christ. a. o. I multis ea de re per multos annos habitis disputationibus, ac mediante omnia Imperii Commissario Dom. Arnaldo Episcopo Lubeccensi nomine Imperatoris in ultimo huius cause conventu Todelloensi divisio terrarum istarum esset instituta. tandem anno 1460 pervenit Rex Hamburgum, & devotionis debitæ obligationem ab incolis accepit, ita, ut Crantz. in Dm. lib. S. c. 29 vocat, centenarius videlicet rex homagio simplici, licet non esset iurandum addatum. Etenim Holsteinia & Scania ipsi tributa erat in ea pars sic uite; Hamburgenses tamen sibi sua privilegia, quibus Imperatori se adstrictos dicebant, reservarunt. Quippe iterum illi suæ amplificatione invigilaverant sedulò, dum tanta esset occasio discordiarum; unde etiam post simili Privilegii Iura sibi a Friderico 3. Imperatore de An. 1442, adderibunt, iuxta art. 228. e. sig. l. de restit. in integr. contra Duc. Lüneb. Proinde non desierunt ulterius intentionem suam in dominio Albigos perfringere. Atque quin certe, quod commercium rei frumenti

tariæ ab illis, qui prope Albidos ostium habitant, frequentius agitare tur, inveniente viam, quoniodo con strictionem aliquā cum civitatibus sociis conciperent, cuius causa usi sunt varijs semper persuasionibus, donec Anno 1487. tres hæc civitates, Bremia, Stada & Boxtelhuda sic iatu se super hoc negotio compactionem cum illis inierunt, velut sequens ostendit in translationi suâ copia.

*Confœderatio 4. civitatum de Anno
1487. pro commercii frumentarij restricione, in flumine
publico Albido.*

Nos Consules & Senatores civitatum Bremie, Hamburgi, Stade & Buxthude, confitemur & attestamur manifeste in hac epistola coram quibusque Quum nos Hamburgenses ab antiqua transvectionem frumenti ex Albi impudiverimus, in harum civitatum comedum & utilitatem ita, ut frumentum non in mare exportetur, sed busegi his sicas civitates & terras, nimirum Bremam, Hamburgum, Stadam, Boxtelhudem & Holstiam pervehatur, idem usui suo destinerur: Quartus enim, qui frumenta vobis, infallibiliter

debent certificare & asscurare, quod facere id velint, quium tamens a pe & multiformiter in abusum sit per trahit. Sed ut nunc bona cum prudentia huic prospiciatur, inde nos prae dictae civitates unanimiter noliscum consultarimus & decrevimus, quod secundum laudabilem consuetudinem idcirco vari debeat, velut ante hac consuetudo fuit ita, ut nemo nostratum quidquam frumenti ex Albi versus mare navibus avebat; sed in pronominalis civitates & terras, uti prae dictum est, ut etiam tunc manebit, & usus desinabitur aliquaque dolo. Quod si vero quisdam facilius hic contrarium inbeat; tunc nauclerus partem navis, & quodcunque in ea habebit navi, & mercator mercem perdere debet suam: Tum non amplius cives erunt, vel manebunt; nec securitatem habebunt in supradictis nostris civitatibus, nec illum in iis quaerent vultum: Quod nobis pronominalis civitatibus ita unanimitate cunctis & singulis placuit, & nos acceptarimus presentes in vigore harum litterarum, quarum quatuor sunt, atque apud unam quamque civitatem una. In testimonium ulterius scientiae nostrarum civitatum sigilli obligatae sunt. Datum post Christi Domini vestri nativitatem quatuordecimo centesimo, & in octuagesimo septi-

614 R E R V M p. H A N S .
mo Anno , die Marci Sandi Euange-
listae.

Nun talis confederatio in praju-
dicio liberi commercii & curulis
bonorum de jure subsistere possit, id
facile quidem dijudicabunt iurata-
tur & gentium. Quauis tamen
civitates illæ & quali societate inter se
convenierant, & ex hoc contractu in-
re æquali frui omnes constitutis.
nihilominus eventus statim hec
edocuit , quod omnia non aliis
quam pro sui commodi ratione ob-
servarint, ut ait Medenus, cuiusca-
iam verba pag. 50. & 61. huc sent:
Non fuit eorum intentio cum fer-
vandi; quippe is scopus illis: sepa-
erat præfixus, ut in monopoliū
suum omnia & maximè reiū iuri-
tariam converterent , & prout ad
quibuslibet rebus in tamen civitatē
ipſi præcium rerum ac præferendum
mento præscriberent, nec tamen ven-
ditores merces suas avulce possent,
etiam venditores extremum indefa-
cerent dampnum : unde (ut habi-
pag. 67.) omnibus vicinis immensis
imposuerunt suæ civitat. s' onera fe-
renda. Nec tantum civitatem sed
dam variis modis retinendere coad-
iūc.

funt , immo eam planè exhaustivè & commerciis suis exuerunt , sed etiam infra civitatem suam sub specie protectionis sibi fluvii ad locum Ganimat cursum obstruxerunt . Quibus mediis autem usi sint , id legat quis ulterius apud Medenum pag. 89. Et seqq. res foret nimis longa in hac compendiosa explicatione . Quum Comites Barbienses circa an. 1488. cuiam ab Imper. Friderico III. obtinuissent Privilegium transportandi liberiè commercia Hamburgum , ut ibi permutationem pro rebus aulæ necessariis exercecerent , adeò acriter hoc impugnarunt Hamb. , ut etiam contrariani actionem instituerint contra Comites , ut ipsi in art. 232. &c. contentur . Quem tandem quoque processum contra Stadensem civitatem intentati sunt , id quis cognoscet apud Med. pag. 108. Et seqq. Et quanvis hi usi sint multiorum in ieiuniose Hanseaticarum civitatum : tamen in meras minas & clusiones tractatio omnis abiit , v. luct. etiam in ipsa Camera Imperiali iis usos fuisse Hamburg. idem Medenus pag. 105. docet . Nemo autem rectius austernitatem & iniquitatem Hamb. in tanto conanune iuris restituendi

& dominandi in Albi describit heic ex annis pluribus, quam *Clytr. i. 18 Chr. p. 490. & seqq.* qui accuratè heic legatur, dum multa dicit. Vbi prouide suas actiones Dux Lunæb., Lunenburga uibz, Stada & Boxtehuda coniunxerunt. Quum igitur suis rebus nimium essent intenti Hamburgenses, vix curarunt ea, quæ fidei syncretoris fuerunt. Etenim dum Sociæ civitates variis modis pro libertate commerciorum cum Rege Daniz per totum ostennium continuè accidimicarent bello, Haniburg sui commodi gratia plane à sociis suis abiliuerunt, ut intetim quæstum cum Hollandis, Anglis, Francis, &c. suum in negotiationibus perficerent; primum cutantes sociorum conflictus.

Anno 1514 jussi sunt Hamburgensi à Rege Dan. securitatem in Albion vigantibus præstatæ aduersus piratas ex quo An 1580, sibi ius Domini adscribere voluerunt in commissione Regis, ut infra patebit. Sed eodem prope modo, quo olim socies in superiori parte Albidos Hamburgensi in suam obligationem pertraxerant idem quoque Magdeburgenses At 1538 sub dato, die Martis post Matthei festū, in negotio frumentario

etus ad mare se extendit, denec at-
tingat Vistulam. Attamen eum Po-
merania in longitudine & latitudine
maior fuit, quam nunc descripta.
Namque ab occasu à Varne, ubi nunc
Roste-

Rostochium situm est, ultra Vistulam per Pomerelliam excurrebat; ac versus metidiam Vkerian, & Novam Marchiam includebat, quam regia manu & potentia possidebat Scwan-tibutus I. Ast quum ille *Anno Chr. 1107.* esset mortuus, & ipsius filii *Anno 1108.* inter se divisionem Po-meranie instituerunt. Ratiburus I. & Vratislaus primorum patrem; Bogislaus autem & Scwantipoldus poste-riorem partem Pomeranice regionis naeti sunt. *Anno 1239* Dux Barni-mius terram Veriam in decum dedit sorori, quum nuberet Brand. Johani; Sic & Neomarchia per compactata ad Brand. Marchiones postea transla-ta est. *Anno 1325* Rugia Insula, quum Vratislaus I V. sine Sobole de-cederet, Pomeranie adiecta est. To-tus autem ille tractus iam continet in-sese Ducatus, Principatus & Comi-tatus sequentes cum civitatibus.

1. Est Ducatus Stetinensis intra Po-meram & Inam situs, comprehendit civitates, Stetinum Anclam, Demi-nium, Pasewalku, Pyritzam, Gaart-zam, Greifenhagium, Danibruui, Tre-poviam ad Tolensam, Vkerman-dam, & Insulam Usedomum, ac tres Abbatias, Colbitzium, Podigliam, &

Stolpiam. 2. Ducatus Pomeraniae prior sive anterior inter Inam fluv. & Wipperam situs est , ac Cassubiam continet cum civitatibus, Stargarda, Treptovia ad Regam fluv. , Greifenbergia, Golnovia, Cammino, Wulinio , & Comitatu Neogardense. 3. Ad Cassubiam vero refertuntur civitates, Colbergia, Coslinum, Belgardia, Dabera, Corsinium , & Stetinum novum : sed Cassubia habet nomen maxime a vestitu incolarum, quum *Cassubitzch* plicas vestium denotet, quibus gens haec a reliquis distinguatur.

4. Ducatus Pomeraniae posterior complectitur Vandaliam , & Polkrelliam, ac quod inter Wipperani & Lebiam fluv. interriacet. 5. In Vandalia igitur sunt civitates , Stolp, Rugewaldium, & Sclaga, & Bukowia Abbatia. 6. Principatus Insulae Rügen 7. milliaribus quoad longitudinem & latitudinem duas, olim potentes urbes Arconam & Carentiam continebat , ubi nunc oppida saltet tot habentur. Quondam capturata gens halecum fuit , quæ post in Daniam se subduxerat, ubi tamen adhuc vix vestigia supersunt. 7. Terra Rügenis inter Rekenizam & Trebeliam fluv. sita est , & concludit ad

bitu suo civitates, Stralsundium, Barthium, Grimmain, Tribbesenium, & Campam Abbatiam. 8. Comitatus Gützkoviensis continet civitates Gryphewaldiam, Loyzam, Gützowiam oppidum cum Eldenovio Abbatia. 9. Wolgastum propriam describit ditionem. 10. Sic & Lawenburgum, atque Butovia, quarum hæ duæ urb s sub nomine Baronatum à rege Poloniæ recognoscuntur. Inter urbes autem hærum Ducatum Pomeranix omnes solennimodo Hanseatico fœderi hodiè adhuc accensentur decē, videlicet: Stralsundium, Stetinum, Venetiū, Anclam, Gryphewaldia, Colbergia, Golnovia, Stargardum, Stolpa, & Rugenwaldiū; quas nunc paucis brevissimè pro temperris nutu quidem, parlostrabimus: sed ut antiquitatiratio in commerciis huius loci ex respectu civitatum non nihil plenior constet, atque simul fœderis Hanseatici primordiis hoc adiiciatur, duarum civitatum antiquissimarum maximarumque mentio adhuc & quomodo interierint ex inferenda est, quum inde consecratio studii commerciorum promptior colligi satis queat; & quut ita cupidores huius conservationis ibi

Vbi Odera fluv. qui Ptolemaeo
Ouidiads est, & alias Viadus dicitur
Stetinum præterlabens in mare Bal-
ticum deproptere incipit, prius in
amplum aquarum spaciū, quod ad
8. milliatia longitudine & prope 4.
latitudine se extendit, & Poenam,
Vkrain fluv. Plœnam, In amque reci-
pit, se effundit, vocaturque hæc, Pa-
lus sive Stagnum recens, aut *Frisch*
Haff. Circa dimidiani partem huic
Stagni pertinet flumine suo & duas
Insulas nomine novo Suinæ ditimis,
quatuor una versus occasum, ad sini-
stram partem vocatur Vsdomia 5.
milliaribus se exporrigenis versus Po-
enam, altera propter amoenitatem
suam Wollinæus Campus, sive Iuli-
na dicitur. In Vsdomia hæc olim sita
fuit antiquissima & amplissima urbs
Wineta, quam *Helm. in Chron. Sclav.*
cap. 2. Vimnetam nominat, ubi per
totam Europam celebratissimum fuit
Emporium, quam Vandali primi ex-
dificavit; de quibus loquitur *Scho-
lion. ad Helmold.* Fuit sanè, ait Helmold-
ius, maxima omnium, quas Europa
claudit, civitatum, quam incolunt
Sclavi cum aliis gentibus permixtis,
Grecis & Barbaris.

Etiæ

Etiam Saxones tum parem habue-
fiant cohabitandi licentiam ; si tan-
tum Christianitatis titulum ibi cō-
morantes non publicassent. Omnes
enim usq; ad excidium eiusdem ur-
bis, paganis ritibus obetrarunt. Cæ-
terum moribus & hospitalitate, nulla
gens (N. B.) honestior aut benignior
potuit inveniri. Civitas illa merci-
bus omnium nationum locuples, ni-
hil non habuit iucundi aut rati. &c.

Pauca sunt verba Helmoldi, at sum-
mæ commendationis. Ecce enim,
quid non libertas commerciorum fe-
rat ! O utinam id Christiani quo-
que intelligerent, qui tam insipide
ad eò suas constrictiones usque ad in-
vidiam redigunt, ut neque pudeat
eos, hominum conscientiis imperare
velle. Vrbs ea vasto admodum cir-
citu maxima ex parte ad maris ap-
pulsum exorrecta fuit. Iam verò
fundamenta eius ultra milliaris di-
midium procul à terra obruta mari
jacent, velut tum sub undis perspici
possunt, si quis ex Wolgasto Damero
viam traiiciat : & apparent rudera
satis notabilia & splendidè erecta,
sed etiam ipsæ plateæ possunt tueri,
unde adhuc constat ex tali figura,
ingenitatem urbis fuisse amplitudinē.

Namque ea pars, quæ minuta fertur, longè exuperat Lubeccam magnitudine, quin tamen macte potissimas absumperit partes; quæ non amplius apparent. Discordia interna prius dilapsam esse aunc; postea vero à rege Daniæ ultra 850 Annos abhinc funditus subversam. Vnde Sueones tunc navigii suis ex Gotlandia profectos essent, &c, quicquid ex operosis misericordiis urbis structoris marmoreis, ferratis, ancesque, aut ex instrumento stanneo, auro, argenteo salvati potuit, ab actis vento aquis, etuissæ, vel per uitatores eduxisse, & in Gotlandiae transportasse; inter cetera vero annas duas maximi pontis portas eodem transstulisse, ferunt. Hinc illæ Visby, insensim divitias splendidæ, quibus tanto sumptuata et studiosas edificaverant aedes, quæ Noribensium & Colonensem palatia exuperant. Altera in Insula Lulina dicitur. Et ab urbe Lulino, quæ similitet amplissimum habuit Emporium, paulò minoris tamen fuit magnitudinis quam Viseta. Huc itidem magnus fuit mercatorum & gentium confluxus, ex Finnonia, Sclavonia, Daniæ, Suecia, Græcia, & Russia, &c. quod etiam Cittipani & Iudæi venient, & singulæ

singula natio suas singulares incoluit plateas, ut distincta eò citius ad manus emptoribus essent mercimonia. Ac licet edictum publicarit, quod Christianitatis non deberet fieri mentio; tamen Anno 1124 urbs tota ab Ottone Episcopo conversa est, & in initio 1130 baptizati sunt homines. Sueno III. Rex Danie, quum eam infestaret toties, ter eius capturam expertus est. Vnde Woldeinatus primus Rex Dan. paulo ante obitum suum circa An. 1167, maxima classe per fluv. Divennum ex insperato obruit urbem, & miserè devastando omnia tam concremavit. Ex quo tempore priori dignitati non potuit restituī, præfettim quum mercatores se ad alias civitates converterent; sed saltem tulera & arcis vallum adhuc conspicuntur, & ab eius loco non procul civitas Wollnum condita est, quæ hoc nomen Iulinum ita mutatum accepit propter loci amoenitatem. Ruina harum urbium per littus Balticu n passim commercii frequentiam habebunt, & homines reddere cœpit cautores, ut inde in confœderationem firmiorem ex hac intentione coirent, ne facile iterum vicini reges libertatem coin-

680 R E R V M P . H A N .
merciorum ex invidia aut odio sub-
verterent.

Floruit pridem ante Iulini exci-
diū quoque Stetinum , quodcūq; eius
antiquitatis censetur , ut de auctore
genuino nihil certi affirmari possit;
tamen supra ostensum est , quod Se-
dini urbem hanc pridem ante Hen-
torum adventum , qui circiter Ann.
400. post Chr.nat. accidit, condide-
rint. Quum vero in commodissimo
& amoenissimo situata esset loco,
meruit non tantum caput dici Po-
meraniæ ; sed etiam Duces Pome-
raniæ sibi ad Oderam ibi sedem regi-
minis & aulæ elegerunt. Christianam
religionem admisere quidem Ann.
1120, quūm Dux Bogislaus I. noctu-
civitatis muros concendiisset , & ci-
vies in Vratissai I. Ducis sui devotio-
nem plenam stratagemate hoc per-
traxisset : sed quūm non posset vi ita
quid perficere , Ottoneum Episcopum
Bamberensem ad se vocavit , cui
commissionem informationis san-
ctioris obtulit, qui etiam Anno 1124
in apertis plateis, juxta D. Pauli mo-
rem, populum informavit sedūlō , &
Idolon Triglaffi ipsis tandem expu-
gnavit. Postquam Anno 1181. Chr-
istianus vigere ibi incepisset, con-

fluxus Saxonum in cuncta ibi fuit frequentia, ut etiam urbem novo modo condere & disponere non desierint, præsertim, quum illi ex statuto communis reliquarum civitatum Sclavos à suis societatibus & collegiis ac dignitatibus exclusissent, brevi tempore commercia cuncta acreverunt. Anno 1245. Dux Barnimius I. jure curiæ & plena jurisdictione eos donavit, jusque Magdeburgensium cum Scabinatus civibus indulxit. Circa Ann. 1313. Wratisslaus I. Dux VVolgastiæ recuperavit Stetinum à Cunrado I. Elect. Brandeb. occupatum, mortuoque VVratisslao V. absque hærede Rugiæ Ducatu potitus est, quem posteri eius adhuc possident. Vnde & in huius fidem Sundia urbs, salvis tamen privilegiis & immunitatibus, sese contulit. *Dress. mill. 6. p. 2. pag. 536.* Ducis autem Barnimi III. tempore circa Annis 1364 Societati Hanseaticæ urbs hæc se addixit, & statim in conventibus Hansæ Rostochii Anno 1365. & Anno 1368. ibidem, ac 1370. Stralsundi habitis diligenter per Legatos suos comparuit, vellut etiam in sequentibus annis factum est. Fortè civitas sibi plura acquisiverat bona, adeò ut etiam Anno

1321 oppidum Pölitzium & An.
 1335. theatrum Messinense obti-
 nuerant: Sic etiam Lacum Daini-
 nensem hypothecar loco à Ducibus
 suis ultra 208, Annos possederant,
 quum Anno 1491 Bogislaus repe-
 titionem eius institueret. Ne verò in
 malum gravius incidenterent, cedere iu-
 rē suo potius voluerunt, qd. à m. incle-
 mentiam perfette Principis, & pacis
 amorem semper p̄tculēre commodo
 proprio. Ratum certè exemplum, si
 ex libera affectione profluxisset. Sed
 tamen non caruit quoque motu suo
 interno. Namque Anno 1524. con-
 citatus est tumultus civium contra
 Senatum ex suspicione male administratio-
 nis, unde à Duce Georgio &
 Barnimo res ita compelta est, ut se-
 natui 48 cives adiuncti sint. Anno
 1570 feliciter in hac pacis civitas
 demum illud funestissimum bellum,
 quod inter Reges Daniæ Fridericus
 II, & Sueciæ Iohannem, nec non di-
 vitatem Lubeccensem per 7. Annos
 integros cum magna pernicie com-
 merciorum duraverat, iustis modis
 & conditionibus compositum est, ita
 ut Daniæ rex omni juri & actioniis
 regnum Sueciæ renunciaret: & Sue-
 cus vicissim omni juri suo in Non^o

gia, Gotlandia, Hallandia, Scania, Belkisogia & Daniæ ac Norvegiæ insignibus in perpetuum cesserit. Sic & Lubeccam Rex Sueciæ in gratiam recepit, & ipsis privilegiis in regno Sueciæ, iuxta formulam iustam confirmavit, quod etiam proceres regni approbarunt, nec minus navigatio in Nervam Russicæ libera permissa fuit. quæ transactio inde Pax Stetinensis dicitur. *Clytr. Sax. lib. 2. & Frideb. lib. 2. Cbr.* Sic Anno 1612. variæ differentiæ civitatis huius cum Duce Ph. lip. II, quæ in capitibus continentur, inter quæ 4, 5, & 6. potissimum de jurisdictione in flum. Oderæ, iure stapulæ, vestigialis, &c. fuerunt penitus compositæ sunt, & civitas se in pluriinis accommodavit debitè.

Stralsundia autem, quæ nunc metitò huic subiecta turribi, ab Insula Strale vicina, & fratre, quod Rugiam à Germaniæ extremæ continente distinxit, & Rugiæ principatum medium interabitur, nomen habet, quasi Stralæ Insula, sive Stræla frux, & Slund aut Sund dicitur: *Cranz. lib. 7. Vand. c. 5.* Sunt tanien, qui antiquitate magnam ipsi adscribunt, & à S. anno 2. Francorum rege *Ann. Cbr.*

Chr. 144. qui Francofurtum condidit, extructam primitus dicunt. Ang. in *Chron. March.* p. 15. Alii Rugic Principem Larimatum, postquam ibi pridem aliquot mercatores & incolæ commodum habitandi locū & portum, à Iulino usque dirempto, inventissent, ut be anno 1209. destinatā, & à filio illius VViſlao anno 1231 plenè absolutam esse affirmant, quod eandem jure Lubeccensi ac libertate, qualis civitati Rostochiensī, à D. Burewino collata esset, is donatit; quibus Sylvam, agros pascua, portum, ius piscandi &c vectigalium immunitatem, ut eō citius posset se recolligere, addidit. Vnde paulo post, quām mercaturis per mare, per terramque increvissent, ferocite in Lubeccenses incipiebant: at hi vindices suæ iniuriz statim obruebant Sundiam eam profus expoliando. Vide *Crantz.* lib. 7. *Vand.* cap. 15. Quamvis diu fuerint hostes: tamen ita rediere in concordiam ut se Hansæ associarint. Ab anno 1316, usque 1319, gravissimum iterum culpâ maximè VViſlai Rugic Principis bellum pertulit urbs ab rege Erico IX Dan. & eius confederatis, in quo masculè suas defendit portas. Occasio autem tantæ calamitatis

sic le

sic se habet: Crescebant cum in littore Baltico, commerciis, potentia & opibus novæ civitates, VVismaria, Rostochium, Sundia, Gryphiswaldum: quas privilegiis suis ad contumaciam adversus Dominos suos alienam abuti, principes querebantur: & Paulo ante Ericus I X. Daniæ Rex, quem Rostochienses Dominum & defensorem u: bis & Privilegiorum suorum anno 1310. adversus Marchitas receperant: cum Waldemaro Marchione Brandenburgensi Ribbenide concessus, amicitiam & fœdus iniecat: ac sequente æstate conventum viginti principum, quos Marchio adducturus erat, & ludos solennes, Rostochii indixit. Quòd cum appulisset Ericus, Rostochienses periculum libertati suæ anno 1311. imminere metuentes, portas urbis clausas tenuerunt. Itaque in horto Rosarum & vicinis campis principes sub tentor:is degentes, ludos suos peregerunt. Tandem de ulciscenda Rostochiensium contumelia, qui urbem regi ac Domino suo non patefecissent, & Wismaciensi impetulantia, qui Heinrico Principi suo facultatem in urbe nuptias celebrandi, negarant, punienda, decretum faciunt. VVillaus et-

iata

tiam de Sundensium suorum insolentia queritur. Cumque Lubecca eo tempore alis de caussis à vicinis civitatibus dissidens, Ericum Danie Regem, tutorem ad decennium receperisset, facilius perficere instituta se posse principes iudicabant.

Civitates de Principiis decreto edoctæ, aut evitare volentes classe armata insulas Danicæ rapinis ac incendiis vestant, ut Regem domi distineant, & portus suos tueantur. Sed nihilominus, Waldemar Marchionis & cæterorum Princeps cum copia cum Regiis Ribnicum transponunt, conuentæ Rostochicum An. 1311. ostendit. Cumq; Rostochiensis mat aperto, nihil curare obfitione illam intelligerent, ad portū mariis descendentes, ad uirauq; Warni ossio vicinam tipam castella erigunt, ac præsidii muniunt: Et dimissis in fundum aliquot naviculis, grandi lapidu mole onustis, portum obstructe moluntur. Sed reduntibus domū confederatis Principibus facilis negotio à Rostochiensibus castella deiecta, & novum castellū seu Turris munita est. Quamquā Ericus cum sociis deno aliquot mensibus obsessam, deditio ne accepisset: tres circa illam tunc

maris junctas, & fossis aggeribusque
cinctas excitavit: Quatum unam
Regis Danicæ, alteram Waldemari
marchionis, tertiam Henrici Meg-
politani præsidia aliquandiu tenuer-
unt. Interea Rex terra non satis feli-
citer pugnabat; sed Marchio Wolde-
marus Brand. cum confederatis Du-
cib. Pomeranicæ & confederatis ci-
vitatibus Rostochio, Sundio &c. su-
perior erat. Vnde Willaus Rugicæ
Princeps coactus est pacem petere:
qua occasione usi sunt Sundenses, &
Anno 1314. obtinuerunt pro nutu
suo, ut Willaus ijsis novo diploma-
te privilegia à maioribus ipsius data,
in specie confirmarit, in quibus &
proprietatem urbis, ac omnium in-
tra fines territorii illius sitorum ci-
vibus attribuit, cum iurisdictione &
libera appellatione ad Lubeccensem
civitatem. Ac licet sequenti anno
hanc gratiā rescindere studeret, pro-
ptereaque cum Rege Danicæ & mul-
tis principibus consiparet: tamen
post varios & terribiles labores se
frustra defatigavit, atque denuò co-
actus est cum urbe hac pacem inire
Anno 1317. At quum inde clemen-
tiore animo cives eos fovere incipe-
ret *Anno 1319*, gratiam maioribus
auxiæ

auxit erga civitatem privilegiis, illam ab omni exactione & tributo principi pendendo immunem reddens, advectione omnium mercium lib. trimam concedendo adeò , ut nunquam civibus impediri deberent. Sic & concessit illis , ne intra duo milliaria atx erigeretur, & quod agri ad milliare unum circa civitatem coempti cius propriei essent, &c. Anno 1370 , ibi conventus Hanse celebratus est , quum Waldens. 4. Rei Dan. adeo hostem infensissimū civitatibus se exeret. Vide supra p. 379.

Anno 1497. Rex Danicæ premebatur à Lubeccensibus & fœderatis civitatibus bello, ubi, quū Sundenses supermodum acres sentiret , apud Duceum Pomeranicæ Bogillau m obtinuit , et retraherentur Chyr. Chr. Sax. lib. 5. p.

170. Non iuvat nunc addere, quā nuper an. 1628 , aggredi si sint facta; sed ea alibi explicabuntur, dum ad viciam ciuius civitatem progrediemur.

Grypswaldia quoq; non ultima s' in Hanseatico fœdere inter Vandali cas; sed meritò secundum à Stralsudio meretur locum, quū in tām cōstanter hanc nobilem semper huc que coluerit societatem , nec rediuidarit etiam accētiora inire detinendit.

ſionis foedera. Distat autem ea ſaltem duobus inde miliariibus, & habet in Pomerania cognomines civitates, Greifshagum in Ducatu Stetinensi, & Greifsbergum in Caſubia ſitam, ut patet compositio nominis à ſylvestro primum loco; nec à Gryphonie Pipini fratre, ut quidem putat; Sed originem primam à monachetto Eldena habuit, & ſure Lubecenſis donata eſt, *Clyt. lib. 10. Sax. pag. 253* ac pertinet ad Comitatum Guizkovensem. Quum portum etiam accommodatum habeat & locum Emporii, commercia non minus huic usque in ea urbe floruerunt opifalè, quam in reliquis. Atque ut etiam Princeps eo gratiori locum hunc & Universam Pomeraniam afficeret beneficio, *an. Chr. 1457. ibi Vratislaus 9.* Dux Pomeraniæ ipſe Wolgast & Ruggia Acad. fundari curavit. Occaſione autem maximè præbuerat Academia Rostochiensis. Namq; quum Rostochium 18 anno, poſtquam ibidem erecta eſſet Academia, maximo fervore tumultu, & interna ſeditione cives *Anno 1456.* fremerent, Caſato & Ecclesiastico anathemate feriebatur urbs; unde & severissimo concilio Basiliensis mandato iussi sunt

Professores ex ea secedere. Quare locum mansionis & docentes & discentes in Gryphswaldia sibi elegerunt, quum ibi humanitati maxime addictos invenirent homines, ex qua occasione Colonia quasi Rostochiensis facta est Gryphswaldia. Etenim quin post sexennium res esset transacta, & inde Anno 1443. Professores cum studiosis in antiquam sedem remigrarent, à civibus assuefactis & vicinis hoc consilium Principi suggestum fuit, ut ipse quoque suam tali bono exornaret provinciam, quod quidem tunc Adicto 1456. factum fuit: sed licet principia Academiae satis fuerint laxa; tamen quum magis Rostochiana floret etenim usque ad annum 1518, obscurationem exinde passa est Gryphwaldensis, donec tandem anno 1547. Philippus Dux Pomeranorum eam restaurare inciperet, ex quo floretiorem quoque Professores & matem scriptis suis eruditissimis de iure publico clariorem effecere. Matthaeus & Joachimus Stephani Icti, sicut iam Medicus optimus Franciscus Ict egregium Systema Medicum concepit, quod discipulus ejus Matthaeus Backmeysterus M. D. Phys. Lund.

p.m. amicūs meus summus in publicum elidit, quām inter Saxonas eius loci vix quid simile prodierit. In quo nihil desiderari potest, quāquod nimium credulus fuerit iis, qui Chimiæ & Medicinæ luci oculoque unico & veriori ex meta inscitia fuerunt iniquiores. Gryphswaldenses autem integratæ & fidei solidæ semper cum reliquis suis addictos, constat ex historia Ducum Henricorum duorum Megapolitanorū, qui an. 1326, quum rebus humanis Vratislaus Dux Pom. exemptus esset, infantibus trinis relatis Duc. Pom. astutè suī ripere & in præiudicium tantillorum occupare conabantur. Stralsundium, Gryphswaldia, & Demyna nec precibus nec precio tunc potuerunt à Megapolitanis corrumphi, ut in tale facinus consentirent, quamvis magnam occurrassent patrem Ducatus; sed potius omnibus tribus vicinijs, videlicet Danicæ regi, Megapolitanis Ducibus, & Marchioni Brandeb., qui uno tempore per 22. annos belli conatu Pomeraniam ambiebant, fortiter se opposuerunt: cū etiam Gryphswaldenses, quām minus tuò Wolgasti & alibi in suis rebus Principes infantes conimorati possent, in suam

urbem cum maatre, quæ posthumum
Yratissimum apud eos enixa est, rece-
ptos defendenterunt, & sua virtute, sive
ac sumptibus, inolem belli præci-
puam potissimum sustinuerunt Cljt.
Sax. lib. 5. pag. 137. Tanta proifas exi-
mia & insignis trium harum civita-
tum pietas, fides, integritas & con-
stancia erga Principes suos fuit!

Sic etiam Grypswaldenses cum An-
clamensibus semper in foedere Han-
seatico perseveranter fidi inventi
sunt, ut etiam atqueius fœdus Ann.
1615. cum Belgis initum maximè
promovere non desierint, & alias
quoque non defuere necessitatibus,
quas commune exegit commercium.

Est autem Anclam civitas Ducatus
Sicistinensis, sicut eius socia Damyna
& quamvis non statim, ipsum attua-
gat mare, sed prope milliare à stagno
Frischenhauffio, ubi se Poæna ex ad-
verso, ad apicem Vslomie in stagnum
dictum effundit, ceu etiam Poæna
fl. quam proximè versus septentrio-
nem à Damyna Hanseatica decurreti-
eam attingendo præterlabitur. Locu-
m est utique civitati perquam am-
plius & abundans omni genere fru-
gium, à quo omnes pagi juxta plani-
dens Brandenburgici Werderi depen-
dent

dent, qui vitæ necessaria inde sibi
conducunt, ut hæc potissima ratio
subsit, quia ita commercii commu-
nis rationem in fœdere Hanseatico
strictè teneant. Verè triangularem si-
tum respectu Grysvaldæ & Dainy-
næ positum representat, quum ter-
tium sic angulum in ea æqualitate
sua constituat utraq; hæc civitas, dū
ita Poëna fl. ambas quasi in linea
quamvis nea æquali secundū cursum
connectit.

Stangardum sexta
est Pomeraniæ infœdere Hanseatico
urbs, & principalis huius Ducatus,
quæ non ultra tribus à Stetino ab al-
tera Oderè parte versus ortum milia-
ribus distat; apud eam Ina (quæ se-
ita antea div. serat) duplo fluvio
iterum consolidatur, & præterlaben-
do candem hinc per amoenitatem
sylvarum adiacentium longo & ob-
liquo tractu non procul à Golnovia
in mare sive stagnum Daminense ex-
currit. Antiqua etiam urbs est, ceu-
ipsum indicat nomen, quæ nec mi-
nus eximia meruit à Ducibus suis
privilegia, quum tantas præstiterit
iis fidelitates adversus hostes illo-
rum. Nihilominus anno 1283 quum
Marchio Cunradus Brandeb. Bogis-
laui V. Ducem Pomeraniæ bello

iniquè infestaret, urbs ea ita ex improviso obruta fuit, ut eam cum Bernsteynio simul occupat. Verum Dux imperterritus statim in auxilium advocavit Stetinenses, atque sic 28 Octobr. eodem anno, civibus Stargardiaæ id promoventibus, recuperavit: unde simul fidem eorum ita Dux approbavit, ut non tantum è vestigio omnia illis confirmaret privilegia, sed etiam ampliarit, & iuramento se adstrinxerit, quod eorum iura in perpetuum salva & integra subsistere deberent; ac res omnis Stetini transacta & consopitum fuit omne odium, quod Princeps erga cives aliquot conceperat. *Frid. in Chron. Stet lib. I. pag. 46.* Sicetiam quin Duces Stargardiaæ Ulricus & Iohannes Marchionem aliis implicatum bellis ita circa 1402 infestarent, ut sua recuperarent, non iis defuerunt auxilio. Verum quin anno 1440. quo tempore Des Otto 3. minoren s adhuc apud tutorem Marchionem Brand. Fridericum degeret, propter navigationem frumentariam inter Stetinenses & Stargardenses ingens discordia exercitatur, & Stetinenses nimis procaciter palos fluvio Inæ infligendo "tarx" sensibus obstruerent navigationem, factum

factum hoc ad Ducem alterutn VVolgasti residentem Ericum 2. detulerunt, & obtinuerunt ibi repressalias. Quæ res in tantam erupit acerbitatē, ut anno 1458 ex improviso Stetinenses Stargardiam summo manè obruerent, & totam exspoliarent urbem. ac licet Lubeccenses se interponere studerent ; tamen utraque pars suam defendit caussam, & duravit discordia per aliquot annos. Accidit tamen quod Rex Ericus Danie quoniam obiret diem suum, & lis quoque inter ipsos oraretur Duces, qui bello simul mutuo relictae hæreditates sibi vindicare cupiebant : Tunc Stargardiani urbes sua receperunt Ducem Ericum 2. VVolgasti. Stetinenses è contra Vratislai Ducis & Ottonis 3, quidem tenuerunt partes : Sed Dux Ericus totani nobilitatem sibi adsoxiavit, quæ se expressum erga Stetinenses litteris publicis confitebatur hostem. Et quem Stetinenses Stargardensis peccora anno 1460. adiuerterent, inde de novo omnium Stetinensium naves ex Dania cum magna halæcum copia rediuites VVolgasti arrestati sunt donec tandem hac lis transactioi Ducum, quin de hæritate Erici Regis paciscerentur, in-

clusa fuit. Anno 1580. - Febr. quām
civis quidam in Stargardio pulvarem
sclopetarium in aliud vasculum
transfundet, fortè ancillę scintilla
ignis ex manu in illud incidit, unde
aliquid cedes vicinæ funditus subver-
ſit sunt, & ultra 24 homines tuina ea
interfecti. Annum continet hic ver-
ſiculus: Pulvis edit Stargardt quoque
tormentarius ignis. Quod præludium
gravioris fuit incendi. Namque an-
no 1583. 9 Jun. tempestas subito
exorta, fulminis iectu incendit ita ur-
beim, ut 487 x̄des quali in momento
consumeret. *Frid. Chr. Scet. lib. 1.*

Quum fluvius Ina tales naves ad-
mittat quæ usque à Stargardia ave-
hant frumenta Lubeccam, multo vi-
cinior est mari septima Hanseatica
inter Pomeranicas urbs Gollnowia,
*qua e colein utitur fluvio & privile-*gio portus, ut inde commune Fœdus**
Hansæ obliqueret, quamvis non ita sit
famosa, ut reliquæ, quæcum in hac
Ducatus parte cum non mereatur
*locum, quem Stargardium obti-*nuit. In commodissimo tamen illius**
fluminis navigabilis loco sita est, m-
ximè ubi cursus sinuosus se aquarum
per sylvam amoenam versus stagnum
Damminense, quod Odera perireat,
flebat

flectere incipit, ut iphi mare tunc
omne obvium sit iter.

Ex Golnovia per Greiffenbergum
& Treptowam novam, ad Regam fluv.
sitas urbes, pervenitur ad Colbergam
ut bem 8. Hanseaticam, quæ in extre-
mitate fluminis Persantis, ubi in ma-
re Balticum, Belgattio & Corlino
urbibus ablutis, excurrit, sita est. Re-
præsentat ea principalem Cassubiarum
civitatem, & territorium quoque
proprium continet, per quod pars
Regæ fluv. ultima in mare se exone-
ratus habetur. Vnde quoniam Colbergenses
partem eam fluvii Regæ quon-
dam molibus obiectis Treptoviensi-
bus obstruxerant; Verum hi Abbatis
Belbugensis auxilio novum portum
versus occasum, fossâ manuductâ,
aperuerunt iterum, quem anno 1456.
ab Ottone 3. & Erico 1. Ducibus Po-
meraniæ confirmatum, pro suo post-
ea defendenterunt contra Gryphenber-
genses, quin illi publicum fluminis
usum & privilegia sua allegarent.
Portu ibi optimo ex Persante fluv.
utuntur Colbergenses, qui in locus
metatutæ sic convenientissimus, un-
de etiam urbis ista legum honestatū,
judiciorum & disciplinæ custos fide-
lis perhibetur. Frequentia quoque

998 R E R V M P. H A N S.
civium ea est , ut ædificiis , opibus ,
commerciis & aliis civitatum orna-
mentis illis in partibus terræ nemisi
cedat. Hollandi quoque & Belgæ
eo portu in lanæ coëmptione & fu-
mientorum frequenter hodiè utun-
tur.

Inde si ad littus maris Baltici ul-
tra Cosslinum excurratur ad Duc-
tum posterioris Pomeraniæ , ubi Ca-
subia desinit , & Vandaliæ nomina
populis relictum est , acceditur id
fluvium Grabovium , qui utramque
Pomeraniam quasi dissecat , & ubi id
Wipperam non procul à mari in-
fluit , Rugewaldum in finibus inas-
ibi situm est , omnino à Rege Wal-
dio , propè initium Regæ fluv. sito ,
distinctum . Vrbs autem hæc propriæ
commoditatem situs Pomeranicæ il-
lius partis versus Vandaliæ me-
polis una habetur , quum inde omni
generis commercia ad vietum & a-
miectum facientia petantur . Scagia
quidem habet vicinam urbem ; sed
commoditate loci longè eam excep-
rat . Est quoque terra ea aquis irrigata
dives agris , pascuis & sylvis . Utio-
pecore , piscibus , necessatio frumento ,
buttero & melle & similibus rebus
ad aliquot millaria , ubi se

montosa est , satis abundet.

Sic etiam Stolpa Eoꝝ Pomeraniæ altera metropolis, ad fluvium eiusdem nominis sita, bonorum ingeniorum ferax ; honesta gubernatione, ci-vium frequentia & commerciis scho-laque bene constituta per aliquot hæc tempora iuxta loci qualitatem sanè admodum floruit. Etiam ab antiquis temporibus eorum virtus pre-cellens habita fuit & pietas , quod egregio incolæ olim demonstrarunt exemplo. Etenim huius civitatis in Principes suos ea observantia & fides fuit , ut à Magistro & fratribus ordinis Teutonici in Botussia, quibus, pro ingenti summa auri, ditio Stolpensis eppignorata erat , proprio ære & fa-cultatibus sedememcit , & Principi-bus Pomeraniæ Bogislao , Barnimo, & Wratisslao fratribus, Wratisslai filiis, circa an. 1340. se rursum adiunxerit. Quippe æquins putabat sub nativi Domini tutela in libertate pactorum & privilegiorum vivere , quam alte-rius dominium insolentius in servi-tio impatiens ferre , quin nec sic fœdus Hanseaticum ritè colere po-tuisset , quod tam iniquè ab ordinis Teutonici collegio alias tractabatur sapientiæ , uti id alibi refertur.

Priusquam ultetius ad Borussia & Empotium metropolitatum Gedanum progrediamur, paucis hec notis subiectis veniunt urbes his locis vicinæ, quæ ad Hansam quoque spestant, cœn sunt Francofurtum ad Viadrum, Berolinum, Brandenburgum, & Vratissavia.

Francofutti autem otigo Sunconi 2. Clodomiri filio & Rechimeti Regis Francorum, qui colonias hominum ex suo regno consensu at potius ex consilio Witekindi Reg. Saxon. & Hermanfridi Reg. Thuringiæ, usque in Marchiam, ex quo Vandalos & Gothos tunc *Anno Chr. 10*, propulerant, deduxerat, & iis filium Suannonem i. præficerat, præcepit adscribitur. Is enim in memoriâ eius rei, quod ibi Franci sui hostes Vandalos persequendo & necando traiecerent Viadrum, urbem his etigere & provincias suas hac enarrare voluit, quam ita pro æternum statum rerum testimonio exstruxit & sic Traiectum Francorum appellavit, *an. Chr. 146.* ut inde ad Annos 1630 eius antiquitas in *Annos 1430* excurrat. Sita est ad Viadrum, 2. distans ab arce Kustrin, ut finem dicit Marchiar addat, cœn eius regio-

8 sunt provinciæ. Verum ea varias
pertulit vices, quum finibus hostium
opposita fuerit. Vnde *Anno 1253.*
Iohannes I. Marchio Brandeb. ex ru-
deribus suis per Gedanum de Hertz-
berge restaurari voluit, cui etiam Ot-
to Iohannis frater calculum adiecit.
Maximè enim illis atriscat utbis
positus, quod commerciis esset aptif-
simus, quum eo tempore ita flore-
rent Hansæ. Ideoque amplificationi
cuius Marchionis ultra 120 mansa a-
grorum ipsi adiecerunt, ut perfectum
esset opus, & merces, quæ vel adverso
vel secundo flumine vel etiam curri-
bus veherentur, eo loco tuto deponi
& naviis concredi possent. *Anno*
1318 Marchio Waldeinatus paulo an-
tequam bellum contra Ericum Reg.
Dan. susciperet, hanc utrem fortali-
tio & iurisdictione pleniori aliisque
privilegiis ornavit. *Anno 1325*, quum
Poloni, Litvani & Borussi magnas
irruptionem sua strages ederent, cives
Francofurtenses in pago Zetscheno-
vio eos oppresserunt; sed quum ni-
mum fervidi essent, & Episcopum
nimis inquietum Goritzensem, cui
causa tantæ calamitatis imputatur,
hunc secum captivum abducerent,
liberatus ex carcere hic excōmin'ca-
tionem

tionem à Pontif. Iohan. 21. obtinuit.
 Et quamvis in ea exclusione per 18.
 annos vixerint; tamen nihilominus
 Ludovicus Romanus Elect. & Ma-
 chio urbem An. 1351 maioribus li-
 berratis iuribus & privilegiis vesti-
 galium & pensionum ornavit, ei-
 demque confirmavit eiusmodi; do-
 nec tandem Anno 1353 à Papalano-
 centio 6 restitutio fuit impetrata ab
 ea conditione, ut Ecclesie Lebusianæ
 pro dictione & damnis 12000 m-
 cas Brandeb. binis vicibus solvent,
 ceu eius transactionis futrunt me-
 diatores Dux Henricus Glogovitensis
 & Com. Gunther. Schwartzburgensis.
 Anno 1379. Marchio Sigismundus
 civibus Francof. plenam libertatem
 commercia exercendi concessit, quia
 fœderi Hanse se adiixissent. Anno
 1381 ingens pertulit incendium, u
 aliquot 100 x l'cs sint igne absunt
 Post verò Anno 1412 Hussitæ Bel-
 morum adèò scviebant, ut etiam
 que ad hanc urbem excusserent,
 vastationibus variis perpetratis. Ma-
 chio enim Fridericus adversariis
 ram erat; inde non solum subiicit
 Gubischium ibi concimabant;
 etiam obſidione eam urbeas
 premebant. Vcium à civibus nō

PARS TERTIA. 703
cof. retundebantur fortiter. Anno
1504. Episcopus Lebusianus apud
Elect. Ioachimi. i. March. tantum
contra Francofurtes obtinuit, ut
illis jurisdictionem superioram cripe-
ret, quod eius intercessionem pro pre-
donenobili non curaret, sed eum fe-
sto Pentecostes decollarent, cui pœ-
nætiam suum adiecit Bannum. Sed
i. Ioachimo 2. March. cuncta rede-
merunt. Interim Ioachimus. & fra-
ter eius Albert. Archiepis. Mogunt.
& Magdeb. postea factus, ibi Anno
1506. 27 April. Academiam intro-
duxerunt, quo vocabantur Professo-
res ex Acad. Lipsensi. Annus his ver-
sibus exprimitur:

Erigit Vr LV DVs penes a Lta fl Ven-
ta VIa DrI,

CresCat Ut e Ve Cts artibVs a-
gVVs honor.

De urbe Brandenburgensi supra cap.
1. aetum est, quæ hac vice sufficient
pro temporis ratione: saltem hoc de
novo Brandeburgo addendum puto,
quod ea Marcomiti 4. filium Bran-
doneum auctorem agnoscat, quem ab
illo post nat. Chr. an. 230 condita di-
catut. Ang. Chro. March. p. 16. Itaq;
interstitium à primò condita veteri
urbe Brennonis ante Christ. n. Anno

416. usque ad originem novæ utbis est An. 646. Postea vacas sensit occupationes & direptiones; ceu anno 340. à Vandalis capta est, & in continuo potestate mansit, usque ad Caroli Magni tempora circa ann. 789. qui Harlungsos eò traduxit, donec anno 890. Billungus rex Vandalo-rum denudò eam subegit, & Scholizium dixit. Hinc Imp. Henricus accepit. Anno 927. iterum recuperavit, imperioque incorporavit anno sequenti, & investivit hoc Marchionatu Comitem Sigfridum Ringelhesensem. Exinde Metropolis nomine annuit totius Marchionatus & omnius successoribus. Sed quoties expiravit linea familiaris, statim ad aliis translatus est Marchionatus; ceu Ottol. Geroni Comiti Altenburg. & Ellipurg. Anno 139. hunc contrahit. Post obitum huius idem Imper. donavit eo Comitem Bruniconum Wettinseum. Sic transit quoque ad Cris-dum Comitem Stadensem hic Ma-chionatus circa an. 1022. Inde Albericus Comes Soltquellen sis Brandenburgum cum Marchionatu obtinuit. Anno 1042. Postea Albertus VI Com. Anhal. anno 1154 ab I^o Frid. locum hunc accepit. Hinc

1322. Imp. Ludovicus Bavarus filio Ludovico donavit. Sic & Imp. Carolus 4. sibi & recuperavit Marchionatum, & Wenzeslao filio hunccessit Anno 1374. Tandem Anno 1412. Imperat. Sigismundus, solato aetate alieno huius Marchionatus Wilhelmus Marchioni Misnit, praefecit eidenter Fredericum 5. Burgavium Noticum. Ac quinque ille Anno 1415. pro Marchionatu quodocet. floren. solvisset, Cæsar investitura publica Cosniczii in eum contulit ius Domin. ut ita plus quam decies a tempore Billungi usq; ad hanc familiam Zolleriorum Comitum Noncorum Marchionatus Brandeb. mutationem senserit.

Quam circa an. 1390 inter Francorum, Brandeb. & Berlinum fœdus Hanseaticum floret maximè, & hæc civitates illud favorabiliter concirent, & tamen civitatis Marchio perpetuis expositæ essent prædis, alias quoque in singulare ad se se petitaverunt fœdus, utque Anno 1399. defensivum commerciorum Brandenburgi consociarunt, celi fuerunt, Brandenburgum, itemque Berlinum, Colonia. Francofurtum, Crottonia, Muochbergum, Landsbergum, Miltwalia, Neostadium. Eberswaldeum.

Bernovia, Spandovia, Navvium, Bri-
zena, & Belitzium. Fœderis huius
contenta refect Angel. in Cirr. March.
lib. 2. pag. 174 Brandenburgum alij
in diuturna discordia & belli inno-
vixit cum Magdeburgensibus ab ann.
1391 usque 1403. & ulterius, donec
mutua esset defatigatio, & bellū cum
Pomeranis Anno 1412. interveniret,
atque pax recuperata fuit inter vici-
nos, uti pat est, & ipsa hoc exigi
naturę ratio. Est vero hodiē totius e-
gionis principale tribunal, & nulli
habuit privilegia ab Imperatorib.
& regibus, ceu adhuc Statua Ro-
dina indicat, quæ stricto gladio
visitur, ut nuspian aliо in lez.
Nunc parent ita ut reliquæ civitæ
&c.

Berlinum ad Suevum fluv., qe-
vulgò Spream dicunt, urbs in me-
Marchia sita est, cui adiacet Cole-
quæ fluvio saltē ab ea separata vi-
ita tamē, ut sponte ambae cohæsse
Nonnen ab Alberto Viso Ottoci
Comitis Anhaldini filio impo-
dicunttunc illi, quum an. Chr. 5
oppidum hoc antiquum am-
donaret spacio, & muris inclusum
Velut etiam. eodem tempore
condidit urbes & arcas, suo ne-

eas insignias; ut Bernovianus, Beertvaldium, Bernsteynium, Berolinia, Bernevigam &c. Ursus enim in Germanica lingua Beet significat, ceu ipsi nomen Vrsi ab insigni additum est, quo adhuc ita Principes Anhaltini utuntur, & id sedulo conservant. Spandovium binis milliaribus versus occidentem inde distat, ubi Spreewayela nomen absorbet. Quamvis ob commoditatem situs & civium industriae & labore brevi accreverit satis; tamen Anno 1380. incendium ingens urbs ea passa est, ut prope omnes ipsi combusstar fuerint aedes, ut versus hi tempus & diem designant.

Tiburti festo Berlin perire Igne Mefio,

Et sic in Cineris Solvitur Urishonos.

At Sigismundus Elect. frater ute-
rius Wenceslai Cuper., qui cum hoc
Matchionatu donarat, plutima ipsis
Berlinenibus praestitit subsidia, &
auxit privilegia eorum, ut se eo ci-
tius recolligere valerent. Sed Anno
1440. cives feliores ex successu
commerciorum facti, in suum sunt
admodum tumultuati senatum, ma-
gno urbis incommodo, ut refert

Crantꝫ. in Vand. lib. 12. c. 30. Dum
 enim illi (ait) mutuis & intestinis
 armis fovent dissidium, Fridericus
 Marchio interveniens utrisque, im-
 posuit urbi aciem, frænum antiquæ
 libertatis. Sensere tum in communiunc
 omnes, quantum sit malum intesti-
 no bello laborare. Fit enim, ut (quod
 Veneti scribunt in titulo Sancti Marc.
 in locis subjectis) grave sit non sa-
 pientibus, non habere rectorē. Quem
 interea Berlinenses suscepēre, dum li-
 bertati suæ nullum modum posuēre:
 exemplo futuri comparibus urbicis,
 ne per licentiam insolescant. Nihil
 enim magis expedit communilitati-
 bus urbium , quam æqualiter vi-
 vere, agnoscere quemque sui ordinis
 gradum . Ea dum in oblivionem
 transeunt, ut vel gubernatores pa-
 missa abutantur potestate, vel mino-
 res lasciviant nimia libertate , veit
 rerum arbiter aliunde. Ad hoc enim
 est potestas, omnis à Deo constituta,
 portans gladium ad pœnam malefici
 &c. Ita quoque factum est , quod
 posthac sedem suam aulæ profici
 eò transstulerint Marchiones, ut nunc
 aula splendidissima exinde ibi colo-
 tur , nec amplius eius sint cives li-
 bertatis , quam ante sibi adscripti

fiant. Restat nunc, ut pauca etiam de
 Vratislavia, antiquo Hansæ membro,
 subnectamus. Est illa Silesiæ Metro-
 polis ad confluentes Oderæ & Olanæ
 annum, à Wratislao Bohemiæ Rege
 condita, cuius etiam nominis pri-
 mam litteram in suis insignibus ho-
 noris causa gestat. Volunt tamen
 nonnulli, quod Proloemio sit Budor-
 gis. Dugloss. scribit eam à Mieslao
 Duce Poloniæ paulo ante annum
 Christi millesimum exstructam esse.
 Alii opinantur ex ruinis Budorgios
 resuscitatam esse Vratislaviam, quod
 sèpius factum, superius toties decla-
 ratum est, & verisimilius appetet.
 Etenim in Australi ripa Odoræ ad-
 huc tres vel 4. domus turriæ extant,
 ex quarum vestigiis eximiaæ vetusta-
 tis sicutum colligere facile est; quod ibi
 Duces Quadorum habitarint, quùms
 ex veterum scriptis constet, Quado
 cum incoluisse locum, qui ita à
 Saxonibus Quadi dicti sunt, quod
 toties eorum malitiam in crebris in-
 festationibus experti fuissent, quum
 sic quoque Silesiæ Polonica vel Sla-
 vonica lingua dicantur, dicitur Silesium
 est, quod Germanis Quaed aut bese.
 velut gens ea ex variis ad malitiam
 confluxit locis, plura destruens quam

extruens. Creyit autem urbs tractu
temporis per res adversas, non tan-
tu[m] structuræ dignitat[er], qu[am] ex
commerciorum honestiori studio
mitiores redderentur; sed etiam le-
gibus. Inde Poloniæ rex Casimirus,
postquam ab exilio ex monastrio
Italiæ rediit[us] esset in regnum, An-
no 1056. paulo antè obitum Episcopu[m]
patu[m] urbem hanc adornavit; quibus
incrementis aucta ita est, ut citius ci-
vitatis Antistites aurei Episcopi, ob
divitias & rerum abundantiam, di-
cerentur: addita quoq[ue] est urbi pre-
fidi & tutelæ causâ arx, cuius ho-
diè supersunt vestigia in loco, quem
Burg vocant. A Poloniis ad Boleslaum
procerum devonit urbis jurisdictio,
qui primus Vratislavium & Ligni-
censium Princeps factus est à Friderico
Imperatore, anno MCLXIIII. Bo-
leslaus successit Henricus Barbatus;
huic Filius Heinricus Pius, sub quo
Tartatorum incursione adacti cives,
deserta urbe, quod lignea esset, pa-
rumque munita, sese in Insulam, ubi
principum arx erat, ceperat, incensa
arbe. Sub Heinrico tertio anno: 260
Vratislavia novis ædificiis ornari
cepit: mutus quoque eius interior,
qui adhuc multis locis exstat, jactas
est.

est. Tainque grata fuit Principi in ea
amplificando civium magnanimitas,
ut is multis immunitatibus, & pri-
vilegiis crescētem civitatem ornaret,
testatusque sit, se post Deum opti-
muin maximum fidelibus & charis-
simis civibus suis Vratislavensibus
Ducatum istum debere, quorum vir-
tute factum esset, ne iterum in Polo-
norum potestatem venire. Sub Hein-
rico 4, qui probus dictus fuit, com-
missa est tota civilis gubernatio civi-
bus, quos Princeps videbat liberta-
tis suæ impensè esse studiosos: nec
potuit incendium duplex, quorum
prius Anno 1172, posterius quadri-
ennio post accidit, ardorem istum ci-
vium extinguere, præsertim cum
ipse etiam princeps animos ipsis ad-
deret, vetaretq; ne quis nisi ex lapide
cocto vel vivo quid ædificaret. An.
1180 exstructum est Collegium S.
Crucis. Henrico Probo Successit Hen-
ricus 4. Dux Lignicensis: Huic Hen-
ricus 5, qui VVratislaviam constituit
Metropolin omnium suarū urbium.
Sub hoc recepit se civitas in cliente-
lam Bohemiæ Regis Iohannis: ita-
que eo defuncto Rex Patronus eius
factus multas immunitates civibus
concessit, eosque novo jam incendio

ad extremas redactos animavit, consilioque adiuvit, cunctaque in eam formam rededit, quæ nunc cernitur, quaque supra omnes ferè Germaniaæ urbes caput extollit. Carolus & Cesar partem eam urbi adiecit, quæ in ulteriori eius tipa cernitur tracs. Au-men Olam; in eaque templum B. Dorothæ exstrui curavit, ac tandem Anno 1348. ipse Vratislaviam venit, eiusque verbis Sedatu i prefecturam totius agri vicini concessit. VVenceslaus eius filius tanta in cives quosdam liberalitate & indulgentia usus esse dicitur, ut etiam tumultui qui Anno 1418 accidit, occasionem derit. At frater eius Sigismundus biennio post urbem ingreitus, suppli-cium cepit de 22 seditionis autoribus, & adhibitò temperamento salutari cavit ne vel Aristocracia in Oligarchiam in posterum prolaberetur, vel plebs de optimatum potentia queri posset, abhilitis etiam in senatum de plebe quibusdam vicis prudenteribus. *Bart. d. l.* Anno 1511 mense Ianuarij Vladislau rex Bohem. cum filio quinquenni Ludovico ab Vratislaviensibus exegit iuramentū, secumq; ducebat Hungariae Senatores, qui suo regno id adquirere hoc actu-
stade-

studebant, unde saltē promissum derunt regi soli, salviis privilegiis. Tūc rex Emporiū veteris iura, quæ in fœdere Hanseatico pridem exerceuerant, iis renovavit, addiditque, ne quis Polonus aut Germanus negotiandi causa Vtatislavia in præteriret, sed utraque gens ibi merces suas deponere ac vendere cogeretur. Vnde è contra Sigismundus rex Polon. Vtatislaviae sius commerciorum viam præclusit in suo regno, donec quadriennio post An. 1515 in congressu regum Polon. Vngarie & Romani, abolitis Emporiū privilegiis novis, in prælinum statum negotiationes illatum gentium Viennæ restituerentur. Angel. in Chron. Brand lib. 3 pag. 279. & Ckytr. lib. 6.

NOTA. In enumeratione civitatum Hanseaticarum Pomeraniae Ckytræus & Omnes, qui eum secuti sunt, (videlicet, Tluanus, Meteranus, VVechucrus, Bertius, & alii, errarunt admodum graviter quod Demyna in urbium primæ confœderationis Hanseaticæ non ultimam prorsus omiserint, quin tamen ipsa non in minori precio, quam reliquæ sit habendas, seu etiam in Regnum Nozvegiae Magni 6, & Haquinij 7. privilegio ipsi locus præcipuus ante alias applicatur.

tur. Etenim cives & magistratum
habuit tales, qui semper bono publi-
co commerciorumque promotioni
addicti fuerint, & fidei Dominis ter-
ritorii, ut supra id occasione civita-
tis Anclamæ explicatum est.

Hic quoque id notari debet de an-
tiqua dispositione Pomeranitæ & Me-
gapolios, quod olim tota hæc Sela-
vonia ad mare Balticum hucusque
deducta cum parte Marchiæ in 18 pa-
gos distributa fuerit, ut refert *Ada-
mus Bremensis pag. 5.* quæ ex eo repe-
tit *Helmold. lib. 1. cap. 14,* quos ita re-
censet *Meib. in pag. suis,* Pagus Briza-
norum, Circipanorum, Doxanorum,
Herulorum sive Helvedorum, Kizi-
norum, Leubusiorum, Linonum vel
Lingonum, Obotitorum, Polabo-
rum, Pomeranorum, Redatiorum sive
Riaduriorum, (qui alio nomine et-
iam Tolensi dicuntur) Rugianorum
sive Ranorum, Stoderanorum, Tol-
enzorum, VVagitorum, VVatnavorū,
VVilinorum & VVilzorum. De qui-
bus consulatur *Adam Brem. pag. 47.*
Helmold. lib. 1. cap. 2. & *Rein Renecius*
in appendice ad *Helmold.* & *Petri*
Albin Chron. Misnens. pag. 371. Nunc
verò in tot Ducatus & Comitatibus
dilempti sunt, uti ideam ex superio-
ribus

ribus allatis facile colligere possit attentus lector.

Nec præteriti heic debet id, quod de nomine Silesia controvertitur inter Historicos. Obin pagis quoque Silensis dictus fuit, uti id ex *Ditmars.* lib. 7. patet. Nomen ab Elysis derivat Cutæus in annalibus Silesiæ. Alii à novis colonis Scлавis, prolatione nonnihil mutata. *Vide Peuc.* lib. 4. *Chron. Phil. Cromerius* lib. 6. *Histor. Samat.* è vocabulo Polonico Sleslack conuenas interpretatur. *Cities* lib. 2. *amor eleg.* s. à Sleso fluit, quod in Oderam currit, deditur. Alii veteram nominis originem à monte excelso & grandi iuxta Dithmar., cui nomen Silensi, derivant. Vulgo mens iste dicitur Sabothus, de quo vide Poëma Francisci Fabri, cui titulus *Sabothus*, & descriptionem montium Germaniarum Davidis Menses Nissenj, Silesii.

C A P. XXIV.

De civitatibus Hansatici fœderis in Borussia & Livonia sitis, & earum Metropoli ac Emporio universaliter subordinato Hansæ.

UT tractum illum universum Baltici littoris compleamus iuxta seriem eam, quam ratio Fœderis Hansatici sibi heic exigit, necesse est, ut nunc ad Borussiam & Livoniam accedamus. Sed omnia nequeunt ita commodè explicari, uti constitutio plenaria requirit, quum loci & temporis commoditas id non finat. Ideoque paucis constingemus necessaria, reliqua alii loco reservantes. Vrbes autem in istis regionibus quæ fœderi Hansæ suum nomen dederunt in Borussia sunt undecim; Dantiscum, Elbinga, Koningsbergia, Culma, Thorenia & Braunsbergum: in Livonia, Riga, Derbetum, Parnovia, Revalia Nervia. quæ hoc capite explicandas sunt nobis, quod brevibus fiet.

Quanta vero virtus & efficacia sit commerciorum, attestari quoque valet Gedanum sive Dantiscum, quæ hodiè florentissima urbs est Borussia.

Borussia autem ab aliis & communiter Prussia dicitur. Posterior voculum à Bructeris derivatum putant nonnulli, quum illi ex Westphalia à Charnannis & Angrivariis eiecti secesserint in Sarmatiam ad Balticum mare, domitis ibi & expulsis Ulmeris, Subariis & Wigevvonibus Vandalorum. Alii cum Erasmo Stellla faciunt, qui Borussos populos, quorum olim sedes, teste Ptolomeo, fuit ad Riphæos montes, non longè quā Tanais ex eis erumpit, egressos pattiæ & in hæc loca delapsos esse dicit, ut sic inde Brussia appellata sit unius litteræ suppressione. *Chytræus tamen lib. 1. Sax. Chr.* à vicinia Russorum nomen ipsis non incomptè deducit. Occidentale verò suum terminum habet à Vistula, & inde 50. milliaribus Germ. se exportrigit ad sinum maris usque ad Chronum fluv. quem Memmel hodiè dicunt, in finibus Lithuanorum versus orum: à meridie Masovia & Drevania fl. paululum supra Thoruniam in Vistulam illabens, eam claudit; Atque continet aut dividitur tota regio in Ducalem & regiam provinciam: Ducalis pars orientalis, quæ Chronosca Pregelio fl. adiacet, adsigna-

signatur, Schalaunia que & Graudia
 vocatur. Alias à Veneduso Principe
 olim in 12. Ducatus divisa fuit, quos
 ad 6. retrahit Stella. Miram & va-
 riam calamitatem ab eo tempore, quo
 sub Friderico II. Imperat. Teutonici
 ordinis equites, anno videlicet 1215.
 subiugarunt eam Duce Ottone postea
 Brandeb. Anno 1255. plura perculit
 hæc regio ; & quam ob eorum cru-
 deliem sicutiam & contributio[n]es
 nimias Anno 1419. primùm civita-
 tes ac nobiles fœdus defensionis inter
 se componerent Culmæ, ac postea i
 Friderico III. In petat. Anno 1453.
 Viennæ atroci sententia , omni expe-
 ctatione, graviori propterea condam-
 natentur, priorsus ad Casum re-
 gem Poloniæ Anno 1454. defecerunt
 unde : 2 annorum bellum variis cla-
 dirus dubium exortum est , donec
 Anno 1466 transactione Thutoni-
 ensi totius Borussie divisio talis in
 regiam & Ducalem facta est , ita ut
 Ducalis, cuius Metropolis est Konigs-
 berga , in perpetua fide ac clientela
 Poloniæ regum maneret, & jure feu-
 di recognosceretur à Ducibus aut
 Marchionibus Brandenburg. tanquam
 Magistri ordinis Successoribus , ubi
 simul ipsi regioni hisce jura suainte-

Cæstare matto auctore colonias veteranorum co deduxit ; & eò utrumque nomen civitati impositum est. Auctor ille , qui Sancte Coloniae Chronicon conscripsit, idemque usque ad annum Chr. 1496 Alexandri 6. 225 Pap. ac Hermanni 4. Arch. 61, quem pacificum dixerat, tempora deduxit , quinque recenset opiniones, de Origine huius urbis , quarum tamen ipse tres priores fabulosas flatuit rectissime ; in primis eam maximè , quam ex Trevirensi historico de Trebat a Semirani dis filio, & eius fuga per niare, proptei vitationem incestatum nuptiarum, & concubitus cum matre; atque si per Rhenum in Mogellam condescenderit , ibique urbem Trevirensi condiderit ; & novam linguam Germanicam invenerit : velut etiam inde tantus exercitus sit gentium confluxus , ut vices pagosque cum s. civitatibus Colonicis, Moguntina , Wormaltia &c. Argentoratum usque & Basiliæam ad Rhenum in continua serie erexerint. Sed quum ipse auctor Chronicus Colon., talia ex facilitate sua reliquit , non opus est, pluribus hæc examinare. At Colonia, ò à Romanis perducta, per aliquot secula sub illorum potestate mansit :

mansit: velut etiam Vitellius apud
 hanc urbem ad Imperium electione
 militum *An. Chr. 68.* evectus, & Cæ-
 sar proclamatus fuit; Sic & Trajanus
 in eadem imperii insignia accepit,
 quæ ipsi *Anno Christ. 97.* à Cocceio
 Nerva istuc missa sunt. Etenim Tra-
 janus Imp. non tantum urbem hanc
 Romano more ædificari fecit? Sed
 etiam idre Rom. & privilegiis eam
 donavit. Imo & in absentia sua ple-
 nipotentiarios eos fecit, qui ius con-
 dendи leges haberent. *Chr. Col. pag. 13.*
Quum vicinorum incursionibus tot
 imperiosis urbs hæc obiecta esset,
 pridem ædificationem trans Rhenum
 incolegerunt. Etenim Frisi, Tench-
 teri, Usipetes cum Sicambris admo-
 dum infensi illis erant, quod tam
 constanter fidem Romanam conser-
 vatent, velut & Tenchteri hoc postu-
 larunt sibi, ut Ubii Romanos
 advenas trucidarent; quod tamen
 callide declinarunt pro viribus. At
 Franciæ gentis, quæ sub Gallieno
 Imp. *Anno Chr. 261.* nomine florere
 suo cœpit, & sub Constantio Cæsare
Anno 270 Bataviam occuparat,
 quum inde iterum usque ad Amasum
 & Visurgim erumperet, & toties re-
 pelleretur, tandem horum marginibus

(*ais Hadr. Iun. in Bat. sua pag. 68..*) contineri non potuit indomitus ille furor, quin ad Albim usque se extenderet, atque inde digressus ceu continentis incendio in vicinitate penetraret viscera: ac primum in Vbiis profecta haec gens, mox superata Rheni ripa Coloniam Agrippinam opulentissimam munitissimamque urbem, gravi obsidione pressam captainque delavit, Ammiano teste. Juliani vero Cæs. principatus *Anno Chr. 362.* adeo felix fuit, ut firmata cum Francis pace eam receperit. Num ilominus quum varias iterum Franci debellassent usque ad Alpes & inde digrediendo felici successu ad Bizantum terribile suum nomen protulissent, quod regnum ad fœdus suum commovereant, atque redeundo transito Rheo iterum per Toxandrum Nerviorum & Trevitorum agros cultoribus vacuos ob vastitatem occisorum occupassent, circa *Annus Chr. 377* Imper. Gratiano & Valentianum rursus Coloniam in suam redigerunt possessionem. Vnde in magnis semper vixerunt turbis & cladibus, donec circa *Annus 472*, attritis ipsorum viribus ac debilitatis, Franci duatore tege suo *4. Childerico*, qui redux ex exilio suum

suum hostem & interregem Virodo-
marium in eam urbem confugien-
tem persequebatur, vi denuò occu-
parunt, & ad Ottonis I. usque tem-
pora ultra 4 seculorum spacium mo-
derati sunt, qui can *Anno 949.* Ro-
mano Imperio restituendo liberam
fecit, privilegiisque suis ornavit. An-
te hac enim sapientia tributaria, sapientia
planè in servum statum redacta fne-
rat, adeò ut etiam Insigne suum iux-
ta Dominorum nutum mutare coge-
retur, ut certatur *Chron. Colon. scriptor.*
pag. 80. Quim vero Otto Magn. *An-*
no 15. sui Imperii coronatus eam pe-
nitus Romano Imp. recuperasset, &
ramen in Italia propter restitutio-
neni sui Leonis Papæ, quem Romasai,
alium videlicet Benedictum s. eli-
gendo, reiecerant, abesse cogeretur, fi-
lio Ottoni 2. & fratti Brunoni Ar-
chiepiscopo Coloniensi totam rei
summam & præsertim Colonix con-
servationem ac defensionem concre-
dit. Iste Archiepis. pontem ex lapide
arcuosum, qui urbem cum suburbio
Tuyscho coniungebat, iis temporibus
ex iussu, ut aliqui volunt, Imperat.
quod ibi varia noctu committentur
homicidia & rapinæ, planè disie-
cit cuius fundamento suo: atque mo-

nasterium in Panthaleonis Colonia aedificavit, urbe inque Parisiensem cum arce, ubi a fratre Imperat. potestatem gladii impetravit, ibidem expugnavit, & spolio hoc suum ditavit monasterium. *Chron. Col.* pag. 129. Auctor ille *Chron. Col.* potius collectanea quam veram conscripsit historiam, quibus tamen plurima ex legendis subimiscuit fabulosa & anilitates, præterquam quod etiam semper temporum confusiones in principio cōvolvit, ut in pluribus exiguum intereat fidelem, velut etiam notabile quo. i pag. 137. omnibus Cæsaribus a Iulio Cæsare usque ad Ottoneum contra omnem historiatum attestationem attribuat hereditariam successionem, quam tamen constet notoriè, quod electio ut plurimum prevaluerit. An vero Ottoni 3. ordinatio electorum competat, id in proximo *opus tract.* pag. 70 ex parte declaratum est, & multiò clariss indicat Diploma Magdeburgense Ottonis II. sub dato Anno 9-8. super. pag. 124' possum, ubi verbâ exp. Electorum revocatione ad Palatiam habentur. Quo etiam hoc reficiendum, quod non inquit origo hujus statutus ipsi Carolo Magno assignetur, velut

velut *Leznerus* in his. *Cur.* *Mos.* cap. 41. id plenius explicat. idem *Chron.* *Mansfeld.* cap. 86. atque *Erpel.* fol. 218. approbat. Recte tamen 90. civitates enumerat, quas Otto 3. in Comitiis publ. Imperat. Anno 995. Wormaltiae habitis, pro maiori stabilitate imperii, dignitate libertatis cui membra imperii donavit et donavit que, ut in aeternum ita essent privilegia, nec alium nisi imperatorem aut ejus praesidem in qualibet civitate agnoscerent iudicem, ac nec uspiam atrefo detineretur: Sed cives earum sint vasalli imperii. Inde quoque ad homagium immediatè Imperatori praestandum tenentur, velut etiam originalia pacta Ottonis Ruci sive 2. adhuc secum Colonia adservat, quomodo Imperatori obligetur & contra, qui etiam talia libertatis privilegia in commerciorum libertate Coloniæ concessit, ut supra cap. 4. de *Magdeb.* dictum est pag. 124. velut etiam singularibus privilegiis donata est a regibus Britannix, & eiusmodi concessiones variis victoriis defendit, nec unquam claves portatum deposuit aut se ipi sibi passa est, ut pluribus id *Chron. Col.* pag. 164, & 165. declarat & 19. ipsi regalia attri-

C. C. C. ~ built,

bus , ubi ita demum concludit : **Quodcunque laudabile & gloriosum de omnibus imperii liberis civitatibus scribi & praedicari poterit , & quodcunque illis concessum esse valet, hoc omne in una confluit nostra Colonia. Ideoque eam sanctam vocat urbem, quia nunquam sanguine Christianorum se polluerit, sed Christianæ pacis studiosissima fuerit, ut habent eius versus :**

*Sancta Colonia diceris hinc, quia sanguine tincta,
Sacerdotum meritis , querum fidei undique cincta.*

Vnde quoque eam supra Ierusalem, Romam, Constantinopolim , Treviri & Moguntiam exaltatam valde prædicat, quod nullius sanguinis sanctorum facta noxia sit, pag. 145. Antiepiscopatum autem suum à Carolo Magno habet Anno 743 introductum, cuius primus preses fuit populatis eius Agobolhus. Anno Chr. 8054. otta est ibi magna discorsia inter cives & 33. Episcopum anno nem 2. Quam enim ille cuidam iurecatori eam vi navem auferre conatur, civis communotus testit pro virili sua Præfuli, & totam civitatem in suam ita pertraxit patrem,

ut inde anno 2. bellum concitaret,
 & ciues miserè trucidando urbem
 totam expoliaret ; unde iterum à ci-
 vibus expulsus fuit, donec transactio
 iuramento mutuo confirmata fuit.
 Habet autem sub se Archiepiscopus
 Coloniensis Episcopatus Monasteri-
 ensem , Traiectensem , Leodiensem
 sive Tungensem , Mindensem , &
 Osnabrugensem : Ex altera parte ri-
 pæ Rheni, Divitiensem , Andernac-
 censem oppidum possidet, item Bon-
 nam , Sontinam , Bruelam & Nus-
 siam sive Novesiām &c . Mita est le-
 genda eius , quam de translatione
 corporum trium regum ex Mediola-
 no expugnato *Anno 1178.* per curam
 Episcop. Renholdi facta , habent
 nonnulli historici, de qua vide *Chron.*
Sax. Pol. pag 279. quæ iam non
 proposito competunt.

Prima verò urbis forma, ut Romæ
 ipsius manis, quadrata fuit , cuius
 tamen adhuc muri , turres ac fos-
 se plerisque in locis videntur. Ac
 deinde *Anno Christ. 1180.* amplifi-
 cata Lunt d. midiatæ faciem nunc
 representat. Splendore & elegan-
 tia summa est , validissimis & ar-
 matis cingitur muris , qui turres
 opportunas ad defensionem sibi in-

778 R E R V M P. H A N S.
circitu colligunt. Duplici fossâ u-
trinque muro vestita, lata atque præ-
cipite multarum arborum umbra &
proceritate iucunda cingitur, quæ
gratiosam obambulatiunculæ, medi-
tationibus & studiis comoditatem
æstivo tempore præbet. Intta mania
passim vineæ, pomi, alizquæ fructi-
feræ arbores loca sua convestiunt, uan-
de intus & extra Romæ quodammodo
dopat & similis loci amœnitate, &
populi frequentia, & dignitate ma-
gistratum, amplitudine opum; &
magnificentia ædium sacratum &
publicorum privatorumque operum
splendore atque elegantia; denique
sapientiæ ac virtutis bonarumq; lit-
teratum gloria. ut non immixtò al-
tera Germaniæ Roma appellari queat.
Sacratum enim ædium magnus est
numerus. Tempa plebanica 19. cen-
sentur: Collegia 10. Virorū Cœno-
bia 15. Virginum 22. Monialium &
vetulatum conventus 59. Sacella 30.
Loca alia simul habet misericordiæ
& pietati consecrata: Xenodochia
2. Nosocomia 2. Gerontropia 8.
Brepotrophium unum. Mente pri-
vatorum ergastulum unum. Curia &
ædes Prætoriæ ita mitifice sunt ex-
structæ, ut non sine magna oblecta-
tiōne

tione adspici queant. Etenim inter cætera præcessant & rati operis ex quadratis & ad regulam formatis Saxis venustè erectam ostentat turrim, quæ artificiosissimis statuarum, ac Cæsarum regumque imaginibus undique & undique decoratur, quantum summo in loco positæ supremæ proportioni tam affabre respondent, ut omnes eiusdem appareant magnitudinis. Speculares in apice habet fenestras, per quas visus in omnes urbis panditur partes: ante annos aliquot hilatula mirifico opere constructa huic ædificio accessit. Ex opposito Sacellum illud, quod olim ludæis Synagogam exhibuit, anno salutis 1426, B. Virginai consecratum fuit. Ac nequid deeficeretur urbi, quod ad iuventutis Christianam educationem & sapientiae culturam faceret Senatus suis sumptibus Anno 1388. Academiam, privilegia suppeditante Urbano 6. Pontif. introduci curavit, in qua docuere S. Gerardus Calcariensis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, Joh. Scotus & alii. Forma regiminis huius urbis, uti Colonia merito dicitur Romanorum, ita quoque emulam sui se vivide exprimit: quum eius effigiem in multis repræ-

sen-

780 R E R V M p. H A N S.
fentet. Etenim quāvis sint 6. Consu-
les, tamen 2. quotannis imperium ge-
runt; 2. præsunt æterio publico, 2. va-
cant. Quando 2. regentes fascibus ce-
dunt, & æterii administrationē sub-
eunt, vacantes duo in eorū succedunt
locum, ut ita vices, ordinē obseruent
suū. Sic suos habent Procōsules, Præ-
tores, Cēsores, Tribunos vigilū, Quæ-
stores, Adiles, Profectos annonæ &
alios; qui civium causas potissimū ju-
dicant, judicariyè iubent. Præter hos
sunt alii duo magistratus in urbe, quo-
rū unus est amplissimi collegii sacer-
dotalis: cuius summus præses atque
moderator est Princeps S. Imp. Elect.
Atchiepis. : alter verò Acad. ipsius
Rector, qui una cū 4. Decanis facul-
tatum, veluti Censorib[us] & Tribunis,
privilegiorū conservator & judex est,
omnemque in suos habet iurisdictio-
nem tam in criminalibus quam civi-
libus controversiis. Matrem Acad.
habet Lutetiam Parisiorum; filiam
Lovanum Brabantiae. Præter Acad.,
alia tria celebrantur Gymnasia publi-
ca, Montanum, Laurentianum, Cu-
canum; quippe Cornelianum 4. at-
te aliquot annos intercidit; præterea
& alias scholæ privatæ supra 100 ha-
bentur. Civium autem tota multi-
tudo

tudo & communitas in 22. *tribus* dividitur, qui Græcis *cūlæ* dicuntur. Coloniensibus sunt *Gaffelin*, aliis civitatibus *Zunffie*, Magdeburg. *Innungen*. Collegiorum horum communium ea est solemnis constitutio, ut nemo sive sit nobilis aut ignobilis, doctus vel indoctus, civitatis iure donari possit, nisi ad aliquem Ordinem talcm *Gaffelicum* sive tribum se conferat & ei nomen det. Status enim huius urbis quum sit popularis, inde magistratum eligi oportet; qui constat ex 49. personis. Qui vero in istis *tribubus* aut collegiis non sunt eiusdem artificii fratres, sed alterius conditionis viri, dicuntur *Adiutorati* sive *Beygeschuvorne*. Singulis annis illis est solemnis conventus die Iohannis Baptiste: cum per collectiōrem votorum creantur duo, tressè, iuxta collegii constitutionem, qui magistratu in Republ. subministrantur, nullo habito discrimine, cuius sit conditionis homines, modo de prudentia ipsorum, pietate & virtute quid certi constet, nec aliqua ignominia sint notati; unde fit, quod cives honestati in cunctis actionibus & negotiis supra modum sint additi. Modificatio tamen votorum adiicitur

732 R E R Y M P . H A N S .
citur in pluralitate, ut quibus · potissima adstipulentur vota , ad Magistratus dignitatem evulantur , donec complectus sit numerus 36. Senatorum ex tribubus. Illi autem 36. alio tredecim ex numero tribuum iterum eligunt, donec numerus totius Magistratus 49. absolvatur. In quo actu iste processus adhibetur, ut 36. creati à tribubus in Curiam docantur, & deposito fidelitatis iuramento, statim in supplementum Senatus ad vota & novam electionem 13. personarur, quæ adhuc defuncti , properent , qui itidem runc ex collegiis artificum evocantur. Atque hos 13. vocant *Gebrecks-Herren* , quasi dicas in supplementum electos. Isti itaque 49. postea ex suo numero duos sibi creant Consules. Horum non viles est auctoritas præsertim in secretioribus consiliis & arduis , ad quæ sibi Seniores ex Senatu seligunt, quos ob id *Ausklusz* nominant, quum ad talia sint sigillatum creati , atque cum iis de rebus agendis quid certi delibarent, exclusa reliqua Senatorum parte. Quamvis verò singulis annis nova fiat electio , tamen hoc cum granio salis est accipiendum , quod non facilè rejiciantur, qui in anteceden-
tibus

tibus fuerunt annis. Etenim qui hoc fuerunt anno regentes superiores, secundo anno aliud remissius officium subeunt; tertio anno vacant, ac quarto denum anno iterum ad gubernationis statum revocantur per vota, nisi sint, qui ingentem suspicionem in se concitarint, aut alia conspiciati vitii macula vivant. Atque ita semper ferme unumquodque corpus ex 22. tribus illis perpetuo 13. continet Senatores: accidit tamen, ut 10, aut 11. præterea ex collegis talibus Senatoria dignitate sint praediti propter electionem illam alteram, quam diximus à Senatoribus fieri in supplementum in omnibus civibus, quum talis electione non sit collegiis certis alligata. Habent præterea isti tribus nobilem & notabilem consuetudinem, ut in suis curiis aut ædificiis, collegio cuique destinatis, singula septimana ad confabulationem, amicitiae conservandas & coniunctionis animorum solidè sustentandas causa, diebus solis convenientibus; ubi iuxta ordinem fratris alicui competit, ut vel pernā vel rale quidcum haustu vini apponat. Sed modus heic certus est præscriptius quæ certasub fide observare cogitur,

gitur, ne indequid detrimenti facultatibus suis contrahat in negotiatio-ne sua, quod iuxta seriē ita observa-tur, ut vix quinto aut sexto anno &c. talis commissatio adornanda eundē tangat. Dicuntur verò tales conven-tus, quem quaque tribus celebrat in suo collegio, fraternalē confabula-tiones, cū & omnes fratres in co-tunc habentur ordine. Mos certè laudabilis, quo nihil excellentius pro constanti cōservatione conglu-tinorum animorum exerciti po-test, ut in viriditate perpetua sua lō-lida confinetur & retineatur con-junctio interna cordium; nec facilē adniittuntur dissensiones, quæ iuxta Statutacuiusq; collegii cōficiuntur.

In causis autem iustitiae & iu-risdictione exercenda dicta est ra-tio. Etenim est ibidem iudicium E-lectorale ex 10. personis constitu-tum, cui prius let, quem Comitem iuxta antiquum Saxorum morem, ut supra ostensum est, *Graffen* di-cunt, cui 9. adscident Scabini, qui omnes urbis Coloniensis non tan-tum sunt incolæ, sed necessum est, ut etiam immobilia in eadem possi-deant bona. Ab hoc iudicio planè quidem exclusus est Senatus tempore

interregni post obitum Frid. 2, quum tota Germania per 23. annos pleno ferveret tumultu, & Archiep. Conratus Hocstendensis maximè sibi vigilandem putaret. *Chrenici Coloni.* auct. *or pag.* 198. Ipse hic Archiepiscop. attribuit principalem omissis dissensionis caussam in Germania, quum tantæ auctoritatis apud Innocentium Papam fuerit, ut non solum obtinuerit ab eodem, quod nulla Regis Romani coronatio & confirmatio valida esse debeat, nisi ab Electore Coloniensi in urbe Aquisgranensi perficiatur; sed etiam cœi principalis Elector & confirmator inde Regis Rom. tres Rom. reges . vid. Henricum Landgravium Hassia, & Marg. Thuringia, Wilhelmi Comitem Hollandiæ, & deum Richardum Cor. rubensem regis Anglia fratrem, quem ipse ex Anglia adduxit, elegit. Eo tempore (ait *Chren. Coloni pag. 199.*) Principes & Domini terrarum remani cedebant; sed quisque pro libidine sua tyrannidem in subditos exercebat. Idem quoque tentabat Episc. Cunradus in Coloniensis, & anno 1240 attipiebat occasionem ex nova moneta corruptè cudenda : Quod quum ipsi inhiberent iuxta ordinem,

præscriptum, quod tale ius non cō-
 peteret Archiepiscopo, nisi tribus vi-
 cibus, quando investitutam imperii,
 & deinde pallium obtinuisse, &
 tertio cum Cæsare Romanum iter
 trans Alpes confecisset; inde bis Co-
 loniam obsidione acti cinxit. Donec
 Herman à Vitinghoven demonstra-
 ret Episcopo, quod Colonia esset
 inexpugnabilis, quām diu concor-
 diter intersese coegerent cives. Vn-
 de confessi prius pace, contoedera-
 tionem cum Magistri & Scabinis
 ambire cœpit; In hoc verò quām te-
 pulsam tulisse, sumpsit inde ansam,
 ut cives in suam pertraheret partem:
Quos ita promissis speciōs immuni-
tatum ita dementavit simul, ut salvis
 privilegiis ipsi p̄terint homa-
 gium. Atque sic, *ait Chr. pag 203.*
 ex hac separatione civium vicit pe-
 nitus subiungando Senatum & Scabi-
 nos atque in se omnes ianstulit ius
 inonetam cūdendi, quām p̄fectos
 eius, qui dicebantur *Hilfgenossen*,
 per publicanum quasi iustitiæ senten-
 tiam in Pa'ntia Colon. 9. *Calend.*
April. Anno Dom. 1258. ubi pars &
 iudex erat, condenari curaret ad
 deponendum officium, & simul Sca-
 binos cum insignibus suis remove-
 ret,

ret, novos substituendo, qui variis
cives emungebant contributionibus.
Ob talem libertatis amissionem, quam
ex mutua sibi contraxerant discor-
dia, miri erant motus per integrum
decennium: Et quum aliqui cives
honestioris animi recuperare stude-
rent libertatem civitatis, contra da-
tam fidem Episcop. Conradus bie-
nno ante mortem captivos abduci
curavit in arcem Aicam, & totam
adeo occupavit civitatem, ut etiam
claves portarum secum adservatet.
Eius successor Engelbertus Valkenbur-
gicus Anno 1261. idem continuavit
dominium plenum, & quum turri-
bus castella aliq. od munivisset, no-
vas urbi exactiones imponebat in pu-
blico civium conventu 8. Ianuarii Anno
Dom. 1262. Verum cives inde co-
moti statim concutrebat ad arma,
& revocari iubebant ob patriæ liber-
tatem exsulantes ex Wyero proximo
oppido: 14 portas uno die denuo in
sum redegerunt potestate, & duo
confregerunt castella; turrim autem
Beyensiem in victoriæ huius memo-
riam non confregerunt, ut novæ con-
federationis inter magistratus &
cives esset testis æternus. Licet vero
urbis illæ libertati suæ ut plurimani

788 R E R V M P. H A N S.
restituta; tamen vindicem strenuiter
se exerebat Episcop. Engelbertus, nec
poterat ullis emolliti animo ratione-
bus, donec ex insipetu Vitingovii
Episcop. Lutichensis Heinricus &
frater eius Otto Comes Geldrensis ab
obligatione urbis ad persuasionē pacis
facta cū reducerent. Proverbium hoc
ipsi sedulō inculcarunt notabile: Qui
temporis consilio ritē utatur, hunc
pacientiae dolor non sequitur.

Der golden rait volget in die zjet,

He vlij gane aukter ruz ves quijt.
Quibene consilijs in tempore poni:g:
aures,

Nec dolor à tergo corr:pit hunc si-.
mblans.

Inde tam Episcop. quam civitas
se submittet dictis his amicis, &
Wilhelmo Comiti liliacensi na. ut
Ecc. marcas argenti solveret urbē, &
captivi utriunque relaxarentur, ubi-
que manerent privilegia salva cum
Scabinatu & iurisdictione, nec quid
Boung ac Noviss vestigalis loco sol-
verent amplius. Licet vero tū ansact. o
talis mutuo instrumento in æternum
eſſet confirmata; tamen Episcopus
statim non tantum Consulēm Her-
mannum Grynatum Leoni suo obiici-
per Monachos, qui in porta Papienſi

ob

ob factum hoc suspendebantur, curabat; Anno eodem 1262: sed etiam à Pontif. Clemente 4. per falsa narrata contra datam fidem obtinebat bannū litteras, quas consopiebant 700 militis. Nihilominus novas insidias intentabat Colonensibus, ut se usque in tertium diem in palatio suo contineret, & sic clanculariē sicutios congregaret, per fratrem Theodoricum, tertioq. die judiciali inermem obrueret populum. Verum clandestinitas talis ipsum & fratrem in custodiam coniecit ex vigilantia magistratus. Quamvis Episcopus esset homo, cui vix trium dierum fides iurata constaret, ut ait *Chron. Col* pag. 219; tamen vicini Episcop. Lutichianus Frater-
iae eius Otto Galerensis, Comes Lo-
vaniensis, & Com. Engelhardus Mar-
chenensis ita efflagitabantur, ut utraq. pars se submitteret arbitrio horum,
qui æternam iterum constituerunt
quidem pacis transactionem; verum
quoniam vi se inferiorem agnosceret E-
piscopus, ad imitationem Antecesso-
ris & consiliī Vitingoviani per emis-
sarium Anshelmum à Iustien discor-
dias tantas inter cives & magistratum
cōcitavit, ut ternis vicibus sanguino-
bentissimo inter se secoit cōfictu-

(dum interea quoque incendium ordinaret Episcopus) & sic obtueret civitatem exercitu suo. Sed quum hoc non succederet, & discordia conseruaret n̄ malum civitatis, augeretque interno odio, novum iniit consilium Episcopus, ut cum primatibus per 2. Monachos Anno 1266. iniret fœdus contracives. Adeò occœcarat omnes incolas urbis invidia, & intestine odium, ut nil nisi vindictam interfice appeterent : Atque quum integrum Episcopo per fœdus novum pateret securus in civitatem aditus, ille denuo cives in suum singulari stratagemate petravit favorem; unde tam funestus exortus est concursus atrinorum, ut diu consopiri non potuerit, donec enervati cives vicinis quatuor Comitibus Geldrensi, Iuliacensi, Bergensi & Catzenelbogeni singulari fœdere civitatem conciderent : quod usque adeo commovit Episcop. Engeibertum, ut Comiti Iuliacensi totam ditionem suam exposuiaret, à quo rāmen paulo post Anno 1267 die Lucę Nidzicę cam captivus abducatur. Inde verò per 4. annos urbs banio condannata vixit. Ita quamvis Anno 1270 die 14 post festum Paschæ post Albertum Magnum Episcop,

Episcop. Ratisbonensem æterna pa-
cificatio ad petitum Episcopi captivi
publicata fuerit , & quod utbi pri-
legia salva manere deberent ; tamen
hostis urbis Episcopus *Anno 1272*
mortuus , nec à banno contra datam
fidem absolvere cives voluit. Succe-
sorem habuit Sivertum Westerbur-
gensem 52. Archiep. , qui non mi-
nor i violentia supprimere studuit
urbem , donec in capturam septenna-
lem Comitis Adolphi Bergensis inci-
deret , & pro redemptione cum con-
sensu capituli totam ditionem Bins-
bergicam cum Dusseldorpiana aliis-
que pagis & arcibus ultra Syburgum
solveret ; ex banno quoque liberaret
urbem Coloniensem. Vbi sibi simul
comes Everhardus Marckzochensis
Ducatum Angariæ vendicabat. Quod
bello non poterat Sivertus contra
hanc urbem obtinere , id alia via in
aula Imperat. Rudolfi Habsburg.
persequi satagebat , ut suo hanc iu-
go addictam haberet. Verum ut eò
citius lis dirimeretur sententia utri-
que parti tandem *Anno 1297* tempo-
re Adolphi imp. Nassoviensis , lata est,
ut claves portatum ad 2. millaria
ab urbe exportarentur , atque ibi
conflictu coirent , & cui parti cede-

ret victoria, ea quoque plenum possidet et in his dominium, & si i ita in perpetuum referaret eandem. Verum cives, ut fortitudinem suam cum animositate constanti demonstrarent, nimis vicinum vultabant locum sibi: Id quoque usque in Ducatum Brabantiae ad Woringam currucalves portatus exportari curarunt, atque quia fortissimae & bellissimae coniuncta ibi tales salvavissent; inde perpetuan sibi denuo acquisiverunt possessionem urbis cum Dominio jurisdictionis: In cuius tei aeternam memoriam templum Bonifacianum in platea Severiana erexerunt, in quo ab Anno Domini 1298. huius Victoriae felium quotannis cum populo singulare Senatus totus celebrate solitus est. *Chron. Col. pag. 241.* Hinc quum faventem experti fuissent Colonenses Imperat. Albertum Austriacum, sedulò se ipsi submiserunt ad eum, ut etiam eius opem contra Wigboldum &c Episcop. hoc eos infestante, salutarem implorarent. Hic enim Imperator non tantum confirmavit illis privilegia & tutela sua defendit, sed et amicitiam inter Episcop. & urbem composuit aeternam, atque ubi Cœlacis Werden,

Syn.

Synzingam & Atam fl. & Zulphiam recuperavit. Anno 1369. exigebat Senatus à Canonicis accisam frumentorum & vini, & vestigia depostariorum, inhibendo simul, ne ipsi ænopolio uterentur, quod male ita habebat omnes, ut per biennium excederent ex urbe. Atquequām Senatus Clericis exclusionem æternam meditaretur, eò maturius redire in gratiam cum civitatibus his. Verū anno 1372. textores ingenteim concitabant motum, & non tantum separabant Scabinos à Magistratu, sed etiam dux constituebant Senatus partes, unam ex familiis, quam aetiorē vocabant, & alteram ex tribubus in numero 50 personarum, quam magnum dicebant Senatus ordinem. Hoc quum morderet veteres Senatorē, ingens odium creabant apud confraternitates civium textorum ordini variis accusationibus, ut inde intestino bello miserè se conficerent: & quamvis veteres Senatorē potestatem suam cum auctoritate aliquo modo recuperarent; tamen fecit eorum insolentia & novatum impositionum crebra repetitio, ut novum in se concitarent odium. Tum quoque Scabini jurisdictionem suam

extendere supra Consules studebant; unde motus & separatio tanta exorriebatur, ut Scabini ad Episcop. Fidericu[m] ;. Sarwerdenum configiendo, ipsi secreta jura detegerent, & Scabinatum simul offertent, quae vi quoque bellica sibi vendicare noverebatur. Verum quum proditore ex arbe eiicerentur, cum iisdem a Imperat. Carol. 4. profectus est, & falsis querimoniis excommunicationem obtinuit. Colonenses licet toties cognitionem caussæ peterent tamē audiri minime potuerunt. Proinde configiebant ad Papam, & ibi impetrabant contrarium in Episcop. bannum. Varia quidem tentabat Archiepisc.. tamen ex interpositione Archiepisc. Trevitensis dissidium aliquo modo componebatur, ut duos reciperent nomine Episcopi Scabinos.

Anno 1392. quum suspectus esse Senatus, pridie S. Laurentii Consule. & Scabini ex officio detrudebantur, & ex numero Senatorum substituebantur alii. Sequenti verò Anni Comes Fideric. de Moers, & Dn. Fideric. de Tonberch & Landskronense interponebant, ut nova inter Archiepiscopum & urbem transactio conficeretur, de jurisdictione officialis,

&

& aliis regalibus, in quibus multa remittebantur è parte civitatis, & quū inde increaseret novum intestinum inter Magistratum atq; cives odium, Anno 1396. terno concurrebant inter se se crudeli admodum conflictu, & duo decollabantur principales Magistratus, tali qui in carceres primitus, postea ex urbe in exilium eiiciebantur omnes, & cives planè novum creabant Magistratum, novaque forma totam induerant communitem. Etenim tunc demum à potestate tali exclusæ sunt familiae veterum, quæ huc usque dominationem inter se diviserant; sed etiam confraternitates priscae civium & multitudinis universæ in ordines 22 tribuum distributæ & cuique eorum sua domus conventuum destinata est, ut sic cuique civium filii posterorum omnium via aperta & tuta iuxta virtutis & prudentiæ studium ad Magistratum pateret, quæ huc usque propter familiarum conspirationes nimis ambitiosè singulis praecclusa fuerat. Atque ne quid vestigii ex prisca convolutione superesset, & ostenderent planitus, quod libera esset civitas & liberior status regiminis, veterum curiam profusa desolatam redidere,

didere, & civium ædes hoc nomine affecerunt, ac maiori splendore exædificaverunt. Tum quoque ut huius mutationis perpetua esset memoriam apud posteros, atque illi agnoscerent maiorum sanctam intentionem, & labores pro tanta libertate adiudicos, ex publica institutione ita decrevum hoc est, ut singulis annis usque in perpetuum magius ille fæderis æterni contractus circa festum Iohannis in qualibet tribu publicè prælegatur omnibus. Totius universitatis Ordines 41 constituti sunt cum tribubus, ut ita singulis à maximo ad minimum sua constet ratio & auctoritas officii, simulque iure civitatis æqualis paritas, ut omni invidie & æmulationi abscederetur occasio nec nova discordia facilè quid interturbare valeret, ubi eam adiecerunt consuetudinem singularis prudentiæ, quæ singulis septimanis colloquio amicabili in conventibus ordinariis renovet animorum coniunctiones finiorique vinculo connectat, ut supra dictum est. Similis quondam forma fuit quoque præ cunctis civitatibus Reipubl. Magdeburgensi, quâ meliorem nunquam habuit. Sed quin tribus 16.

illr,

illæ, in quas universitas distributa fuit, quæque hodiè *Innungen* dicuntur, negligentiores in publico conservando statu invenitentur, atque potius commissationibus inde præter honestatis rationem indulgerent; quam quod sui conservationem statutus in fundamento meditarentur rite, constrictione sua nimia hoc efficerunt, ut aliis civibus suæ tribus occluderent foræ; nec principale arcam illud in quotannali & solenini prædicti ne fœderis sui publici observare diu potuerint. Hoc quoque adicō gaudio fuit iis, qui prærogativam ex familiis sibi semper adscribabant, & omnem regiminis auctoritatem in se derivabant, ut pedentem Innungenses supplantare cœperint; illis persuadendo, quod talia arcana in critu in secreto conservari debent, quum ignominiosum sit Reipubl. quod *Anno 1553* per motum seditionis talis facta fuerit mutatio gubernationis. Ideo satis diu in eo desudatum clam fuit, quomodo commode libertas & auctoritas tribubus ac populo omni posset surripi, ac in paucos Senatores, qui perpetuam talis dignitatis retinerent possessionem, conferri valeret. Ita fit,

ut facile incautiōres in retia incidunt, si ea sibi arcana persuaderi patiantur, quā minus sunt arcana, & ita eo magnum crimen latere putent, si facta maiora, quā fundāmentū negotiis & Reipubl. supponunt, nimis congruē in vicibus quotidianis bus & crebra repetitione percensentur posteris. An hoc vitium, aut arcari proditio sit, si noscam: quām ob causam maiores cum tanto vitæ periculo novam Reipublicæ patritus introduxerint formam? An non potius inde hoc concludi debeat, quod experientia patres nostros ipsa edocuerit, minus conuīcedam fuisse eam administrationem Reipubl., quam aliquot paucū familias, agnati, & affines aut amici inter se diviserunt? An non ita libertas, virtus eruditio & prudentia à reliquis in populo potius exclusa manet, quibus hoc meritò præmii loco attribui debet? Sed certè hoc ipsum est verum illa arcānum, qui tam arcāno modo primatum gubernationis ambire nos desinunt; & tamen aliud libertatis signum incautoribus persuadent. Quās, an tales pauci semper in tam felici virtutis instillatione & constellatione nascantur, ut absque in-

ceptū

heightine nascantur idonei ad statum regiminis ; an potius ex omnium & totius multitudinis selectione optio videri potest applicatio ? An ibi verior libertatis imago apparet , ubi omnibus via patet ad eius ituitionem ? An vero ubi paucorum potestati alligata haeret , & cunctis aliis suam imponit servitatem ? Videant igitur , quam turpiter se dederint ii , aut quam fallacibus blandimentis se circumduci passi sunt , qui communem libertatem in omni populo potentialiter dispersam paucorum aestimatio includunt , semetipos a tali statu excludendo . Nam Democratiæ in primis natura ea est propria , ut æqualitatem requirat , unde nihil integrus eandem conservat , quam mutua obediendi & vicissim imperandi ratio , velut id rectè cum Sanioribus Politicis statuit Koning . part . pol . cap . i § . & maximè Dauth . in discursu super hanc quæst . Omnia tamen optimus doctor Experientia . Plurima vidi & ipse subivi in Rebuspubl . ut explorata habere m ingenia & naturas talium . Quantas semper deprehenderim technas arcanorum , memini , adeò ab omnibus absuit integritas , quam amor sui

sui cunctos adeo nimium seducat; nec sit, qui ex amore sui in Amorem Dei & proximi egredi vel saltem cogitat, nedum quod uispiam inventatur, qui id studiosè cupiat. Proximus usque sibi quisque domini in carne sua habitat, ut Bonum publicum nullum noscat, licet perpetua laude id altitonans os toties & plenis clangat buccis. Novi, qui dicit solebat; Diabolus illud Bonum perdat publicum funditus, quod mihi non in privato prius inseruiat: *Vir is erat summus, & summi officii.* Quare nihil rectius talibus civitatū Rebus p̄tib, competit & quadrat, quam in qualib. libertas & libera & qualitas. Sic enim vinculo constantiori omnia ibi constringuntur, si absit invidia, & ~~neglectio~~. cum mutui studi i conservet animos integrati addictos. *Vide Bod. de rep. c. 2. n. 418. Heid. verò in Pol. c. 2. p. 379.* nimis fluctuantē invenies, quām sal. enī in speculatione semper, & uispiam in praxi vixerit, sicut & Piccart. Regulatamen eius firma est, quod res invidię plena sit, semper aliis praetesse, & subiecte nunquam. Namque ait *Lucrit. lib. 5.*

Invidia quoniam cœn fulmine summa vaporant (dicit a cuiusque.
Plerumque, & que sunt alij magis e-
Pudo.

Pudorem igitur suum apud posteros sentient cum detestatione , qui non adeò nuper sibi meliorem subverti siverunt : tam fucatis persuasionibus Statum Reipubl. & turpiter exuerunt libertatem à maioribus acquisitam non sine sanguine. Quantum aliae civitates ad Colonienium libertatis adspirent imitationem , id toties auditum est : & plurimus est civium passim numerus , qui talem experat sortem , quād solidus & synecchis verusq[ue] amor , qui Platonice Reipubl. fundamentum vivendum substeruit , adeò proflus ē inando & curie hominum sit expulsus. Sed nec Colonensib[us] sine diuturnis & lenis laboribus periculisque constitit talia Reipubl. saluta. ut rotatio ; seu supradictum est , quanto cum sanguine *Aias Cir.* 1372. testores tamen introduxerint viunitus mutaverem. Anno 1000 1307. hoc p[ro]dicentim adiacti n[on] ei oti experientia iustificativa & evanescere edisti , omnime integrata & fide coniunctio , atque propterea litteris confiditiora se se in tuo confirmare , quae etiam in constantiorem fidem latrem iuramento sancto continuabant , ut *sit Ciron. Col p[ro]g. 284. ad 29.*

1400, quum propter socrdiam uimiam Imp. Wenceslaus ab Electoribus depositus esset, Coloniae 6. Ian. Rupertus Bayatus Palatinus Imperator coronatus fuit, denegantibus id Aquisgranensibus. Velut & an. 1402. ibidem Imper. Rupert. filii Ludovici nuptias cum Blanca Reg. Britan. Henrici filia celebravit. Fructum tantæ æqualitatis inter cives Anno 1416. statim perceperunt, ut seditionem ingentem civium quisque Senatorum in suo collegio apud consocios consiperet, paucis adhortationibus additis, quibus protinus se præbuerunt audientes, quum omnis inuidia & suspicio mala abesset, & confidentius ad invicem agere possent. Sic etiam licet Anno 1408, Archiepiscopus Dietricus variis modis illis sua privilegia infringere, & penitus eos subiugare studeret adeò, ut simul vicinos electores & Principes ad Rhenum in obsidionem urbis secum adduceret; tamen fecit ipsorum prudens concordia, quod inani opera retrò cedere coacti sint. Quanta fuerit Scabiorum auctoritas & quomodo Carolus Mag. eos sanctos fecerit, id superius in Magd. civitatis conditione, & alias de iure Vtinico, eiusque iudicio

præpostero explicatum est. In eisdem
vigebant ab hac parte Scabini Colo-
nienses, utpote quibus tanquam sa-
cerdotibus iusticiæ plena commissa-
erat eius facultas iurisdictundi, sicut
etiam tempore Friderici II. Imp. Ar-
chiepiscopus Conradus iudicij huic
potestatem in se se transtulerat. Ve-
rum quum Anno 1428. hæc ab illis
in abusum talem abriperetur, ut Ad-
vocatum quendam nomine Henri-
cum Thevesium propter nimis aper-
tum veritatis os & amorem, noctu-
incarcerassent, ut statim postero die
capite plecteretur; atq; is fortè ex fe-
nestrâ custodiæ prætereuntes incla-
masset Senatores, atq; ad ius civium
provocasset, ne incognita causa è me-
dio turpiter tolleretur, Statim sum-
mo manè concursu fuit ad Curiam,
ubi decretum Senatus hoc tulit, ut
audiretur, & inhibito fieret Scabinis-
cum Comite Præside: quod etiam fa-
ctum est, & invento hoc innoxio,
ac in pudorem reductis Scabinis, ne
illi removerentur ab officio, aut cum
ignominiad deportarentur, per trans-
actionem æternam hoc obtatum fuie-
t nullum amplius ius apprehensio-
nis ad inçarcerandum quempiam
haberent; sed in perpetuum hoc effec-

& maneret in arbitrio Senatus Colonicensis. Velut etiam iste mox adhuc præcise in viridi obſervantia manet; nec Comes aut Scabini quæquam incarcere valent, niſi ex iuſfe. Senatus id fiat per urbis lictores.

Anno 1430. Archiepisc. Ditericus vetigal equorum Koningsdorpī institutum exauxit, ut 5. Albos prius quolibet capite eſſt solvendū, atque ut id perficeret, diu præclusit mercium commeatum urbi: sed anno 1437 cum Scabinatu talis transactio cōstituta, ut posthac nemo ci-vium concivem suum extra civitatem coram ullo iudicio alio conveneret, sub cœna per iurii; ſicut etiā iuramento decretum hoc confirmatum eſt, & ut una quodannis cum fædere tribunitico publicè præligeretur. Quamvis autem iurisdictio bassa & alta sit translata, ut antea dictum eſt; tamen regalia reliqua urbi ab Imperatore planè dependent, etiam ius possessionis & proprietatis. Cæſari ſemper maneat; velut id ait: ſolemni quoque Fridericus 3. Anno 1441 triacus Imperat. Etenim quum 15. Iunij Aquisgranii coronatus eſſet, 26. eiusdem propterea venit Coloniā, eum homo

homagium acciperet : quod etiam
 non solum mutua vice præstítit ipsi
 urbi; sed etiam confirmavit eidem si-
 mul more solito privilegia cuncta.
 Fortè *Anno 1446.* lis inter ipsos o-
 riebatur Scabinos. Conspitabant enim:
 cæteri in caput unius Sivarti Hirtze-
 lin , quem Schyfartum dicebant..
 Quumque hunc proptia auctoritate
 sub specie falso conceptæ sententiæ,
 in quâ partes & iudices fuerant,
 honore suo privarentur ; is appella-
 bat ad Archiep., ubi quoque obtine-
 bat victoriam causæ ; Inde executio
 sententiæ iuxta stilum demandaba-
 tur Senatui. Is igitur, quim iuberet,
 ut sub pœna Scabini suum reciperent
 collegam , illi verò repugnarent a-
 trocius, sub intramento carceris man-
 sionem iisdem denunciari curavit ;
 quod quidem obedienter præstiterè
 exceptis duobus, qui ex urbe ad Im-
 peratorem configiebant : Sed quum
 citatus Senatus ibidem obtinuisse
 causam, remissio facta est ad iudi-
 cem à quo , ut loquuntur ICTI ; &
 publicabatur Coloniæ præsente Se-
 natu sententia in aula Episcopali
 contra Scabinos, qui suo privaban-
 tur officio dignitatis. Vnde ita re-
 novabatur Scabinatus *Anno 1446.*

postero conversionis Pauli die, ut Archicopius Ditericus 14. cum Præside ordinatit Scabinos ex nomine civium iuxta novum pactum, quum antehac 15. familiæ in successione sibi acquisivissent huius iudicij statuti. Anno 1469. aliquo usque in bello Burgundico se continebat Coloniz Frider. 3. Imperator, quem quum Colonienses splendide accepissent, & omnia necessaria considerè sufficiens, Cæsar pluribus privilegiis & beneficiis præfatum intromonet, & quales uocerent in hoc Electoribus ipsis, & æquali cum Bonnensi vestigali eos donavit contra invidiam Principum. Non enim decerat, qui assiduo conatu insidias illicis necererat, quod etiam in proprio Archiep. Ruperto Bava. Palatino iterum experti sunt. Namque is cum Carolo Burgundo iniccat pactionem, ut ille se venditaret Præfectum praetorio Coloniensi; unde is non solus publico id diplomate in urbe perfectalem aſſigi curavit, sed etiam intimavit Senatu, à quo sic volebat agnosci & excipi, mandando simul, ut plenam Archiepiscopo præstarent obedientiam. Quod tunc ita gratiōsē agebat uetus Adolphus Gelriæ

Dux à parente, quem turpiter captiuum duxerat, esset exhaeredatus, & Carolus, tanquam institutus hæres à Friderico Imperat. Treviri investitus, propter defectionem Geldrensum, qui ultra 30. Annos denegarant Cæsari obedientiam (*Chron Celon. pag. 322.* Quæ insolentia coagit Colonienses, ut militem conscriberent pro libertate iuenda, & quod Carolus Novesium oppugnaret, ac Coloniëbus incunibet gravius: donec quoque Cæsar Frid. 3. propter nimiam violentiam Burgundi redderetur hostis. Hoc ex optato accidit Coloniensibus, quodq; tunc omnes Status Imperii & præsertim civitates Hanseaticæ prope cunctæ opem præstarent Cæsari; unde etiam victoriam admodum gloriosam obtinuit. Postea redux in Coloniam cum suis, adfrentes omnes die *Petri Pauli. Anno 1475.* dimisit cum pace. Colonienses vero tunc novum vestigal obpetpessum damnum & suptuosam opem Cæsari præstitam cum gratia magna obtinuerunt. Familia vero aliquot nondū concoquere poterant veterem erga Magistratum rancorem, proinde præstolabantur occasionem; atque *Anno 1481.* accidebat, quod

Mutatio monetæ incideret, ut Albi
12. nummorum, reducerentur ad
undecim; unde novi cuderentur Al-
bi; Tum quoque novum vectigal
merciū ordinabatur: quod non
tantum cives mordebat; sed etiam
partitii, aliquot ex tribubus ad se per-
trahentes, ita instigabant communi-
tatem, ut ultra ioco. in Curiam
eonfluerent, gravaminaque exhi-
bendo fliguntarent cum ministris testi-
tionem monetæ, & vectigalis abro-
gationem. Senatus cedcas furci vul-
gi per collegas ex tribubus sibi ad-
iunctos prudenter motum consope-
bat. Nihilominus de novo seditione
plebe concitabatur, expertus libita-
tionem expensarum, cui se iterum
Senatus paratum submittebat: atque
nihil depicendebatur, nisi quod am-
is liberales dicebantur in bello No-
vesianico. Quamvis autem iustificare
possent sumptus ingentes bono publi-
co civitatis erogatos; ramen an. 1481.
in festo Bacchanaliorum furentis
vulgi concitus erat in Curia, &
Consules cum Senatoribus capti vos
se dedere cogebantur, dicitur
banturque in turribus urbis in carce-
rati. Postero die se colligebant ur-
bus, ignominiam hanc ubi & posse-

ris avertentes, & cum honore restituerebant singulos officio suo Magistratus sancti sub ea conditione, ut statim factionum capita, quorum 14 inveniebantur, conspirantibus absconderentur: quam executionem tamen contra voluntatem Magistratus perficcre coactus est ex voluntate tribuum & collegicrum. Inde eo gravior & gravior Senatus fuit auctoritas, cœu Cominus recte statuit *Com. rer. Gall. lib. 5. pag. m. 476.* Interveniente, inquit, populi voluntate & adiensu crescit robur & potentia regum & Magistratus, & maior est ipsorum authoritas, & feliores progediūs: Velut quoque id evēnit. Tunc quād Maximilianus petente parte in Comitiis Francofurtensis Anno 1486. 16 Febr. Rex Rom. proclamatus fuisse, & 9 April. Aquisgrani coronatus, venit inde Imperatorum rege filio Coloniam, atque statim in ingressu ad portam mutuo juramento Rex cum civitate sese obligabat. Multæ ibi peragebantur Letiarum festivitates, & Colonensibus non tantum gratiōsè omnia confirmabantur ab Imperatore privilegia, sed etiam in ipsorum favorem remittabantur grave vectigal ad Rhe-

num Lustorpianum, quod Imperator
Duci Montano tunc concesserat. Sic
idem Imperator Frider. postquam fi-
lium Max. regem ex custodia Brug-
gensis *Anno* 1488. liberasset, magno
exercitu reversus est Coloniam, &
judicium publicum ibi exercuit ad
instantiam aliquot invidorum con-
tra Senatum; verum res ita compo-
ta fuit, ut non sine probro discede-
rent, qui patriæ propriæ insidias tur-
piter struxerant; ut notat *Chron. Col.*
P. 335. *Anno* 1493 ingens quidem
confusio in moneta iterum orta est,
ut Rhenanus florenus ab 26 Albis,
usque ad 40 accresceret in valore;
attamen, ne deuò in difficultates
Magistratus detruderetur, ita sapien-
ter lites composuit, ut inde vicini
omnes exemplum sumperint. *Anno*
1494 Maxim. Imperator in præsentia
coniugis Ducissæ Mediolanensis in
magna & singulari solemnitate Co-
lonie oībus juramentum erectis di-
gitis præst̄it, ad manum Archiep.
Moguntinensis, pridie D. Petri & Pau-
li, atque è contra nomine civitatis
totius regens Consul debitū, homa-
gium prælegit à superiori parte Con-
suli alteri, qui convocato populo in
foco p̄ixerat; atque iste in inferio-
ri

ri loco stans prælegenti ad singula
distinetè ieddebat eadem verba jura-
toria; cui actui confirmatio privile-
giorum protenus subiungebatur.

Verba Homagij Coloniensis civitatis, quod
præstavit ea Imperatori Maximiliano
Anno 1494 pridie D. Pet.

& Pauli bac sunt:

Hoc die & isto die in universum, atque
ex hoc die porro homagium præsta-
vimus nos liberi cives Colonensis Domino
nostro Maxmil. &c. Regi Romano, quod
eisdem devoti & fideles simus mansuri,
reservando nobis, nostru uxoribus & no-
stris posteris civitatis nostræ Colonensis
omnia privilegia, litteras, gratias & be-
neficia, ordinaciones & investiture, quas-
cunque à beatis Romanis Cæsaribus &
Regibus eorum maioribus secundum uer-
ita, privilegia, bonas consuetudines & an-
siquas deductiones hucusque obtinuimus,
& ab iisdem investitura accepimus: In
hoc constanter perseverabimus ipsi, & in
eo nos confirmati manebimus absque dolo,
sicut nos Deus iuvet atque Sancti ciui.
&c.

Confirmatio Imperatoris Maximiani I, quam Coloniensibus largitus fuit;

Ita se habet in Copia juxta auct.
Chron. Colon.

IN nomine Domini & Sanctæ in li-
vidus Trinitatis feliciter: Amen, &c.
Nos Dei gratia N. Romanus Rex our-
ni tempore Augustus Imperij, Hunga-
rie, Dalmatiæ, Croaciæ. &c. Rix. In
æternam rerum memoriam, & velut re-
gic liberalitatis innata dignitas i.l exigit
eandemque decet, omnis & singulus subdi-
tus & fidelibus Romano Imperio sali:ctis
ex interno amore presidium benevolè
præstare; pratereaque etiam fru:tuosam
gratiam pro singulari receptaculo nolis
competit conservare, & ijs maxime, qui
Sacri Romani Imperij gloriam & com-
modum, eurisis excubijs & deliti, servi-
tius, fidelique diligentia, adsciri a in-
tentione animi unicè quasiverunt, &c.
Quando proinde Consules & Magistra-
tus nostra civitatis Colon. dilecti & fide-
les nostri Reg Mai. nostrum submisię
rogarunt, ut illis cuncta privilegia, litte-
ras, beneficia, gratias, ordinationes & in-
vestituras, quas à beatis Roman. Casiri-
b;is

bus & regibus nostris antecessoribus in
Sacro Imp. Rom. ad omnia & singula
iura ipsorum, privilegia & consuetudi-
nes, &c. atque eorum pacta confirmare,
renovare, & corroborare, nec non ex no-
strae gratia de novo eos ad investitu-
ram dignari velimus. Propterea nos no-
strorum maiorum vestigia observare
cupimus, & oculis nostris mentis pruden-
ter adspiciemus iam dictam civitatem,
quomodo prae reliquo in Germania longè
nobilissimata fundata, & variis privilegiis do-
nata, nec non supra omnes multimodè or-
nata sit : & præsertim non tantum quod
nos beneficitiis auxiliis gratitudine digni-
& indecenti si te constantie, & officii,
quo dilectiores & eorum civitas nos &
Sac. Imper. Romanum ardenti animo ob-
servarunt, amore, honorarint: sed etiam
propter ea, quum petitum corum ex fonte
honestatis profluat. Ac quoniam honesta
petitio non est deneganda : Ideoque nos
benè prædeliberato censilio, & libera a-
nimi affectione, omnia eorum privilegia,
& litteras, quas ipsis pro iure sua civita-
tis, in possessione tenent, item, bona, do-
mina, exemptiones & consuetudines, au-
liciam iurisdictionem & iudicij executio-
nem, vecelligalia, leges & nundinas &
privilegia concessa, portoria, in moneta-
rium, redditus, proventus, & quodvis
alium

al'ud interesse , ac quomodo cunque at-
pellari , talia aut non inari & ex cogitari
queant , iti à Divis Imperatoribus Ro-
manis possident , & regibus maiestibus
nestris , & à S . Rom . Imp . ac Archiepis-
copis Colon . huc que conservarunt , in
omni eorum tenore , articulu , punctis , &
clausulis , non a'iter , ac si de verbo ad
verbum huc scripta essent , & quasi in
cunctis his posse habet n:ur . &c . ex po-
testate Regiae Mai . Rom . confirmamus ,
invictimus , renovamus . & de novo con-
ferimus , & ex præcipua nostragratiali-
lerali atque Rom . regia plenpotentia
simul has litteras iis confirmamus . Qua-
propter nemini competit , hanc nostram
corroborationem , investituram , renova-
tionem , & confirmationem infringere ,
aut petulantia aliquia impugnare : si
quis id tentet ; ille in nostram gravissimam
dignitatem & panam 100 marcarum
puri auri , prodanidia parte civibus
& civitati Coloniensi statim solvenda ,
se incidisse , noscat . In cuius re testimo-
nium nostra Cesarea Maiestatis Sigil-
. lum atpendi curauimus . &c . Datum
Colon . &c . ut supra .

Ex his satis apparet quantis labori-
bus conservatio privilegiorum con-
stituerit Magistratui urbico Colonix ,
quod

quod se in tali conservare statu libe-
to Imperii potuerint. Magnum ipsi
fulcrum subministrant tribus 22. &
quod adeò sedulò antiquarum con-
suetudinum rationes in confirmatio-
nibus observent. Non enim leves ip-
sis obiicit difficultates tam multi-
formis iurisdictionis involutio, ve-
luti ibi fieri solet, ubi tam varia ha-
betur eius Regalitatis dispersio: op-
timum tamen est, quod ius appre-
hensionis ita sibi ex supradicto casu
acquisierint; nec in criminibus exe-
cutio possit fieri à Præside Scabina-
tus, nisi prius ad noctis spaciū, prius-
quam ad mortem delinquentes con-
demnentur in publico iudicio, Co-
miti Neonardensis iurisdictioni tra-
dantur, Comitum enim Neonarden-
sium ius id hereditarium compete-
bat, ut prætor esset hereditarius urbis
ex fundo loci, ubi extensio civitatis
facta est. Inde habebat privilegiam
iurisdictionem in aliquot partes,
quæ olim suburbanæ fuerant, & po-
stea ex ipsius concessione per pacta
singularia mutis simul inclusæ sunt.
Ideoque in civilibus quoque com-
municari iurisdictionem exercet
cum Magistratu urbico. Locum et-
iam & potestatem incarcerationis,

in

SIS RERVM P. HANS.
in quem ob delicta flagitati & cen-
victi coniiciuntur, habet: quod Co-
miti non competit; sed tenetur in
propriis aedibus fovere carcinos, ubi
& torquetur, in praesentia 2. Scabi-
norum & Secretarji, quibus & Sena-
tus duos adiungit, si sit neccsum.
Quoniam vero familia Neonardensium
in Adolpho ultimo Cenitum illo-
rum expirarit, ex successione idem
ius nunc obtinent Comites Benthe-
menses, quoniam heredes illorum et
eo tempore extiterint, cum ipsi Po-
nipotentiarium in urbe propter
constituere sumi. Praeset autem Ele-
ctoralis summi iudicij non aliud
carceris obtinet locum in urbe, quam
in aedibus, quas ipse officii ratione
inhabitat: Atque licet Comes ille
eos capitalis criminis factos exami-
nare variis modis etiam per torturam
possit tamen in examinandis laeti-
ores Senatores iussu & permisso Elec-
toris certis de causis ut si ad unum
tur, & tunc de re cognita iudicant &
pronunciant, pronunciatusque ex-
tentio dant, observato prius res-
tu Comitum Bentheimensium in
privilegio iure Iudiciorum detinendo.
Simplex vero sive civilis iuris iustitia
communicata est ex parte. P. uero
cum

enim à civibus caussâ cadentibus
capere, in possessionem honorū pro-
pter debita & iniurias Comes cum
Scabinis potest , uti id ex artib⁹ 9.
& 10. *transaktionis de Anno 1505.*
manifestum est: nec debet etiam, aut
potest Senatus aliquem impedire ,
quo minus litem quis coram Comi-
te & Scabinis adversatio suo posset
intentare aut persequi, uti in art. 11.
civis. transact. id habetur: Sed tamen
ista adiecta est exceptio, si qualitatē
eani causa habeat, quæ Senatus quoq;
cōcernat intereste. Præterea hoc con-
stat, quod Senatui de vi sive privata si-
ve publica sit, cognoscēdi potestas nō
cōpetat. Ita corā Prætoribus qui dicū-
tur *Gewaltrichters*, si alicui civi aut
studio gladiis aut ictibus vis infe-
ratur, litigandum est. Sed tamen pæ-
na corporalis delinquenti aut viola-
tori infligi non potest. Virgis quidem
cædi quis potest; verū non nisi in
carcere privatum , & hoc non alio
modo , quam ut rei absque carnifice
semet invicem, altera manu coronæ
alligati, castigent. Est quoque iudex
Ecclesiasticus, qui officialis dicitur,
atque is potestatem omnem ab Ele-
ctore cum ex privilegiis Abbatiarum
& monasteriorum templorumque
i. f huius

huius urbis habet; Eaque ille, quæ ad clericos Ecclesiasticosque & communis res spectant, ex auctoritate Electoris cognoscit & dijudicat. Quum verò iudicium hoc à peculantibus ante seculum fermè in abuso civitati & magistratui maximè noxiū tetraactum fuisset, dum litigantes iocabant seculatia iudicia per inhibitionem spud Officialē obtentam clusoria reddere: proinde Anno Chr. 1506. mediante hanc ita controver- siam Landgravio Hassiæ, transactio talis est instituta, ut Officialis non amplius judiciis litibusque ad secularia pertinentibus se immisceret: si- cùt etiam pœnāgravissima iis denunciata est, qui modo cunque ex ci- bus, lite cum aliquo coram Senatu aut alio iudicio civili contestari, inhibitionem ab Officiali denro impetrare & iudicia sic temere in- volvere studuerint. Nec minus certa pœna illi dictata est, qui in seculari- bus causis aliquem ad Officialē aut magistratum Ecclesiasticum c. rati cureret. Atque sic partim statua, & transactioes in sua conformi- tate conservant Rempubl., partim tribuum virides observantiae confo- ciationes, ubi animadversio sedula

hon-

honestatis in omnibus attendit. Namque unumquodque tribuum collegium in ordinis sui continetur justa dispositione adeo, ut etiam magistratu*i* urbis fundamenta solidi regiminis supponat. Quippe propterea quæque tribus suum habet signiferum, sive notationum præfectum, quem *Bannerhern* dicunt. Illorum quilibet clavem adservat ad concilium civitatis, in quo privilegia & archivæ conclusæ iacent: Sic etiam ætarii publici claves iis conceduntur, ut quovis tempore, si sotè necessitas requirat, aut suspicio nonnulla se se exerat, noctu dieque visitatio institui, & inde relatio tribibus syncera fieri possit. Vclut nil in Colonia frustra ordinatum invenitur; sed eminia ex ipsa profluxerunt experientia, ita quoque hæc inventionis institutio suam fovet caussam. Etenim Anno 1513 accidit, quod Consules illius temporis inciderint in suspicionem talem, quasi, contra fundamentales Reipubl. leges & privilegia, ex consulatu & ordine Senatorio perpetuae Successionis hæreditarium sibi ius confiscere studerent; vel ad minimum eiusmodi expetcrent formam: velut non tantum in superioribus Germanis.

niæ urbibus, ceu est Norinbergæ, ac
in pluribus Hanseaticis, Bremâ, Ham-
burgo, &c. reperitur, ut ita denuò ad
paucas familias & eacum affines pro-
pinquos rediret abrogata pridem
consuetudo. Inde tribuum collegia
ingentem concitarant ita tumultus
motum, ut Magistratum non tantum
loco suo moverint; sed etiam Con-
sules aliquot, in quos culpa redundabat,
per lictorem civitatis capite
plecti curaverint. Novo deinde Ma-
gistratu electo, in cuiusamque intro-
ducto, æternum denuò pepigere cum
codem pactum. At inter tribus con-
federatio, sub iuramenti fide per-
petua, talis firma & solida confe-
cta est, quod cum sanguinis effusio-
ne semper essent conservaturi & de-
fensuti privilegia civitatis. Huius
fœderis tot originalia habentur, quot
sunt Tribus, & quota annis inter reli-
qua principaliter in quavis electione
nō tantum prælegitur pactū publicè
in rei memoriâ, sed etiam semper re-
novatur pro maiori confirmatione
mutuæ consolidationis. Inter om-
nes adeo Respubl. Germaniæ nulla
est, quæ melius constituta in omni-
bus viget, iuxta eam dispositionem
fundamentalem in statu populari, &
ubi

abi gratior viget æqualiter inter ci-
ves dispersa libertas ; si ita floreret in
plena iurisdictionis facultate , quæ
apud alias perfectior perspicitur. For-
mam enim verè Romanam in hac
parte repræsentat. Proinde quoque
accuratissimā impendit curam com-
mercio, ut in suo vigore statum con-
servaret suum & proximarum ci-
vitatum : atque propterea ante ali-
quot secula fidum fœdus pridem
cum vicinis civitatibus Westpha-
liæ Iuliaci Ducatus , Cliviæ , &
Geldriæ , coluit, quam simul pro-
tectione sua in commerciis sæpius
eas forti manu defenderit , velut in
Novesio, Sufato & aliis exēpla clara
sunt. Sic Coloniæ planè alia ratione
auctoritas accrevit sua, quam Ham-
burgo. Etenim Colonia pro maxi-
ma hoc observarat , quod huncq; tam
rectius florere posset, nisi simul quo-
que florerent vicini. Ideoque sicuti
hæc urbs cum proximarum promo-
tione & commodo, ita Hamburgum
cum suppressione & damno vicino-
rum accrescere studebat , uti ex ante-
cedentibus relatum est . Quoties
opus fuit, etiam se coniunxit fœdere
cum vicinis Principibus & Comiti-
bus propter libertatem commercio-

rum, ut securitate tali mercatores fruerentur. Velut etiam proprio factō s̄xpius defensionem commerciorum suscepit, quod *Anno 1418* Damitanus ab Udesheim satis acriter expertus est, quā spoliis mercium sub connivenzia Archiepiscopi niūnium indulgeret. Inde quoque ante illa tempora pridem ab aliquot seculis in fœdere & correspondentia vixerunt principales Brabantiae, Flandriæ & Frisiæ civitates, ut communē Emporium Bruggis, & in Anglia Londini coluerint: velut supra indicatum est, quod Colonienses singulari privilegio donati fuerint in Anglia, propter commerciorum mutuam traciectionem. Quā in verò civitates Saxonice & Vandalicæ ita inter se fœdere Hanseatico coarent, ut superius in *anteriori tractatu cap. 23.* de Megapol. urb. ostensum fuit, statim Colonienses cum suis confœderatis iisdem se se adsociarunt, ceu id ex Recesso Hanseatico de *Anno 1369. art. 1.* satis clare appetet, uoi Coloniensiibus singulare fœdus non tantum cum suis sociis urbibus attribuitur; sed etiam cuncta iisdem prærogativa decreta fuit, ut omne, quodcunque civitates ex, quæ in Coloniensem confec-

confœderatione comprehensa fuerint, decrevissent, omnes & singulæ reliquæ civitates totius Hansæ obseruare teneantur. Quod ita expressè tunc ab omnibus in eo conventu Lubeccensi conclusum fuit, uti verba id luculenta exprimunt. Quare admodum graviter lapsus est Matth. Dresserus in *Millem*, suo *sexto H:st. part.* 2. pag. 79. dum frustra quoque sequitur in errore suo *Chytraeum Saxæ.* *Chr. lib. 3. pag 81.* ubi ponit, quod Colonia Anno 1481 demum in numerum Hanseaticarum civitatum pervenerit, atque ita vix 150 in ea confœderatione compleverit. Longè rectius quid statuit Bertius in *Com. ver. Germ. part. 3. c. hoc.* ubi sic ait: Paulo ante tempora Friderici 2. Imperat. sub *Annū Christi 1201* socia facta est (Colonia) Hansæ Teutonicæ. Etenim, quod fœdus hoc nobille Hanseaticum sub Friderico 1. Barbar. Anno 1169, quum anno antecedenti Rostochium, ante annos 8. à Primislao Hencto ædificatum, ab eodem Imperat. privilegia accepisset, maximas inchoamenti vires sortitum sit, supra satis clarè explicatum est. Imo si Dresserus saltē respexisset ad *Crantzium*, &c enī *lib. 7. Danc. 39.*

Eff. 4. corrig.

cōsuluisset, invenisset satis abundē ex-
pressum, quod eo tempore, quo Wol-
demarus 4. Daniæ rex infensorē ho-
stē civitatibus Hanseaticis agebat, &
insolentiori crudelitate libera distur-
babat omnibus confœderatis com-
mercia per aliquot annos, ut etiam
crebriori potissimum Vandalicæ ci-
vitates conflictu cum ipso in mati-
coierint; *circa Annū Christi 1358*
Coloniæ publicus Hanseaticarum ci-
vitatū conventus fuerit habitus:
ubi conclusum est, ut ad urbem Cam-
pensem civitatum Hanseaticarum
huiuspartis naves confluenter, & in-
de impressionem in Daniam etiam
Vandalicæ ab altera parte facerent;
quod adeò feliciter quoque perfece-
runt, ut non tantum totum Helles-
ponium Danicum occuparent, sed et-
iam proceres Regni, quibus in hoc
non conveniebat cum Rege Wald.
fuo, quod tam diuturno bello exagi-
tasset civitates Hanseaticas, cum illis
tantum transactiōnem inire coacti
fuerint, qualis vix unquam aliis au-
ditas fuit in locis; nec facile simile in
Historiis inveniatur exemplum. Et-
enim, ut regnum salvarent, & ne ci-
vitates penitus aut id vastarent aut
insuam redigerent potestatem, quod
facile

facilè tertia matique perficere potuissent tantâ potentiam, præsertim quum rex penitus ab iis esset cieetus atque in exilium quasi detrusus, non destiterunt supplici modo hoc ab Hansis obtinere, ut pignoris loco acciperent totam Scandiam. Quippe erat in tantas res redacta difficultates, ut civitates non possent complacari, nisi damnum illis ex meraprotervia contra publicam fidem & manifestas obligationes libertatemque communibus commerciis debitam cauſatum, resarciretur. Ideoque proceres cum Hansis, quarum metu rex se in fugam converterat, ut eum restituerent sibi, ita pactum pepigere, ut loco damnorum, & in compensationem eorum, per 16 annos Scaniam possiderent. Sic demum controversia & belli Hanseatici vis composita fuit: Atque, ut civitates fidem integrum erga regnum Daniæ declararent, annis illis completis, non regi, sed proceribus regni, cum quibus contractum fecerant, Scandiam tum restituere; veluti supra tract. 3. c. 16. pag. 377 id relatum est. Quamvis hæc satis sint cognita; miror, quod tamen Bertius idem adeò sui sit ignarus, quod in Com. rer. Germ. lib. 3. c. 4.

fortè seductus auctoritate Chytræi,
 sibi ita sit contradictorius, ut ibi po-
 nat, quod Colonia Agrippinensis
Anno 148 utrum Anzeaticarum
 numero iuncta sit; qui sanè error si-
 ve lapsus adeò absurdus est, ut vix
 gratiam excusationis mereri queat,
 nisi ex fide ficta aliorum hæc protu-
 lerit. Sed tamen *ex Chron. Colon. pag.*
 318. ipsi quoque hoc constare po-
 tuisset, quod tam Chytræus quam
 Dresserus ex errore opinionis falsò
 conceptæ hoc scripserint de coniun-
 ctione Colonensium cum Hansis,
 quum historicus ibi mentionem li-
 tis & dissidii faciat, quod civitatibus
 Hanseaticis cum Britannis interces-
 serit. Verba eius hæc sunt: In eodem
 anno (videlicet *An. Chr. 1465.*) post
 diem S. Remati dænum in com-
 merciis tulerant Anglicani, & quere-
 lam hanc ad cunctas Hanseaticas di-
 rigebant civitates; inde hoc per om-
 nes regiones ad longum latumque
 litteris suis dissipabant, ut ita omnes
 civitates Hansæ Hamburgum convo-
 carentur. Tum quoque rex Anglia
 publicis litteris divulgatum id cu-
 piebat per omnes terras, ut, quicun-
 que ex civitatibus ibi compararet
 vellet, subsalvo conductu regis illuc

proficisci posset, uti quoque factum est. Proinde etiam Senatus Coloniensis circa festum omnium sanctorum aliquot Senatores ex Colonia Hamburgum misit 16 equis ad hunc conventum. Verum quum ex conventu hoc domum equites revertentur, & pervenirent in terram Episcopi Monasteriensis, à Comite Tecklenburgo si circumcidabantur, & captivi abducebantur, sub ipso salvo conductu illius Episcopi. In ipsa obtritione autem unus quis Colonensem perforabatur gladio. Comes ille cives hos Colonenses, ob Episcopi & Capituli Colonensis debita (velut ipse confitebatur) 6000 florentum, quibus illi obligati tenebantur, in captivitatem suam Tecklenburg. abduxerat. Dux Montanus vero se interponebat & exordiendo causam ad agnatum suum Tecklenburgensi scribebat, ut lis ista posset componi praesenter; quoniam nomine Capituli Colonensis expetebat, ut amicabilis conventus Dusseldorfii posset haberi. Ad quod respondebat Tecklenburgensis: quod cives non dimittere cogitaret, nisi dictam prius pecuniam à Capitulo accepisset, cuius debitum fuisset tam diu-

turnum: Præterea Comes assuratio-
nem postulabat, ne civitates Hanseaticæ, nec Principes propter quenquam
civium neque ob imperfectum ab ul-
la suorum aut eius propria persona
vindictam sumere vellent. &c. Ha-
etenus Chronicon: Ex quibus con-
stat, quod cum pridem Colonienses
principales inter Hanseaticam civi-
tatem fuerint, & quam reverenter
Principes Imperii exterique reges Fœ-
dus hoc civitatum habuerint; unde
nil magis quoque Comes Tenklen-
burgensis timuit, quam quod etiam
Principes in favorem huius fœderis
contra eum tentare quid gravius
possent, præsertim si accederet Han-
sæ rancor aut vindicta severior. Qua-
re noluit prius se penitus explicare,
donec securitatem cum amnestia to-
tali impetrasset.

Verum quum heic auctor Chr. vet.
Col. non nihil quid Veritati contra-
rium subvertere videretur, illud heic
monendum est, quod quidem Colo-
nienses seduli fuerint Fœderis Han-
seatici Orientalis observatores, quin
caput Occidentalis referrent, ut supra-
dictum est. Sed veluti nulla amici-
tia ita firma & constans potest con-
solidari, quin aliquid patiatur dis-
pendii,

pendii, præsertim si proptii commodi jactura amici causa sit subeunda; ita quoque in hoc Anglorum casu id demonstrarunt. scilicet luculentæ Colonenses, ut non semper iidem fuerint firmiter: Vnde Crantz. ait, quod Colonenses id re incerta amici parum certi sociis fuerint circa ea tempora dissidii Anglicani, quum illi sua privilegia magis, quæ in Anglia habebant, propria, observarent, quam communia. Historiam hanc inde ita involutè recenset Chron. Col., quam longè rectius explicat Crantz lib. 13. Vand. cap. 12. quum occasionem omnem enarrat cum circumstantiis, & quomodo hac vacillantia fidei exclusi fuerint ex fœdere, in quod nec prius recipi potuere, nisi præstassent debitam pœnitentiam: Ac licet multi principes, ipse Imperator quoque intercesserit pro iis, tamen adimplere prius coacti sunt ea, quæ mulctæ loco fuerunt iis imposita, quum cernerent civitates Hansæ, quod Colonenses saltem rebus secundioribus recipi in societatem, & non ex vero animo, saltem ob lucrum suum, postularent, ut ait Crantz. cuius quoquerelatio ita se habet: Anno 1468, Vandalicæ urbes quatuor Lubeca,

Lubecca , Hamburgi , Lunæburgum, Wismaria , quæ uno pondere à longa memoria monetam habuere, anno octavo & sexagesimo, paulisper levato in alleo: (quod auri nova pondera depescabant:) novum instituunt. cedere numisma, grossos (nostri solidos vocant:) ad differentiam minoris numismatis , quod Cavum dicitur. Sed non poterant occurrere malis quæ prævenire cupiebāt : nam minores semper fuere in vicinis Provinciis argentei nummi. Vnde factū est, ut improbi mercatores (peculatores dicam) de. numismate mercem facerent, devehentes, ubi in conflatio-
rio ipsi sua lucta cum publico detri-
mento facerent. Res procul dubio magni momenti si benè pensetur. Nam ille solidus numerus, quanto ade-
te annos centum fuerit quam nunc melior , incredibile est memoratus: ut intelligant quid amiserint, qui an-
nuos census vel principes in rebus, vel privati haberent in redditu , sic semper rebus comparatis, ut cum nu-
mismate & omnis mercatura & suc-
cessus in quaestu singulorum decresce-
rent, invisibiliter evanescentibus de
manu, quæ ante tenebantur . Res
procul dubio magna de moneta con-
stitueret

stituerit fæliciter , & quæ iam tum-
Romanos rerum Dominos fatigavit.
Mercatoribus ea tempestate Wanda-
licarum urbium , & quæ suæ sunt
communionis civitatum , magno
provenerat incômodo, quod rex Da-
niae Christianus, circa festum Iohan-
nis Baptiste , i quatuor Anglicorum
naucis, de Prussia navigantes cum re-
bus non paucis, in suo iussit teneri &
diripi : quod proximo anno Angelici
in Islandia regis præfectum occi-
dissent. Id factum Angelici detor-
quere conati in mercatores Orienta-
les , magnis clamoribus apud regem
suum Eduardum instabant, ut quo-
modo Angelici generaliter pro Anglis
aliis tenerentur ab Rege Danorum,
Orientales omnes pro Orientalibus
& ipso Dano Rege, tenerentur: adii-
cientes , nostros occulta cum Rege
Danorum machinatione id procu-
rasse , ut Anglicæ naves caperentur.
Nec poterat prodesse quod aliena erat
mercatoribus nostris caussa pro qua
tenerentur , alienus princeps qui te-
net. Effecere per importunitatem ,
ut nostri mercatores in Anglia corpo-
re & rebus capti tenerentur. Tum ve-
tio egregia fide Colonenses in prospe-
ritis confortes, in adversis se fecerunt
nostri

stris alienos : Curantes ut tum ipsi,
nostris captis , immunes essent capti-
vitatis. In eam rem multi scripsere
Principes Regi Angliae seculares &
Ecclesiastici; ut immunes essent, laxa-
tique mercatores . Nihil omnium
profuerunt : donec intentatis & fru-
stratis viis omnibus in aperatum bel-
lum res exiret. Tum prospera no-
stris in mari fuere oruria. Facile in
mari pugnantes cum Anglicis traue-
gerunt. Ea perfecit res, ut aliquando
in æquas conditiones Angli cum no-
stris descenderent , passi rem æquali-
ter terminari : quod dicemus. Inte-
rim statim Lubeccenses suis præsti-
pserunt civibus, quod nulla navis ex-
portu Lubeccensi post festum amplius
Martini in Livoniam & alias Septen-
trionis partes navigare deberet , pro-
pter infestam tempestatem, quam ex-
emplum in nave Revaliam missa ha-
berent, cum quâ 200 homines perie-
rant. Interea quoque, quim bellum
inter Hansas & Anglicanos vigeret,
Anno 1472 & merces suas Lubeccen-
ses per mare in Flandriam mitterent,
tres insignes naves ad pugnam instau-
erat milite compleverunt , ut securi-
tatem suis præberent . verum præfe-
cti , dum in portibus terram ingressi
deside-

desidebant, liquere naues incustoditas, quarum Anglici duas secum abduxeré in Angliam, maiori tamen combusta. Inde belli & odii fervor magis. increscebat cotidiè, quod Coloniensibus & aliis Occidentalis Fœderis Hansæ sociis magno fuit commodo. Quare aliud inierunt consilium Hanseatici Orientales, & Anno 1473 cum Rege Gallæ pepigere fœdus, quod expectatissimum tunc accidit Gallo, qui nuncios Hanseaticos & eorum oratores benignissimè excepit. Verum Angli, ne duabus extemitatibus intercluderentur, statim quoque tractabiliores sese Hanseaticis obtulerunt pacem ambiendo; permisumque est regio mandato, ut in compensationem damni mercatoribus Hanseaticis in captivitate sua interrogati, decem millia talentorum ex Sterlingis colligerent, de vestigalibus regi debit is; & inde compensarent suorum damna. Vnde in formam veterum observantiatum res omnis est redacta. Summa autem fuit sexaginta millionum aureorum Rhenanicon, quum talentum Sterlingorum 6. valeat aureos. Colonenses igitur quum etiam soli relinquenter in suis viribus, Archiepis, quoque Rober-

334 RESVRM P. HANS.
tus temporis observavit commoditatem, & niro stratagema per Carolum Burgundum eos divexavit, ut magnos consumerent inutiliter sumptus. Ac quanvis Imperatorem Fredericum implorarent: tamen ita diu distulit adventum ille, ut prope in extremis hæcerent. Nihilominus Lubecenses, cum reliquis civitatibus sociis Imperatori splendidum misere succursum, ne planè Colonia periret, aut Hansæ dismembraretur, quamvis ipsi se à fœdere Hanseatico tam diu separassent. Hinc, quum pax esset constituta inter Imperatorem, & Burgundum; atque Colonenses se cernerent fide exuperatos à sociis Hansæ, pudore affecti sunt, & Intercessoribus usi sunt multis, adeoque ipso Imperatore. More igitur solito, quin conventus Lubecæ haberetur.

Anno 1475. in communione Hansæ, se quoque Colonenses supplicetunc obtulerunt, deprecantes culpam quod ingenuitatis est. Ibi Colonenses (ait Crantz. in Vand. lib. 13. c. 12.) jam se antè ab reliquis segregantes Anglia, ad eam redite communionem manibus pedibusque contenderunt alioqui non usuri in Anglia immunitatibus, ab olim indulcis. Diu relu-

ctatus

statum est : Ostensæ sunt crebræ illorum in socios communionis tergiversationes. Scripsere pro illis Imperator & Archiepiscopus Colon. Sed quin diu illis pernegata esset reconciliatio, satisfactione permissa, passi sunt redire in id ipsum.

Tanta fuit semper huius fœderis auctoritas, ut eius disciplina in commerciis à regibus & Imperatore fuerit approbata. Anno 1505 Maximilianus Imp. frequentissimum Coloniam celebravit Statuum omnium Imp. conventum, ubi Fridericus Elect. Sax. ausus est Collegam olim suum Philippum Palatin. ad Imperat. adducere, ut supplex absolutionem & proscriptione publica & pacem ab eo peteret, quam etiam impetravit unicum dictionibus, quæ adhuc subsunt. Post hoc tempus iterum Lubecensis cum Dano rege bellum maritimum sicut incundum, licetque socios invocassent, tamen soli reliqui fermè sunt cum paucis, quam rex Hollandos in auxilium advocasset, & soluti uteretur navibus ; quibus tamen potitis Anno 1511. pacem citate fecerunt, Suecis exclusis : ubi ausus Colonienses acquievere. Anno 1512 Comitia Coloniat celebra-

ta sunt , ubi distributio 10 Circulo-
rum facta est , ut contributio eò re-
stius posset observari , & deliberatio
Cameræ plenius consolidari . &c. An-
nus proximè sequens per quam lu-
ctuosus fuit Colonicensibus , ex sedi-
tione superius dicta , de qua vide
Ehyt, lib. 6. Chr. Sax, circa fin.

Qnum autē Colonia Hanseatici fœ-
deris in Occidentali civitatum parte
expulsi , & plurimas Belgicas sub se
cōtineat , propterea quoq; & ex eo re-
spectu *Anno 1579 tractatio pacis ibi*,
ordinante id ita Imperatore Rodol-
pho in gratiam fratris Matthiæ , qui
tunc Gubernatorem Hispan. agebat in
Provinciis illis instituta est : Sed quū
libetum religionis exercitium obti-
neri nequicet , labor in vanum abiit.

Fœderi autem isti Hansæ , de quo
nobis sermo est , in hac principali Co-
loniensium regione civitates quas si-
bi hæc Metropolis habet ad sociatas ,
non incongruè accensentur , primò
in Ducatu Juliacense , & Clivense
sive Markense , Duisburgum , Vesalia ,
Embricum , Warburgum , Vnna ,
Hamma : secundò in Westphalia
Monasterium , Minda , Osnabrugge ,
Tremonia , Sufatum , Herfordia , Pa-
delborina , Lemgövia , Bilfeldia , Lip-
stadium ,

stadiu[m], Warberga , Cosfeldia : Ter-
 tiò in Ducatu Geldriæ Noviomag-
 um , Zutphania , Rurmundia ,
 Arnhemium, Venloa , Thiela, Bom-
 melia , Elburgum , Hardervicum :
 Quartò in Brabantia Ducatu Ant-
 werpia , Traiectumque ad Mosam ,
 sive Mastrichk : Quintò in Flan-
 driæ Comitatu Bruggæ. &c. Sextò
 in Transyselania Daventria , Cam-
 petum , Zwolla : Octavò in Hol-
 landia Briela , Dordracum, Enck-
 husa , & Wieringia : Nonò in Fri-
 sia Septentctionali Groninga , Bols-
 werdia , Stavera , Gorcum , Hin-
 lopia : In Frisia Orientali Embda ,
 &c. Decimò in Zeelandia , Middel-
 burgum , Zierickzæa. &c. De qui-
 bus nunc in sequentibus nonnihil
 nobis erit agendum ; sed non pote-
 tit ita plenè fieri , ut necessitas re-
 quireret , velut nec mihi in hac ex-
 ilii attocitatè sat fieri poterit , quùm
 plurima surrepta sint , quæ ad negoti-
 ci maiorem facerent illustrationem.
 Quare sequentia ita sufficient , quan-
 do etiam mox subnectenda sunt ipsæ
 confœderationes. Elegans est laus
 interim clypei & carmen , illud ,
 quod Nicol. Reusnerus I. C. in in-
 ligue Coloniensium composuit ,

quumque hoc rectius intellectum
trium coronarum explicet , quam
vulgus figmentis suis venditare so-
let, id nunc subjiciendum putavi :

Quae tres ostentat Clypeo Regina Co-
ronas

Teturbium Colonie :

Tres nec potestates notat, & quibus emi-
net ipsa,

Tres dignitates maximas ?

Principis una sacri , magnique secun-
da Senatus ,

Academiaque tertia.

Felix Urbs , in qua Pietas , sapientia ,
Virtus

Cives coronat splendidos!

Funiculus triplex hanc rumpitur : in-
clusa semper

Urbis Corona que triplex

Fulgeat : & totum radis illuminet ur-
bem ,

Concordie nodus facit.

C A P . II.

De civitatibus aliquot Clivie ad Rhenum & Geldriæ ad Mosam, fæderi Hanseatico devinctis.

VI de hinc inceptum, quem supra monstravimus, pergamus ritè currere ex voto tramitem, Colonia ad primam, quæ inde progrediendo iuxta Rhenum cum secundo flumine sequitur, nobis urbem deveniendū erit, quam Duysburgum exhibet. Sed interim, in ipso itinere Rheni, quum à Colonia milliari, ab ea parte Rheni, ubi Colonia sita est, occurrit Novefum, aliis Novesum, Nivesum, Ptolomæo Nussia Ammiano Nivesium, vulgo Nuys, insigne Diœcesios. Coloniæ oppidum, cui ultra Rhenum Dusseldorpium è regione prope respondet. Quod propterea heic silentio non est prætereundum, quùm ob varios casus clarissimum apud Historicos sortitum sit pridem nomen, & Colonienses quoque commercium eius sæpius in suam pertraxerint urbem. Inprimis Tacitus crebatam eius facit mentionem, & Chronicum Co-

lonense, varium eius explicat fatum, atque quam fidei operis sit Conjonensium. Vibes autem hæc à primordio secundis Rheni fluctibus irritata, sinistrum situm latus eius illustravit, donec fortuna aut tempestas innus propicia, alveum Rheni immutans, urbemq; nō longo spacio adspiciens, brachium eius usibus saltē reliquerit, ut mediæ horæ itinere nunc à Reno distet. Aliás ad orientalem portam annis Erpia præterfluit, ibidemque à Rheni brachio absorbetur. De antiquis rebus quid notavit *in Bata hist sua Hadr. Iun pag. 156. & 165.* qui ibi consulatur. Fuit alias urbs satis pacifica, & Dominis suis addicta: at tempore Brunonis Archiep. Colon *Anno Cbr. 1205.* Philip. 2. Imperat. ut suo priori hero Archiepiscopo Adolphe I. Altenavensi restitueret, eam cōpūt. Quum etiam privilegiis suis nonnihil constantius inniteretur, non caruit periculis, & præsertim prædictionibus suis ceu tempore Diterici II. Episcop. 59. an 1435. factū quām nolle graviori se libenter contributioni: Sic & *Anno 1472.* tempore Ruperti Archiepisc. factum est Verum singulare vigilantia id præcavere adeò, ut tam

men pro redimenda vexa solvere
quid cogerentur. *Anno vero 1474.*
quum ingens inter Archiep. Rupertum
Bavarum & capitulum Coloniense ferveret discordia, & Carolus
Burgund. Dux requisitus tutari vel-
let partes eius, sperans hac ratione, ut
ipse conficeret *Comitatus lib. 5, Com.*,
se posse quædam iis locis occupare:
ideoque circumscedit Novesium. Vno
eodemque tempore conficiebat res
maximas; sed oneris succubuit. Co-
lonienses enim, singulis mensibus in
hoc bellum centena millia aureo-
rum impendebant, & initio fœdere
cum aliis ad Rhenum positis civita-
tibus, exercitum cogebant ad 15.
mill. hominum, qui tormentis aliis-
que rebus instructi, positis castris ex
adverso Caroli ad Rhenum, impedi-
bant, ne quid adverso flumine ex
Geldria supportaretur ad hostem.
Deinde Frider. 3. Cæsar & imperii
Principes, convocato consilio, de-
cernebant oppidanis auxilia, quod
etiam ita perfectum est. Inde Caro-
lus solutis castris cedere coactus est.
Hanc civium virtutem præmio co-
honestatus Imperator, varijs ipsis
prærogativas & privilegia indulxit.
Immunitatem dedit telonii in Rhei-

no amne , ius cudendæ monetæ; Aquilæ aureæ insigne in clypeo nigro, facultatem obsignandi litteras in Cera rubra &c. Nostris verò temporibus miseras sensit calamitates incendio, & nunc Schenkii occupatione, nunc Ducis Parmensis obruitione
Anno 1586. Nihilominus cum civitatibus Westphaliæ libertatē suam tuetur , quam ex Friderici 3. Imper. concessione haber. Velut etiam adhuc numerantur 13. liberæ civitates, ut sunt Colonia , Aquisgranum, Vesalia inferior, Marcodurum (Duren) Cameracum, Tremonia, (Dortmund) Susatum , Duysburgum, Hervordia, Brakel, Wartburg, Lemgovia, Werdena .

Iam si secundo flumine pergatur versus Belgium 4. miliaribus à Novesio ad dextram, Duysburgum ibi se offert, ubi Ruta fluvius in Rhenum undas suas devolvere tendit. Est autem Duysburgum , sive Teutoburgum, veteris Germaniæ oppidum, ad ripam olim fluminis Rheni inter Ruaram & Angram amnes situm , inde nomen gerens, quod Teutonis , qui alias Pomp. Melæ, Ptolomæo, aliisq; Teutones dicuntur , originem suam debeat, non tantum ab eo tempore,

quum

quum hi à littore Baltico, ubi sedes
corum antiquissimas Ptolomæus
collocat, cum Cimbris in Galliam
tendere cœperint, quod ibi sibi fir-
mum locant præsidii succursum in
eo burgo; sed etiam, ut paulo post
texemus, quod Germani ibi cum
Romanis ingenti prælio coierint.
Clarum proinde semper fuisse, cum
ædificia, tum Historiarum etiam
monumenta declarant. Ob nundi-
nas etiam celebres negotiationesque
frequentatum fuisse, indicant non
tantum rerum Flandricarum scripto-
res, sed etiam maximè appetet ex eo
quod se à principio cum Colonensi-
bus fœdere tali coniunxerit, quo
Hansæ se quoque *circa annum 1201.*
cum aliis destinavit: Tum etiam
Teutoburgii hi vicini fuerunt illis
qui Vbiis mixti olim vixerunt: unde
alii volunt, quod in suburbio Colo-
niensi confederint, & inde *Tuitsch*
vocatum fuerit: quam ramen op-
nionem *Chron. Colen. auct. pag. 176.*
plane cum austernitate reiicit, nec
vult, quod *Duytsch* suburbium, quod
Anno 1376. in pagum redactum,
nomen ex Germanico obtineat, sed à
Latino, ut sit quasi *Tuitium* & pro-
tectorium aut appendiculum præsi-
dia

844 R E R V M P H A N S.

diale dictum; quod tamen alii aliter statuunt, ut supra indicatum est in præcedenti cap. Notandum tamen venit heic etiam, quod alias quædam nomine isti admodum cognato sit altera adhuc civitas, quam Duysburgum quoque, nonnulli tamen ad distinctionem manifestiorem Doesburgum rectius dicunt: quamvis & hoc admodum sit corruptè pronunciatum, *iuxta Hadriæ Iun. in hist. Bat. pag. 19.* quām auctorem sui nominis Drusoburgum sapere maxime exprimereque debeat; (licet frustra & ablique ulla ratione *Cluverius in lib. de trib. Ostijs Rheni*: id in odium Iunij proflus & cum indignatione neget) ubi Franci olim circa Rhenum habitarunt, & huic adiacentes incoluerunt terras. Quod certo certius est, inquit *Hadrian. Iun. Batav. hist. 91:* Quandoquidem Rheni brachium à Druso fossum; & in Salam amnem corrivatum apud Drusoburgū, (Rhe-nus quum sit) adoptivo tamen nomine decurrit in Oceanum, tipaque dextra Transyalanam veræ Franciæ initium alluit, ut Strabonis & Taciti auctoritate clarissimè docuimus, &c.

Memorabile hoc quām sit præ reliquis notationibus ad Drusi facta, & simul

simul ad pleniorē faciat intellectū
huius explicationis, audiendus heic
porrò est Iunius in eo, quæ isti loco
adsignat *in d. hist. Bat. pag. 50.* & 16.
Sed ad rem, inquit. Antequam Arcana-
cum usq; descendat Rhenus ad duo
passū millia, fossa novi & immensi
operis incipit continua, militati
opere, ne virtus otio relangueret
per Drusum facta, cui Drusianæ no-
men fuit teste Tacito, manetque no-
men in hodiernū diem; quam Germanicus
Cæsar ingressus cum Clasile mil-
le navium, postvota Druso patri fa-
cta, lacus inde Rheni in Oceanum
ad Amisiam usque flumen præcipiti
alveo & secunda navigatione usus,
perfectus fuit, ut ille scibit. Eam
aggere quoque munivit anno à con-
ditâ urbe septimecentesimo quadrage-
simō sexto, sed inchoatum illud o-
pos sexagesimo tertio post anno ab-
solvit Paulinus Pompeius qui Exer-
citibus in Belgio Neronis principatu
præfuit. . quem aggerem putatur
Tacitus appellare Drusi molem (à
quadiuersa est nihilque commune
habet Drusi moles quæ Magontiaci
extat vulgo dicta die *Eichelsteyn*) ubi
narrat Civilem quum in Bataviam se
recepisset, diruisse molē, à Druso Ger-
mani-

manico factam , & Rhenum prono
alveo in Galliam ruentem disiectis
quaꝝ morabantur effudisse. Ea fossa
continuat ad duo aut tria millia fia ,
Rhenumque novo Iselæ nomine do-
natum d ducit pr ter Dotsburgum
oppidulum fort  a Drusi nomine di-
ctum , quas Drusoburgum ; quod fal-
s  a quibusdam , qui scholia otiosa
Taciti libris illegerunt , creditum fuit
esse Asceburgum , quod , in Ripa Rheni
situm , monumentum Ulyssis erro-
rum esse volunt , & ab illo dictum
A'st p p c v . & quamvis extare non
procul Xantho in Clivia Aschelber-
gum nomine aisonans pagus dicatur ,
alii tamen Teutoburgo sive Duis-
burgo vicinum Asciburgium verius
monstrant , qua olim Rheni alveus
fluxerit . Vbi Iselam veterem , cuius
in Westphalia fontes sunt , & in cu-
ius nomen hic adoptatus est , acci-
pit : inde Bronchorstum pr terlab s ,
& Zutphaniam urb  copiosam & Co-
mitatus circulo honoratam , quam
ego Vispetum civitatem esse autumo ,
ut vocis vestigiis adhuc insibilantia
auribus indicant . Hinc Daven-
triam petit amnis cursus , Ansuario-
rum civitatem , unde manet notum
illud omnibus & lippis & consor-
bus

bus, Ansensstadt, quæ urbs retum
 omnium copia circumfluit, opulen-
 ta & beata ac valide munita; de qua
 plura ubi de Ansariis loquendum e-
 sit. &c. Sed ad Teutoburgum no-
 strum revertimur. Locus est admo-
 dum commodè situs in amoenitate
 Sylvæ, quæ etiamnum à Rura fluv.
 usque ad Angermundam propè se ex-
 tendens à civitate nomen retinuit,
 quemadmodum olim Teutoburgen-
 sis saltus non longè à Rheno fuisse
 describitur, ubi Arminius Germano-
 rum Dux Quintilium Varum cum
 duabus legionibus fudit, signaque
 Romana sub terram defodit. Ex-
 inde merito locus Teutonicis præ-
 sidiarius, & adhuc *Deutschburg*,
Duisburg vocatur. Rura fluv. non
 exiguum ipsi fert commodum ex vi-
 cinis civitatibus Brokii comitatus,
 Syramio, Ketwigio, Werdenio ab-
 batia, Haltingo & Blanckensteynio,
 quæ oppida fluvius ille attingit, atque
 ubi se Rheno adsociat in angulo ul-
 timo post tergum quasi Duysburgij,
 abluit oppidum dictum Ruror-
 tum quasi ipsum angulum acutum
 ad Rhenum constitueret. Nostris
 temporibus anno 1614, quum Reg.
 Hisp ad. Gen. Spindola Yesaliam ca-
 peret,

peret, hanc quoque urbem Don. Luis de Velasco primitus aliquo milite tentavit. Sed quum cives resisterent, & submissionem penitus negarent, imo quoque cernerent, quod milites civitatis cum illis facerent, qui aducebantur, disarmarunt eos. Verum Don. de Velasco statim fortiori hec aderat cum manu & tormentis belli-
cis, ut cogerentur praesidiarium reci-
pere militem; unde diu exhausta
fuit civibus facultates. E regione
huius civitatis haud procul ab altera
parte Rheni iuxta sinistrum latus ci-
vitas Mœrs sita est, quæ toti Comi-
tatu: illius loci nomen imponit.

Hinc proximè sequitur Vesalia. Sed
quum duæ sint urbes eiusdem nomi-
nis, dicitur hæc inferior. Superior
enim Vesalia in diecesi Trevirensi ad
levam Rheni ripam Bingio secundo
amni descendantibus inter Baccaria-
tam & vicum S. Geari medio spacio
occurrit, quæ alias Vesavia veteri-
bus vocata fuit. Et quamvis antehac
Comitis Lutzenburgici fuerit oppi-
dum; tamen Henricus 7. Imperator
electus hanc Vesaliam & Bodobrigā
Balduino fratri suo Archicpisc. Tre-
virensi oppignoravit pro certa pecunia;
summa, quum copias conscriberet,
qui-

quibus ad componendas *Anno Chri-*
1252. in Italia Guelphorum & Gui-
bellinorum factiones usurpationes essent. Ita
ergo factum , ut Vesalia sic ex eo
tempore pareat Archiepiscopo Tre-
virensi. At Vesalia inferior nostra si-
ve Clivorum , sita est in ripa Rheni
dextera , sive Germanica non procul
ab angulo eo , ubi Lippia cum Rheno
confuit, qua se minor amnis in ma-
jorem exonerat , cuius frequens fit
mentio apud Tacitum , sicut & tan-
git *Vell. Paternus* , ubi prolixè de-
scritibit cladem Romanorum , antea
ad saltum Teutoburgensem indica-
tam. Est autem urbs elegans , olim
quoque ab Ottone 3. Imperat. in Co-
mitiis Wormaciensibus *Anno 1495.*
privilegiis libertatis Imperialis in so-
civitates donata , ut in antecedenti
cap. dictum est. Ac quum ob con-
modissimum situm semper floruerit
in commerciis , ingenti ex vicinis
agris rerum incremento potens & di-
ves facta est , unde nec minus muni-
ta & populosa aquis , propugnaculis
& valido murorum ambitu adeo in-
struxta , magnos ut spiritus incolis gi-
gnat : situ ad Negotiationem oppor-
tuno excellit : unde Magnis & ope-
ribus & disficiis , opum affluentia , met-

850 R E R V M P. H A N S.
catura celebri , cæterisque fortunæ
bonis, maiorum nostrorum & nostra
memoria mitandum in modum ex-
crevit , ad alterius superioris diffe-
rentiam, quæ tamen itidem tum ab
Imperatore Ottone 3. Imperialis no-
minis privilegiis cù hac ornata fuit.
Ex præterfluente autem Lippia fluvio
commoditates haud pænitendas ista
percipit , qui sinistrum eius latus al-
luens statim Rheno consociatur. Cli-
vicam porto hanc Wesaliani Duces
sui variis diverso tempore ornamen-
tis, animis Heroicis exornarunt : E-
berhardus Comes Cliviæ & Teister-
bantiæ nonus (hic enim Teisterban-
tiæ comitatus ad Clivenses pertine-
bat , cuius termini erant totum id
quod inter Mosam , Vahalim atque
Rhenum situm est , ubi hodiè insi-
gnia sunt dominia) pius & justus
Princeps Collegium Wesaliense fun-
davit Anno 1225. Sub Arnaldo II.
decimo septimo Comite Cliviæ , Go-
defridus & Otto 3. Comites Capper-
bergenses monasterium Wesaliense
Virginum extra muros fundarunt.
Theodoricus octavus , Cliviæ Comes
vigesimus quartus Rudolpho Habs-
burgensi Imperat. militavit contra
Imperi hostes, cui Cæsar cum uxo-
re

re dotem dedit Wesaliam urbem, & castrum, cum præfectura Ringlenbergh & villis adiacentibus. Prodiit ex hac urbe Arnoldus ille Wesalien-sis, Græcus, Poëta & Historicus egregius; Sic etiam nostro seculo Tilemannus Heshusius insignis Theologus, qui in plurimis locis & Academiis, ut Region: contana Borussiæ, ubi Episcopum egit, Ienensi, Magdeburgi, & denum in Acad. Helmstediana, ubi quoque sepultus est, multa quidem creavit commoda Ecclesiæ; utrum, quum formulæ concordiaæ subscribere nolle, camque Iacobi Andreæ superbam importunatique progeniem vocitaret, Ecclesiæ scandolosam poëttiam magis, quam profanum, atque sic etiam nonnihil acer us procerum aliquot virtutæ & flagitia taxaret, odio fuit pluribus, sicuti accidere solet iis, qui juxta D. Pauli præceptum veritatis professionem absque personarum respectu cuivis inculcare debite ex conscientia stimulo iubentur: inde coactus est plurimum de loco in locum cedere futori: seu quoque malevoli in illum hoc distichon Ovidianum contorquere solebat, per paraphrasin:

*Quaritius Heshusius quorū sextapulsi
ab urbe?*

*In promptu causa est, religiosus
erat.*

*Quod alii ad seditionem ipsi conver-
tebant, quos morsus agitabat con-
scientia. Sed Dux Brunsvicensis lu-
lius, quem pacificum dicere sole-
bant docti, cum gaudio eum exci-
piebat, quām Parthenopolitani ini-
quiōti odio & sibimetipſis ignomi-
niosē illum persequerentur, quem
etiam quasi parentis loco observabat,
quām diu vixit. Ita illum inter be-
nē meritos de Ecclesia Christi cum
Daniele Hoffmanno semper refete-
bat. Vesalia autem fideli vigilantia
diu se in suo statu conservavit usque
ad hæc tempora, donec Anno 1614.
in discordia Principum, qui propter
successionem in his ducatibus litigia-
fovebant, cum reliquis aliquot civi-
tatis, in duram hanc incidit fortu-
nam & adversitatem. Quamvis e-
dīm tum neutralitatem ambi te vide-
retur; 7. September Dux Gen. Reg.
Hispan. obsidione eam cingebat; un-
de certis pactis & conditionibus in-
deditionem sui abiebat, quām se im-
patem resistentiæ putaret, nec cerne-
get succursum Belgicum. Numerati-*

tunc sunt 6000. cives, & 80. tormenta bellica vallo imposita, ut mitum fuerit, quod tam incogitanter se precipitarint, ait *Meteran. part. 2. hist. Belg. lib. 3. i.* Princeps Aut. Mauritius quidem Vesalienses liberare ab hac obsidione studuerat magno exercitu; Sed nimis sero id tentabatur: attamen promissio facta est, quod, si castum Iuliacense in pristinum restitueretur à Dn. Staticis statum, quod etiam tunc libertati suæ reddi debet Vesalia. Verum postea perpetuae auditæ sunt querelæ à Senatu & civibus, quod omni spe excidissent libertatis recuperandæ: nec defuerunt variii motus; ceu anno eodem in publica accedit concione; & 10. Decemb. coacti sunt 2000 adhuc recipere in civitatem milites. Vixerunt in his angustiis per 15. Annos, donec stratagema magno tres illi liberarent cives, de quo alibi plenius.

Embrica hinc sequitur, quam alij Asciburgium à Tacito dictum voluerunt. Sed quisnam error in eo committatur, id superius ex Junio explicatum est; quum potius sit Aspergum in comitatu Moersensi. Nihilominus Embricæ remotissima est memoria in historia Suniberti: ubi nar-

tatur, cum Archiepiscopo Willebrodo adventanti obviam Durostadio processisse Embricam usque, temporebus regis Francie & Pipini Ducis; *scilicet annum Chr. 695.* Est illa itaque urbs satis antiqua, in loco perquam amoenio, ubi se Rhenus quasi in semicirculum incipit sinuare, dum quasi monticulis in clivo sylvis aliquousque cedere cupit: unde & Embrica, aut Embricam, quasi Ambricgk, velut clivulos respiciens nomen accepisse fertur. A Ducatus Clivensis incolis admodum frequantur, qui à dextera hac parte Rheni undeq̄ aquae huc confluere solebant, atque commercia sua huc transportare, ut inde in alios avcherentur locos: unde & adficiorum pulcritudine & politia bona floruit semper, antem mutationem temporum horum bellicosorum; fovit quoque Collgium Canonicorum & scholam satis celebrem. Verum postea diu dubia admodum sorte iactata fuit, dum bellum hoc Belgicum viguit, quod vicinitas loci fecit, ut victori parti aliquoties cedere coacta fuerit, modo occupata à Belgis, modo iterum ab Hispanis. Etenim utraque pars, ob egregium loci situm, urbem hanc, ad

res suas rectius tutandas, multum
mometi allaturam arbitrabatur. An.
Chr. 1600. quin illam Hispanis etc-
ptam Ord. Belg. tenebant, missis le-
gatis, Cæsar Rodolph. 2. postulavit,
ut Imperio Rom. debitè cedderetur.
Variis deliberationibus res deliberata
fuit, nec tandem id Ord. Belg. dis-
plicuit, modò Berck, quam Hispanus
Colonensi Episcop. cripuetat,
imperio similiter restitueretur, nec
inde quid periculi unitis provinciis
causaretur. Postquam utrumque
consensum est, deseruerunt praesidia-
rii Ord. Belg. Embrikam: sed His-
panus Berkam deserere noluit; qua-
res multis suspicionem iniecit, non
fincerè à legatis tunc actuim esse, qua-
si potius Hispani partibus quam ipsi
negotio pertractato addicti fuissent:
verum nonnulli id æquius censem-
dum putarunt, quod ita à Principi-
bus ipsis actum sit, ad minuendam
potentiam surgentium Belgarum. Ast
Ord. Belg. & Princeps Mauritius id
memori mente tam diu secum
coquerunt, donec Anno 1614. no-
vam occasionem sibi aucepantur.
Etenim quum Hispanus tum Vesa-
lia'm occuparet, & frustrè laborem
succursus ibi suscepissent, converte-

tunt se non tantum ad Embriacum,
sed etiam simul uno eodemque actu
usque Reesiam civitatem, ad invium
in eodem laterē Rhēni iuxta situm
optimè correspondentes , progressi
sunt , & utramque in suam redege-
tunt potestatem. In tempore ventum
tunc fuit, alijs Hispanus civium ani-
mos pactis mollibus & promissis
blandis , in suam petraxisset in Re-
ssia partem. Quamvis autem Biselli-
chæ & Xantinæ hinc tractatus bis
fusci perentur, num aliquod interme-
dium consilium controvertentibus
Principibus de his Iuliacensi & Cli-
vensi Ducibus inveniri posset ; ta-
men frustraneus fuit labor omnis.
Intetim Ord. Belg. & Princeps Mau-
ritius 6. Castellis Embriacum fortiter
muniri fecit, sicut & Reesia. Xant-
tamen quoddam pactum fuerat con-
fectum postea; verum quūm Anno
1616. animadverterent Ord. Belg.,
quod novæ interseretur & consue-
tentur difficultates , pleniori muni-
mento uttamque hanc obseperunt ci-
vitatem , ut exinde continuum huc
usque præsidiarium aluerint mili-
tem. De Vnna , Hama & War-
burgo postea agemus in conclu-
sione huius circuitus ; iam nos ad
Gd.

Celtæ Ducatus urbes nobis conver-
timus , quorum numerus est ple-
nior.

Rutemundæ igitur, propter situm
loci, primas adtribuere cogimus par-
tes ordinis causa, quum superioris,
Geltiæ principaliorum dignitatem
meceat ut. Etenim in Geltia 22. ur-
bes egregiæ numerantur, quarum
principuæ sunt Noviomagus, Rute-
munda, Zutphania. & Arenacum,
quod hodiè Arnheimus vocant: Sed
hæ iterum suas habent dispositiones,
ut aliquæ præminentiam habeant
quasi capita, quædam subsint. Nam-
que Geltia, quuin amplissima inter
4. Ducatus septemdecim Belgicæ Ger-
maniæ provinciatum sit, inde in su-
periorem & inferiorem Geltiam an-
tehac divisa fuit; priusquam in hoc
bello Belgico disruptio accidit. In
habitarunt olim huius provinciæ
terram Menapii, & partim Sicambri,
partim quoque Batavi, & à fluminis
Rhei bicorni cursu media ferè inter-
secatur, unde quoque dicta divisio
profuxit. Attamen quuin proximi
Vbijs scribantur Sicambri, inde to-
tius provinciæ tractus iisdem attri-
buitur ab Historicis. Habet autem
provincia sive Ducatus iste nomen à

Gelre arce sive castro, quod Wigan-
dus à Ponthe loci primus præfectu;
una cum fratre Lupoldo ædificasse
fertur: proinde adhuc urbs Geldria
est, quæ nomen Ducatus hujus con-
seruat ad Nerium sive Niersiam flu-
sibi in superiori Geldria sita, ubi Wyā
in se recipit, ac inde Goch Clivix ci-
vitatē alluens, ac Genepiam tendens,
ibidem se cum Mosa coniungit.

Ruremunda verò superioris Gel-
riæ caput est, quæ habet sub se
Venloam, Geldriam, Vagediam, Stra-
lam, Wachtendonkium, Erkelen-
sum, Montfortum, Echtium, Neo-
stadium, Kesselum, Midlatiam &
Grieckenbeciam. Urbs hæc, iuxta
communem istorum hominum con-
suetudinem, nomen sumit ab ostio
fluminis Ruræ, quod ad ipsam ut-
bem in Mosam aquas suas præcipitat.
Ostium enim sive os Teutonicis di-
citur *Munde*, à quo vocabulo & no-
mine fluminis, urbis appellationem
compositam perhibent, quod in aliis
quoque Belgicis oppidis observatur,
ut antehac monita sunt eius data.
Distat hæc urbs à Venloa itinere
trium leucarum, estque & civibus
frequens, & divitiis admodum po-
tens, tum ædificiis quoq; concinna,
& si-

& situ ac mœnibus valida. Primum eius templum Spiritui sancto dedicatum, quod nusquam alias ita invenitur, ubi sancti potiori habentur in loco. Ager Rurmundensis longè lateque porrectus, ceu solum totius ferrivæ Geldriæ planum & parum montosum, sub amoenis admodum, & fructuosis nemoribus densum: sic & hæc terra omnigenæ segetis & in primis titici feracissima est, frugumque & fructuum perfetti-
lis: Vnde occasione sic ferente, excep-
tituus eò solenimis confluxus, &
velut stativa quedam castra; ut satis
inde constet, quia in fœdere Hansea-
tico olim colendo rām adsidui eius
fuerint cives. Velut etiam viros do-
ctos procreavit, qualis inter ceteros
fuit, Dionysius Richelius antistes,
qui magnâ suâ cum laude multa edi-
dit scripta, & Theodus Gramineus,
attium Mathematicarum professor
egregius. In Ecclesiasticis hic qua-
drans Geldriæ pars Episcopum Leo-
dicensem agnoscit. Velut autem ho-
diè per bellum Belgicum disruptæ
sunt ditiones illius loci, ita quoque
accidit Anno 1572, quod Wilhelm.
Princeps Autagniæ 4. Aug. tempore
Ducis Albanie Rurmundam qui-
dem

§60 R E R Y M P. H A N S.
dem vi occuparit, & inde ulterius in
Brabantiam irruptiones varias perfe-
cerit; sed tamen postea repulsus, &
omnia iterum cedere coactus est, un-
de nunc à principali loco separata
manet.

Venloa sive, ut ab aliis appellatur,
Venlona est proxima Ruræmundæ
urbs ad Mosam itidem in dextro late-
re 6. milliaribus inde distans, si se-
cundo flumine istuc proficiscatur.
Nomen à geminis in vicinia paludi-
bus habet, quum *veen* aut *vehm*
idem sit, quod locus paludosus est,
quorum extrema pars iuxta monti-
culos eam concernit, & ultra Mo-
sam in alterò latere Kesselię ditionem,
vel, ut volunt, Castell pagum ampli-
ssimum complectitur, hunc regea-
do, usque ad Ruræmundam fines
suos extendit, ceu quoq; peculiarem
olim habuit toparchiam, quum esset
regiuncula regiæ ditionis. Namque
fuit antiquis temporibus iuxta Hu-
bertum Thomam, magni in primis
momenti ac celeberrimi nominis
oppidum illud, ex quo præfectura
Kesselia nomen gerit, ceu Ptolo-
mæus id ipsum Castellum appellat
Menapiorum Metropolin. Versus or-
tum verò Venloa Stralam sesquileu-

cā tantum à se abiunctam habet: urbs certè perquam bona & commerciis propter situm aptissima olim fuit, quām fidas civitates liberiores inter se colerent ex nomine confederations: nec minus & valida est tant ex natura loci, quām munitis ipsi additis, quām duplice fossa inclusa sit, quas Mosa irrigat præterlabendo. Ex hac urbe Adolphus Anno 1462 patrem Arnoldum Ducem Geld. & Comit. Egmondan. oppugnavit, & Rurmundanos, deficere nolentes. Sed ibidem filius à patre obsitus, opera patrui Guilielmi Reguli Egmondæ, pace facta, in gratiam receptus est, urbemque Neomagensem à patre dono accepit, unde carcerem huius ope, patri postea conficit pessimè. Factum Anno quoque 1542; ut agenti tunc in Hispania Cæsati, Galliæ rex Franciscus, & Guilielmus Cliviæ Dux, inito inter se fædere, acre intulerint bellum, ut eò commodius terræ hæ Gallicano imperio possent subiici, quod provinciales status antea metuerant. Inde proximo statim anno, comitante ingenti exercitu, in has otas delatus Cæsar redux, & Ducatum ipsum & Ducem sibi subditum reddidit.

Vetus

Verum ne in graviora longè incideret mala , hoc tamen infausto Successu tamquam potenti hoste percusus Dux , magis se huic submittere studuit , ut Imperatorem penitus complacaret . Ideoque Anno 1543 conventus fuit in urbe hac Venloa , ubi Dux Iohan. Guilielmus Cato clo s. non tantum fidei subsecuta est ibidem inter utrumque certa pactio , ut Dux rationes omnes & iura , quæ in hasce Provincias quomodo cunque prætendebat , Imperatori pleno consilio cederet ; quod ipsum & Ordines Geldriæ , certis quibusdam legibus , in ipso pacti coniunctu expressis , suffragio suo comprobarunt : Ac sic demum Ducatus Geldriæ , Comitatusque Zutphaniæ , in Aulriacæ gentis , & Caloli s. Imper. , ceu legitimi Principis sūi , potestate reversæ sunt . Quare & Ordines utriusque Provinciæ anno Chr. 1549. communī consensu filium eius Philippum , in verūm utque legitimūm Principem suscepserunt , præstito ei solemnī fidelitatib⁹ & obsequi⁹ sacramento . Verūm quā pacta invertentur , & bellum insqueretur atrocissimum , quod aut huc durat , Venloenses quoque novis adfuso-

ad sociarunt tunc fœderatis. Proinde Anno 1586, Dux Parmensis, quum urbem Gravia in occupasset unà cum Magio & Battenburgo, statim ob si- dione cinxit hanc urbem, & totum adduxit huc exercitum: maximam tamen partem circa Stralam habuit, reliquam trans Mosam locando in præfectura Kesseliana. In obsessa hac urbe tunc se Martini Schenkii con- jur cōtinebat, & eius soror cum tota familia; sicut & Schenkius 700 ibi habebat præfidiarios; inde singulare specimen audaciæ suæ ostendebat hosti, ut noctu cum 100 equitibus invasionem faceret in castra eius, & propè ad Principis Parmensis castel- lam pervenisset, nisi diei & multitu- dini irruentium cedere coactus fuisset. Amisit circa 40 Equites, & ex frustaneo hoc conatu reversus est Wachtendunkium. Venloenses forti manu primitus quidem resiste- bant, insulam quoque in Mosa utbi proximam benè munitam reddebat: verum, quùm castello navalí eam expugnaret occuparetque simul, ci- vies animis confracti milites suos re- pulere à defensiōne, & quùm inci- perent cum Principe transigere, pror- sus resistentes eiecerunt. Ideoque 28

Iunij sub conditionibus certis urb: se ipsi dedidit ita, ut Schenkii coniux liberè quoque cum suis absque ulla violatione sit dimissa. Ac licet Princeps Auragnies sis Anno 1592 eam stratagemate aliquo recuperare studebat; tanien sors voto non respondit. Urb: quoque usque ad Annum 1602 dominium in praesidiarios gescerat; sed Archidux Aust. Albertus artificio-
so tum stratagemate fatis magno num-
ero peditum equitumque præsi-
dium suum augebat; unde non po-
tuere amplius resilire, ut nunc cum
reliquis in separatione Ducatus vi-
vant. Tancum quoque de his urbi-
bus Hanseaticis; nunc nobis ad Rhei-
num recurrentium erit.

C A P. III.

*De civitatibus Hanseaticis Gelriæ
ad Valhalim, item Hollandie
& Zelandie.*

P. Ost Coloniam potissimas in ha:
confœderationis Hansiacæ part
sustinet Noviomagum, quum no
tantum sit inferioris Gelriæ caput;
sed etiam urbs Imperialis, & tantæ
dignitatis, ut regia fuerit Batavorum
Sedes,

sedes, velut multa quis encomia pro-
 tinus complectitur, si saltem eius ef-
 fecerat nomen , ita palatio publico
 quoque Francorum regum nota fuit,
 inquit *Iun. in Bat. sa pag. 51.* qui ita
 simul in descriptione tam nobilis
 urbis *pag. 124, & 145.* sic pergit, ceu
 propter selectiora verba illum heic
 lubet loquenter parum introduce-
 re : Neomagum igitur, (ait) sive No-
 viomagum: (utranque enim scriptu-
 ram invenio in hoc nomine, quo ex-
 istisse & alia praesidiaria oppida , ut
 in itinere Argentoratum, Neomagum
 hodie V denheyim dictum, & alterum
 Noviomagum infra Augustam Tre-
 vitorum , & tertium Ingelheimium
 hac attate vocatum , Caroli Magni
 natalibus clarum, inter Ambianos &
 Suellioncs lego :) Batavorum caput
 sedesque regia omnium consensu
 ceditur: nam præterquam quod ve-
 ro sit simile, Batonem in dominice in-
 sulæ possessionem aditum, locum
 quo perfugium sibi pateret, extra in-
 sulam munivisse, sedemque princi-
 palis fortunæ constituisse, deinde Iu-
 lium quoque Cæs. praesidium illud
 sibi legisse, ac Romanos praesidiarum
 illic legione in adversum Germanos,
 continuisse, certo certius est, Palatio
 i i publice

266 R E V M P . H A N S .
publico Francorum Regum exortatione. Reginonis enim auctoritate si stabimus, Carolus cognomento Magnus Imp. triaregois suis palatia primaria constituit; Neomagum, Aquigranum, & Divodurum seu Theodonis Villam. Idem aediculam (quam Gerardus Neomagus Diis Manibus consecratam fuisse autummat, (quum fuerit monumentum Iulio Pudens filiusque heredibus factum) Christo Servatori solemnis religione dedicasse, arcem collabescentem reparasse, tamque editione tribunali, in quo capite ius dixerit, condecorasse meminatur. Vrbs vero ipsa situ atque opere primumita est, praedives, rerumque omnium affluens, qua Clivensem divudem propinquam respicit, in aquam collem assurgit, cum vetustissima atce, Inliano, ut vulgo creditur, opere, :qua parte nemorosis montibus & frequentibus fontium scatentibus amena regionis facies se aperit: diversa urbis ora in paludes depressior sedit; reliquum solum tumulo fermè perpetuo acclive est. Hanc ante annos trecentos vicenos, Guilhelmi Hollandiae Principem jam Cesarii tituli insigni donatum, tradunt Annales pignori. opposuisse Orthoni Geltio,

Geltio , cui certis nominibus gran-
dem pecuniam debebat , ea lege ut
nisi definito tempore representata
foret , jus deinceps omne Geltio po-
sterisque cederet. Huic natales suos
debuit Franciscus Craneveldius Ju-
risconsultus primi nominis , Mechlin-
us Praeses , scriptis illustris : d'heu &
Gerardus Falckenbergius Neomagus ,
juvenis eloquentiae & doctrinae om-
nigenae gloria cumulatissimus , qui
non ita pridem in obscurissimo ,
Nonni Dionysiacen opere , judicii
peracris & firmi periculum cum lau-
de adiit. Eandem patriam agnovit
& Gerardus Neomagus , vir non in-
doctus , quithapsodian Batavice hi-
storiæ consuit & publicavit : &c. Ha-
ctenus Junius. Quod vero ille à prin-
cipio induxit de hac utbe , quasi ea
regnititulo , sicut & pedis Imperii no-
mine insignit afuerit , certè non fru-
stra est. Etenim in eo consentiunt
historici , quod Carolus Magnus eam
unam è tribus in h[ab]e Provinciis
Imperii sedem constituerit , quarum
primaria quidem Aquisgrani , tertia
vero Divoduri , sive Theodosis Villæ ,
in terra Lucemburgensi est Quod vero
ad etymon attinet , Geldenhaurius opi-
di civis in historia sua Batavica pri-

868 R E R V M P. H A N S.
mum clus conditorem afferit Magum
fuisse, potentissimum Regem Gallo-
rum, & Ditis filium. qui de suo ip-
sius nomine Magam eam vocavet.
Sed venisse postea in has oras Bato-
nem Regem Cattorum, qui & am-
nitate situs & loci antiquitate del-
etatus, oppidum iusserit instaurari, &
pomerium eius proferri, ad eoque
triplici moenium ambitu circum-
vallari: atque ab hac instauratione
Noviomagum appellaverit, voce idē
prosus valente, quod istorum voca-
bulum *Nicumeghen*, vel moliori
pronunciatu *Nimmeghen* est.

Ad litinsuper, Hessium dicti Bato-
nis filium, excoluisse hoc oppidum
ut pote partiam suam, atque inde in-
ferioriem opidi partem, Montem Hel-
sium dici, denique constitutum fu-
sse communis Batavorum consensu, ut
haberetur pro urbe regia, & totius
terræ metropoli. Verum utcumque
se habentes, illud quidem aperiè
constat, urbem esse per antiquam, &
adiacere ei Rheni fluminis alveo, qui
Yahalis dicitur, vasto inibi, atque
multum profundo: distare porro ab
Ravenstenio duarum leucatum iti-
pere. Urbem equidem pulchram, po-
tentem, validam, ac non civibus mi-

nus quam opibus affluentem. quæ postquam patere cœpit genti Austriae, cives militiæ magis, quam pacis artibus prius intenti, Mercurio postea & Minervæ facti sunt consecranei. Etsi tamen nec vetustis temporibus deluerint urbi viri illustres, & scriptis clarissimi: inter quos Theodorus Bornius, Ioannes Henricius, & Ioannes Bronchorstius. Varia in hac urbe sunt templa & pietati dicata ædificia. Inter quæ insignis illa Collegiata, quam vocant, Ecclesia Divi Stephani protomartyris Neomagensis. Inter alia vero urbis ornamenta excellit potissimum antiquissima illa & pulcherrima arx, monti inædifica-
ta & supra reliquam urbem promi-
nens: quam conditam afferunt, vel
instauratam saltem ab Julio Cæsare,
finitimis urbi locis coërcendis ac
detegendis. Et profectò si verum
amamus, non temetè ullum in tota
hac Belgicâ locum invenias, qui vel
egregium magis vel ampliorem hoc
nostro reddat agrorum & fluminum,
item urbium atque pagorum prospe-
ctum. Inventa sunt in hac urbe &
suburbano tractu monumenta complutia veterum Romanorum, puta
quammi quam plurimi & sumptuo-

forum operum tumulorumque lapi-
des. quorum hoc: eque ad fatim in-
venitur.

Ioannes Falckenbergius civis Neo-
magensis, summus virtutum & anti-
quitatum estimator, domi suæ ad-
serbat unum & item alterum è nobil-
ibus hisce lapidibus, qui veterum
aliquot ducum aliorumque virorum
illustrium cículos. & etiæ præfe-
runt. Effodécunt præterea varias an-
tiquitates Romanas ad eam Vahalis
riam, in qua olim ceduntur egisse
ordinacia Romanorum præsidia. un-
dè & ipse locus ubi pœnè conti-
guus, hodieque Teutonico id est, Pes Ro-
manus, extantibus hac de re & lapi-
dibus, voces quædam latinas præ se-
ferentibus, & primariæ urbis portæ,
vulgo *Desselpoort*, insertis. Voces quas
dixi ecclesæ: Hic pes Romani Impe-
rii: hucusque ius Stauriæ. Ex quibus
nonnulli conantur colligere, Stau-
riam, non incelebre quondam & la-
tissimi territorii Fusæ opidum, No-
viomagum oīci appellasse. Sed refec-
ti etiam posset, amplissimum Stauriæ
territorium iurisdictionem suam
Noviomagum usque produxisse. In-
venerunt etiam annis superioribus

sub terra in cæmeterio ædis prædictæ
Divi Stephani lapidem quendam
prægrandem, muto ipsius cæmeterii è
regione crucis Iesu Christi hodie-
que insertum, cui vetustis admodum
Characteribus insculpti sunt isti ver-
siculi:

*Anno mileno postquam salus est da-
ta seculo*

*Centeno iuncto quinquageno quoque
quinto*

*Cæsar in orbe situs Fridericus, pa:is
amicus,*

*Lapsus confratrum vetus in nibilan-
te redactum*

*Artemitore pari reparavit opus No-
viomagi.*

*Iulius in primo tamen extitit cum
origo*

*Impar Pacifico reparatori Frede-
rico.*

Gaudet Neomagum titulo Vice-Co-
mitatus, estque feudum, & opidum
Sacri Romani Imperii. Cui sicut &
cæteris liberis urbibus, monetæ pro
arbitrarii cundendæ ius est. unde ne
appellatur istinc ad Cancellariam
Geldriæ, sed rectâ tenditur Aquisgra-
ni. Nec propterea tamen urbs Impe-
rio manet obnoxia: nisi quod solen-
tia quodam ritu, & velut in agnitio-

872 R E R V M P. H A N S.
nem immunitatis, mittat Aquitani
quotannis, idque per hominem cer-
tum, p[ro]p[ri]ete plenam chirothecam. At
Regi Philippo , quatenus Ducj Gel-
driæ, suum quoque in urbem hancce
imperium , suaque est jurisdictio,
quare & ipse cudi hic facit monetam
eadem , quâ in cæteris urkibus suis,
mixtura , eiusdem formæ & pretii.
In spiritualibus autem Noviomagium
subest Archiepiscopo Coloniensi. Est
hoc oppidum universi Ducatus sui
Metropolis , speciatim vero primi ac
præcipui eius quadrantis caput. Sub
quo continentur tum oppida , tum
territoria præfectorum sequentium.
& priu[m]o quidem Tila atque Bom-
meliæ, opida, muris circumdata: Ge-
nita autem, et si mœnibus careat, opi-
di tamen privilegiis & immunitati-
bus fruitur : territoria denique, sive
conventus juridici , sunt in primis
iliud Burchgravii, sive Vice-Comitis
Neomagensis: deinde vetò ea di-
cru[m] opidorum , Tilæ scilicet atque
Bommeliæ, unacum Insula Bomme-
liana, vulgo *Bommelerveerd*: atque
hinc porro conventus superioris &
inferioris Bethasie, vel, ut alii volunt
Bataviæ , vulgo *de Betuwre*: Postre-
mò territorium Interamneæ, id est
aget

ager Mosam & Vahalim interiectus. Coniunctum fuit Neomagum cum reliquâ principum Geldriæ ditione. Anno Christi 1248. idque hoc pacto: mutuaverat Otho Secundus Geldriæ Princeps Romanorum Regi Guilielmo marcas semel & vicies mille argentiputi, eâquidem conditione, ut nisi intra constitutum tempus restituatur idipsum argentum, opidum Neomagum Othoni ac ditioni eius accederet: quod pactum amplioribus postea conditionibus approbavit Romanorum Rex Rodolphus. Quoniam itaque vel principum eorumdem incuria vel & impotentia forsitan, factum est, ut pecunia illa non fuerit reddita, coaluit iste status, certis quibusdam pactis, cum hoc ipso Ducatu.

Neque verò hic prætereundum est, quo tempore prodiit altera operis huius editio, post diutinas preces & gravissimas interpellationes, conclusum tandem, & speciali quodam privilegio certisque conditionibus, Regio nomine, concessum fuisse auctori Thomæ Gramajo, viro quo vis honore & præmio digno, ut fieri posset, ibide ab urbe Neomago, usque ad Leucæ quadragesimam propè Arnheim.

mium, fossa quædam amplissima, & ab altero Rheni cornu usque ad alterum pertinens, at intra aggeres tamen, quos iugis de caussis nolunt perfungi. quod spatium erit duatum leucorum maiorum, bis mille & octingentas perticas, quarum singulis sedecim huius mensuræ pedes respondeat, complectentium ita, ut magnitudo quidem nobili illi Drusianæ, supra ad alteram fluminis ripam nobis descriptæ, fossa ista non multum sit concessura. Opus revera heroicum, & in magnam utriusque opidi & fiduciarum locorum comoditatem cessum! quod tamen non propositum modo aliâs atque discussum, sed peculiariter etiam privilegio huic tractui fuit indulsum, ab Henrico Augusto, eius nominis septimo, ante annos præter propter ducentos & septuaginta.

Leucæ unius itinere Noviomago distat pagus Groesbeca, undè cognomen dicit nobilissima gens Groesbequia, loci ipsius domina, è quâ genitnatus est Gerardus ille Groesbequius, Antistes Leodicensis, cuius fusior alibi cum honore & laude fit mentio.

Duabus circiter Noviomago leuis, inter Mosam & Vahalim situ

est Crancburgium, opidulum quidem
exiguum, at Collegiatâ tamen ut
vocant Ecclesiâ nobile: unde natus
Theodorus Pulianus, vir litteratissi-
mus, qui conquisit is undique sum-
mâ cum diligentia, nec minori anni-
corum operâ atque imensa libris ca-
rabo exaratis, omnes ferè Poëcas La-
tinos, magnâ suâ cum laude & pu-
blicâ omnium gratiâ, castigavit &
emendavit.

Neomagiensibus verò quanta fue-
rit gloria ab antiquis usque seculis
pater, nec sequius illis quid foret
detrahendum, nisi laudem suam
facto illo p̄copulioso ad Annum
1455, quo Adolphus Egniondanus
Dux eorum impietate summa contra
parentem se deformavit, non nihil
obscurassent. Namque collusionem
cum instituerunt, ut eorum ope ar-
mata Grævæ noctu parentem in cu-
biculo seminudum cæperit, & nuda-
tis pedibus usque Bueram in carce-
rem 6 annorum abripuerit. Nec faci-
lē flecti potuerunt, quum revocaren-
tur ad iunus, nisi tandem devicti
à Carolo Burgundo, ubi vix vitam
parti sunt, intercedente pro i's Io-
hanne Clivix Duce, velut & But-
gundo urbem intrante, viri fœnus
que

que omnes in genua cadentes , gratiā , ne diriperentur , altis vocibus rogarunt ; quod tandem à proceribus simul exoratus hac conditione admissit , ut solverent Iuliacēnum Duci 80000 aureorum florinorum . Posthac quūm , occupatis reliquis urbibus omnibus , ab Ordinibus cunctis receptus esset pro Duce , provinciale Geldrijs concilium dedit , cui Cancellarius præsideret , quemadmodum idem usque in hodiernum diem Arnhemii exercetur . Et quamvis hæc urbs in generali illa mutatione & defectione Belgii se 90 civitatibus , quæ Henrico I V Galliæ Regi se in subiectionem Anno 1584 offerebant , adficiasset ; tamen , capto ex insidiis Ducumboscho in vicinia , ex meo partim , & partim ex supplantatione Martini Schenkii se Principi Parmenti in dicionem contrarii sociis dererunt . Verūm quum posteà Schenkium facti statim pœnitent , & roses urbem , ad alteram concedendo partem , stratagemate iterum libecate ex manu Hispanorum cum Comite Moers studeret Anno 1585 , tandem Anno 1588 forte in impressionem aut explosionem urbi huic noctu saeditatus est : ac licet iam occupassent

fent S. Antonii portam & domum
hunc proximam ; tamen quām pro-
pter matutinam lucem non posset
ulterius perficere suscepimus, & mili-
tes nimis acriter ex ædibus repelle-
rentur , qui cumulatim naviculam
eam , ex qua Schenkius opinia diti-
gebat, desuper saliebant , factum est,
ut ille armatus & minus ad natan-
dum aptus, cum plumis submergere-
tur. Neomagenses ex hoc periculo
liberati, in flumine undique conqui-
cebant spolia , & , quām inter alia
quoque hunc Schenkium inveni-
rent ; cadaver eius nimium rigorosè
in 4 dissecarunt partes , & caput ad
S. Antonii portam spectaculo affixe-
runt ; ex quo imprudenti facto in-
gentem suis civibus conciliarunt cla-
dem, qui passim cædebantur ex huius
rei odio. Vnde recollegere dissectas
partes & articulâ inclusas in turri que
depositas conservarunt ; ubi postea
mutilatum cadaver Princeps Au-
rag. invenit , quām *Anno 1592* ut-
bem per deditio nem occupasset, at-
que illud honestissimè in sepulchrū
Ducuin Geldrensum ad altaret tem-
pli magni reponier curavit. Deditit
autem se tunc urbs 21 Octobr. , ut
ex eo tempore membrum præci-
puum

puum sit unitarum provinciarum, iuxta ea pacta , quæ per consula confecta fuerent. Quamvis autem hæc urbs varias pertulerit vices ; tamen sedulò partes suas in fœderis Hanseatico cum suis addicatis sociis conservavit. Ac quoties convocationis hodiè fit in communibus sedentis Hanseatici negotiis, litteræ citationis ad eam cum articulis & materia de liberandamittuntur , ut cō maturius cum reliquis huius Provinciæ civitatibus sociis communicare talia, & de rebus necessariis cōm iisdem in tempore deliberare , atque utilia monere queat. Quod si etiam hinc in locis quid tractandum aut confiendum sit , quod ad corporis Hanseatici respectum & utilitatem faciat , huic commititur urbi ; veluti memini , id aliquoties ante paucos adhuc annos factum esse, quod etiam fideliter præstít. Etenim quin caput sit inferioris huius Geldriæ , & totius tractus , in quo reliquæ sūt sunt urbes Hanseaticæ , vicario officio quoque post Coloniensis id præstat , quod in usum civitatum Hanseaticarum communisque eiuscommercii , quoties ad hoc postulatur , cernere videt. Autamen egregiè quo-

que

que & candidè explicat , quæ scilicet
præiudicium unitis queant parere
Provinciis. Etenim memini , magi-
statum huius urbis Anno 1623 tale
responsum dedisse Hanseaticis , quod
ea saltem curare posset , quæ non
confœderatis Belgis quid afferrent.
præiudicii ; unde & in reliquis se
excusatum haberi voluit. Quippe
confœderatum Belgum , parem ra-
tione habet cum Hanseaticis , nisi
quod corpus Hansæ dispersum sua ex
tot diuersis regionibus recolligat
membra , quæ heic in consolidata
universitate communita cum inte-
gris habentur nervorum foventur
que virium connexitatibus , ut i suo
loco in comparatione utriusque cor-
poris id tunc plenius pronata occa-
sione explicabimus , quum temporis
ratio tale quid minus iam admittat.

Proinde nunc nos ad Tielam op-
pidum Hanseaticum convertemus :
sed priusquam buc progrediamur
pauca quædam de nominibus Rheni
fluvii heic variantibus & eius cursu
notanda veniunt , ut eo rectius
situs reliquatum civitatum Hanseati-
carum , quæ in sequentibus enumera-
tandæ manent , percipi queant. Rhe-
nus igitur , infra Embricam ad acum
five .

sive cornu iofulæ Batavicæ, ut olim dicta fuit, ubi in ipso frontispi-
cio munimentum fortissimum Schen-
kianum positum est, in duo se exten-
dit brachia, unum ad dexterum,
quod & septentrio[n]ale dicitur, alte-
rum ad sinistrum latus, quod me-
dionale faciunt. Dextrum vero qui-
do fluvium suum exporrigit versu[m]
Arenacum, jux[us] nunc ut[er] Arnhæ-
mia est, priusquam eò deveniat, re-
tunditur ibiquasi ad cornu, ubi ex-
tructum hodiè est castellum, quod
Iselort dicunt, quum ibi Drusus
olim alta fossa circumflexionem Rhe-
no constituerit novo molimine, &
docuerit eum novum adsumere te-
cursum, ut sic tertium sortiretur bra-
chium, quod in aliud inde flumen
amplius cursu protendit, atque si vel
novum nomen Iselæ amabis, qui
ex Westphaliæ ducatu per flexuosum
decursum apud Boeckholdium &
Dodechemium profluens ad Doel-
burgum brachium tertium Rheni,
per Drusi fossam ingentem eousque
deductū excipit, & postea Bronchor-
stium pergens ulterius ambiage fe-
xuosa versus Zutphaniam defluit, do-
nec se in sinus Austrium aut sic-
cum Australē apud Campiam, sive

Cast.

Campaniam, ubi eum similiter Hansæ
 effundat. Dextrum verò iterum Rhe-
 ni brachium, ceu meritò à Scherkii
 munimento usque ad Drusianæ fos-
 sat inchoamentum vocatur, & hinc
 omni jure fit Medium, versus Arn-
 hæmum dimidiati fluminis undas
 se explicans primum, & mox Wag-
 ningam inclinans rursus, arque infra
 Rhenam oppidum ex incurvatione se
 rursus attollens, post formatum spa-
 cium molis Drusicæ ad Durostadium
 exiguo & humili alveo se à pleno
 fluvio (cui nomen Leccæ tunc
 à prisco amne additur) separari sinit,
 proprium nomen Rheni retinet, at-
 que hinc Traiectum, eo irrigando,
 Wordam, quod Cluvius in lib. de trib.
 Ost. Rhen. cap. 6. Wordam facit, Ley-
 dataque devicitur, Cattwigiumque
 tangens maris excusum appetit,
 quam cuius violentiam iterum ibi
 ad tumulos Arenarum, quos vulgo
 de Dunen accolæ vocant, obstruendo
 ostio amiserit, quævis ipsi quoque
 propè Durostadium adierpta est.
 Namque illic civilis Batavus suis
 olim temporibus circa annum i.e. post
 quam Paullinus Pompeius sub Nero-
 ne inferioris Germaniæ Proprætor
 aggerem Drusi perfecisset, rebellias

Romanis novum alveum, in quem mole Drusianâ dirutâ, Rhenus se effunderet, excavari curavit, ut in constrictiori Insula Batavica contra Romanorum insecutionem attrocitem tutus esset: veluti quoque hoc facto prestitit, ut Rhenus medianam Insulam perforatam redderet. Inde Rhenus (*cen rectè aut huc in Bat. pag. 54.*) inutato nomine Lecca dici incipit ad Ductostadium, quondam rivulus tenuis è fonte suo Rheno aquas trahens, elici potius cognomento tunc dicendus, (nec enim aliud vox ipsa sonat) at nunc revera è rivo fluviis factus, genitorei suum aquatum pabulo (ut ita loquar) intervertit, & ad se transstulit ac super illum animos extulit, navium patiens, præ illo arido aque exsucce; quod detrimentum incuruisse Rhenum, & Elici suo cedere coactum, fama referit ad octingentesimum & sexagesimum annum, strage arbustorum infame: Annalium monumentum quadrigentesimo abhinc anno illud incommodum diluvio, quo universa prope Hollandia pelagi faciem repræparat, imputant & acceptum scrunturque tempestate Rheni obtutamentum incidisse & Leccæ alveum latè

se extendisse scribunt. Difficile est iudicium in tanto seculorum decursu; itaque arbitrii incertus nihil desinio. Sic alveum illi suffuratus, Traiectoque iniurius Lecca, Culenburgum prævehitut, trifidum oppidum: Exinde Vianam, præterlabitur, calamitosa Brededoris stirpis fama nuper inlytam: postea decurrit Schoonhoviam, cui oppido nomen factum ab hortorum & pomorum pulchritudine: demum in Nervam auctam prusquam Mosæ nomen induat, se effundat. Iam vero è regione Vianæ modo nominatur, ducta est post obstructum Rhenum suum à Traiectensibus magno impendio fossa perpetua cimmitatione habens in Leccam, per quam luctibus, scaphis, minoribusque navibus important aut exportant merces suas: quæ initium est & fons iste, ex ea namque quantumvis vadosa fossa, & aquarum inopi, hic annis nascitur, tenuiorum primumque oppidum ad Iselsteynum, cui fenerat nomen suum hereditarium ornatum ac Dominum inclitæ domus Iselsteyniæ, quæ nostro anno Clarissimos duos Heras & Comites, Fiorenium & Maximil. anum, illam Fabii cuncta-

334 R E R V M P. H A N S.
coris, hunc Achillis, æmulos tulit:
inde Monfortium, à Traiect:nis Pra-
fulibus conditum, castellum in bel-
li usum, nunc pacis & otii decorè
latius: hinc Oudewateram oppidi-
lum quæstuosum, Restion: & Sch:z-
noplocorum genti officinam, decur-
rit: Exinde advenis aquis auctus Gou-
dam, non suo tantum nomine ab-
team, sed cum suis copiis, tum por-
tu opportuno opulentam perlabitur:
denique cum aquis nomen in Mesa
amittit.

Tertium autem Rheni brachium
ex primo usque divertio ad laxam
statim, ubi versus Mosam inclinat
incipit, nomen suum eo ipso flere
perdit, & Vahalis dicitur. Appella-
tio autem unde huic Rheni brachio
fit, licet adeo sit dubium, ut ipse Clu-
verius quideceti affirmare voleatur:
tamen non incongrua loqui videtur:
Zanias in Bat. sua pag. 58. quando i
subtrusso colore atenæ, quo tingitur,
nomen ipsi inditum putat, quem in-
kolæ & Germani passum Vael ceu Va-
lium, pronunciant; cui effectus quo-
que facile talis annexitur, qui accu-
ratam exigat vigilantiam, quam re-
pletus annis nimis imbris & a-
quis impetuosis usq; exsurgere queat,

ut aggeres & rura omnia ex intumescientia eius veluti contremiscant, & concussa vacillent. Vnde reparatio aut cura provida ipsa docet incolas, quid *VVagen* aut *VVachen* pro danno avertendo sit. Sed sinister hic alvetus, cognomento *Vahalis*, *Noviomagum* post duas incurvationes suas tangit, ut supra dictum est: inde tres ubi confecit sinuosos decursus ad ipsum cornu, quando ad primum attactum *Mosæ* vergere incipit versus munimentum *S. Andräanum* à dextro latere, alluit *Thielam* urbem Hanseaticam, & ubi tetigitum *Mosam*, convertit se iterum per aliquot flexus ad *Bommeliam* urbem itidem Hanseaticam in ultima *Geldriæ* parte, & nomen iam dictum tunc perfert usq; ad arcem *Lovostenyiu[m]*, in apice Insulae *Bonnuelianæ* sicuti, ubi non procul à *Woricomio* *Mosam* accipit.

Namq; ibi à pago *Bochovio* manibus quondam mortalium fossa egesta fuit, ut docet *Cluv. pag. 36. d. l.*, quæ *Mosæ* pariter aquas in *Vahalis* flumen invexit cum nomine, quod etiam nunc durat sub cognomento novi *Mosæ*. Mox apud *Goricomiu[m]* copiosum oppidum *Lingæ* amnis, incredibili bonitate segnis, incremen-

zo auctus, Merovæ nomen quoque
 excipit, ut simul sic quasi novus Mo-
 sa, iuxta Cluverium; ubi arx tamen
 Merovæorum (quæ regia Francorum
 Stirps fuit) à sinistra parte validis
 muris fluvio cœn gutans imminet
 ex insula sua oblonga, cuius margi-
 nem levam lacus sive paludes qua-
 riunt Gertrudebergam inter & Dor-
 dracum sparsæ; intercedentibus ta-
 men parvulis quibusdam insulis pri-
 stinæ continentis terræ reliquiis;
 quas ubi præterierit cum novo co-
 gnomento in orientem nonnihil se
 convertens, ad fossam usque quæ ab-
 Iuto pago Hollandiæ Ablasserdamo,
 Leccæ flumini miscetur ad Crimpe-
 num, & priusquam Roterodatum
 attingat, Iselam quasi surculum Rhe-
 ni ex Lecca prope Vianam usque ex-
 ortum recipit, & Iselmundam Me-
 rodani Dynastæ dominium (cui no-
 men dedit os Iselæ præterfluens, sub
 Roterdamo Mosa iterum appellari
 incipit; donec inter duos insulare
 pagos Putte & Pottegaliū Vahalis no-
 men tuisus obtineat; quod nomē ser-
 vat, donec inter Geroflitū & Flardin-
 gam Mosæ flumini misceatur, cuius
 hinc immenso ore, Brielam piscato-
 rum alccariæ negotiationis præci-

puam sedem à lœva prætercurrentis, in Oceanum mox effunditur. Ad Gerofl̄iam igitur olim, quum adhuc terra esset solida, fuisse Mosæ Vahalique confluentes, certum est; *cit Cluv. pag. 37.* non verò ad Voricomium oppidum sive arctum Lovensteynium. In de quoque toties mutatis vicibus Rhenus Mosæ, Vahalique nomen induit, & adoptivarum aquarum iniurias tot perferre coactus est.

Explicatis igitur istis Rheni tractibus, cum cognominibus eius, facilè constabit cuiusq; civitatis Hansaticæ in hisce terris positus, quum plurimæ heic concurrant. Etenim à Neomagio si versus Botmeliam ad Vahalem Rheni traxit iter in dextra parte suscipiatur, occurrit operibus munitissima urbs Tilæa, sive Tiela ut in Privilegio Ottonis Magni *Anno 972.* Magdeburg. concessò nominatur; que à Bomelia duobus leucis, à munimento verò S. Andreano ad dimidiari tantæ distantiæ partem abiungitur. Tantæ fuit pridem fortitudinis quum in loco undique benè septo situm sit, ut *Anno 1528.* à Burgundis obsessa, non modo acrem eam imperuositatē fortiter sustinuerit; sed etiam cum laude ab illa se libera-

verit. Habet quoque imperium sive jurisdictionem in territorium, quod se inter Butam oppidum stativum olim Antonini & Vahalim ultra Bohemiam extendit; unde & ab ipsius urbe nonien retinet, & vulgo Tiler. uveerd vocatur. Quod urbis huius magna sit antiquitas, & quod per ceteris Germania x inferioris maximè floruerit in commerciis, id patet satis quido ex privilegio Ottonis I. Magd. concessso, ubi Batdovico, Colonæ & Moguntiæ aequalis censetur in libertate commerciorum; ut metu dunc dolendum sit, quod iam non eiusdem fiant nomen habeat.

Hinc autem pergitur cum fluminis cursu Bohemiam, ad sinistram cum Neomagio Vahalis ripam locum suum habentem, & à Butâ duabus miliaribus abiunctam. Est illa caput & Metropol.s insula quam inter se Rhenus & Mosa intercludendo efficiunt, Ampla elegansque certè & aedificiis sat commodis extorta est, quam etiam natura ipsa munivisse videtur, quum nullatenus cuniculis ullis aut subterraneis fossis subagitati queat; sicut etiam ab ipsis aquis cetera effusione defenditur. Sunt qui putant eam insulam propriè Batavo-

rum à Cæsare vocari; sed alii talem
 plane reiiciunt opinionem. Vulgo
 autem Bommelwerda appellatur, &
 pagos continet quam plurimos. An.
 1599. nonnihil ferventius hunc si-
 tum loci ambire cœperunt Hispani,
 ut eò rectius utrumque flumen ibi
 occupare & in suam potestatem re-
 digere possent. Ideoque prius Kesse-
 liam ad Mosam plurimas naviculas
 convehi curabant, post 4. Maij ple-
 no imperio Insulam obruerunt. Ve-
 rum quum Princeps Auragn. Mauri-
 tius in tempore Bommelianis succur-
 rere, nil obtainere potuere Hispani,
 nisi quod totum æstivum tempus ibi
 frustæ consumperint non sine im-
 mensis sumptibus; velut etiam è
 contra Dn. Statici unitarum provin-
 ciarum adeò accuratam huic rei
 impendebant operas, ut aliquot ex
 eorum numero ibi viverent, & 280
 navibus, 379 curtibus, 356 equis co-
 tidiè uterentur, quibus necessaria
 ad singula inomenta procurarent, ut
 ultra 120000 flor. summa ibi con-
 sumpta perhibetur. Quippe vide-
 bant, se fulctum status in eo non re-
 stius conservare potuisse, inde nun-
 quam defatigati in adsiduo labore &
 sumptu faciendo videabantur. Nec

minor erat vigilantia Princip. Maur., qui semper optimam quoque Tilz curam gerebat, ut transcursum Wahlt versus eum locum, quem unice intendebant Hispani, iis impeditus unde coacti sunt ex obsidione cedere, & mansit urbs haec splendida Hassia in statu libero, atque suis addictis confederatis, quibus tantam fidem addixerat connexionem.

Quum in actis Hanseaticis quoque Dordracum sive Durdrechtum, ut vulgo loquuntur, invenerim, ut haec ceu principalis & Hollandiae antiquo usque Metropolis certè præteriti nequit. Nomen huic urbi Dureto quodam & Teutonica vocata Drecht; quæ, ut existimat Junius hist. Bat. pag. 246, Latinis forum, ab eo, quod ibi varia adferantur vel comportentur, dictum putat; quavis alii, ut *in seq. cap. ad vocem Vtred* notabimus, pro Traiectu habeant, quum tamen quoad ferendi & portandi internam significationem ea eodem recidat, impositum esse adserant; quasi dicas Forum Dureti, itidem ut forum Sempronii, Comelli, Iulii, &c. Est autem urbs huius provinciæ per vetustatem ipso Merval. Rheni Mosæque conjunctæ sita.

Quæsi

Quum ibi commixtio sit 4 fluviorum, non desunt, qui 4 eam adiacere fluminibus affirmarint, ut monet distichon illud, quod ingredienti eam urbem Anno 1549 Philippo Hispaniæ regi honoris & gratulationis ergo compositum fuit:

*Me Mosa & VValis cum Lingâ Mer-
vague cingunt:*

*Eternam Batava Virginis ecca
fidem.*

Ex aquis vero his Anno 1421 exstuante Oceano & stagnante hæc flumina, redacta est hæc urbs cum particula terræ in insulam, ubi undarum gurges omnes simul vicinos cum plus centum hominum millibus absorberet pagos, quorum numerus 72 refertur. Urbs hæc à Gauda s. & Ultraiecto 7. milliaribus distat, & est pulchra, dives, potens amplisque & magnificis ædificiis exornata, in qua olim Comites inaugutari solebant, qui tanquam caput Provinciæ eam amplissimis hoc nomine donatunt privilegiis: velut inter alia, ut sit asylum ac tutum quoddam perfugium iis, qui violentiæ creditorum oppressi, nomina sua nequeunt expedire, ac inde à carcere & arctiore vinculosibi mercunt: his licetū est in hanc se recipere

392 R E R V M P. H A N S.
cipere urbem , inibique tantisper li-
berè agere ; donec cum creditoribus
transigeré possint : Sic & ius cuđendi
monetam habet. Atque quum eo-
rum omnium , quæ in annonæ rei-
que alimentariæ usum venire atque
expediti possint , locuples quoddam
penu sit , fluminibus , vadoso mari ,
stagnisque incredibilem piscium vo-
lucrumque facturam & copiam sub-
ministrantibus , præ cunctis aliis ipse
jus stapulæ appositum est : tuni-
am ob copiosam opulentiam . Vit
etenim alia urbs in toto Hollandia
tractu , præter Amstelodamum , quæ
nuperimis annis usque adeò ex di-
vitiis ultimæ terræ Indicæ accevit ,
ubi magnificentiora & Venetianorum
fermè tñula ædificia , quæ cœlum
propè (ut dicit solet) culminibus se-
riunt : hypogæa & cellæ vinariæ nun-
quam solem nocturnam vè Lutæ fa-
cem admissura , arcuato opere forni-
cata sunt . Est præterea in hac urb :
Emporium vel stapula vini Rheneo-
sis : item grani , & frugum , quæ in
Geldria , Clivia , Iuliacensi ditione ,
aliisque Provinciis libertim afferu-
tur , ut sic non uba de cauffa merci-
moniis tot floreat , siue amplius
simul & civibus frequens . Ideoque

ut se in tali statu fundamentali conservet, ius Stapulæ sibi disputari non sinit; sed si quid controversum & in eo litigiosum iphi moveatur, firmissimis acietibus, totisque viribus nervum & adamantinum ipsius reipub. clavum urget. velut olim quoque Carolus Imperator arbiter & disceptator causæ eorum fuit, quum tale ius ipsis impugnatetur a vicinis. De Stapula jure, quid sit, supra in parte antecedenti Cap. 20. pag. 557. & seqq. actum est, ubi monimus, quomo^do Hanseaticæ civitates sibi id proprium fecerint, ut Germani queque hoc quasi genuinum suis adsumserint commerciis. Quum vero altiori origine id describat Junius in Bat. p. 248, ipsius etiam mentem pro majori elucidatione rei ex eiusdem verbis adducere libet: Stapula autem (ait) vox barbara, & Latinis auribus avia, pure puteque Gallicæ originis creditur, qua significetur privilegium beneficiariæ utbi collatum, fitendi & ab instituto cursu retrahendi merces exoticas, quas negotiator importat, ut nimirum eo loco stabulentur, (si ad vocis originem allude te licet) ac conquiescant, quo vendum profituantur quavis tandem condi-

§94 R E R V M P. H A N S.
conditione nisi damnosam vendit lo-
nem causatus, vel meliorem aliund
lucri auram olfaciens institor rector
vè malit recurrere, unde venerat &
ubi domicilium habet : Quod illi
integrum est & liberè facete licet, et
iam non persoluto statu portatio
Quod si emptæ illic merces aliò de-
vehendæ veniant, haud temerè in a-
lia quam populatia navigia merces
recondi patitur civitatis ius. Simile
exemplum Stapulæ obtinet Arreba-
tum civitas in vina Francica, quæ
plaustris importantur . Middelburgo
quoque idem ius in vina Hispanie-
sia, Lusitanica & Gallicana conce-
sum est. At Durdrechtum non in
num genus, vina nimis Germa-
ca, quæ secundo Rheno Mosquæ
deportantur ; sed in cerealia etiam
quæcunque semina & lignorum ar-
borumque fructus, & si quæ sunt alii
illius generis merces vectoriis navi-
giis è Gelris Cliviisque convehi lo-
litæ, ius suum extendit. Alii quoque
Stapel à Stapel holtz, quod lignorum
fructus seu accervum significat, des-
vant; ut Scapelen sic merces in uno
fructu seu accervu congerere. Sed
iustis huius naturam, & quæ privili-
giæ propriè exprimat, superius sat
dicit

dicto loco explicavimus, quod iis
locis maxime accommodari debet,
quibus quasi regale à Principe supre-
mo regni concessum est, ut abusus e-
ius, in quem ab iniquis supplanta-
toribus abrupti solet, maxime prohi-
beatur. Quantas enim inconveni-
tates subdit: & populis totius regni
ac imperii talis abusus creare possit,
vix quis credat, qui non interna eius
rci arcana intelligit. Ipsas enervat vi-
res regni, & perniciem causat incau-
to magistratui. Ideoque Belgis hodiè
profundissimo est arcano adiō, ut om-
nes illos pro hostib: status sui ha-
beant, qui petulantius talia flagella-
te student. Sed de his alibi: Dur-
drechtum vctō quando à continente
terra sit avulsum (ut supra indica-
tum est) id expressit *Had. Inn.* ele-
ganti disticho hoc, annum denotare.

DurdreChto In CVbVit Vis atrox

In CIta Vent:s,

Vrb: qVad: sIIVIt protInVs bav-
fia Merl.

Causa tam immensæ calamitatis
ex publica fama rustico alicui impu-
tantur, qui vicini rebus invidens ex
immitia, fundum illius aggeri ma-
ritimo subiectum eluitione matis
abolere, aut saltē corrumperē co-
gitā-

gitat, ignarus securitatem, post semel mare adm̄sum , aggeris perruptio-
nem, multoq̄e minus totalem terra-
rum submersionem. Itaque pessimo
consilio pessimum perniciei facinus
adiunxit. Fertur enim, effodiisse scro-
bem, per quam, ceu colloquias, man
exstiens , in fundum prædictum
corrivaretur , cuius impetus , quin
nulla ope humana sisti iam amplius
posset , latissimam terrarum homi-
numque stragem edid. t. Anno 1571
prima ea ut̄s Hollandiæ fuit , quæ
post captam Brielam , Duci Albaco
se subduxit ; unde etiam primum ad-
huc , quod alias quoque ipsi compe-
rebat, votum inter unitas Hollandiæ
civitates in publicis obtinet, & quasi
directorium gerit , cui Delphum
mox adsoiciavit.

Briela Insulæ Toxandrorum (si
Cluverio fides sit constat) à sinistra
parte Mosæ , ubi in Oceanum Ger-
manicum se exonerat , unica ut̄s
propè est, proximata tamen ab ea Ger-
vlitum : Et vocatur Insula hæc Vor-
na Hollandiæ. Brielæ autem à spa-
cioso liberoque alveo nomen videtur
inditum , quo loco navale prælium
inter Civilem Batavum & Roma-
num classem tentatum ; sed a quo

Mare

Marte diremptum fuisse coniecantur.
 Nomen non abludit ab Helio Plinii,
 ait *Iun. in Bat.* p. 296, ut fortassis ob
 latitudinem ostii, Brchiela, tan-
 quam latos Helius, vulgari voce cor-
 rupta appellatum sit. Oppidum istud.
 cum Geerulito mediorum fortuna uti-
 tur, quum plazique incolæ pescato-
 res sint, qui è mari v:ctum quaeri-
 tent. Ingens raimen cœlogravitas est:
 in ea Insula ob maris viciniam; unde
 magna & anniversaria morborum:
 materia pullulat. Ager alioqui pro-
 bissum fert triticum, ita, ut com-
 mune hoc habeat cum Sardinia, de-
 qua eadem pestiferi aëris, & terræ:
 fœcundæ conditio prædicatur. Ter-
 ram antehac talem non habuisse fa-
 ciem, facile ex Cæfaris & Taciti scri-
 ptis colligi potest; sicut nec Plinius.
 illas heic recenset Insulas: scilicet
 quia nullæ vetæ erant insulæ, sed
 continens terra, situariis saltem ac
 fossis distincta, ut ait *Cluv. diff. l. p.*
 15, quibus æstus exciperentur, nec
 agros satni præparatos superfluerent.
 Hinc verò postea factum, ut Ocea-
 nus Germanicus, quum in totum
 Germaniæ litus vehementius ir-
 rueret, facile etiam hoc solum latic:
 atque altis fretis disperget. Vclvnt.

quoque communis vox populi id indicat, quod de Flevis aut Vlietis habetur. Quippe vocabulum hoc *Vlet* aut *Flet* (ceu incolis huius regionis F. & V. idem sonat plurimum) nihil aliud significat ipsorum lingua, quam quod Latini æstuaria appellant, sive fluxus maris. Quoties enim mare accedente æstu in terras se recipit, easque operit, & (ut verbis utar Melæ) campos implet, vulgaris lingua id dicit, *Fleat*, id est, maris æstus increscit. Inde Flevum quoque originem ducere, & campos inde fuisse completos, ac fluitasse, atque insula paulatim crevisse vastitatem illam (quam hodiè videmus) sinus Batavici, absimpto immenso terrarum spacio, intelligimus. Vocem quoque hanc *Vlet*, cum marinis undis, cum maritimis oppidis ac pagis affixam passim in hac regione reperias. Undis, ut inter duas Hollandiæ Insulas, quæ uno eodeinque vocabulo *Voorn* appellantur, ubi Euripus ille *Harinckvliet* vocatur; & in lacu seu sinu Batavico, iam dicto. Sic & in Insula *Voorn* altera urbs *Gerrvliet*, Zelandiaque *Biervliet* est, &c.

Briel autem quium Mosæ & Rheni ostium conservaret, atq[ue] prævale-

ret in p̄ficatione halecum aliisque
genetis, inde Hanseatico fœderi, pr̄-
fertim ab hac parte, ubi Coloniense
fœdus ita sanctè celebratum sicut, ne
piratarum vis gravior commercia
supprimeret, eius cives se dedidere, ut
ibi concussum esset navium, & eadem
securitas inde prestari posset navi-
gantibus, quæ loci receptorū caperet.
Situs ipse facilè demonstrat commo-
ditates, quæ in commercia non so-
lum, sed etiam in defensionis usum
conveti valeant. Exemplum nobis-
Iohan. Comes Marchiæ, qui & Dy-
nasta Lumæius, ex superioribus exhibet
temporibus. An non etenim ille,
quum ex Anglia cum suis sociis ex-
territibus, quos contumelioso titulo
Gausen Hispani tum vocabant, à Re-
gina ad instantiam Ducis Albani e-
iiceretur, quā ex desperatione hanc
urbem primus elegit, & insulam, ut
ibi sibi scđem defensionis tanquam
profugi figerent? Exigua erant initia,
quā occupationēa ibi anno 1571.
ip̄s Calend. April. tentarent, quæ in-
tantum excreverunt successum, ut
prefectō (a. t. Giacciard in Holland.).
in multis annos non tantum ipsi Re-
gi luctuosum, sed & Belgicæ uni-
versitatem gravissimum calamitatum.

fuerit principium. Desciverunt enim paulò post simul Flissinga, Dordtacum, Enckhusa, Goricum & alia quædam oppida, dum Comes Montanus alter Zutphaniam, Dotechum, Doesburgum, Goor, Oldenzielam, Hattenum, Elborgum, & Hatdervicū, nec minus Swollam, Campos, Hassel-dium & Steynwigium occupabat.

Anno 1572. Et quum Gubernator Hispan. Comes de Bassu ad Brielandum classe navali sua confundetur, dissipaturque, navibus propè omnibus exstis, universa rerum & Status mutatio inde exordium sum-fit, quæ hortenda in primis bella & extremas quasque miseriae secum traxit, prout speciatim ex Meterano aliisque talia colligi poterunt, dum non paululum ad Zelandiam interea propter duas civitates Hansæ Zirick-sæam & Middelburgum convergat paucis cogimus.

Ziricæa urbs est in insula Zelandia Schavia five Scaldia (à Scaldi fluvio propter vicinitatem ita dicta) versus Austrum sita, quæ omnium utrius universi Comitatus Zelandici antiquissima habetur, ut quam conditam narrant annales *Anno Chr. 849.* ab illustri quodam viro Ziringo sive

Sirio.

Siringue , uti ab aliis vocatur : Ita quoq; ex auctoris sui nomine adhuc claret. Fuit olim & fama simul & commerciis nobilissima, adeoque insignis & magni momenti res ; quod pulcherrimum nempe & valde a mercatoribus frequentatum haberet portum : quem quùm obstruxisset postea arenisque opplevisset Oceanus, maximum quidem civitati infligit vulnus : sed non adeò tamen lethale, quin & mœnibus hodiè munita , & cum domibus satis concinnis, tum & publicis ædificiis mediocriter sic exculta. Vnde Zelandiæ quidem universim acceptæ , secundum demum est oppidum ; sed Orientalium ciue insularum Metropolis. Neque vero extinta heic protinus silent commercia ; quæ si salem potissimum species & rubiam illam tinctorum, cuius Insula hæc præ cæteris ferax, magis magisque indies rursus evirescere iampridem cœpit , præsertim quum novum eruerint quoque portum. Tum etiam Dunkerkiani illis multum cum reliquis civitatibus vigilantiae adiiciunt, ut nunc accuratius & potentius damna civibus suis perpeſsa recuperare queant ; ceu multi sunt, quibus spoliantium dissipatio

502 . R E R V M P. H A N S .
non exigua affert commoda, & di-
vitiarum vires . Præterea gaudi
opidum Zirizza luculentissimus ab-
quot privilegiis: inter alia, ut qui-
vis ob facinus capitale in vita de-
stimen adductus sit , & vel capi-
luerit culpam , vel fugâ salutis suz
consuluerit , multari non possit ge-
viore , quam sexaginta libratum pa-
rifensium, id est florenorum triginta
pecuniariâ pœnâ . Item, quod mag-
istratus urbanus non in urbem eas-
tum ejusque distictum , sed in to-
tam insuper Scaldiam, maximè quo
ad rem agrariam pertinet , suum
obtineat potestatem . Quæ exercei-
folet ab altero Consulum urbano-
rum, pari ferè (si patris componere
maxima fas est) quo apud Romanos
olim Tribuni plebis, auſtoritate per-
ditio, atque inde vulgatiter dicto Dis-
femeynt Borgmecister , quasi dicas
Consul communitatis : & septem
præterea curatoribus aggerum , qui
vulgo audiunt Heymraden , id est
consultores domestici, sive commu-
nis terræ Consiliacii . Inter publica
urbis ædificia eminet maximè tem-
plum illud quod vulgo auditur
Münster, dedicatum alias Divo La-
vao, primo , vel inter primos , Ze-
landie

landiæ nostræ Apostolos. Pulcherri-
 num sanè opus, bene & aptè com-
 mensuratum, ac multa luce undi-
 que collistratum. Cui non aliud
 usqna in tota Zelandia dederis si-
 mile. Etsi multum tamen de veteri
 illo splendore amiserit, cum de cælo-
 tactum flagravit anno quem nume-
 ralis iste versiculus indicat: C R A S
 C A N E Terribilis. Non possum. cur?
 Cadit ignis. Quem ut melius capiat
 lector sciendum, istud incendium
 accidisse pridiè festi dedicationis.
 Scilicet autem in ipso festo solere à
 fæcerdotibus decantari titulum illud,
 O quam terribilis est locus iste, &c.
 Est ergo dialogismus, inter quemvis
 de populo & presbyterum institutus,
 quod in civium maximè gratiam qui
 Romanensium rerū rituumq; igna-
 ri, sententiam forte non assequuntur,
 adiicere debui. Mater fuit aut geni-
 trix hæc urbs plurium eruditissimo-
 rum. ceu quoque inter doctos & scri-
 ptis illustres viros Zirizzâ oriundos
 meritò recensetur peritissimus ille &
 celeberrimus medicus idemque dul-
 cissimus vates: Iason, iuquā, à Pratis,
 & Lev. Lemnius Reliqui ipsi passim in
 editis suis operibus sese ostendunt
 quātæ fuerunt homines doctrinæ, &

prudentiæ, quos ita quilibet rectius
in scriptis suis consulere potest: In-
genia perspicacia deprehendet.

Capti sunt ante aliquoc annos non
procul ab hoc opido pisces quidam
marini, horrificâ planè & monstro-
sâ corporis vastitate; qui cum
exterrâ formâ, tum perlongis præser-
tim ore exectis dentibus, a pro haud
multum absimiles; verum corporis
mole vel bis tanto maiores, ac longè
magis terribiles. Convexerunt eorum
nonnullos Antverpiam, ubi, ob ea-
tum suavitatem, carè admodum ve-
nienti. Et ad hoc quidem exem-
plum capiuntur subinde in hisce isto-
rum ac Batavorum etiam aquis, va-
ri quidam, horrendi & monstrosi
pisces, qui ad coquendum potius o-
leum, quam in alios usus, experun-
tur: nec tamen, utcumque res ce-
dat, luendo sunt gravissimo illi de-
trimento, quod ordinariis illis pisci-
bus assidue deprædandis, fugandis;
& deglutiendis, pescatoribus inferit.
Et tantū de hac urbe sufficiat modò.

In Walgria vero extrema occiden-
tal is Zelandiæ insula quoque Hansea-
tico fœderi addicta, fuit membrum
que eius nobile retulit, urbs Mittel-
burgensis. Cuius nomen inde factum
est,

est, quod in meditullio eius insulae sit; quod ipsa Belgica restauratio: & distat Dordraco Batavorum metropoli 17. leucarum intervallo. Sunt quidam, qui Metelburgum à Metello consulari Romanorum viuo dictum velint; sed nullo cum fundamento: alii à Mattione conditum, ad severare non verentur, quum Zelandi inde Mattiaci vocati fuerint. Sed Cluverius in lib. suo de trib. Ost. Ehem cap. i. pag. 3, eos refutat, demonstrando, quod Zelandi nunquam illægentes fuerint: Sed an satis bona fide prolatum sit, dicant alii, quando ubique nimis confidenter agit. Vrbs hæc certè inter ceteras Belgii uniti provincias quavis opibus & potentia diu flouerit; tamen ex partibus initis orta fertur, adeò, ut Anno Dn. 1121. tempore Godebaldi Episcopi Traiectensis nihil aliud quam pagus fuerit, qui exul eò tum concesserat. Privilegia autem præcipua à Gulielmo rege Romanorum causa sua impetrasse, affirminatur, quum illis iste ius concesserit, ne alibi usquam in tota Occidentali Zelandia esset iudicium in suprema iustitia, decapitali delicto cognoscendo, quam in hac urbe; quòctiam rei in carcerem

inter Burgundos & Geldros atrocissima bella ; quæ demum inito contractu, consopita fuere. In cæteris conventum , ut Dux Catolus Geldea provincia, dum viveret, frueretur ; post eius obitū verò ad Carolum V., tanquam ad Frisiæ Dominum , vel ad eius hæredes rediret. Verùm priusquam ille Carolus Geldr. decederet ex haë vita, quod Anno 1538, factū, ex nimia egestate & suppressione coacti * int Groningenses, ut salvi priuilegiis suis cum Georgio Schenken nomine Cæsarlis contractum inirent, & ita simul Præses cum iudicio provinciali iuxta jura iustitiamque Imperii ordinatus fuit. Schenkio successit Comes Burensis, & huic Aenbergicus , sub cuius regimine bellum civile ibi natum est cum Vmbiādiis. Anno autem 1579 Comes Rennerbergensis in deditiōnē accepit urbem, & Magistratum pro nutu mutavit. Posthac licet Anno 1585 Ordines Belg. eam variis modis in suas partes pertrahere tentarint ; tamen nil obtinere potuerunt, donec plena obsidione & commercii obstructiōne Anno 1594 Princeps Maurit. ita coangustaret, ut 23 Iulij 22 pactorum conditionibus se dederint illi, quos egre-

·gicè Meter. Hist. Belg. lib. 17. p. 725.
·recenset. Sic uti itaque hæc urbs Ge-
·orgio Saxonix Duci subducta fuit;
·sic per nepotem fratris Mauritius
Nassovit Comitem Guilielmum Alba-
·ei filium (cuius avus in auctoritate Saxo-
·nix Dux Mauritius Elector Georgii
frater erat) Anno Dom. 1594 armis
manu & duorum mensium obfido-
ne cum toto territorio vindicata;
Ordinum Provinciis inserta fuit. fit
stræ ei Carolo Mansfeldico & Ju-
gine resistantibus. Varias enim alij
antehac pertulerat tempestates, atque
diu satis sub protectione Ultraiecti-
jacuit; tamen per bellum motus divi-
sos (dum se nunc huic nunc illi fa-
ctioni & scæderi ad sociaret) conique
Anno 1496 proiecta fuit, ut domi-
nium fermè in totam West Friesian,
excepit unâ Franckeianâ, tenebat. Postea
diversis subiecti fuerunt Dynasti, s.
velut etiam inter reliquos, Comitem
Emboianum Edsatuum agnoverunt,
qui castrum urbi imponebat; deinceps
Duci Geldriæ se submiserunt, donca
tandem Carolo V, Anno 1535. 7 lu-
nii fidem datent obedientia. Admo-
dum notabile est, quod circa Annos
1489 civis Groninga habuerit trius
facultatum Doctorem, qui ex cen-
ju

ipse itidem doctissima procreavit aliquot filios & filiam Ursulam, qui nō minus à pueritia ita eruditæ educati sunt, ut etiam sapientissimos illius seculi doctrinæ studio vicerint, quum quasi cum lacte materno latinam ad hincerent linguam. vocabatur *Iolan Cantherus*. Eius filia miraculum mundi dicta fuit. *Chron. Cel* pag. 336. Tempore Edsardi Comitis, qui te misericordio modo plebi inserviare noverat, quod Anno 1509 Urbs hæc in summa rei pecuniariorum inopia esset, bello nec minus exhausta, & fænore oppressa, ut census publicus privatisque pactis & legibus nuperis de commercio admodum arctatus habebetur, & redditæ essent negotiationes civium impeditissimæ; ferente Comite & probante Senatu ordinatio iurisdictundi instituta ita fuit, ut appellatio sub certo precio 10. aureorum Rhenan. fieret ad Senatum: sicut & tributi ac vectigalis modus est inventus.

Velut etiam Anno 1526. Iudicaria hæc per Mawicum gubernatorem Ducis Gelrensis sunt collidè renovata, ut variis modis plebem, quam prohibitus o circumagebat, cum Senatu & optimi tibus commit-

O ò o s teret,

teret, contentionesque eorum verteret in commodum Principis, emolumen-
tumque suum. Ius autem quan-
dandi monetam ab aliquot seculi
sibi arrogarunt; sicut Anno 1227. E-
piscopus Monasteriensis in conventu
Farmsumiano Frisiae publico decreto
constituit, ut is, qui Sacerdotem in
ea provincia occideret, mille marcas
monetae Groningensis multæ loca
penderet, quum hactenus multò
fuisset minor. Barbariei unde vesti-
gia non levis apparent, quod usque
justitia sanguinis venalis extiterit.
Sic jus stapulæ suæ absque intermis-
sione strenui semper exercuerunt, ut
etiam consul præfectum simul mer-
catorū ageret, uti in exemplo Hicco-
nis Ailardi Anno 1434. id compro-
batunt contra Haionem Ripperdam.
Et quum pari iure cum Embdanis u-
terentur, Hamburgenses verò multa
negotiationibus incommoda ibi
crearent, nec verum ius ac consue-
tudinem stapulæ ac forum observa-
rent, sed fermè imperatorio modo
sibi quid adscriberent, Anno 1437.
propè res litis huius ad arima esset
deducta, nisi Edsardus Grethanui
vir admodum futorum providus
transactione tali, ut Gronnigenib[us]
ius

ius fori relinquetur, in commerciis
& rebus in vicino natis, Hamburgen-
sis bus usus fluminis Amasi simul con-
cessus maneret, compescuisset Hambur-
gensium avaritiam. Etenim Ham-
burg. soluti bello Danico An. 1435.
omnes suas curas in Frisiā conver-
terant, illecti regionis opportunitate
& comitodis, dum se offerret occa-
sio, quā ita misere fluctuabat Frisia,
&c. ut ait *Ubb. Emm. hist. Fr. lib. 22.*
pag. 338. Atque ut etiam ius Stapu-
lae suæ cō firmius protegere possent,
fœdus maximè eam ob causam cum
vicinis p̄fo frumentorum ratione
Anno 1455. pepigerunt usque in
decennium, quod etiam Anno 1472.
inter se se renovarunt cum auctione
mūliuꝝ defensionis contra quemvis
hostem.

C A P . VI.

*De urbe Embdana, & quo usque Han-
seatica dici queat, uti & de Hamlur-
genſ. calliduſ attentatiſ ite-
rum ag. illr.*

*E*sta ultima in oris Fricicis Hanſæ
Urbs ad Amasum fluvium, ubi se
cum Dularto commiscet, sita est, nec
solum

solū Amasānæ ditionis, sed totius quoque littoris Frisici à Batavis & Bremanorum Visurgim porrecti oculi, cui nihil dicitur, sive opes, aut aedificiorum pulchritudinem, siue se commoditatem, aut negotiorum varietatem ac magnitudinem, sive populi frequentiam spectes. Nobis Germaniæ & maximè olim Chauci minoribus præstabilit Emporium, qui sit locus, quasi commerciorum copiæ natura deditus. Etenim extra controversiam est, tractum illum Embdanum, quem nunc Erisiam Orientalem faciunt, non à Frisia, ut Vbbo Emmius ipse, qui alias nimis largè in extensione nationis suæ loquitur, sed à Chaucis fuisse inhabitatum, cuius rei præter Strabonem, Dionem, Suetonium, alios, locupletissimus testis est Ptolomæus, qui Chaucos quoque in Maiores & Minores partitur; quorum illos inter Visurgim Albimque, hos inter Amasan & Viturgium, id est, eo ipso trahit, quem hodiè colunt orientales nostri Frisi, collocat. Verum remoteribus hisce omissis, sciendum, hanc ditionem in varias olim praefuturas fuisse divisam, quarum singulis ferè sui tunc principes; atque ita

ita res habuit usque ad Fridericum tertium Imperatorem; is *Anno Chr:st. 1465.* toti regioni præfecit Vlt:cum quendam, cumque titulo Comitis exornavit, atque hinc reliqui postea Ostrobothnia Principes. Cuius provinciæ solum omnium reruin humanis necessariarum usque adeo ferax, ut nullo proflus indigete feratur finitimum populorum subsidio. Proinde non adicò vetusta viderur urbs; quum in antiquioribus monumentis nulla fermè eius extet memoria, nisi quod de moneta ex *Anno 1234,* habetur, uti mox dicemus: ipse etiam eius dominus non ante *Annū 1465* titulum Comitis adeptus sit. Eum quippe Fridericus 3. contulit in Vdalricum, quum alias in diversas cœset divisa partes hæc regio propter multis formes dynastias, ut iam diximus, quæ historia nonnihil plenius explicanda est propter Hamburgenses.

Quum verò iam ante *circa Annū 1409.* sub Ruperto Palatino Imperat. accrescere incepisset, Hisco nobilis, qui tum urbi prafidebat, à Cæsare dito privilegia ipsi acquirere cœpit. Itaque propter commercia, ut ea ibi clara efficeret, ante omnia civitati quid iuris adiicere voluit, quo nomine

mine quoq; Anno 1412. portorium, quod pro republ. illa oppidana impetraverat, sub aditu Imperat. Sigismundi, Embæ promulgari & institui primum curavit, ut haberet magistratus accusatæ huius ariumentum, quod ex mercibus omnibus, quæ per regre importantur, habere possit. Ita paulatim cum ædificiis & habitac- tium numero iura quoque civium crevère. Quod verò oppidum hoc anno Annis 43. ante hoc privilegium sit circumdatum, singulare factum est casu. Etenim anno 1269. gra- fante per universam orani mariti- tam fætissima peste, pons subli- cius Embæ rivo maiori cui Delfz nomen primum impositus fuit, quo Franciscanæ familiæ cœnobium, quod nisi navigio istinc adiri prius non poterat, oppidulo connectea- tur. Additusque muius cum angustis & humilibus portis duabus; quo aditus ad pontem prætingebatur: ut è re- gione cœnobii: Ea tum istâ pacie mænia nova erant, quæ ad nostram usque memoriam, quanquam sine usu perdurarunt. Sed munitiones primæ huic oppidi quando cap- piunt, dictu non est facile: fuisse quidem ante id tempus, & quidem

multi

multò ante fuisse, non est dubium, quanquam & tenues & perangustas: Quippe quæ à Delfa ferè ad regionem arcis per vicum futorium pertinuere. Quin imo mœnia aut Domos primis quoque temporibus à ripa eiusdem rivi recessisse modico spatio, extra cōtroversiam est, vicosque non maximi instar initia oppiduli, in latere Amasi, fanum ac arcem versus, ubi piscatorum olim tuguria steterant, atēto ambitu h̄c sisse. Agger enim qui tum rivum coērcuit, cum nullas adhuc cataractas Embda habcret, ab Amasi littore Osterhusam pertingens, cuius etiam nunc ex utroque rivi latere vestigia conspicua sunt, situs illic quondam fuit, ubi iam nomen indē trahens vicus celebris extat. Tantula tunc Embda fuit, quæ nunc hos pauculos intra annos quibus hospitium Ecclesiæ præbuit, opibus, negotiationum magnitudine, pulchritudine ædificiorum, hominum frequentia & cultu ita crevit, ut in fortunatissimis, quæ sunt ad mare Oceanum, urbibus censeri queat. Anno tamen 1277. ingens calamitas accidit, ut ex impietate maris 33 pagi absorpti sint, ubi Dullart se furiosè diffundit, misera-

serabile visu. Verum eo tempore,
quo fons sublicius Embdæ institu-
tus fuit, iam emergere dudum inter
loca vicina ex. erat, ac formiam no-
menque oppidi complices per anni-
cenuerat, usq; quoque & usum cuden-
dæ monetæ iam indè ab Anno a/c
Christianæ M C C XXXIII, ut ex illis,
que ad eum annum rectata sunt
cognoscere licet, habuerat: i; Góce
opidani, relictis paulatim operibus
rusticis negotiandi studio selicitate
derant, illecti commoditate portus ac
fluminis, artificia que omnis genitilis
gestus causa, uti in oppidis smos est,
frequentes exercabant, commercia
terum eiusmodi cum vicinis in agro
principia ac plurima habebant, deni-
que corpori qualiscunque vece A-
misanis ac ceteris in contractu oppi-
dum id iam esse videtur, non sine
simulatione duorum vicorum navi-
gium haud longè istinc distantiam,
Osterhusæ & Latleti: quorum alter
in Septentrionem, alter ad occasum
pati fecerat spatio ab eo recedunt, & in
quidem ad Amasi oram, sicut ad Ni-
vigationes non inviduico, ille inter-
ius in agro. Consulum tamen &
Senatus istic nulla adhuc ad id tem-
pus in invenientijs litteratum, que
nisi.

mihi visa sunt hactenus, mentio. Sed
 rectores viri nobiles loco praecrant,
 quibus domiciliū in arce erat, oppi-
 dulo connexa: quotū indulgentia &
 studio creditur factum, ut non parū
 emergenti cius fortunæ sit adiectum.
 &c. Dynastix autē tales varios his &
 vicinis terris caussarunt motus, quū
 perpetuis quasi expositæ essent amu-
 lationibus. Ideoq; tot inter se se sem-
 per coierunt fœderibus, quæ ita fle-
 cebātur ad nutus passim, ut, qui po-
 tentia prævalerent, cū iis & vulgus &
 nobiles facerent: Velut inde quoq; pes-
 simas & pernicioſiſimas factiones il-
 las Vetcoperiorū & Sciringiorū his &
 vicinis in oris Frisiæ ortas esse, supe-
 rius indicavimus, quæ indolenti se
 mutuò defatigabāt furore & violenta
 clandestinitate. Vnde etiā factū quod
 P̄r̄ses Embdanus semper facere cum
 Confœderatis Hanſaticis civitatibus
 studeret, ut non ſolū commercia cum
 iis incolæ cōmutarent; ſed etiam na-
 valēm defensionem ab iisdē petere in
 ſubſidiū poſſet. Sic quoque An. 143
 accidit, quū Occo præfectus Embda-
 nus à Foccone Lerano Vetcoperiorum
 Duce captus eſſet, ut ſupra oſtenſum
 eſt, quod cognatus eius Edīardus
 Auricarus Dynasta, non tantum li-

berationem Occonis, sed etiam vindictam in Focconem, & Imelonem Osterhusanum, qui tunc seu potentior Embdam quoque in suam redigerat potestatem, intenderit. Quapropter Edardus concitavit offensos animos, qui itidem tamen, quod mente quisque sua minus honestum conceperat, id penitus abditum honestissima specie studii defendenda libertatis popularis obtegere noverant. Simili modo excitarunt Episcopum Bremensem cum urbe ea, & Oldenburgium Comitem tandem confederatos; Qui quin viatoriam obtinuissent, compulso Focone in locum suum Lietam, & ramen Embdam ob defectum navium nequirent occupare; inde Hambugenses & reliquas socias civitatis Hansae in auxilium advocarunt, quod ex opere illis accidit, dum Hambugenses diu occasionem talem affutat suæ avaritiae quæsierant. Preinde cupide fœdus occultum sibi reliquis, recipiebant, sub praetexto, quo Occonis iniurias essent unicè ulturi, rebus tamen suis augendis magis pro more solito intenti. Quare, ut insidias Embdanis eò callidius perficerent, naves Embdam mittebant,

bant, dissimulato omni armorum apparatu; Fingebant negotiationes velut amici, mercibus nonnullis exceptis ingressabantur urbem, Imeonem Dynastam sibi conciliatum, blanditer invitabant, qui nautico convivio, in honorem ipsius apparato, indulgebat animis; Verum vino obtutum Hamburgenses magno silentio Hamburgum mox transvertere, atque ne crudeliter id perfecisse videbentur, & fucata specie Embdans quoq; occuparent, priusquam aut piratarum commercium captivo obiectarunt; ubi tam misericordia in durissimo carcere per 24 annos habitus a Senatu fuit, donec squalore & ærumnis confectus animam tandem ægrâ iisdem in vinculis exhalaret. Simile certè malignitatis perpetratum facinus est; quod in arcis Rizbutrelensis acquisitione callida observatum, & supra iudicatum fuit. Prout de rite Vbb. Emm. lib. 21. Hist. Fris. Cratziuum perstringit, quod etimentale probrosum suco adulatio subtingente, veritati illustrare ut in faciendo, non vereatur. Hoc enim artificio perverso seipso utebantur Hamburgenses a principio usque in defensionem communissimis Impet., ut

armis sumptis , ait *Ubb. Emm. d. l.*, quos perditos volabant , eos aut predones aut p̄tædonum socios appellarent, innocentesque cum nocentibus pro lucri & spoli commodi ratione involverent. Sic quum Imelonem mox vanâ spe, m. ix vi torqueant secum , coactus est consentire in hoc, ut subita & vi inopinata percussos . atq; omni ex parte clausos , quin nec auxilia, nec rei exitum videtur, Embdanos in deditioinem coegerent, quâvis frustâ pro sc suaque fortuna & Imelone pæta cum Hamburgensibus contraxerint. Ita præsidium Emdæ ab Hamburg. est constitutum, & urbs subiugata ; ubi plurima contra fas patrata , violato iure gentium, quæ adhuc in manibus sunt, ait *Ubb. d. l. p. 326.* Velut etiam ex historia patet, quâin graviter non tantum Embdani , sed etiam vicinis incubuerint contra honestatem , ut tiam contra Groningenses fœdus flagos excitarint. *Ibid. pag. 341.* Anno 1437. velut id liquidè ipsis Groningapi in apertis obiecere litteris, sub dato An. 1442. 14 Cal. Aug. quarum verba hæc sunt: manifestum esse, quâin absurdè & iniquè agant (Hamburgenses) qui alios insuper, quibus obnoxii ex ma-
leficio

Ieficio sint, ausint iniquitatis insimulare. Nimirum antiquum obtinent, ut ipsi facinorosi, aliis suam malignitatem perversissimè velint impunitare. &c. Pro libidine sua quām ibi regiminis petulantiam ostentarent Hamb., hæc arrogantia multis suspecta fuit; ut tamen declinarent quid, & amicos efficerent quosdam, Consulatu perperuo destinati quidam sunt, & abrogati judices, quos hucusque coluerant. Blanditias enim non se gnes addunt mortalibus dignitates cum potentia coniunctæ. Sed tamen semper fluctuabat inter Hamburgens. & Groninganos concordia, quod lucro cessit Nobili illi Ulrico, de quo supra egimus in Comitatus impetratione, quo etiam Hamburgenses socio in maris spoliis, & adiutorio præfecturæ Emdanae usi fuerant. Inter hunc enim & Hamburg. similitas quædam suspicionis exorta proficiebat indies, & offensa offendit trahebat; sicuti solet fieri, quando labat consensus honesta radice non nixus: multi, ut iam tum, incepserant augurari, in funestum bellum societatem iniquam esse abituram. Causa fuit utraque à parte libido parandi imperii & avaritia astuta, quam

566 R E R V M P . H A N S .
specie societatis contra libertatis ho-
stes callido conimento hactenus oc-
cultaviant. Vlt:us ille ingenio va-
fer, cum populo in omnib:is facie-
bat, illorum quierelis aures dans
promptas contra Hamburg., quorum
obstinatau avaritiam & tyrannide in
ipse culpabat, ut invidiam eorum
magis exacerbaret. H:nc opinio ex-
communis, hunc pro libertate certa-
re, illos pro dominatu, in quo nec
error quemquam defraudabat. Atque
ut eò magis populum confirmaret in
honesta deſſententia, usus est illum-
mæ auctoritatis & extacis provectionis
vito Wiardo Vphusano. Tum verò
Anno 1451 bellum cum Hambur-
gensibus fervore vehementius coepit,
& maxime fremebant Hamb:, qui
quò pervadere poterant, friven-
do, utendo, vastando, rapiendo, ite
plus, quā in belli legibus tribubant,
quemvis dictis factisque pessimis la-
cerantes. Et quamvis ita defatigaten-
tur Hamb:, ut pacem querere cogi-
rantur; tamen quū illis esset fluxa
& lubrica fides, *Anno 1452.* bellum
longè acerbius, quā in unquam ante:
fuit redintegratum; donec tandem
concordia & constantia pupuli, quā
demonstrabant ydakico, eos ad trans-
actio-

actionem Anno 1453 compelleret, quæ quinnotabilis sit, & ut inde avaritiam nimiam comdescere discant imprudentiores Respubl., huc referre eam paucis lubet.

*Conditiones pacis, quibus Ulrico primo
Comiti Frisiae Orientalis Embdam
cedere Hamburgenses coatti
sunt. Anno 1453.
Idu. 4. April.*

Senatus Hamburgensis, acceptâ handâ magnâ pecunie summâ, tradet Ulrico, & si le: eius committet Embdam & arcem Lerorthanam cum omni iure annexo, ut is eas tucatur, & sumptus suo fastis reclus ac incolumes Senatui eidem vult praefectus conservet in annos 16: nec licet Senatui ante præfinitum hoc tempus cum à Praefectura removere: tum vero id facere & fiducijs & commissâ recipere ad se, si volet, ante annum integrum idem ei denuntiabit: teneturque Ulricus, receptâ quam tam dabit pecunia, cuius summa consulto in contractus formula expressa non est, in fraudem eorum, quorum intererat sed peculiaribus literis signata, sine mora ipsi decedere, ac Senatui bona fide cum omni instrumento accepte ex Syngraphâ restituere, toto es-

tempore cives Hamburgenses negotiorum
 causa in Frisiam , & loca vicina vici-
 tantes summo studio tueri : cerevisiam
 Hamburgi coctam , caterasque avium
 Hamburgensium merces omni uel gallo
 aut portorij onere statim levare in om-
 nibus ditionibus suis , eamque immunita-
 tem perpetuam etiam apud heredes &
 posteros praestare : praeponens portuum &
 littoralium Frise & Orientalis prohibere :
 Vicissim si quis huic aut cuiuscunque rei
 vel alterius causa , in qua Viricu iudi-
 cium Hamburgensium subire non detri-
 etabit , vim ei facere conabitur , Senatus
 auxilio ei mittet Sclopétarios milites 300
 stipendio suo , sumptu in cetera impen-
 dia ipsius : & si quid per hoc auxilium
 capietur ex hoste , cuiuscunque id sit gene-
 ris ; soli cedet Ulrico : sed idem captivos , si
 quos contingat ex hisce 300 . in hostiu ve-
 nire protestatem , suomet redimere are-
 tenebitur . Embda , arx Lerorthana imo
 ceterae arces omnes , quas aut habebat
 Ulricus , aut etiam in posterum erat occu-
 paturus , Seratui Hamburgensi , quoties
 sis eius in quemcuque hostem postula-
 bit , patetur : Ulricusque pro viribus
 suppetias ei feret , armato etiam si necesse
 erit populo , qui est in fide ipsius : in primis
 bello Holländico si quod erit cum populo
 Hamburgensi , pesante Senatu , tenebitur
 simi-

similiter cum cohorte 300 Sclopetario-
 rum eadem, quapropter dictum, conditione,
 auxilio Senatus eidem esse: non licebit ei
 in agro Amasano arcem novam extrue-
 re, aut ullam munitionem excitare, nisi
 ex consensu Senatus: similiter novi adi-
 ficius aut monumentu instruere Embda-
 nam & Lerorthanam arcem, nisi con-
 sentient eodem Senatus non licebit: si
 qua: crō ex voluntate eius opera humus-
 cemodi instituet eorum impensis, ad aesti-
 gationem quatuor arbitrorum, Senatus
 exsolvet, antequam arcium possessio-
 nem recuperet: Vetera omnia sarta tecta
 Ulricus conservabit sumptu suo. Quod si
 aquarum vis arcem Embdanam videbi-
 tur labefactare, non tamen fas sit Ulrico
 alio eam transferre nisi volente Senatus:
 & si interea scinduum vi contingat ar-
 cem convelli, nihilominus à Senatu arcem
 repetente integra ei pecuniae summa de
 qua dictum prius fuerat restituetur:
 Embdanis illa manebunt iura omnia &
 privilegia quibus usi sunt, quam diu in
 fide fuerunt Hamburgensium. Nafragia
 eicēta in littus Frisia Orientalis, Domi-
 nis civibus Hamburgensibus Ulricus sine
 diminutione reddet: ij mercedem operæ
 ex aquo & bono servatoribus solvent:
 Captivi utrimque dimittentur incolumes
 ac sine pretio; etiam illi quos ex Cohorta

Adolphi Ducis Sleſvicensis, quæ in auxilium Hamburgensium fuit, Ulricus intercepto habet in custodia: iniuriarum omnium oblivio erit, nec frumenti esse debet oppidanis aut rusticis, qui in fide Hamburgensium fuerant arte bellicum motum, quid pro Hamburgeribus militarent, fierique illis restitutio eorum, unde vel eiēti sunt vel sponte decessere: Ea que promissa sunt pro captivis dimissis, nondum tamen soluta, hinc inde remittentur. Si premoriatur Ulricus ante definitum hoc tempus, heredes in locum eius succident, atque ad eadem præstanta erunt obligati. Ad restitutionem vero exadii Annis 16, si res devenerit, utraque pars à palliis rursus erit libera, atque ab obligatione omni prorsum soluta. C. A. I. Idem April. Anno 1453.

Conditiones hæc iuramento sunt confirmatae, cui subsecuta est à commissariis Hamb. traditio quidem; sed ita prvidè adiit Vdalricus molem regiminis, ut non tantum exultantium novo coniugio, quam cum Focconis nepte iniebat, animos sibi coniungeret, sed etiam dignitatem cum investitura feudali à Friderico Imperat., ne facilis denuò coortetur tumultus ac rebellio, impetraret;

in quo tamen ita cautum se gessit, ut
 non tantum simul cum Wiardo So-
 cio, proprie fene&tute, auctoritatē
 dividere sed etiam omnia cum sum-
 ma moderatione animi tractare, &
 potius arbitrum quam iudicem cun-
 ditis se gerere videretur. Vnde nec Co-
 mits titulum, nisi interdum ob be-
 neficium Cæsar s genrosi nomen
 admittebat: attamen iudicibus pro-
 vincialibus auctoritatem addebat, &
 iisdem simul quasi leniter obsequen-
 do obtinebat, ut quantum eum mali
 timetent, tantum amarent boni. En-
 danis verò concedebat largiter, ut
 gratiosi & accepti propter usum com-
 munem commerciorum viverent
 Societati Hanseaticæ, cui & ipsi
 membrum constituerent, nisi restitu-
 sent Hamburg. quod diu eos retraxit.
 sed amplificare urbem non desit,
 sicut etiam Anno 1455 statim splen-
 didioribus ædificiis ea ipsius ope ex-
 ornata & plateâ ad rivum Delfam
 temploque adaucta fuit. Sed Ham-
 burgenses, quum sibi iuris debitum
 adscribere non desinerent; nec tamen
 quid obtainere possent; tandem per
 interpolationem Groningensium in-
 ter Domum Vdaltri Comitis & eos-
 dem tota lis Anno 1493 sub Ezardo

972 R E R V M P. H A N S.
Comite ita funditus in modum am-
nestie & renunciationis totalis con-
fopita fuit.

Totalis renunciatio prætensionis Ham-
burgensium , cum plenaria cessione iuris,
quod contra Embdauos sib. arroga-
bant , sub Edzardo Comite .

Anno 1495. Mens.
Mari.

H Amburgenses , Emdam & arcem
Orthanam , quæque cum ijs colare-
bant , in universum dimiserunt Edzardo
& Vensi , omniq[ue] suo iure , quo i vel ha-
bebant , vel habere se putabant cōsire .
Edsardus cum fratre vicissim : p[ro]f[er]sis promi-
xit marcarum Lubeccensis : 2 millia ,
decennio proximo solvenda deni p[ro]f[er]cio-
nibus paribus : pollicitus etiam liberta-
tem & iura omnia ex pacto priore cum
Ulrico parente Emianis integra se reli-
eturum: Vecligali Hamburgensis cerevi-
siae suprà Scapios duos , aut quatuor stu-
feros Brabantinos in singulis tonnas , qui
modus iam in usu erat , nihil imposterum
adieciturum ; eius cerevisia usum per
Frisiam suæ ditionis non minuturum , nec
posteros suos . Postremo commercia Fri-
sia & Hamburgensis ceu amicis libera-
biti essent utrumque statutum .

Sic

Sic demum rursus liberata Embda
 à tali regiminis onere, Metropolisfa-
 cta est Frisiae huius, ac liberius quo-
 que cives eius commercium ex iure
 Stapulæ exercere ac maximè cum An-
 glis & Hanseaticis facere perrexerunt;
 unde, quod deliberarant diu, tandem
 an. 1579. miserunt oratorem ad con-
 ventum Hansæ, per quem petiēre, ut
 recipi in societatem possent. Examini-
 nat. vero eorum libertatis statu, ni-
 hil quidem illis denegatum fuit; sed
 sicutem ut expectarent, donec consen-
 sus omnium civitatum: Hansæ iuxta
 antiquam consuetudinem requiriere-
 tur: velut etiam conditiones recep-
 tionis communicatæ iis sunt, ad
 quas se declarare deberent. Interim
 sequenti anno, Anglis Mercatoribus
 ex Societatis Hanseaticæ urbe Ham-
 burga dimissis, Emdenses sedem in
 urbe sua traxerunt, quod tractatio-
 nem quidem distulit; tamen civita-
 tes in receptionem tum consense-
 tant; licet Hamburgenses difficulta-
 tes obiicerent suas ex postfacto. Ve-
 lut etiam sedes Anglorum non diu
 ibi fuit; sed usi sunt Hamb. miris ar-
 tificiis, ac Anglos iterum quasi ex
 minutiis Emdæ offendos ad se alli-
 querunt; sed tamen inde postea Sta-
 dam,

974 R E R V M P . H A N S .

diam , & hinc iterum Hamburgum
alioque commigrarunt, ut ibi pannos
suos, quos antehac Antwerpianam de-
pottare consueverant, conferrent, de
quo supra quid actum est , & postea
quid ulterius explicabitur. Interim
Anno 1586 hoc intervenit , quum
III. Ord. Belg. Groningam bello ac-
quirere sibi studerent , quod Einbda-
nis omnem commeatum in Amsa-
occluderent , frusti à Comite & urbe
de hac vi & iniuria conquerentibus.
Anno 1595 ipsi dissidium cum Co-
mite querabant, ex meris suspicioni-
bus conflatū, quasi Comes ille dnce-
gare iis studeret ius appellationis ad
Cameram: unde , convocato milite,
priuna vice III. Ord. Belg. ad subsi-
dium poscebant : tamen cum muta-
tione consilii. Nihilominus *Ann*
1597 in Delfziela cx interpositone
III. Ord transactio inter Comitem
& urbem iustituta fuit , ex qua plu-
rimæ fluxerunt disputationes , que
novum motum *Ann* 1599 cau-
sauit, unde civitas non tantum 2000
Imperiales mutuo ab III. Ord. Stat.,
sed etiam præsidiarium multum rece-
pit , unde Comes quasi ab urbe sepa-
ratus manet , nec concedunt Ord. ut
quidquam pactorum absque corum
con-

consensu suscipiatur. Quin vero
eodem tempore negotiationem His-
panicam ambiret utibz , inde toties
confœderationi Hanseaticæ inseri
etiam per intercessiones in gentes S.
G. petivit, velut idem An. 1615, &
1616 bis conclusum fuit, nisi vetus
rancor H. id distulisset , & suspicio
subesset , quod singularis Belgarum
praxis id potius urgeret , quam ipsa
negotii opportunitas, &c. attamen à
pluribus pro membro Hansæ habetur
iuxta conclusum commune.

C A P . VII.

*De civitatibus Hanseaticis in Westphalia & Marchia Clivensi reliquis,
quæ in priori enumeratione de-
hinc restant cum Du-
derstadtio.*

DE Occidua Saxonia sive Westpha-
lia & eius origine in parte ante-
cedenti cap. 7. in relatione de Saxo-
nibus agente actuū est satis. Vnde
apparet in quantū errent illi omni-
nō, qui nomen huic regioni absurdē
à Vesta impositum affirmare audent;
quām mērē illud Westfaliæ sit Saxo-
nicum , & à situ loci respectu gentis
Saxonice

976 R E R V M P. H A N S.

Saxonicae Orientalis, atque ab eius signo bellico equi derivatum. Regio adeò est ampla, ut singularem Imperii Romanicū circulum constituat, atque tres potissimum contineat status: In Ecclesiastico Episcopos & Abbates: In seculari Duces, Comites Barones & liberas mixtæque conditionis urbes ac Respublicas. Inter Episcopatus maximè hi quatuor, ut Monasteriensis, Osnabrugensis, Padborncensis & Mindensis suam foundationem Carolo Magno debent. Coloniensis vero propter Archiepiscopi dignitatem & vetustatem in hoc & Ultraiectanum Leodicensemque inspectiōnem tenet. Antiquior enim est his omnibus adeò, ut etiam scriptores non inter se de eius stricta origine iuxta annorum determinatiōnem bene conveniant in triplici maxime dissidentes opinione, quoties Severini primi Episcopi (quem item Chr. Col. pag. 85. Secundum facit) mentionem faciunt, quando initium alii regiminis eius ad annus Chr. 346. sub Constant. 2, nonnulli ad an. 374. Theodosi tempora, alii ad an. 410, Arcadii & Honorii annum referunt, quem Evergislus, & hunc Solinus, ac Symonius, post Re-

mediiū

medius &c. secuti sunt. Ducatus eius nobiles fuerunt Westphalia, in specie sic dicta, sive Westphaliensis, Angria, sive Angrivaria, Clivia, Iulia, Bergensis ac Geldria. Præter 18. Comitatus. Civitatum vero & urbium mentionem in recensione talium supra cap. i. mentionem fecimus. Solummodo heic istud de utroque ducatu Westphaliensi & Angriæ notandum est, quod ante aliquot secula, nimirum anno Chr. 1182. quum Fridericus i. Imperat. Henricum Leonem ob perfidam desertionem in obsidione Mediolanensi perpetratum aliasque superbiam nimias caussas, ad triennium proscriptisset ex imperio, eideinque expugnatione iusta cum consensu omnium statuum Imperii omnes ditiones suas etiam hos ducatus eripuisset, statim Philippo Hynspergeni Archiepiscopo Colon. ab eodem Imp. in perpetuam possessionem nova investitura sint attributi, quum iste Archiepiscopus Cæsat: suppetias tulisset in hoc bello, & Dux Henticus Leo etiam huic multa damna ignominiosè sepius incusisset. Angaria prope Herfurtum sita est, & principalis arx sive castellum erat olim totius huius regionis,

Q q q undc.

unde etiam Rex Witikindus collegium ipsi sacrum adiecit. Solenni verò ritu investituram hanc Gelhusii in aula tunc sua contulisse Imperatorem in Archiepiscop. illum, affirmat *Chr Col. pag. 176.* unde hunc titulum sibi meritò vendicat, nihilominus cundem tenuerunt Duxes Saxoniæ Inferioris ex genere Comitum ab Anhalt, & pro suo tueruntur. De civitatibus huius regionis liberis in enumeratione supra cap. i. egimus.

Quod si ex Einbda ad A. Amesiam sanguinem tendatur per Lingam Comitis Tecklenburgensis quondam sedem aulicam, & inde ad 6. milliaria pergatur, influit ibi in Amesiam rivulus Aa, post quam Monasterium urbem abluit, vera ubi Saxonum, qui Teachteri dicebā:ur, portio fuit. Sed quum incole una cum Longobardis Italiam invasissent, ac tandem in patriam sedem essent reversi, in umbilico suæ regionis urbem amplam condiderunt, quam ad mutationem Italie urbis Mediolanum primitus dixerēt, ut aliqui volunt. Accameri sunt, qui adiverant, ibi exstructa esse, ubi oppidum Mymingroda situm fuit, quod nomen vostra ita immutatum, ut vulgo *Münster* dicatur. Ecce p. 111

nim postquam Carol. Magnus ibi
Anno Chr. 785. Episcopatum consti-
tuerat, à magnifico templo seu mo-
nasterio urbi nomen hoc incolæ im-
posuerunt, quod Monasterium voca-
verint deinceps, sicut idem totus E-
piscopatus retinuit. Est igitur urbs
totius Westphaliae celeberrima atque
cius Metropolis, sita in optima pla-
nitie & feraci satis, unde etiam tanta
incrementa accepit, ut subsidia com-
muni commercio præstare non de-
siterit. Et quuin in hoc studio vi-
cinas civitates ad sociasset, eò gratius
hoc accidit confœderatis Hansæ, ut
constantiori conamine se cum his &
Coloniensibus coniunxerint. Quam-
vis eius urbis positus ita sit accom-
modatus, ut vis aquarum non facile
queat vim eidem inferre; tanien
anno 1416. tanta ibi fuit effusio unda-
rum, ut non solum noctu, dum ho-
mines alto somno obruti iacebant,
portas urbis à mœnibus ipsis separaret
& omnia inundando dirueret; sed et-
iam ultra 200. homines & 3000.
pecora submergerentur; velut etiam
cadavera per duo prope millaria
ab urbe dispersa; effluxis undis, sunt
passim inventa. *Chr. Col.* Episcopi ut
plurimum addicti paci vixerunt, un-

de etiam in hoc diuturno bello Batavo semper studuerunt medias fore patres, ne nimium implicarentur difficultatibus, velut & pro maiori dampno evitando Ord. Belg. quozannis adhuc 12000. solvit impensis, ut subditi eotius labori & victui commerciisque addicti vivere queant.

Ab altera parte Lingen sis territorii, quasi ex regione versus septentrionem ultra Amesum flu. in distantia à Monasterio S. milliarium, ubi Hassivus vires suas sumere incipit, sita est pars Osnabrugensis, quam alii Osnabrugam faciunt, quod à pluribus bovinis fuisset in prima delineatione circumdata. Incertam tamen eius originem historici reddunt, dum alii à Julio Cæsare urbem hanc inceptam esse perhibent, quod ex annalibus Saxoniciis haud inconvenienter probant: alii Comitibus ab Engern & praesertim Hermanno cuidam eiusdem perfectionem adscribunt. Est vero insignis & clari nominis civitas, cuius incolæ & cives assidui sunt in labore, & praesertim pingue coquunt cerevisiam, quæ vicinis locis non integratum exhibet potionis usum præ reliquo eius generis. Domus Hassi

Hasta irrigatur amoenæ valli accōmo-
data cernitur. Anno Chr. 780 pri-
mus ibi Episcopatus à Carolo Magno
in memoriam victoriarum, quam à Sa-
xonibus tum reportarat, fundatus
est, cui provinciam circumiacentem
addidit, & primum praesideū aut
Doctorem Collegio aut scholæ præ-
fecit Wihonem, qui male à P. Bertio
W. so vocatur: an vero Frisius, An-
glusvè fuerit, disputant inter se hi-
storiici. Privilegio autem insigni eum
Episcopatum, ut ab omni onere,
quod à praefectis aut dominicis nun-
ciis illi possit imponi, exemptus esset.
Quum Ericus Dux Brunsvicens. de
Grubenhagen 49. Praefulem ibi age-
ret, questi sunt eius tempore ciues du-
ce quodam Imaro ab Obergk, de Se-
natus & Canonicorum iniuria, quod
agros emerent, & civium victimum
minuerent, nec Euangelii praecorium
liberè admittere vellent; sed potius
omnia in avaritiam & ambitionem
suam non sine tyrannidis specie ab-
riperent, conscientiasque protervè
torquendo cives undique tot miris
modis & exactioribus aut enerva-
tionibus supprimenter. Episcopus in-
de occasione in sibi natam putans,
quâ posset urbem penitus subiugare,

non tantum multam gray: m dicitur
vit civitati; sed etiam, quum solu-
tio non statim sequeretur, continuo
militares coegerit copias, ad cbsiden-
dum civitatem; quas etiam ita ad-
ducebat, ut iam circumvallare &
commeatus illi intercludere inci-
peret. Verum quum Senatus vigi-
lantiam adhiberet, & socias civitates
Hansae propiores & potentiores, uti
ordo id fert & pactum Hanseaticum,
in consilii auxiliu advocate; ut
alia suspicio inde enaseretur; Duces
Brunsvicenses, & Comes Waldeccius
se interposuerunt, & pacem persolutis
civitate 6000. aureis Rhenenibus,
confecerunt: Etenim tanta erat Han-
se autoritas, ut facili aduentia
quavis differentias dirimere vel so-
lo possent nomine. Post Ericum ve-
rò Præsul factus est Franciscus Comes
Waldeccensis *Anno Chr. 1532*, qui
ut à Senatu doctrina Augustanae
Confessionis per Hermannum Bon-
num Lubecca acceptum (qui &
Chronicon Lubeccense cruditum
prescripsit) introduceretur, præser-
tim quum ita se civitates Hansae in-
terponerent, haud invitus concessit,
ne novas crearet noxas suis. Francis-
cum exceptit Ioh: an, Comes Hoyensis

Anno 1553, qui Monasterii obiit anno 1574. & tunc secutus est ex postulatione, quamdiu antea subordinatur, Henricus 3. Archicp. Bremanus, Dux Saxonię Lawnenburg. sed heic & Paderborni vices administratoris sacerdotem usque ad annum 1585. sustinuit. Hunc Wilhelmus Schenkingius exceptit, sed post otium huius eodem anno Bernhardus Comes VVAldeccensis secutus est, qui & ipse tantum usque ad annum 1591. superfuit, in cuius locum suffectus est electio solita Philippus Sigismundus Dux Brunsvic. Guelphicus, qui, ob hujus muneric & Episcopatus Verdensis rationem, Canonicatum Magdeburg., quum ibi in altiori dignitatis gradu ipsi spes non affulgeret, resignavit; tamen Praepositi officium Halberstadiensis retinuit. Quum igitur Osnabrugenses fructum Hanseatici foedoris satiis luculenter perceperint, fidelis observatione id coluerunt præ reliquis VWestphaliæ urbibus sociis, veluti etiam meis temporibus in conveneribus adfuit in suis Doctor & Consul Scudelerus, mihi propter perspectam integritatem & singularem animi candorem perquam charus, unde eum Carmine aliquo compellabam,

984 R E R V M P. H A N S:
tabam . cuius initium , nomen urbis
exprimens , sic se habet :

*O felix geni; vir dilectissime, salve,
Consilis officium meritò cui credidit
illud,
Atque si partem fecit pia cura Se-
natus,
Limpidus Hassia tue patriæ quæmæ-
nia stringit,
Nomine quem quondam prisca plebi
dixerat Csen,
Vnde haud difficulte nexus Pons iungi-
tur O s AE &c.*

Proximè hinc , priusquam ad fini-
stram partem versus Mindam Episco-
patum Veseræ med. o loco , inter Pa-
deborensem & Bremerensem , interia-
centem , quis se convertat , æquali-
fermè spacio 7. millarium , duæ ut-
bes Hanseaticæ Bielfelda & Herfor-
tum ab Osnabrugia distant , quæ &
ipsæ saltem inter se duobus dissident
miliaribus .

Bielfeldia autem inter Angariam
sedem principalem Anteriorum in
Comitatu Rivenbergensi , & inter
Comitatum Ritbergensem quasi me-
dium tenet , in loco sy!voso ac cœduo ,
monticulis adsperso , unde etiam no-
men ipsi inditum apparet . Etenim
securibus , quod bie! Saxonicè dicitur ,
abscin-

abscindenda erant primitus arborēs,
ut urbē campum spacioſum juxta
montem vicinum curarent, velut
Campus Germanis quoque *Felt* est.
Incolæ huius civitatis non tantum
bellicosi & ingeniosi ſunt, quem
communem genium cum tota gente
habent; ſed etiam ſingulare excolunt
confectionem linteā minorum subtili-
um, & alijs variis incumbunt vi-
tuum ſtudij, quibus ſe Hansæ inſi-
nuare solebant, velut etiam in pri-
mis in laboribus, fide & fidelitate
laudem ſibi cum Herfurdanis con-
quifivere. Arceum quoque propin-
quam in monte vicino versus ortum
repicit, ut statim ex porta exeuntis
oculis affulgeat: nec procul in deri-
yus Lutter, qui ſe mox in alium fl.
effundit, originem in fonte ſuo im-
perſcrutabilem, unde & *Lutter Koldk*
dicunt, habet.

Herfurtum civitas, quæ & Hervor-
dia communiter dicitur, ad Wehram
flavum ibi ſita, ubi ex Bielfeldia ver-
sus Mindam tenditur, quæ inde ultra
4 milliaria non iſtat, ut prope me-
diū locum ibi fluminis eius ex Lip-
piæ Comitatu & aula Dithinoldiana
prolabentis occupat. Quum ibi ali-
quot amnes concurrant, potiori in

Q q q s condi-

conditione vivunt cives præ Bielfeldianis. Vbi verò Wehra fl. ex Hervordia ad Veseram se flecit, Visurgis etiam quasi ad affluxum eius inclinat in cornu & apicem se extortigit, ut excipiat, apud Remen pagum, illuc incursum, & inde iterum ad Mindam urbem reflegetur. Velut ingeniorum heic, ita quoque terræ & frugum ubertas ac bonitas satis eximia est, ut inde merces varias in alios vicinos & remotiores locos transportare possint.

Minda verò diu ante Caroli Magni & Witikindi tempora floruit, loco amoenissimo ad Visurgim, qui Westphaliam à reliqua Saxonica dirimit, sita, & agros fert. Ies fœcundosque ad duo millia passuum versus meridiem & ortum, ac prata pascuaque uberrima & sylvam propriam versus Borreanam possidet, velut etiam ex alluvione fluvii huius navigabilis multa sentit commoda, bona inque coquit cerevisiam, vicinis multis gratam, variisque abundat mercaturis, ut tandem externis quā interius civitatibus Hansaticis luctosa præstet officia. De urbis huius nomine supra quedam ex opinione aliorum maximè, in parte antecedenti, cononuimus.

Quum

Quum Carolus Mag. novo Episcopatu*m* heic locum quereret, Witikindus ex nova devotione erga Christianam religionem conversus Imperatori arcem heic suam concessit, ut in ea Anno 782 firmaret sedem novo Episcopo, quasi diceret, Me tuas sunt. Heic verò iterum Bertii crassissimus error se exerit, qui deceptus in Min^{im} x vocabulo, magnam duarum Vibium diversissimaru*m*, quæ plusquam 16 milliaribus inter se distant, commisit confusionem. Nec habet Bertius quo se heic excusare possit. Etenim verba eius admodum clara sunt, dum non tantum Mindam Episcopalem contra naturam urbis & positus eius ad trium amnium, Visurgis, Fuldae & Werra confluentes transfert; sed etiam longum catalogum Episcoporum ad moderna tempora extendendo apponit: quum in ea urb: Mynda quā ille sic describit, nulla unquam sedes Episcopalis fuerit; sed potius antehac aulam ibi in arce eleganti & valde culta Duces Brunsvicenses ex linea Grubenhagica incoluerint, & vix duorum milliarum spacio Cassellam Landgraviorum Hassia Metropolim & arcem abiunctam à se habeat. Prius in nomina diversa debuisset

buisset inquirere, quia in lectores se-
ducere voluisset. Namque scriptio
& pronunciatio talium nominum
populis ibi non est eadem, quod faci-
lē deprehendere potuisset, dum ad
temerē ipse Mindam & Myndam
confundit. Minda quippe est urbs
Episcopalis: Mynda autem urbs alte-
ra, ad Fuldae ostium, quæ & Mundū
vocatur, sicut & adhuc in Ducatu
Brunsvicensi est oppidulum, quod
Mynder aut Münder & aliud *Holtz-*
Minden appellatur: ut ita totus Epis-
copatus Paderbornensis, Abbatia Cor-
veiensis, & Comitatus Lippensis cum
Schawenburg. utrunque hanc urbem
ab invicem intercedine admodum
ampli separant. Quamvis hæc urbi
pacis studio ut plurimum se dederit,
velut etiam Franciscus Comes Wal-
deccius Presul Anno 1530 ad officii
huius dignitatem electus sat:is æ-
quum in omnibus actionibus suis se
præbuit; tamen, quum Anno 1530
civis cum Senatu Augustanæ Con-
fessioni se addicere inciperent, ecclæ-
siastici varias moverunt difficulta-
tes, ut Mündensis civitas, alia ratione
fuerit à Canonicis ad Cameram de-
lata; Quæ lis Anno 1530 ita finem
sorrita est, ut hoc demum anno pu-
blicè

hlicè proscripta , & sub dio in omnium conspectu promulgata sit. Venitum quum civitates Hanseaticæ commendationes ipsi suppeterent apud Imper., & ipsa sub fœder.s Scmalcal-dici , cuius socia erat, clypeo protegetur, nihil inde tum damni tulit; sed incolmis usque ad Ann. 1547 latuit, quo Iodocus Croningius, Ca-roli V. Dux, Mindam deditam impe-rata facere coegit. Proscripta vero urbe Mindensi , Saxoniæ Dux ele-ctor , & confœderati Principes, pro-lixum & grave scriptum edidere, quo Cameræ judicium in causis religio-nis & aliis inde emanantibus planè recusarunt.

Quod si hinc ex Minda trans Wehr-zam fluvium iter ad ostium Visurgis versus Paderbornensem Episcopatum per Lippiensem Comitatum reflectas, Lemgovia urbs & ipsa Hanseatica ad Pegam annem in Wehram inter Det-moldum ac Hervordiam prouentem non ultra 2. milliaribus ab Hervor-dia distans sita est, quæ salvis pri- legiis Dominum Lippiensem Comi-tum agnoscit, ac fertilibus agris pas-cuisque lætis circiter abundat, cives quoque habet adsiduis laboribus ad-suetos, & in studio victus negotia-tioni-

tionibusque per quam vigilantes. Atque quum sanioris doctrinæ anni 1530 sece cupidos ostenderent, invitatum Comite Simone, Euangelicæ cultutam & Verbi divini planiora explicaciones ambire cœperunt, vident etiam statim *coleam anno*, vocatis novis Ecclesiæ Ministris & adhibito consilio Brunsvicensis urbis, quæ Metropolim Hanse in hac vicina refert, ad cius formam titus suscistaruerunt. Sic quoque anno 1538 nobiles fratres à Saltern, quos Dicitus Henricus Lullius Brunsv. acerrimè persecuebatur, quod in Comitiis Provincialibus utbi Brunsvicensi verbis defensoriis aliquot patrocinium praestitissent, Lemgovienis Senatus recepit, & in sua fœditate, ne violentia quid pati necessum haberent; unde non parvam sibi invidiam & indignationem Ducis attraxit; quum inde prima causa tam funesta distinctionis & belli cum Brunsvicensi exorta sit.

Licet heic quid etiam interserendum esset de Hamela urbe itidem Hanseatica ad Visurgim, quæ 6 milijaribus distat à Lemgovia, quæ apud Hildesiam in Ducatum Brunsvicensem tenditur; sed quum in superiori

ti parte de ea satis egerimus, nunc tamen trans Visurgim dextorsum versus ultra Comitatum Plessensem ad Eichsfeldiam, hodiè Moguntinen-sis ditionem, quām olim ante 293. pars Ducatus Brunsvicensis fuerit, ad Duderstadium paululum divertere-mur, ne & hæc Urbs Hanseatica, in superioribus omissa, hac occasione indicta & minus indicata maneat.

Est igitur Duderstadtum olim Du-catus Brunsvicensis lineæ Gruben-hagianæ urbs non minus antiqua, ad Vipperam fluvium millari uno ab Hilligenstadio distans, in amnissimo & fertiliissimo agro pascuis lætissimis circumfuso sita, respiciens versus au-strum monticulos sylvosos. Magnæ fuit semper urbs libertatis, adeo, ut potissima regalia civitatis in vigore suo exercuetit, velut etiam ius mone-tam cūdendi habuit, quod apparit ex contractu, quo Dux Brunsvic. Erne-stus Henrici Mirabilis Grubenhagen-sis filius fratri Henrico 2. tertiam partem arcis Gebeldehusanæ pro 143 marcis & lacum adiacentem pro 24 marcis, Osterodici valoris & 16 schillingis, Obulorum Duderstadi-a-norum; nec non tertiam partem Du-derstadii urbis pro 200 marcis ad re-
dem-

deemptionem oppignoravit : Sed quum post obitum patris Henrici filius ex primo conugio Otto propter belli Bohemici apparatus ab Ernesto paucule oppignoratorum bonorum summam repeteret, nec illi tam subitanè postulationi solutionem promptam praestare valeret, nec ab Urbe Goslatiensi quid artis, uti constituerat, mutuo acciperet, ipse cum consensu patruelis in relationem Archiepiscopo Moguntiensi 45. Henrico Furneburgico denuo Duderstadium cum arce Gebeldehusano pro exigua pecunia summa Anno 1357 oppignoravit, unde postea totius ditionis Eichsfeldiacæ ab alienatio secuta est. Namque anno 1358 similem ob belli Neapolitani causam à Geilachio Nassoviensi 46 archiepiscopo Mogunt. iterum aiquid summa in oppositionem dictam accepit, cui pro 600 markis Heiligenstadium vicinum adiecit. Ac licet translatio huius Eichstadiani territorii cum civitatibus suis in Moguntium tali modo facta sit; tam en iuris & privilegia sui urbibus & Duderstadio in primis manet, unde quoque cum sociis perrexit firmiter fœdus Hanseaticum & per cives suos ejus pacta & statu-

stituta colere: velut etiam Mercatores huius urbis in numero simul inventi eius sunt, quos *Anno 1477* Iohannes Moscoviae Dux in Emporio universali Novogardiae captivos usque ad reclusionem detinuit, uti infra pluribus explicabitur in mentione pleniori Emporii illius. Nam sicutem item hucusque hanc urbem & terram ditionis totius Eichfeldensis Duces Brunsvic. Archiepiscopo Mogunt. moverint & quomodo eam Iagemannus Cancell. Guelphicus ante 26 *Annos* cum rigore proximare studuerit, alterius loci est referre. Interveni ad civitates Hanseaticas Westphaliae Cliviæque nobis trans-Vesalam renigrandum est.

Warburgum autem, si per Gottengiam recta circa Cassellam Hassiae versus Elsingam ad fluvium Dymmeliam iter flestatut, ubi civitatem alto monti impositam Bergensem inde distam à sinistra parte linquendo ad Calenbergum ibi traieceris, statim ad flumen occurrat, estque ea urbs in perquam fertili loco sita, unde & terra circumiacens, quam Dymmelia perlungendo, in Visurgim apud Helmeishusium oppidum tendens, dissecat, Bozda Warburgica dicitur. Nam-

994 R E R V M P. H A N S .
que quo usque circuitus hic se istius
extendit , planities aliquo modo est
& agro culto atque pascuis amoenis
opplata adeo , ut vicinis terris inde
suas possit distribuere merces , velut
& versus meridiem montosum , occi-
fuiq; imminente m , tractum habet
quem fluvius , ille oblongè alluit,
indeque sèpius se effundit . Comitu-
sus olim titulo gavisa est . Et ut his iam
præstanti commendatur cerevisia , ri-
potu grata , qui parvo sumptu ad pa-
latum genio indulgere cupiunt . Sum-
ibi quoque in vicinia fodinæ metal-
licæ , ex quibus ferrum & plumbum
maxime eruitur , & ferrum in forna-
cium formant ut plurimum effundi-
tur , ut commercium Warborgensibus
inde magnum accedat . Habet autem
nomen à vicino monticulo & effu-
sione crebra fluminis , quasi ex mon-
tis specula observare & importuni-
tatem aquarum à campis avertire
debeat . Sicut etiam in Zeländia Da-
niæ civitas cum arce ita in monte im-
posita ad portum Falsteriæ habetur e-
iusdem nominis , cui idem officium
impositum est , ut præcaveat fluctus
marinos , quam Anno 1568 . Iohan-
nis 3 . Sueciæ Regis Patens Gustavus
occupat , sed sub huius regis Coro-
natione

nacione Fridericus 2. Dan. Rex, redux cum Lubecce sūm classe ex Regaliensi felici expeditione, an. 1569. 11. Novemb. recuperavit. Est quoque in ducatu Brunsvicensi arx & dictio Baronatus Warburgensis ad Elimum ultra milliare ab Helmstedio non dissitum, vetustissima est familia & sola inter omnes hūus ordinis in Ducatu superstes, nomen quoque gestans ab officio, quod inspectionis causa ipsi additum fuit ab Imperatore, ut ibi ad Elimum, sylvam in valositatibus variis amplissimam, custodiā ageret, pro avertione tot predationum cædium & spoliorum, quibus ea regio, in antiquis temporibus, à prædonibus potentioribus, præsertim circa Hercyniam Sylvā, ut adhuc tot undique speculae indicant, afflictā erat, ut supra explicavimus, quod civitates Saxoniæ inde coactæ fuerint tot confœderationes toties compingere, que Hanseaticis causam sui foederis potissimum suscitarunt. Sed hæc de diversis Warburgicis intēre voluijus, ut Bertii error avertatur aliis, ne aliud Varbergum quis sitbi heic fingat pro civitate Hansæ, quam Westphalia novit.

Si versus occasum vero & paulo
Rer. 2. ultro

996 R E R V M P: H A N S.
ultra ad septentzionem à V. Varburg
iter quatuor milliaribus expediatur,
urbs Hansæ Padebornensis affulget,
in signis Episcopatu eo, quem ibi &
in ditione hac Carolus Magn. circa
Annum Chr. 794. fundavit, quod
ibi saepius ob fecunditatem tem-
circumiacentis stativa sua habuerit.
Namquelicet fructus generet vario,
ac fectilior sit circa Susatum atqu:
Hammonam; tamen fertilissima est
ad Padbornam & Lippiam, velut &
gentem habet elegantis & procera-
staturæ robustamque corpore, &
mente audacem. Quoq; alijs de in-
colis universis VVestphaliæ dici soli,
plures astutos versipellesque quam
stultos in ea gigni, id maximè de his
proferri poterit; nec audiendus est
heic facile Heinr. Iulius Dux Guel-
phius, qui hunc offundere versici-
lum huic nationi solebat: *VWestpha-
lus est sine pi; sine pœ; sine pa; sine ca;*
sine Veri. Si modificationem admit-
tat, non illaudabilis manebit.

Episcopatus autem iste suo ambito
24. oppida, arces & præfecturas 20,
monasteria 16, parochias 54. tenuit,
unde Præfules usque ab Harimato
habuit potentes Dukes, Comites &
alios. *Anno Chr. 999.* tota hæc urbi
ip

in æstate conflagravit, cum Monasterio Catoli Magn. & Bibliotheca: Privilegia tamen ab Imperatore Octone 3. renovata sunt cum nundinis, sub dato Cal. Ian. Anno 1000. Seth. Cal. Anno 1530. Proximus ibi erat Eticus Dux Brusvicensis Grubenhagius. quo tempore cœperant in urbe Paderborna liberius in Ecclesiasticorum vita impuriore & abusibus quibusdam taxandis cives offendit, eos obiurgant, & ex Chorea digressi in templum occupato Choro per ludibrium cantiones sacrificiorum imitantur, & libros lacerant. Huic petulantia Episcopus non immixtò gravissimè indignatus, urbe in bis mille aureis multat, & immunitatibus quibusdam aptivat, & Senatum ac cives cōadegit, ut nunquam se Lutheranam religionem admittere in urbem velle, promitterent. Sed quām nihilominus sibi Lutheranos vocaret concionatores, mortuo Etico, Anno 1532, Hermannus Comes de VVeda Archiepiscopus Coloniensis remedii caussa electus est, qui etiam statim sub introductione concionatores tales captivos Arnsbergam ad Rhuræ fluvii curvitatem, ubi Mœna fluv. quoque appropinquat, sitam, abduci iussit.

Verum quum autiga in via propter cœlum nubilosum aberraret in pagum urbi Sufato parentem perveniens, ibi statim a civibus Sufatensis bus agniti sunt captivi pastores, & in urbem eam abducti. Quamvis autem reposcerentur a Presule; tamen a Senatu illic defensi sunt ita, ut non nisi in ea utbe conveniri aut accusari possent. Quod adeò momordit Archiep., ut discessum sese simulans cives inermes in hortum praesidiis septum convocaret, quasi erga eos clementiam esset declaratus. Sed ex Charta nominis civium Euangelio faventium legi, & i6. tanquam tebelles in forum ad supplicium rapi iusserit, quod etiam perfectum fuisset, nisi earumifex in conscientia justior, ad atrocitatem rei exhorrescens, dissentientem proclamasset, se vindicem sceleratum, & non innocentium esse. Inde quasi pudore confusus Presul, accendentibus ad id mulierum ciuitationibus, illos i6. in custodiam reduci, & post in propriis ultra anni spaciis etibus carceratos haberi mandavit.

. Non procul à Paderborna præterlapsus Lippa fluvius, apud Lipspringum oppidum a copioso fonte originem

nem sumens; & inde recto fermè cur-
su super dimidiam VVestphaliæ partē
tendit prope Vesaliā in Rhenum. Ad
fluvium eum si-pergatur 4. milliari-
bus, sita à Padeborna est Lippia sive
Lipstadium urbs , cui Comites eius-
dem nominis , ad quos spectavit o-
lim dictio ea omnis , nunc ut pluri-
mum cum Padebornensi tractu com-
mixta, appellationen: hanc imposue-
runt. Magni nominis per aliquot se-
cula fuit hæc familia , etiam ex hi-
storia Caroli Magni & Henrici Au-
cupis admodum celebris . Sicut &
quidem circa Annum Chr. 1150,
Bernhardus Comes urbem Lippianam
condidisse fertur; sed tempore Henri-
ci Leonis monasticum vitæ genus se-
cutus est. Ex adverso huic urbi situm
est Lippetadium, cui absolutè Comites
imperant; magno sumptu conditum;
sed ruper destructum. Urbs vero ad-
modum commode in fluv. Lippe
sita est, commerciis variis & maxi-
mè lignis ad navium ædificationem aptis
dedita, cuius cives admodum indu-
strii & fortes habentur, ceu id hisce
annis superioribus , ac quum Dux
Christianus Brunsvicenses eos ita de-
fatigaret, satis demonstrarunt. His-
toria adhuc recenti in memoria viget,

unde meritò odiosis supercedemus.
Memini , quænam Lipstadiensium
tunc ad civitates Hanseaticas quere-
jæ fuerint , ceu *supra in ant. part. cap.*
18. attigimus paucorum indicatio-
ne &c. Est alias quoque in Hungaria
Castrum munitissimum Lippa , quod
Anno 1614. Bethlehem Gabor pro
cōmodo Turcæ vi occupavit , quod
Ducem Transylvaniæ cum creasset.

Ad sinistram verò ulterius partem,
si versus Hamona pergitur , inter Lip-
pam & Ruram flumina 2. millia-
bus à Lippia urbe distat Susatum iu-
Marchiæ Clivensis Comitatu prima-
ria urb̄ , quæ alias communiter Sost
vocatur , & post Monasterium opu-
lentissima amplissimaque est , decem
populosis distincta Parochiis. Primæ
vafundatione castrum seu Præfectu-
ram fuisse perhibent , quæ in tantam
paulatim urbem extreverit , ut tam
spaciosa amplitudine celiqas socias
urbes antecellat . Est ibi templum
celeberrimi miræ quoque magni-
tudinis , cum maximum altitudinis
turre , S. Patroclo sacrum , quem tu-
telarem quasi Divum agnoscit. Vo-
lunt autem , Susati appellationem
inde natam , quod ob loci situsque
opportunitatem , ædificiorum quid,

ad castrum illud , semper accesserit , ut à cœtidiano incremento susatum , quasi *Zusatz* sit cognominatum .

Complures pagos vicinos sibi subditos occupat , olim præfecturas etiam minores , quas populati nunc lingua die *Beerden* indigitant , sed inde maximum , quod fertilissima sit tellus & perquam frugifera . Pertulit autem ex aliquot annis à morte Ducis Clivensis hucusque quamplurimas cum vicino Lipstadio ad vetustates , ut non solum militem præsidiatum nunc Electori Brandeb. , nunc Belgis altere cogatur , sed etiam Dux Christianus Brunsvicensis variis eam infestavit modis . Et doctos & bellicosos procreavit viros , unde adhuc fœderis Hanseatici corpori in honore est , & si quid ad vicinas urbes sit fœderis nomine deferendum , aut communicaandum reliquias , quod ad communem civitatum utilitatem spectet , quum propter difficultates varias diu non potuerint in Conventibus præsentes comparere , ad hanc urbem aut Lipstadium maximè scribitur , & mēs ipsis indicatur ; cui merini etiam meis temporibus quidquani esse ante octo aut novem annos in Conventu Lubeccano obseruatū , quin in ma-

Hammona, sive Ham, ut vulgariter hodie vocatur, inde urbs Hansatica sequitur, in Marchia Cleves Ducatus ad Lippæ flu. angulum, tributum Dunckerum ex Borda Sustentis allabendo excipit, Monasteriis diocesanos fines sive terminos distinguens. Commoditate optima lippæ fluminis utitur usq; ad Vesalius, quum terram fertilissimam una cum Sustato possideat; proinde etiamdem iactata est fortuna cum dictis civitatibus ex obitu usque Ducatu Iohan Wilhelmi Clivæ, qui ultimus familiam eam clausit masculi nominis. Ex eo tempore praesidiarium militem nutrit coacta est. Digesta autem tribus saltuum miliaribus i Sustato, & ex adverso ad Rhuram fluvium versus orum Frondenbergum oppidum sibi oppositum habet, cui in proxima vicinia Hansaticæ etiam Marchiaæ huius urbs Venna ad horulæ spaciū adiacet, quando inde Dordogne ducitur, ut ita Venna tertium angulum acutum efficiat respectu situs Hammoneensis & Suerensis sociorum urbium. Quamvis hæc urbs in lato campo sita sit ita, ut Rhuram saltuum ex interstitio aliquo agnoscat; tamen ante

ante communem Marchia calamita-
tem non exiguis abundabat civium
opibus , & maximè colebat veluti
Hinc Fœdus Hanseaticum, ut filii
fuis ad negotiationes omnes aperiret
ianuam , ceu gens ea adsiduis ardet
laboribus , nec facile suadere confrin-
gitur , & arguta procreat inænia ,
quæ communi studio optimè con-
iunguntur , velut inde nomen ipsi
impositum censetur ab aliis , quod
Unitatem animalium quasi in Una
intentione foveant. At tribus millia-
ribus ab Hammone distat.

Sic etiam Tremotia sive Dortmun-
da holie , olim Trotmannia appella-
ta, in amplissimo Comitatu Marchie
2 milliaribus ab Urba , & quasi in-
termixta inter Rhuram & Lippam
flav. , ubi è regione Lunæni oppi-
dum Lippe incumbens spectat , di-
stantis sita est. Annales, veterumque,
quæ extant, monumenta, declarant eò
loco, ubi postea urbs Tremonenſis ex-
tructa est , duos olim pagos, veterem
scilicet & novum extitisse, qui Imper-
ium castri Trotmanorum interme-
diū sequerentur.

Sub id verò tempus, quām Carolus
Magn. hasce Provincias omnes sub-
egisset, paulatimque oppidum coales-
cere

cere cœpisset , perspecta soli ubertatis situsque non vulgari præstantia, Colonias non tantum suas huc deduxit; sed etiam iuste municipali donavit, & arcem regiam, ac Comitem seu Vicarium regium, qui Imperatoris nomine urbem & territorium vicinum gubernaret , in ea constituit. Ex qua vetustatis memoria in agro suburbano , fertilissimo equidem loco posita latifundia (quorum possessio à Comite postea in Senatum translata est) Conings-hofst.-landt, & cortes seu villæ istæ amplissimæ per vicinos agrotationesque circumiectæ Reichshofen appellantur, quæ census suos frumentorum , ad aulam ibi regiam conferre tenebantur. Veluti etiam Rhenæ tale subsellium regium fuisse Aventinus lib. 8. notat, ubi Electores suum conventum celebitate solebant de arduis deliberantes : quod tempore Lucretii 5. Imper. factum , ubi tale decretum pro auctoritate conclusum fuit quod Wormatiæ iu Cui i a le., iur:

Astra Deo nil manus habeunt ; nil casare terre :

Sic Cesur terras, ut Deus astra regit.
Vid. Sax. Chron. Eiusmodi vero Caroli posteri , sub Saxonum imperio ab Hunnis graviter tota cum reliqua

Ger.

Germania , tunc vero Tremenensis
 etiam ager, Anno 937 adflictus est, in
 quo agmen illorum ad internecio-
 nem cæsum esse memorant. Appella-
 tur enim in hodiernum diem , non
 modo r̄vus quidam , haud procul à
 porta aquilonati , in loco aquoso, die
Hunen trencke , Hunnorum aquatio ;
 sed etiam amplissima Solitudo ab
 eadem porta aliquando remotior , die
Strydtbeide , Campus pugæ , in quo
 aliquando graviter depugnatum esse,
 etiam ossa & armæ ibidem sæpè tum
 ex terra effossa , tunc in cavis arbori-
 bus repetta, ostendunt. Tempore Ot-
 tonis I. belli cum fratribus intestini,
 Trotmanniæ , Ottoni deditæ, Witte-
 kindus ineminit : & in Ludolphi
 filii ac Conradi generi adversus Ot-
 tonem seditione , Droomanni Otto-
 nem Anno 938. exercitum conscrip-
 sisse, Regino annotavit. & in Comi-
 tiis Tremenianæ ab Heintico II Imp.
 celebratis, quæ ibi anno 1006 maximè
 propter luxum nimium clericorum
 indixerat , cœnobio Fulano quæ-
 dam prædia ademit , ubi similis pa-
 na aliis denunciata est. *Seth. Calv.*
 Meinwerco Episcopo tamen Paderbor-
 nensi , ditiones maternas tum attri-
 buisse Imperatorem , Trotmundæ
 annales

1006 R E R V M P. H A N S.
annales referunt. Sub Henrico 4.
ob Saxonum rebellionem graviter
adfecta , deinceps vero recreata sub
Friderico Barbarossa Imperatore, qui
aliquoties conuenius ibi iuris dicen-
di causa habuit, plane floruit. Postea
crescente vicinorum Comitum de Al-
tena seu Marchiar Westphalicæ po-
tentia , diu cum illis colluctati , &
incendio urbis tristissimo anno 1197
languefacti fædera cum iis tandem
fecerunt.

Quum vero Hamma ita illis om-
nia ædificia adsumisset , Imperato-
res Consistorium hic dirimendis liti-
bus per imperium esse voluerunt , &
nundinas cum Priviligiis illis addi-
xerunt, ædesque extruxerunt. Postea
vero Friderico 3. Archiep. 56. Colo-
niensi admodum mirabili, autore &
Duce , & omnibus vicinis Episcopis
ac Comitibus eum juvantibus , gra-
vissimam & maximè diuturnam an-
no 1381. obsidionem totos vigili
duos menses civitas sustinuit. Lite-
rata in, civilis discordia, externo bel-
lo ferè periculosis excepit. Quæ
exacta inter cives virium pro singu-
locum facultatibus Geometrica pro-
portione pecuniâ , & dissoluto are
alieno, & plebeiis etiam in Senatum
qui

qui totus ex nobilibus antea constabat, lectis, Anno 1400, sedata est. Deinceps cum vicinis Marca & Clivix Comitibus ac Ducibus secutis, pacem ac fœdera certa hucusque servarunt: immediate tamen Imperatorum Rom. Patrocinio subiecti, à quibus privilegia antecessorum, Frederici II. Ludovici Bavari, & Caroli IIII. de sententiis rerum controversarum inde à tota vicinia petendis: vocatio militiæ, Extra urbem suscipiendæ: immunitas vestigialium extractionumque aliarum in toto imperio, & iurisdictio ac prædia, quæ Comites antiquitus habuerunt, partim ante 250. annos ex donationis gratia paticim postea emptionis titulo ad se translata confirmata sunt ab Imp. Maximil. Anno 1504. Item à Car V. Anno 1520. Collegium Canonorum in urbe primum Carolus Magnus D. Pantalconi consecravit: quod à filio & nepote Ludovico absolutum, postea Coloniam traduxit Hanno arch. & D. Mariæ ad gradus appellavit. Senatus igitur superdicto modo per urbem & Comitatum cum plena gladii potestate, quam Iohannes Steckius ex parte incam quoque contulerat, utitur. Præc.

torem Urbanum dirimendis litibus
ipse constituit, ceteraque disponit,
quæ libertate civitates opumo jure d̄
ponere solent. Sic etiam cum auto-
ritate fœderi Hanseatico nomen pri-
dem dedere & conservarunt hæte-
rus, licet variis ex bello vicino in-
commoditatibus obnoxia fuerit. Ac
ut prudentiam suam eo clarius de-
monstrarent, Anno 1543. Gymna-
sum disciplinis liberalibus aperie-
runt, cui tanquam primum Resto-
rem Joh. Lambachium I. V. D. prez-
fecerunt, qui per 40 prop̄ annos lat-
abiliter officio eo functus est; Suc-
cessorem quoque ei fecerunt Frider.
Beuthusum optimum disciplinæ Ra-
matæ restauratorem, ex cuius infor-
matione prodire hinc plurima cla-
rissima iagenia: velut ego in credibili
lis eruditionis Theologum Caspr-
rem Pfaffradum p.m. inde emeren-
tem vidi, & in Acad. Julia Collegam
habui, de quo hoc affirmare ausim,
quod doctiorem tunc nusquam depre-
henderim, nec forrè in eo genere vi-
debit unquam Guelphia tota. Sed
vix optimus hoc passus est infortu-
nium, quod propter secessionem Ra-
matam maleficiati & inglorii illi
Stagenses, salsæque terministicæque
Philo.

Philosophic (si tale nomen illis applicandum venit) Patroni hunc semper pessimè persecuti fuerint, præsettum quum ipse Sanctius Verbum Dei sub captivatione cœcta rationis percolandum in fidei cœlestis conceptu alio & proflus divino doceret: unde ex ægri monia animi nimia non potuit ea perficere, quæ optarat. Nihi lominus iniquissimè eus & optimi Hoffmanni scripta eruditissima à malevolis intercepta supprimuntur: forte ut inde suis nominibus aliquando postea comparent falsam & mutuatitiam alicuius fuci gloriam, alienoque affulgeant orbi vulnu clari, seu piures novi, atque Politices magnæ aliquem D. H. A. scriptorem aut compilatorem, qui eodem modo se alienis plumis magnum venditat.

At Optimus Pfeffadius noster Anno 1622, in Febr. Hilmastadii diem suum obiit, cuius tortores quoque suum aliquando, quod tam divinum ingenium contra fas ex meta malitia iuventuti invidetint, sentient Dei iustum iudicium: cui inter alias hoc composuit distichon, dolore nimio confusus, quum plura nō posset:

*Pfeffadio similem non unquam
Julia cernet;*

Tantus vir Fidei cognitio[n]e fuit.

Vltima tandem his in oris urbis
Hansatica est Cosfeldia, 6 milliari-
bus à Monasterio abiuncta, in plani-
tieque ibi sita, ubi Dulcibini ut à Ta-
bito vocantur, aut Dulcuminii Prol.,
ad fluvium Lippam, sedem suam, un-
de Dulmena adhuc oppidum illud
cum hoc nomine superest, habue-
runt. Aliquot rivi & alveoli ibi ad
positum huius urbis confluunt, ut ibi
originem veram & vigorem suum
accipiat fluvius Berckela, inde ad
Statlohiam decurrens, ubi nuper An-
no 1525 Scenissimus Dux belli Ge-
neral. Iohan. Tzersclaes Com. de Tyl-
si Duei Christiano Brunsv. suum ex-
quisitè potentem obruit & penitus
dissipavit ita exercitum, ut nunquam
vires belli ritè recuperare posuerit.
Iehovæ quis non in parentum fini-
sentiat manum !

Sed hæc de enumeratione tribilis
Hansaticarum particulari sufficiant.
Vbi hinc genere notandum, quod qui-
dè plures sint, quæ non amplius fre-
quentant conventū Hansæ; attamen
invitantur sibi, & præcipuis in
Westphalia Belgioq; communicantur
urbibus necessaria, quæ ad commu-
nem hanc antiquissimæ federis sta-

tum faciunt, ut inde ad alias deferantur minores, uti mox infra patebit. Namque nunc ad Corporis universi Hanseatici distributionem, & hinc ad aurea eiusdem vincula, & demum Emporia, & demum necessarias quæstionum informationes, quæ iam sequentur, proponamus.

C A P . VIII.

*De amplissim: & ita diffusi Corporis
Hanseatici divisione, deg cuius-
que partiu aut regionis
Metropoli.*

Hactenus in explicatione Societatis Hanseaticæ, ut rem à capite iusto arcesseremus, (qui tot plenim se passim politici scriptis suis involvant perplexitatum critibus) iura societatis, libertatis, differentiam Republicæ & Foederis, quæque patitorum inde proficent conditores, ac originem Hanse, eiusque confederationis nobilis, civitatum & urbium connexiones, foederis his intentionem primariam, cum historica deductione quadam, in piena enumeratione Urbium & Rerum publ., nec non effectu principal, &

1012 R E R V M P. H A N S .
fundamento ex parte , cui superin-
structa est tam vasta moles , perlu-
stravimus non sine debita circum-
spectione aut actionum examine.
Restat igitur , quum universitas cor-
poris huius nondum ad umbilicum
deducta sit , ut paucis ulterius nunc
absolvamus , quis modus in applica-
d:is mediis , observetur , & quibus
virtutibus aut pactis tanta tamque
diuturna confederatio in suo vigore
sit usque vivide conservata . Modus
autem iste , quum in distributione
membrorum corumque divisione
consistat , de ea ante omnia nunc
agendum erit . Namque dum iam
constat satis , quam diffusissime per
plures regiones se hoc corpus exten-
dat , necesse est etiam , ut noscatur,
quo loco anumquodque eius mem-
brum sit habendum .

Quippe ipsa natura hoc docet ,
quod nihil sine vero & solido possit
concretere aut regi ordine . Etenim or-
do non tantum est modulus entium , ut
Brid. habet in prim. ff. n. 4 . sed etiam
animam cuiusque rei representat .
Corras. de art. iur. part. i. cap. 16. , ut
ordo talis modulus sit efficax , sine quo
nihil agi recte queat , ait *Marcus. in
proem. specul. num. 3.* Imo ordo si non
futu-

servetur , quando pro forma rei est ,
 actus omnis omnino corruit. c. cum
āilella , de rescript Nam in qualibet
 re & actione etiam minutissima suis
 rectè ordo quidvis persiciendi requi-
 ritur. Vnde & duplex ordo temporis
 & naturæ haut inconsideratè à lCtis
 statuitur. *Bald. l. quoties volens* , §. si
guis, num. ff. de hæred. Instit. Ast sicut
 ordo naturæ est , ut maiori serviat mi-
 nori, *Ias. l. cim quid. n. 43. ff. si cert. pe-*
tat. ita tempus in motu successionem
attendit, ne quid in confusione in-
ordinatè præcipitetur, quā nihil hor-
tibilius potest fingi, quām à rægia
confusionem pariat, & hæc rursus
genitrix sit presentissimæ perniciei
aut ruinæ.

Ordine enim destructo, destruitur
 omne ordinabile , ait *Menoch. conf.*
172. n. 2. quum nihil durabile abs-
 que ordine dati possit : velut etiam
 ipse Ichov i totius universi constitu-
 tionem ita harmonicè composuit, ut
 eisdem dispositio temporis & rerum
 confusionem prohibeat, ne in ruinam
 sui imperium perversum faciat. Pro-
 inde *D. Nazianz. orat. 5. rectè loqui-*
tur, dicens : Non est dissensionis &
confusionis Deus ; sed pacis & ordi-
nis. Sic & Chrysost. homil. 37. 1 ad Ce-
S ff 3. rinth. 1.

sentib. i. est verbum : Nihil aquæ
aditicat , ut ordo rectus , ut Pax,
ut Charitas : sicut etiam contraria
diruunt. Non solum autem in Spiti-
tibus sed etiam in aliis omnibus hoc
videtis. Nam sive in choce ; sive in
navigio , sive in curtu , sive in castis
ordinem confundas ; & maioribus
suo loco electis , in illorum ordinem
minora induxeris ; omnia corruipis,
& sic , quæ sunt supra , sunt in tra &c.

Proinde pro evitâ la corruptione tali
aut confusione potius , iubet Paul.
i Cor. : 4. v. 40 , ut omnia fiant secun-
dam ordinem decenter ; quum etiam
plurium sermo auditum ipsum ob-
ruat. Enimvero , ait Themist. in orat.
16. Odo imbecillitatis indicium
non est , sed à naturæ omnis muta-
tione , ac perturbat vacua : & quanto
regia vis illa propius ab universitate ,
tantò magis ordine perficitur. Tu-
multus autem & motus & agitatio ,
in minima parte eius , quod receta
est , locum habe-

*Ordine nam quod sit , cedit simul or-
dine isto.*

*Ordine si facias , perages cum ea ordine
cæpto.*

Non autem ita heic in confœdera-
tionis sermone hoc ordinem accipio,

ut Politici de Republ. loquentes id faciunt : ubi dignitatis certæ statum cettum submiseretur eideinque adiicere solent ; velut etiam necessum est, ut inferior ibi in Republ. à superioris nutu dependeat; & inde leges accipiat suas, quum non aliter inter imperantem & obedientem aut parentem concentus harmonicus conservari queat, nisi totam perturbare aut subvertere velis Rēpublicam. Et enim *supra ex part.* 2. ubi de fœderibus actum est, satis constat, quomodo vim potentiamque omnem in caput suum tota massa corporis politici congesserit, & quantum discrimen inde intersit inter Rēpubl. & Corporis talis fœderati constitutio- ne in quodex pactis fœderis & eorum compositione coalescit. In Republica quippe Ordines pro officiorum iugentium aut parentium dignitate distinguantur secundum gradus , ut tempries in imperando & patendo quedam inde evascatur: At in fœdere nullatenus hoc permittitur, quunc statim è vestigio naturæ essentiam suæ exuat & amittat , simulac patitatis æqualitas quæ in tali societate requiritur, ipsi subducatur, & aliquis superioritatis ius sibi arrogare velit.

Etenim ubi omnes sunt socii, ibi singularis quoque idem ius libertatis & aequalitatis in conditione pari manet, quod non sit in Republ., quum ibi corporis politici ratio planè dimilis sit, & protenus ordinum diversitatem inquam conticiat, iuxta statuum conditiones, quæ huic vel illi maiorem dignitatis auctoritatis, quæ honorē augent, aut immundant, juxta legum aut gratiarē benemeritæ, que præscriptionem, quæ cuivis in officio suo proprio adiicitur, aut cum privilegio adsignatur. Veluti exemplum à principio tractatus huius Generalis in Imperio Romano introductum id satis demonstrat, in quo potissimum quæcumque principalia membra sive summa, præter Imperatorem, culmina Imperialis huius Republ. dantur: quæ omnes ita se invicem respiciunt, ut alterum alterius ministerio innitatur, unde & à multis itculis solidè sic coauit. Quorum si alterum membra nimis intumescat, ait Clap. in lib. 6. c. 19. de Arz. R., vel potentia, vel militari re, dubium mihi non est, quin detinendu in capiat Republ.

Quare in primis opera danda est, ac hinc incunbra invicem à se alienentur,

dentur , nevè alterutrum nimis op-
 primatur : veluti Gracchus ille de-
 presto Senatorio ordine , & nimis ex
 aggeratis reliquis , primum Rēpubl.
 Romanam perculit . Cosluit enim
 hæc compages , veluti de Romana Kē-
 publ . Tacitus affirmat , aliquot anno-
 rum fortuna & disciplina , quæ con-
 yelli sine convellentium exitio pror-
 fusa non potest . Quare per magni in-
 terest , Imperii hūus unum caput ei-
 scet : quo amputato , quod clementissi-
 mus Ichova avertat , quid aliud ,
 quām bella omnium inter se mem-
 brorum existent ? ut quondam dixit
 Romanus Dux . Quo etiam consilio
 cautum est , ne quis externus ad Im-
 perium evelatur . Hic enim potentia
 extera fretus , & consorti impa-
 tient , facile libertatem Germaniæ
 possimbat . &c. Verum iam , ait
Hil. in Pol. cap. 7. pag. 1024 , in Im-
 perio nostro prudentissima Ordinum
 tempesties multis modis violatur :
 Principes & Nobilitas Civitates li-
 beras & populum deprimunt , & pau-
 cularium familiarum opulentia relin-
 quas ad maiora adspicere nō patiun-
 tur , quæ res maximæ datuia turbas
 videtur . &c. Sed morbus hic ingra-
 vescens bonis consiliorum medica-
 tione

1018 R E R V M P. H A N S.
mentis facile diverti poterit, inquit
sanctus non respuatur medicus Ieho-
va, & poenitenti corde vitia depur-
genuis affectuum, ut sic sanctiores
Christo per ductum sacrum Spiritu
Dei, ad Iehovam revertamur Patrem
clementissimum, qui neminem filiorum
respuit, si saltem ritè ex verti-
sui norma, reiectis pravis animi opi-
nionibus, secum resipiscat. Stephanus
serm. 43. de Republ. dicit, universa
Republ. in tres ordines divisum
esse; & unum quidem esse bonorum
ordinem, publica negotia gubernaz-
cium: alterum ex viris robustis con-
state; tertium ex illis, qui res neces-
sarias explent, & suppeditant. Non
no autem, inquit, primum quidem
ordinem, Consiliarium: Secundum
auxiliarem: tertium, mechanicum.
Et priores duos proprios esse di-
mus vitam liberam degentium: ut
tiam vero, viatum labore queran-
tium. Ac Consilium quidem op-
timum esse: mechanicum, detec-
torum: auxiliarem medium. Ita
Consilium imperare oportet, me-
chanicum patere: auxiliarem vici-
ntrumque. Consiliarius enim, qui
agendum sit, consiliis praefinit. &
Ceterum singuli, inquit, trium isti

rum ordinum denuo in tres alios subdividuntur. Consilii enim quodam pars est priuaria, alia rectoria, alia Senatoria, vel in communione consilens, &c. Ita apparet, quomodo in Republ. bene instituta ordo dignitatis cum gradu suam exerat facultatem, & quod talis æqualitas, quam in Societatis Confederatæ corpore requiritur, eidem protinus non competere valcat, nisi monstrum quoddam etiforme quis per metamorphosin profundere velit, & procreare Holopolii aut Ochlochorii congestionem sive abortum non vereatur: velut hodiè sunt, quos non pudeat eiusmodi defendere portenta in Universitate Politica; quum tamen verum corpus Politicum absque eius legitima forma, quam Respubl. determinando inducit, non possit dare. Etenim illud corpus, quod ex Confederatione aut Federum pactis compingitur, non potest verè corpus Politicum nisi per analogiam vocari, quum saltem umbram sive exēsos alterius referat. Atque quum æmulationes multas in se contineat, & velut oppositionis nictum, qua alteri frœnum aut habenas iniicere ut plurimum studet; propterea quaque adhuc

ad eō odiorum habent vero Rerum
publ. corpori, ut inde in omnibus
regnis propē prohibetur, velut etiam
totus titul. in iure nostri Imperij Res.
de Colleg. & Corp. & Aur. Bull. C. ar. IV.
tit. 13. edit. An. 136. inde clariss.
habetur, & frequenter inter Iudeos
agitatur quæstio inter alias, an Fe-
dus Hanseaticum sit licitum, utis-
fra ex Matib. Steph. lib. 2. p. 1. cap. 3.
de iuris d. pluribus patebit. Absurdè
igitur omnes, immo & plusquam ab-
surdè faciunt, qui ex confœderatio-
rum Holopoliis aut Ochlochoniis
Confœderatorum Respubl. concur-
gere audent, & tali titulo ea vendi-
tare procaciis. Ceterè illi demon-
strant egregiè, & non obscurum spe-
cimen suæ ignorantia produnt, in
quantis rerum Politicarum hæc est
tenebris adeō, ut ne quidem primi
principia fundamentalia intelligan-
dum hoc manifestè ostendunt des-
quod nondum discrimen vel minu-
tissimum, & quid inter Rempubl. at-
que Fœderis adumbratile corpus in-
tersit, agnoverunt. Hanseatici vero
Fœderis antiquissimi membra &
Respubl. sive civitates tantam orga-
nizatam sibi nolle tenus vendicant
ideoq; ordines tales, quæ superiori-
tatibus

tatem aliquam important, proflus à
se se excludunt; & solummodo, prop-
ter aequalitatem saltē socii inter se
fratresvē dici volunt. Atque hæc
est pōtissimum ratio, quā rām diu hoc
fōdus tamque firmiter coaglutina-
tum coherere & tot secula exspecta-
re potuerit, pr̄fertim cū finis fce. je-
ris hūus videlicet cōmeriorū usus,
justis decretis aequaliter inter omnia
membra dūiūs effet, & conservare-
tur communicatus singulis. Et licet
interdum suciunt, qui chullire altius,
& aliquid potentius super alias so-
ciorum Rēpubl. extendere studue-
rint, velut ex hacenus iudicis faci-
lē apparet, diligentius examinanti
alia, queat: ut s̄epius hoc nobile
corpus Confederatum paroxysmis
non levibus nec citta jacturam rui-
næ subiectum fuerit; tanq̄a prudē-
tiores socii, in quibus se Lubeccen-
sium circumspēctio cum vigilantia,
pr̄e ceteris, maximè excellens ostē-
tarit, omni conatu medelam iustam
adhibere studuerunt, ut refaciri aut
restitui suo quodammodo vigori
potuerit.

Quapropter, dum Ordinis men-
tionem heic inserimus, hanc eius
Gōtēs acceptionem volumus aut
inten-

intendimus, quem. Script. ad Rom. 3.v.1. & Tit. 3.v.1. & 1.Pet. 1.v.1; ordinem Politicum, indiget: Sed studia saltem dispositionem, quae pro vita confusione adhibetur, & diathesis determinat quandam, e communis & usitatis mos id scilicet loquendi, velut etiam Cic. de Orat. vult quod talis ordo & dispositio argumentorum in orationibus per se sociis debeat observari. Vnde etiam 1. Off. 142. Sic hanc definit modum seriei, dicens: Nam & ordinem sic definiunt, compositionem seruum aptis & accommodatis locis &c. & que ibidem ὀλταζίσιν appellat in qua intelligatur Ordinis conservatio. & ibidem: Itaque videtur eadem vi ut dinis & collationis fore. 2. de Orat. Ordo est, qui memoriarum maximum item afferat. sic & 1. de Orat. Invenia decet non solum ordine, sed etiam momento quodam & iudicio discernere. Ita de Clar. Orat. ait: Sed ordinem sequens, in memoriam nouam & aequalem necessariò incurro &c. Non eniun alia ratione quid hec in corpore consociationis fæderatæ socii delbet, quam ne quid protuberet, indeque quid in aequalitatis inferat sociis. Vnde & merito in Part. 3. dicit:

3. dicit Cic. Quicquid peccat, per-
turbatione peccatur rationis & or-
dinis: velut etiam domestica ordine
administrari affimat: *lib. 10. Epist.*
6. ad Att. quum nihil sit pulchrius
in omni actione vita, dispositione
atque ordine. *Oecon. 1.* Cœli quoq;
signorum admirabilem Ordinem,
insatiabilemq; pulchritudinem ma-
gis spectant. *Cic. in Hort.* Sic etiam
omnium, quæ sunt, quæque dicun-
tur, ordo ac modus adesse debet. *i. off.*
cif. His enim rebus, quæ tractantur
in vita, modum quendam adhiben-
tes & ordinem, honestatem & decus
conservabimus, inquit *ibid. i. off.*
Vnde negat quoque, in Consiliorum
confessu, quæquam uni extra ordi-
nem decerni, in *Orat. pro Domo sua*,
sed potius hoc laudat rectè fieri, si
ætatis observantia accederet, quum
prudentiæ vis ex rerum experientia
maximè efficax profluat, ceu dicit;
Ut quisque ætate antecedebat, ita
sententiam dicebat ex ordine. In
Vatin.

Proinde in Confœderato corpore
talis distributio unicè observari &
retineri debet, quæ æqualitatis dis-
positionem in ordine suo conservet.
Hoc etiam, nec aliud quid vult civi-
tatum

tatum sive Rerumpubl. Hanseaticorum divisio, quæ exinde non una, sed triplex, imo quadruplex, celebratur & habeatur. Etenim primò, quum respectum ad Romano-Germanicum Imperium, in quo etiam sedis fundamentum repetitur, maximè cefrat, dividuntur eius membra in civitates, quæ vel in Imperio vel extra Imperium sunt sitæ. Alias verò propè omnes præfatis illis temporibus, præquam tot vicinis provinciis caueruntur Germania, exceptis locis Emporiorum, continabantur Imperio, ut ex superioribus relatis facile colligatur. Sed nunc, quum tot bellorum calamitatibus coarctati sint finis, extra Imperii terminos in provinciis subductis sitæ civitates ab his ita disinguuntur, quæ Germaniæ Imperio inclusæ adiunguntur. Secundò, respetu originarii contractus, quo, in plenius Reipublicæ civitatum corporis confederatum hoc, coivere, aliae civitates in ipso convenerunt Hanseaticæ vocantur Vandalicæ, Dic Vandalicæ Stätte, aliae Extra aut ultra Vandalicæ, Dic Übervandische, uti à posteriori completione huius confederationis divisio hæc orta ex parte videatur. Namque alias quoque han-

subestalia hujus divisionis ratio, qua-
si ex officio submixto orta sit, quod
ex litteris Lubeccensis patet, sub dato,
An. 1624 ad Senat. Magd. dat. 29. Febr.
quibus interebantur hæc formalia:
*Celare vest. hon. Pr. non possumus, quia
propter eum in effluxo tempeste ore, ante aliquot
menses ex more antiquo cum reliquis
Vandalis civitatibus ecclesiasticis ave-
rinus. ut censu: o suo nolus suggererent;*
*Num hoc tempore condicerit, & nece-
sitas talis esset, ut communis Harfe con-
veniret, atque secundum orationem
frisiam, fructus convetus Vandales, in-
stitueretur & convocatio talis fecerit?*
Ec. Ex quibus verbis manifestè ap-
paret, quod distinctio hæc ex ipso
nisi & praxi antiqua desumpta fuerit,
quam etiam adhuc suetè obser-
vant. Sed tamen ex hist:is supra
in parte antecedenti illatis, sicut et-
iam ex documentis, piñsert in Otto-
ni Ruti Imperat. aliisque, quæ vidi
olim, & querum copia in hac multa-
bus etiam adempta non habet, con-
stat, quod fœderis hujus auctores
omnium primi maximè arcu: estunc
fuerint, quin antiquissima urbs
Bardovicum, ab Henrico Leone cir-
ca Annos Chr. 1119, postquam 2172.
anno: fletislet, est: diruta.

Ttt Etenim

1026 R E R V M P. H A N S.

Etenim civitates Saxoniz ita adi-
tām in commerciis, quam in mutu-
dēfensione propter varias incursiones
confœderatē cohærebant, ut cū
hoc modo omnes infestatiōnes se
à se propellent, aut hostes finitimi
pedetent in singulari: quasi hoc am-
ficio subiungarent, immo etiam pri-
tus enervarent. Sicuti vestigia e
suppressione Scyvorum sat lucula-
ta adduc hodiè id testantur, quām
tificiosè fodere collegiorum omni-
ip̄sis substraxerint commercia,
profusā communitate & comen-
niatione suā excluderint. Quemad-
modum etiam civitates omne-
quæ, se adhuc Vandalicas dici, am-
nihil amplius ab antiquo usq; Va-
dalici sanguinis habent, sed omne
Saxones suis compleverunt conne-
ctis & negotiationibus, etiam e-
quūm illis temporib; nondum Br-
dovicum esset perditum aut ex-
stum. Quippe hac urbs princi-
unica erat ferme totius Saxoniz,
postea adiiciebatur Magdeburgus
metropoleos tūlo, ut id consti-
Privilegio eiusdem Imperat. citi-
nem part. 2. producto, in quo est
iura & Privilegia in commerciis
tribuuntur, quæ habuere Mogum

Colonia, & Tiela Bataviæ ad Rhenum. Verba hæc non frustrâ sunt polita, sed eam habent emphasin, quæ vix longo historię tractu possent definiri. Fœdus autem Hansæ Anno 1169. ita fuit absolutum, ut eandem ferè nat. vitæ cum urbe Rostochienti agnoscatur, quod supra aliquoties iudicavimus, ut ita præ cunctis ad veritatem maximè collimetur. Matth. Steph. l. b. 2. part. 2. cap. 3. de Iuri dñi Sicne, qui eius Originem ad Annos Christi 1170. refert, quem alii frustrâ tantopere de origine fœderis huius computent.

Tertia verò civitatum & Rerum publ. Hanseaticarum divisio ex Fœdus Hanseatici quidem prima compositione prodite videtur; sed tamen magis plagas muradi aut situs attinet, uti inde non minus in historiis & Ciron. Colon. Frise, Belg. & aliis hispata sic habetur: Velut etiam in Belgio talis locutio huius distinctionis, quia aliae civitates Hansæ Orientales, aliae fœderis Occidentalis dicuntur ab iis, qui penitus antiquitatem Hansæ examinare secundu[m] docunt. Namque cap. 1. hius tractus indicatum est, quod hæc civitates matris Occidentalis maximè cum Co-

lonia coluerint peculiare fædus, quibus incursus creberrimus Normanorum in Rhenum huc, hanc necessitatem imposuerat, ut ita sua commercia & negotiaciones contra eorum hostilitates salvarent. Postea quum viderent, quod Orientales confederatae urbes Hanse Normannienses mercibus Germanicis & ierbis necessariis, quas libertim navigationibus suppeditabant Norvegia, penitus insuam peritaxissent devotionem, sic Coloniæ maximè se iis adlocavit, ut tutores exercere poscent recessus. Vnde divisione hæc in illu manet, & continent plaga Orientalis Metropoliæ cum suis subordinatis civitatibus & Rebus publicis, veluti sunt Lubeca, Brunsviga, & Dantœcam iuxta Gdanum, ut alii volunt, quibus annexa habet Stockholm: a in Svecia aut infra monebimus: plaga vero Occidentalis complectitur Coloniam cum suis sociis, inter quas Tremenia, Miniat Noviomagum & Davantia adhuc primas tenent, quamvis olim Tria non minoris fuerit censuræ, quo ad præfæca privilegia Imperij.

Quarta distinctio sumitur à plaga particulariocibus, quibus universa Hansa Teutonica, quæ à maris Finici

nici ultimo recessu, per Balticum & Septentrio-nale ac Germanicum mare rursus ad Flandriam & Rheni interiores partes exceditur, in quatuor regiones dividitur, unde & unicuique quasi ex partis confœderationis aliquod ius speciale Metropolitanum diligenter voluerunt, quod cuius regionar Hanseaticæ suum determinaret circuitum aut circulum, quos Quartier inter se vocant inde, quinque totum corpus Hanse in quatuor partes principaliores distribuerint, uti est Quarticrum Lubeccense, Colonie, Brunsbycense, & Dantiscanum, quod Berthius non adeò congruè, contra experientiam negotii, & usum commodum, Borussicum vocat. Non enim Dantiscanū Borussiam tantum, sed etiam Polonicum & Livonicum tractum, aut eorum potius civitates aliquot in commerciis concernit.

Inter Metropoles autem tales Lubecæ iterum munus principale attributum est, ut quasi caput universi corporis huius referat, quod rectius ex sequentibus patebit, uti paucis nunc de eiusque officio agendum nobis erit, quod pro bono publico promovere do totius societatis Hanseaticæ, ex communione placito quatuor civitatibus

1030 R E R V M P. H A N S .
iam dictis oblatum est.

C A P. IX.

*De officio proprio Metropolitanarum
urbium & Rerumpubl. apud Han-
sam extra conventum e-
rum publicum.*

Quoniam tam vastum sit Hanse ce-
pus, & tam ampla huius societa-
tis publicæ negotiatio aut commis-
sionis eius, ut communicatione festi-
na interdum sit opus; & natura
conservandæ ratio, & ipsa necessi-
tas confœderatis hoc imposuit, ut
medium connexionis tam longè in-
ter se se dissit Rebuspubl. convenien-
ter accommodatum configerent.
Nec tamen illius foederis ratio ad-
mittit, ut ulla in parte quid regimi-
nis, vel saltem speciem eius aliquam
attribuere aut vendicare possit. Ideo-
que necesse fuit, ut ante omnia
in ipsadiathesi quoddam caput co-
stituerent, ex cuius commoditate
omnes suum correspondientia
quam citissimum percipere & ha-
bitare sibi possent, quodque esset aptissi-
mum ad conventus ordinarios an-
nates & extraordinarios ibidem pro-

P A R S. I V. 1037

teram usū communi, d. bītē celebrando!. Quām verò benē dispexisset locos & qualitates civitatum , converientiorem urbem non potuēte inventu asseguī præter Lubeccam , qui ex plena consensione caput totius Hanseatici Corporis & fæderis unanimiter constituerūt , tum obsitum loci , quē quasi in medio fermè habet , tum respectu civitatū ad maritum Balticum tam iuxta Succiā , Daniā , Livoniā , Borussiā &c. quā occidentales & interiores partes Germaniae ; tum ob urbis ciuiumque potentiam & privilegia Imperialia , & quod ex locis Imperialibus acta ac quilibet postulationes aut dispositiones , nec non quidquid rerum usus experietur sibi , possent huc traduci , & inde ordinationes cunctæ cō melius distribui . Ideoque in urbem non solummodo archiva omnia societatis universitæ Hanseatice ; sed etiam ius convocandi , & gravamina , monitiones , & cautiones recipiendi contulerunt , ita tamen , ut cum proximis civitatibus Bremia , Hamburgo , Wismaria , & Lunzburgo , quoties necessitas id posceret , communicationem prius instituerent , & natiertiam in singulis conveutibus secuti exanimarent ,

10; 2 R E R V M P. H A N S
prædeliberarent, & ritè, ut faciliöti
expeditione omnium reliquarum ci-
vitatum disponerent; in quem sum
quoque ibi a iuncti pabl: cum ex
annis contributionibus iuxta cuiusq;
civitatis Hanseaticæ conditioñem
proportionabiliter instituerunt, ut
infra patet. Atque ut ordine om-
nia fieri possint, rebus gerend.s Actua-
tum destinarunt peculiariē, cu: Syndi-
cici Hanseatici nomen propterea, (nō
ut singulis ius diceret, ut loquitur
g. l. i. ff. quod usque Utrum. non c. i.
extr. de Syndic., sed ut vices Universi-
tatis vel collegialis corporis sufficeret,
iuxta Spec. de act. ab Univers. &
quasi procuratoris vice fungeretur,
Spec. de rest. in integr. §. quis autem, V.
prælatus) imposuerunt: Velut t. lis
Syndicus & auctor dici & similiter
procurator valet. Angel. §. fin. Inst. de
Curat. Et quin fas sit, ut Syndicus
constituatur à Collegio collegiatur,
non separatiu[m] à singulis, Spec. de Synl.
ubi Ba'l. prouinde haut id competit
Lubecceñibus, ut aliquem ordinare
velint sine consensu sociorum; nec id
expetunt, quod ipse vidi, quod tenuis
materia hæc de novo Syndico eligendo
post obitum Domanni An. 11. 9.
& sequentibus annis fuerit propo-
lita,

gra. Sed ita conveait inter Lubec-
censes & secios confederatos , ut in
Lubeccenti urbe habitat liber hone-
sto cum salario , quod ipsi ex ætario
Hanseatico , cui præiunt Lubecenses ,
quotannis porrigitur ; ceu memini
Domanno 800 Imperiales præter ac-
cidentia , quæ salarium ferunt exupe-
rant , solutos esse. Etenim quoties
celebratur conventus , pro recessu &
labore exantlato , tunc quælibet ci-
tas ; aut 6 recompensationis ergo ipsi
ex antiqua consuetudine solvere te-
betur. Sic & Lubecensibus defertur
ut plurimum loc , si quædam Legatio
sit ad exterros Reges & Principes , aut
etiam ipsam Imperatorem mutenda;
sed id non pericitur , nisi prius sit de-
cretum in publ:co consessu. Et quum
nullæ litteræ neque ulla commissio
confici queat sine sigillo , Lubecen-
ses tamen liberum Imperii Statum
inter urbcs Imperiales reptitent , &
in ciy:co urbis Aquilam ab Impera-
tore Romano gestent ; ideo Corpus
loc Hanse non tantum eius fidei se-
ita committit , ut Vibis huius sigillo
utantur ; sed etiam putant , quod hac
ratione auctoritas talis Imperii ma-
xime confirmet auctoritatem Hansæ
sue.

T t i s Stilus

Stilus autem subscriptionis qui
nam sit, id postea patet it, ubi de so-
lemnitatibus conventionum agerit.
In primis autem loco Directori hec
incumbit, quod, si forte gravamina
commercii in Germania aut extra
German. nascantur, & si alicui civi-
tati hoc innescat, atque ea sit qua-
cunque in Confederatione velit, et
iam si sit minima, aut civilis quis-
piam carum, de communione aut
gravamine indicium faciat Lubec-
censibus, aut Syndico Societatis Han-
seaticæ, protinus teneantur Directo-
res non saltem ad materiam delibe-
randam referre; sed etiam cum vici-
nis civitatibus iis de causis com-
municationem inter se instituere. Vbi
simul concessum est illis, media dis-
picere, quibus ciuusmodi infestationi-
bus possit succurri: verum non amplius
competit illis quid, nisi ut inter-
fesse talibus detebus agitent præde-
liberationes, & tamen omnia ad com-
mune placitum dirigant: velut tunc
quoque id dispiciunt, qua maturitate
Conventus sit procurandus, & qui-
buscuris supplenda ea, quæ ad dis-
positionem faciant expeditiorem. Si
quoque res sit, quæ periculum morat
importet, aut si quid in loco Directo-

rii petatur , ad quod respondendum
inevitabiliter veniat , ne verò cum
quid damni Societas Hansæ subeat , in
talibus & similibus casibus licitum
est Directorio quid ad talia respon-
dere , sed non nisi in genere , & quod
non tantum sint promoturi causam ;
sed etiam reliqua præstare velint ,
qua ad fidem & diligentiam faciant .
&c. Interim tamen officii ratio quo-
que hoc exigit , ut statim copiam re-
spensi Dilatotii ad principales mit-
tant Civitates ; quod sedulò iis tem-
potibus , quo usque nimirum egi , ob-
servatum & laudabiliter à Dnn. Di-
rectoribus præstitum semper memi-
ni . Etenim hisce annis intricatissi-
mis & difficillimis rerum , quibus
tot accidere perplexitates adeo , ut
tota Europa fermè miris & stupendis
belli crudelitatibus & turbis impli-
cata , & non procul usque ad ruinam
distracta fuit , variarum Legationum
recursus ad Hansæ corpus inclutum
facti sunt , ut sepius uno tempore ad-
versantium partium sollicitationes
dissimiles & contrarie adfuerint .

Quæ involutiones non scaruere
consiliis & expeditionibus cautissi-
mis , sicuti Lubeccenses certè quoque
in

10;6 R E G Y M P. H A N S.
in omnibus prudentiam singularem
suam demonstrant, quod nemo
abnegare poterit, cui saltēm penitiora
cognita sunt. Nam quod vulgus se-
duſtorum loquitur, aut in culinis &
fabulatoris conciliabul's, de rebus
ignotis ut coguntis, uide: cium blate-
torium sib: fingit, suæ vanitati &
malignitati relinquendum est. Ego
credo in is oculis, auribus & sensu:
ipſe novi quæ viderim, annotarim &
toties expertus fuerim, ut ſæpius ad-
miratus fuerim, quod affectuum pro-
prorum tantos ſeſe exercere potuerint
dominatores; quam ſæpius in iſla
et evēſcentia ſeſe ſuppreſſe: int con-
tinendo, quaſi tot actes tentationes
non animaverint; quod fanè in
prudentia ipſa prudentiae ſumine
permanet testimonium. Sic anno
1621. sub dato Lubeck 12 Novembris,
quām Hanſeatici ita cuncti ad con-
ſilium dandū, & auxilium à No-
rembergenib⁹ & aliis civitatibus Im-
perii, quæ certum absque mora &
indubitate respondū a toto pete-
bant corpore, in motu illo belli, quo
utriusque tamen à Mansfeldico quām
Bavarico milite inclusi tenebantur,
nec tamen Hanſeatici proprie: ea po-
ſent convocati, implorati effent, ex-
pedi-

peditam & satis congruam resolutio-
nem quidem postulantibus exhibue-
re, sed tamen ut in iure mentis & officii
ratione in reliquo socii declararunt,
corum sententiam & suffragium pro-
concluso petentes, ut ex adiecta co-
pinia, ex Germanissimo Latinitate dora-
ta, apparet.

*Litteræ Lubecensium ad Socios de-
peito Nürnbergensium.*

P Famissa amicabili nostra salute. Ho-
norabiles prudentesque Domini, ami-
ci considerati singulares : Quidnam
Domi. Consules & Senatus Sacri Imperij
ac civitatu Nürnbergensis ad nos accu-
lent, & iuxta indicationem adiecli post-
fippi adiutio posuerint, id Pr. V. adne-
gant plurim detegit. Nam vero nos il-
lum bona Reipubl., tanquam praecipui
Evangelici Status in Imperio prægra-
tam conditionem hanc lileiter, nec sine
condolentia debita, percipimus, optare-
mus quidem simul, quod ita à nobis co-
modo, & cluti confidentiam suam & fidu-
ciam in nos deponunt, Consuli & succurri
posse: Quum vero nobiscum non inve-
niamus, quia ratione id fieri queat ; &
tamen ea inspebareamus, quod pericu-
lum huic civitati imminens nunc tandem
cesset

10;8 R E R V M P. H A N S.
cessarit & penitus sublatum sit: Proinde
absque ullius praēiudicio ita censemus,
quod dicto Senatus cōmmissarii r. solatio
in ea forma & sententia, uti in adiuncto
concepto exprimitur, facile possit reddi;
super quod tamen U. Pr. rationabilem
consensuū expetimus: Nos utrinque Di-
vine protectioni his commendantes Da-
tum sub nostro signo 12. Novembris.
Anno 1621.

A V.

Censiles Senatusque civitatis Lu-
beckensis.

Concepit Ressponsi Hanseatici
ad Rempubl. Norinber-
gensim.

Pramissi amicabili officiositate nostri,
Honorabiles, Prudentes & Sapientes,
singulare amorem colendi & charissimi
Amici: U. Pr. S. satis explicitè dicta-
etas litteris, in quibus nobis periculum
statum, in quo civitatem Noribergensis
tempore haberet, & quid praterea auctor
ille, circa eandem civitatem nunc in
quartam septimanam se continens, exer-
citus designarit & commiserit, n:bus re-
censuerunt, & simulac quoddam consilium
& opitulationem in talibus suis incom-
moditatibus ac necessitatibus à nobis pe-

tere voluerunt: Hoc omne nos Lubecce: ses
in Origina: tis, nos reliqui verò in copiis
nobiscum communicatu reçe: accipimus,
atque contenta eius plana perlegen:do sa-
tu: iquidè cognovimus. Et quim V.P.S.
in eius Post scripto simultaneam resolu-
tionem à nobis & coadunis civitatisibus
Hanseaticis poposcerint: inde antè om-
nia nos operose amicas gratias dicimus,
quod totum ricursum, de quo valde di-
paria nobis relata sunt, ita cum circum-
stantijs plenè explicare voluerint. Quod
verò in his, & per occasionem eam utrius-
que partis inter scelē colluctantis exerci-
tus, contra Imperij constitutiones, cum
violentia penetrantis, V.P.S. civitas &
subditi atque adfisi in dictum periculum
inciderint, & præterea, quod illis in ter-
ritorio, rapinus, spoliis, internecionibus,
& incendiis alijsque hostilibus actionibus
ingens damnum causarum, atque simul
camen à civitate immodica nimia pecu-
nie summa quasi minis extorta sit exin-
de nos, etiam ob reliqua cuncta perpeccia
damna, præscritim que propter Evangelii-
cam nostram religionem subrepere, certè
ea propter vobiscum nos urgentem admis-
sum condolentiam gerimus & supporta-
mus. Atque haud dubij confitemur,
quod hoc omnigenarum damnosarum
consequentiarum opus sit, si obediens Im-
perij

perij Status iuxta possibilissimam accom-
 modationem submissionemque , at: ersus
 & contra complicitam accordantiam,
 & eretos Recessus , sum etiam Imperia-
 toru gratiosa indulita , & simile promissa
 assuerations , ex modo onus & pre-
 gravari debeat . Ac quod proinde moni-
 um: Euangelici Principes & statu-
 causam & ansim arriper egyptium
 in hac vigilantem rei certitudine oculum ,
 & propter gloriam Dei co contendere ,
 per unius alteriusve Euangelici preciae
 status oppressionem , prototatis extinc-
 tione atque extirpatione Euangelicae ver-
 tatis , periculusum iniquitatem &
 gressus ita conficeretur : Veluti eten-
 nos ex corde optaremus , ut sublimis
 Status in Sacro b: perio , qui Euangelia
 Religioni adiunxit & adiungunt , Mi-
 diatores gratiosos agerent , & ad ante ca-
 les imminentem terralem ruinam eva-
 sionemque Germanici Imperij praec-
 vendam & avertendam , maiori sitiv-
 itate & curâ omnia subire intercederet
 Nos in loco nostro nihil ulterius huc:
 impendere potumus , quam ut deprava-
 tum & arumosum statum cari: in
 nostræ patris , qui non unquam antea
 depravator atque periculosis fuit , ex-
 doore deploraremus , & simul emul-
 sentem Deum apprecamur , ut ille sali-
 satil

paria remedia, ad sananda hæc tam pro-
 funda Reipublicæ Christianæ uinera ex-
 altis applicare & concedere benignè vel-
 let. Et quicquam oiuum nos V. P. S., tan-
 quam Religionis agnatis, ac perquam di-
 lectis charisque amiciis, hæc onera & in-
 commodis planè minus cupimus, sed
 potius omnipotentem Deum precamur.
 & invocamus, ut ex his necessitatibus &
 periculis eos eripiatur, & impaciens statu-
 mpta pristinum gloriam & prosperitatem
 conservare velut: Ita rixæ ægre noliscum
 inuenire possumus, quid consilij & rea-
 auxiliij nos V. P. S. & eius civitati in hoc
 casu issit suggesterentum, quum non so-
 lummodo nos procul suis digniti simus,
 sed etiam nos similiter maxima expirre,
 dum in hac perturbata rerum statu &
 collapsis Imperij constitutio... nullis
 qui que sua voluntati iuvit, non vacua
 pertulerimus omnia; sed à proprio timore
 & impressionib[us] extrani exercitio plus
 quam sita impediti & enervati possis-
 conque. ut etiam ex nostra parte recip-
 tones sublitorum & vicinorum cum
 oculis cernamus & exprimamus, neque
 adhuc tempus notare sciamus, an nos
 ab quando constanter pacem habemus locis
 coniunctis: & in ea acquiescere tuto valca-
 mus. Postquam autem V. P. S. in lit-
 toris sui ipsius indicati, quod Se: unifor-:

Cels. in Bavaria exercitus bellicus, ab eius urbe digressus sit, & sc in Palatinetum superiorem & inferiorem divisiterit, pricinde nos ea subit spes foveans, periculum hoc in eo cessisse & desissee, V.P.S. quoque tale votum assentum esse, ut in futurum à tali territorij divastatione & iniquis postulatis securi esse valeant. Ideoque nullatenus dubitamus, quod, sicuti V. P. S. veram viam aggredi incepunt, & non solummodo Imperat. ac Cæsar. Maiest., nostri omnimodè supremi Capitis, sed etiam aliquot summorum Euangelicorum statuum opem & salvationem implorarunt, ita inde quoque non potenter satis assistentia & adiutatio prestari ipsis queat. Atque, in casum eum, si nos etiam in nostro exili loco, forte an apud futuros Imperij, Circolorum, aut alios conventus quid obtainere possimus, ex quo U.P.S. & Civitati aliquid commodi & utilitatis emergere posset, nos non solummodo ad hoc prestandum obligatissimos agnoscimus; sed etiam prompti & parati semper inveniri ad hic cupimus: Atque his U.P.S., cui ad omnia gratiosa officia nos benevolè offerimus, divine protectioni recommittimus. Datū sub signo civitatis Lubeccensis, ad quod nos confitemur, 22 Oct. An. 1621.
V.S. Unite civitates Hansæ Teutonicae.

Ex his & aliis indiciis satis liquido apparet, quam atque favoris mutui vinculo ex communis commerciis studio civitates imperiales superioris Germaniae cum Hanseaticis cohaerent connexæ, & quod sua semper inter se statim communicent gratiam vamina, & Consiliorum normam propter causas & status paritatem petere ab invicem nunquam intermittant. Quod certè sic sapienter, & facit ad communis Imperii conservationem in omnibus difficultatibus, ne quid dissidentiae subnascatur aut interveniat, quæ semper ruinam importat singulis. Verum quam prudens & cuncta sit responsio, id ipse loquitur contextus & conceptus huius communicatio, ne quid facile precipitetur. In primis laudabiliter hoc factum est, quod remissi sunt Norinberg. ad supremum Imperii Caput, videlicet ipsum Cesarem, à quo deviare certè magnum detrimentum & nefas est summum. Ideoque memini, conceperas has litteras omnino à civitatibus Hanseaticis esse approbatas. Tanti certè est, bonum in rebus agendis habere viæ monstratorem aut ducent.

. Ita quoque Norinbergenses, quum
civitatum imperialium directoriis
ab illa parte in eo collegio teneantur.
anno 1618. in punto commercii, quum
Elector Saxonie nova commerciis
Lipseensibus imposuisset vectigalia,
id sedulò nomine sociatum civi-
tum & proprio communicabant. Si-
quum Anno. 1613. Duxes Lun-
burgici in pago Bullenhusio ad al-
bum novum meditarentur vectigal, &
id Hamburgensisbus esset exploratum,
continuò indicium ea de re fecerunt
Lubeccensibus, qui id socios recte-
runt, & inde nomine totius Hanse in-
gravamina & onera mercium pa-
gravatarum in Albi per supplices ex-
plicata sunt Imperatori Matthei;
ut nil amplius obtinere potuerint. E-
tenim inter Hamburgum & Magde-
burgum iam 17. vectigalia; cuius
Magd. unum & in Hamb. unum a-
cedit, ut ita 19. numero interpona-
fint, quæ supra modum merces pa-
gravant pridem, ut ex lastæ pondæ
(uti id vocant mercatores) halcent
in itinere Albidos flum. 30. se-
milliarium ; . Imperiales pro vec-
tigali in universum, ex butyro, adipi-
melle & similibus 6. Imperiales, ex
lasta; ex ligno vero binæ partes,

saltē mercatori vix terria maneat,
 sit solvendum. Nihilominus Duces
 Megapolitani Anno 1524. obtinue-
 vant novi auctiōnē vēct̄ galibus, que
 in suis ditionibus Beuzenburgensi &
 Domizensi imponere studuerunt. Hoc
 autem simulac perceperissent Hamburgenses
 absque iusta loco Directorii
 Hanse denunciarunt, unde etiam i-
 dem significatum fuit reliquis civi-
 tatis Hanseaticis; Et quum in
 mensē Martio conventum Lubeccæ
 haberent, ea de re ita graviter deli-
 beratum fuit, ut sub dato 20. Martij
 gravamen hoc cum multivariis inc-
 uitis ita per supplices Electorib. Sax.
 & Brandeb. tanquam interessentibus
 propter subditos sic indicatum, ut
 iam Collegis Electoribus communic-
 ato clannum, chivis subitorum in
 coerationem regens, abrogare &
 removere non deditarentur; velut
 item quaque supplicibus ad Impe-
 ratoris Majest. prescriptum fuit,
 & demonstratum est, quod utroque
 in loco vēctigalis Megapolitani om-
 ne exequitatem auctio illa exuperat.
 Namque quām antehac pro 60.
 assertibus rotidemque lignis edificio
 in minori forma destinatis 20 schel-
 lingi Lubecenses, vel 15. grossi Mis-

1046 R E R V M P. H A N S.
ni: solverentur, nunc 25, ut per au-
ditionem 10. grossi adieci: sint: ha-
etiam pro modo magno, quod *Vif-
pelium* vocant, pifarum, horda,
granorum, mili, farinæ, hordæ ad ce-
revisæ coctionem preparati &c. o-
lim ibidem 1. Schill. Lubeccent. 6.0-
bulos, sive 1. gross. Misericundia 3. obu-
los, quis solverat; tunc coactus pro
quovis Wispelio 16. gross. Misericordia
solvere. Item ubi pro Wispeliottati-
& Giliginis olim gross. Misericordia cum
3. obulis; tunc vero 21. grossi Mis-
ericordi exigeabantur, ut ita ferme 19.
partibus augmentum enormousimum
& planè inauditum esset superadju-
tum, sicut etiam in aliis pluribus
incumbens ad victum & amictum de-
signatio Imperat. Mai. & Elec-
toribus dictis transmissa est. Unde
maximi ponderis ratio ælium
fuit, quod tales exactiones iussum
& graves non tam in mercatorum
quam omnium subditorum impedi-
cione in redundant: quæ etiam
ita evicit contrarias obiectiones,
ut pristino statui vestigalia fuerint
restituta. Similiter quum tale quid
etennio ante, videlicet Anno 1621.
Dux Brunsvincensis in nova sui regi-
onis & corruptæ monetæ Landco-
-
- Giorgio

restiorum forma per Ducatum uocis
quesuum tentasset, & à Brunsvicen-
sib. esset indicium factum ad locum
Directorii Hanseatici , quod omni
commerciorum generi novos ex-
actionum titulos imposuisset, 18. dis-
Mensis Junij in Camera Imperiali
mandatum Lubeccenses, ex communione
decreto Hansæ, contra dictum Prin-
cipem obtinuerunt, ut idem cogere-
tur ab incepto desistere. Velut in
pluribus aliis vigilantiam & si lemen-
tia communi bonum in commer-
ciis & aliis Lubeccensium demon-
strare satis possem, modò tempus &
occasio iam sufficeret. Saluti certè
hoc publicæ maximè prodest, & in-
colis & exterris, quod tam fidei cu-
ra felicitudinem suam pro libertate
patriæ in commerciis effundant, ut
toties se opponant iniquitatibus sta-
tim, quoties novi adulatores aut in-
ventores aulici se exerunt, & novas
mercibus impositiones argutias pra-
vis excogitant . Vnde etiam hoc of-
ficium adiicitur Lubeccensibus, ut
Advocatum in Camera sive Syndi-
cum judiciale ibi constituant &
nomine Hansæ foveant: &c. Ita et-
iam generalis inspectio in extera &
principalia Emporia Norvegia, Mus-

torix, Anglia & Flandria illis de-
manda manet, velut & Consulatu
in Hispania: unde omniflagravimus;
& nova onera, quæ concita Prive-
gia commercii libero imponuntur
eius, in Bergis, Neogardia, Novi
nunc, & aliis locis, ipsi statim de-
nunciantur: Quamvis etiam Ham-
burgenses longè frequentiores navi-
gationis usum in Angliam & Hispa-
niam conficiant, ipsi omnia tam
citra moram ad Lubeccensem refun-
centur.

Colonenses autem Collegio q̄cā
additi succant clim quidem Lubec-
censibus; rectum & iudicium aliud quo-
que archivum servant, quo d tam
alteri parti confederatorum mati-
mē inservit. Atque in reliquis idea
sustinet officium, quo d reliquæ civi-
tates Metropolitæ suffertunt, quib-
us maximè hoc compehit, ut, quo-
ties ex loco Directorii materia deli-
beranda, ecclisis articulis & capitibus
suis distinctæ, mittatur principalis
ad eas, hæ quoque ante terminos
Lubecanum convocare in suas ob-
bes possint reliqua membra ad ce-
tum diem, ut materiam rectius inci-
fere p̄t delibet, & digerant, ac
cōcoquant: veluti quoque talo-

præliminates conventus , Prædelibera-
tori aut Prædeliberationes apud
cas vocantur ; Vbi unaquæque civi-
tas suam detegit sententiam , grava-
nua profert & producit : ac si iter
Lebeccam nimis grave aut diffitum ,
numivè incommodum pro tempore
patetur , tunc possit alteri c.vitati
sus vices cum mandato offere : sed
necessum est semper , ut iusta & suf-
ficiens sub sit cauilla . Talis enim con-
ventus Prædeliberatorius in Me-
tropolitanis urbibus propterea maxi-
mè instituitur , ut eō promptior Lu-
becce possit haberi expeditio , nec
diu ibi detineantur , aut commorari
dutius cum ingenti iactura tem-
poris & sumptuum cogantur . Quam-
vis autem principaliter ad Metropo-
litanas civitates mittant rei delibe-
racionis articulos ; tamen non propter
reliquæ & potissimum primariae
civitatis excluduntur ; sed itidem il-
le articulos accipiunt : quod si non
omnes , tamen ex metropolitanis lo-
cis resimuntur , si non sint ad-
molum secreta , quæ convocatis
In ipso deum conveniunt cum spe-
ciali præmonitione ad fidem silentii
præstandam deteguntur ; seu simile
exemplum habuimus in cauilla at-

1050 R E R V M P. H A N S.
dua Anno 1620. In particuli ta-
men hoc obtinent Colonenses com-
missione, ut Emporii Antver pienis
cursum & administrationem bene
observent, ac siquid propterea in aula
Bruxellensi sit sollicitandum, velut
quoque tale munus ante pauculus
annos aliquoties, etiam Anno 1621
bis sustinuerunt, & propterea inte-
gram relationem ad Comitia misse-
runt Hansatica.

Apud Dantiscanos idem modus est, &
iuxta commune placitū retineri debet,
ut illi Borussiacis ac Livonicis civita-
tibus Hāſçdevinetis, sicut & Poloni-
cis convocatione tali prædeliberatio-
nes itidē determinent, mittant ; arti-
culos cōmunicandos. Etenim nulla
civitas cōparere, tam in prædelibera-
tione quam ipso universali conventu
Lubecce, debet absque mandato &
speciali instructione ad singula capi-
ta, ut ita socij Hansæ & Metropoli-
tani maximè certi sint de sententia
& decreto magistratus & populi aut
civium ex unaquaque Republ. Quip-
pe non aliud eo modo curant nec
curari cupiunt, quam ut ad singulo-
rum comodum, in quavis civitate,
confœderatio Hansæ & eius integra
conservatio perpetrare queat. Ac si
quid

quid Eois Hansæ civitatibus aut Rebus p. sit communicandum, commissione singulari, quum non tantum frequens ex Lübecka sit Dantiscum navigatio; Sed etiam singulis Lunæ diebus in quavis septimana, Ordinatus tabellarius ex Hainbuiga per Lubecam illuc transcurrat, illis offetur.

Nec minus Brunsvicensum fides & constantia in conservatione & cultura exactiori fæderis Hanseatici profus singularis est, quorum certè actiones, ceu in omnibus ex integritate maxime profuentes inveni, & observavi præ ceteris, merentur, ut peculiari conscribantur connotatione, quam ex candore tali ipsius priorem meditatus sum labore. Quoties enim tam ex communni officio, quod omnibus ex iure fæderis competit membris Hansæ, quam ex particulati commissione ad eos defertur, aut observatione propria perscrutati notitiaè aliqua assecuti sunt, nupsiam sanè ita sc̄nes inveniuntur, quin communni damno vigilantiam suam preveniendo adhibeant. Velut id aliquoties ipse vidi & expertus sum, quam sollicitâ cuiâ suâ undique pro boni publici commodo omnia

omnia perfecerint, ut mox patet
Quoties materia deliberanda illis
transmittitur, fidem suam & dili-
gentiam nunquam vacillare paun-
tur, quin è vestigio necessaria ex-
minent, ac, ne quid desit citra no-
ram, si conventus communis Hanse
Lubeccensis instet, ceu fieri solet, ut
non multum spacii supersit, convo-
cationem civitatum Quartirij sui al-
certuni diem in urbe sua instituant,
&, quum quinque habeant Curias,
propter tot regiones urbis, in Cura
veteris civitatis, ut vocant, magis
cum solemnitate conventus celebra-
tur, ubi plena de omnibus imo etiam
minutissimis fit communicatio, ut nul-
lus dies sine fructu abscedat, & sa-
gulari sit gaudio iis, qui interfunt,
& rem quamvis recte metiri noscant,
quum ita cordialiter vel ex cunctis
cordis omnia tractentur. Ipse sepe
interfui, ut testimonium hoc illis a
nomine debeam, quod nihil faciat
quam subinximus, propti commedii
aut lucri causa invenerim, ut prop-
soli sint cum Lubeccensibus qui Sa-
xoniam fidem cum reputatione tuc-
ti maximo studio conservant: dum
tamen hoc pestilentissimum malum
proprii lucri & amoris sui propè ob-

nia aliàs crudelissimè exagitet Hanse
membra , ut ex superioribus satis pla-
nè colligi id poterit.

Sed ut de modo processus & com-
municationis quid constet legenti,
exempli causa , actum (qui Anno
1604. 17 Februarij , quum de reno-
vatione Foederis communis Hansa-
tici tandem quid esset concluden-
dum, ibidem celebratus est) paucis &
brevibus delineabo, unde reliqua in-
telligens facile coniicitur. Per 8 fermè
annos diu , questio hæc an & quo-
usque foedus Hanse communis esset
renovandum, agitata fuerat. Etenim
varia se , propter studium proprii
commudi turpisimum , & dissiden-
tiarum aliquot principalium Urbium ,
ostentabant totius difficultates. Ma-
xime vero cum Directoribus tem-
hanc & coniunctionem fideliori
indebetenterque urgebant Brunsvi-
censes. Sic & de partitione contribu-
tionum annuarum ; quam Quotila-
tionem appellant, erant contentiones
civitatis : tandem tamen sanior evicit
sententia omnes obiectiones. Inde
die dicto lxxi Brunsvicenses civitati-
bus sui Quartitii conventum induxer-
e. Aderant quoque inter alios Mag-
deburgenses , quorum in reditu hæc
actorum

actorum & actitatorum relatio fuit
compendiosa ; Quod Brunsvicensis
tanquam Metropolis inter civitates
Hanseaticas huius quartæ regionis ad
17 Febr. præsentis 1604 Anni, quum
ad 27 hius Febr. mensis convenerat
Lubecce ordinatus & solemnis etia
indictus solito more , sui Quartini
Urbes prædeliberationis ergo conve-
casset . Proinde explicatum est ponere,
quomodo in adventu mutuæ con-
gratulationes & salutationes cum
consueta honorarii oblatione vi-
erent factæ , & articuli numero 17
ita prædeliberati in curia veteris Vi-
bis , ut bene intersese convenierint .
Articuli autem materiæ conclu-
datum fuerunt hi .

1. *Quomodo diu ventilata Confœd-
ratio Hansæ Teutonicæ in coniu-
etione solida, sed integrâ, reno-
vanda , & quoisque , iuxta ult-
rem stilum , excludenda tan-
ceret .*

2. *Quomodo Hansæ Constitutiū ci-
dinariæ distribuendæ , & quatenus
civitatis System ad annuam pec-
cutionem effent admittendæ .*

3. *Quim Nereæ in Livonia esse
Sueco demolita , quomodo Empe-
rius*

rium Neogatdense in Russia aut potius Muscovia esset ad pristinam faciem, propter privilegia loci, reducendum, & quibus mediis id foret obtinendum.

4. *Quim etiam plurime difficultates Civitatibus Hanse in Lundunensi Emporio Angliae essent obiecta, quomodo apud Regem novum Jacob. V I. renovatio privilegiorum & confirmatio corundem esset querenda.*

5. *De sumptibus & expensis variis, que in causa Anglicana essent consumpta, quum tot Legationibus & Commissionibus Cæsarcis res esset pertractata, quomodo possit mutua compensatione quid institui, aut debita solvi.*

6. *Quum etiam Stadenses Adventarios in monopolio suo contra Recessus Hanseaticos & decteta communia, immo contra aperta Imperatoris Mandata recepissent, quomodo res hæc transigenda, aut quid contra eos tenandum, ut in viam reduci possent.*

7. *Quomodo Emporium Londinense restaurandum, & augendi essent eius proventus, ut ædificium possit reparari.*

8. *Quinam ad rationes sumptuum excipiendas sive Rechnungen sint destinandi, & quomodo res hæc pertractanda.*
9. *Ac ne quoque penitus Empotium Antwerpense sed: superatur, quomodo privilegia restaurata in vigorem reducenda.*
10. *Quā multa ērunt quot varia gravamina conuenerit negotiatio & navigationis Hispanica, & Portugallica, quid consilii cūpendum, ut tēla possint melioribus adornari conditionibus?*
11. *Quomodo Imperium Bergense in Norvegia non tantum à gravaminibus & novis oneribus iuxtanotorem privilegiorum antiquorum liberandum, sed etiam in postegum conservandum, nequid dñe ni simile pataretur, & maximè quomodo confirmatio tandem à moderno Rege Privilegiorum obtinenda.*
12. *Quomodo in universum Emporiorum omnium privilegia renovanda & in vigorem reducenda forent.*
13. *Quod etiam merito monopolia & mercatorum nimis avata insolentia effet cohibendi.*

& illi, qui non ad regulas Hansæ
se titè in commerciis ac mercibus
emeudis vendendisque compone-
rent, multæ retrahendi, ac quæ-
nam animadversio gravior in sti-
tuenda esset.

14. *Vt inæqualitas contributionum,*
de qua multæ fuissent querelæ
auditæ haftenus, ad æqualitatem
ritè iuxta proportionem & condi-
tionem Rcpubl. cuiusque meritò
debet reduci.

15. *Vt restituuerentur etiam honora-*
tis Coloniensibus varii sumptus,
quos impendissent Legationibus.
& aliis rebus Empotii Antwerpian-
sis caussa institutis.

16. *Quomodo regula firmæ concipi-*
piendæ, ut Conventus Hanseatici
ordinati ritè observari & in vi-
gore retineri possent, & quænam
mulcta emanentibus constituenda.

17. *Quum Dux Carolus Sueciae se fer-*
mè hostem civitatibus Hanseati-
cis ad mare Orientale declararet,
& non tantum Lubeccensibus, sed
etiam aliis Civitatibus naves suas
in mari infestaret, detineretque,
quodnam remedium huic malo
quarendum, &c.

Hæc & eiusmodi, quum bene ex-
aminata & ventilata inter præsentes
fuissent Civitates; tandem in præ-
deliberatione ita consenserunt, quod
pacta Fœderis meritò ad necessariam
adstantiam & defensionem diri-
genda & in sic ante omnia renovatio
instituenda esset, quum civitates
Hanseaticæ istius regionis maximum
in hoc sibi quererent fundatum.
Ideoque putarunt, quod renovatio
zalis Fœderis, ita esset formanda:
Quod si Res publica aut civitas sive
membrum aliquod fœderis huius à
quopiam ita perturbaretur, ut pro-
pter privilegia, indulta, concessiones
consuetudines aut regalia & libera-
tum status vim pateretur, nec flagel-
lans nulla iuris via, ordineve, nec ipsa
justitia posset cohiberi; quod tunc
confœderati, non tantum suppresso
membro Consiliis, intercessionibus,
Legationibus, & præmonitionibus
succurrere conseruit; sed etiam de-
num reali & efficaci ope adstantia-
que pecuniae, munitionis & militis
succurrere & auxiliū ferre illidebent.
Deinde conclusum fuit, quod rectius
& consultius fiat, si ordinatissimæ
contributiones in anni speciem trans-
mutentur; & illæ saltem casui alicui

in defensione membra cuiusdam suscipienda manerent, ubi etiam ulterus quid, pro viribus facultatis & conditionis, ac pro qualitate casus esset adiiciendum. Si tamen interea quid remissionis ad certos annos in contributione possit obtineri, quod res non esset negligenda. Reliqui articuli; examinatis circumstantijs omnibus, & facti qualitate ponderata, ita inventi sunt, quod non nisi per consequentiam concernerent regionis huius aut Quartii Brunsvicensis civitatis; Ideoque ad maiora, sive pluralitatem votorum in ipso cōventu generali eos referendos esse. Interim tamen 11 & 16 articuli ita perlustrati sunt, ut meritò Lubecensem monita singulatia, quæ ciuitaque civitatis speciale Mandatum cum plenipotentia exigent, in animadversionem recepta fuerint, quum expeditiori res accomodata eo modo censeretur. Sic etiam 16 articulum non solum aquitati, sed etiam auctoritati & reputationi consentaneum putant, ut eō reūtius antiqui fœderis confuetudo in ordinem, eiusq; auctoritas in obseruantiam iustam realiter revocari, ac dignitas omnis plenè recuperati pos-

1060. R E R V M P. H A N S.
set; ad cuius devotionem & obser-
vantiam presentes singuli nomine
Republ. suarum ex mandatis ac-
ceptis debitè obtulerunt. Quomodo
autem Duci Carolo Sueciæ posset ob-
viari, id communi deliberationi re-
servatum fuit, atque ne precipitatio
ficeret, necessum putarunt, ut ad refe-
rendum prius consilia acceperant,
priusquam approbatio indigesta fie-
ret. Exposita Colonensibus metitò
refundenda existimarunt. Atque his
ita conclusi, conventus particularis
dissolutus tum fuit proculus. Ex
quibus apparet, quod nihil temere
Civitates Hanseaticæ suscipiant, sed
benè prius secum digerant, & conco-
quant, quæ pro usu Republ. cuius-
que in conservatione status sui faci-
ant, ne ex imprudentia aliqua diffi-
culturibus extremis aut iniquis in-
cauti involvantur.

Præter has Metropolitanas cuius-
que regionis civitates, habentur quo-
que subordinatæ in quovis circulo
Hansæ, ut, si fortè Metropolis quædam
infortunio alicui exponatur, aut ob-
sidioine, quod sepius accidit, implice-
tur; sicut aliæ, quæ statim eius vices, in
casu quovis obvio, subire queant: ne
mora quid periculi gravioris facilè
causent:

causset : veluti in superioribus seculis aliquot expertum est hoc fœdus, in tam ampla sui vastitate casus; sicut etiam *Alber. Crantz. in Hist. Sax. lib. 10. cap. 5.* & *in Vand. lib. 9. cap. 7.* de Brunsvicensibus annotavit, quod illi per integros 8. annos exclusionem ab Hansa pertulerint, donec *Anno 1381.* apertam pœnitentiam cives per oratores suos egerint, non veriti perinde infamia noctati videri, quo tempore Magdeburgenses & Hildesienenses eorum locum sustinueré; ceu etiam nuper in obsidione bina *Anno 1505, & 1615.* factum, ubi Magdeburgenses inde sinenti labore officium illud Metropoliticum supplevérē, non sine magno sumptuum dispendio. Idem quoque supra *cap. 1. huius part. 4.* quod in Coloniensium exclusione à Fœdere Hansæ *Anno 1475* acciderit, indicavimus ex parte ; sicuti etiam, quoties plurima pertulit bella & obliques, toties officium hoc Metropoliticum translatum fuit ad subordinatas civitates, quales sunt Tremenia, Neomagnum, & Daventria aut Swolla. Quamvis Lubecca in Hansæ integra observatione passim deprehensa fuerit, ut non facile.

1052 R E R V M P H A N S.
quid contra fœdus illud deliquerit; tamen Anno 1603 in Legatione Muscovitica quid defectus subrepit, unde actis controversia inter Civitates Hanseaticas omnes anno 1604, sub renovationis tempore agitata fuit, & fermè quoniam pro distractione tali sibi conciliasset, in quod valde Colonenses inclinabant, ut haberent iurios æquales solatii in suis oīe commissis. tamen res ita transacta fuit, ut nihil pœnæ subieret. Quies tamen passa est obliſionem Hamburgenses, aut Lunæburgenses, eorum vices cum Breinenibz perfecere.

C A P.

C A P . X.

De Conventu universalis Hanse, Ordinationeque, Lubecce instituto, eiusque solemnitatibus, sessionum ordine, votandi ratione, processu, & extraordinariis Comitius Confederatorum, aliisq; accidentibus.

EX antecedenti capite iam pater Hansarum conventum esse duplicum, alium universalem, alium particularem, & utrumque iterum ordinarium aut extraordinarium. Conventus universalis toti Hanseatico corpori suo modo attribuitur, quin in causa eiusmodi tractandæ veniunt, quæ ad si singula membra huius ample societati spectent. Particularis vero ordinatio respicit ad Metropolis cuiusq; circuli aut Quartitii, & eorum subordinatas urbes, uti iam dictum est. Ante omnia autem, si Lubecenses ex consensu vicinarum Vandalicum urbium præstituerint denominantque civitatibus reliquis per Quartitii Metropoles aut immediate extra eas diem conventus, & misericordiam materialia deliberandam, necesse

est , ut strictè observetur terminus .
Sicut & illi , qui mittunt , ad hoc te-
nentur , ut non alios , quām iurata
membra Reipubl. suæ , quorum unas
ad minimum sit Consul aut Senator ,
& alter minister publicus sive Syn-
dicus , Protonotarius , Consiliarus ,
Secretariusvè . Nec tamen quid ob-
stat , si plures quam duos ordinate ve-
libit , & mittere suæ causæ legatos
aut patronos , quod sæpius accidit , si
quædam causa singularis maximi
momenti , quæ Republ. aut com-
modum alicuius civitatis concernat .
Vnde hæc certa esse solet nota , si
quædam civitas plures , quam duos
mittat Legatos , quod in suæ Reipubl.
commodum quid sit firmi actura ,
veluti Anno 1620 . tres mihi adjun-
ctæ fuerunt personæ , quām actio
Magdeburgensiū , in præiudicio iu-
ris Stapulæ & inde emergentium gra-
vaminum , coram deputatis in mense
Novembri ventilaretur . Sic & Bre-
menenses Anno 1621 . & sequenti ple-
numque tres mittebant , quām pro-
pter vectigal novum Oldenburgense ,
quod Vesari imponere studebat Co-
mes ille , consilium & succursus impo-
zerent . Sapientius quoque hoc agunt
Hamburgenses præ cunctis aliis , cr-
iam .

iam tum , quum Anno 1620. maxi-
niè urgerent caussam suam contra
Regem Daniæ , quod novum oppi-
dum Gluckstadium nomine ad Al-
bim in præjudicium communis cō-
mercii , uti id indigitabant , condere
incepisset. Nihilominus. etiam una
ſepius admittitur persona , præsertim
ſi per aliquot menses fortè ſubſten-
dum ſit , uti mihi Anno 1620. con-
tigit , quum per 19. ſeptimanas in
loco Directorii propter negotium ur-
bium Lubeccens. & Hamburg. con-
tra Ducem Lunæburgicum , in trans-
actione Gauamerica ſuſſere me
cogerer.

Solemnitates autem , quæ in con-
ventu , juxta ſtylum uſitatum , adhi-
bentur , alia ſunt , quæ obſervantur
in Consiliis & deliberatione , alia
extra hæc. Extra consilium , aut te-
ndentur in adventu , aut in diſceſſu.
In primo adventu eſt Directorum of-
ficiū , ut cuiusque civitatis Lega-
tos non tantum cum congratulatio-
ne viſitent , & hospitalitate amicabili
excipient ; ſed etiam vini honorarii
donatione eos afficiant , petantque
ut consiliis ſe lubentes ſiſtere & pro
bono publico commerciorum & to-
tius patriæ communis abſolvere ve-

1065 R E · R · V M P · H A N S ·
lint. Postea fit invitatio per officia-
rium civitatis ad Consilia, ubi isti
mos strictè ex usu antiquo & lauda-
bili observatur, ut in momento s.
horæ omnes legati in proscenio con-
veniant, ubi simul continuo persig-
premuim Senatorii ordinis ad concil-
ve ingrediendum invitantur: & piz-
cisè hora 11. finiuntur deliberatio-
nes, sic etiam à meridiè in punto;
horæ conventus est consilii & da-
rat usque ad 6. hor., ut ita semper
trium horarū spacio sessiones singu-
lares in a matutinæ & pomeridianæ cohi-
ciantur. Quando autem primi ius ad
Consilia acceditur, per Syndicū
Hansæ aut eius substitutum non le-
gium fit nomine Directorum grau-
rum actio; sed etiam reseruntur cau-
sæ urgentes, quæ Directores & viki-
nas urbes juxta stilum cominor-
tint, quod conventus ille institui
fuerit. Ideoque fit imploratio no-
mini divini, & peruntur Legati, ut
juxta tenorem instructionum sua-
rum mentem Comitentium candide
explicate, & votorum ordinem ob-
serveat, ac in consiliis usque ad finem
perdurare velint. Cui diversimod
respondet: Interdum etenim ad ex-
ordium hoc singulæ civitates juxta

ordinem sessionis recongratulando
& salutando respondent; Quod si
verò multæ adsunt, aut materia ni-
nisi ampla est propositionis, vices ex-
referuntur ad proximam sessionis in la-
tere dextero civitatem, ut nomine
omnium ea deponat, quæ solemniti-
tatis & curialitatis ratio exigit: Ete-
niam heic in primis notandum est,
quod in inclito hoc confessu, duo
habeantur scanno sive latera, quem-
admodum quoque in Comitiis Im-
perialibus idem mos est, sed heic
maiori & accuratori cum decentia,
gravitate, & ordine observantur ita
strictè, ut etiam minutissima urbs
suam non tantum dicat sententiam,
sed etiam audiatur in posterioribus ra-
tionibus & argumentis, velut singu-
la rationes exactè à Syndico annota-
ri iubentur, ut ex protocollo tunc
collatio saniorum votorum possit de-
prehendi, & cum non maiora saltem
sed maxime potiora in sanitate sen-
sus prævalent, quamvis alias maiora
concludant. Proinde in arduis non
taciti una vice fit repetitio voto-
rum, sed etiè sèpius res agitatur:
Atque si tum fortè discussio exigat
altiorem indaginem, haud raro vo-
zandi modus deponitur, & rogantur

Lega-

Legati . ut per discursus quoque plenius mente & circumstantiarum rationem explicent , atque examinent : ubi tunc licitum est , ut quilibet cum modo , decore & suaviloquentia quadam absque austeritate suam quoque interserat sententiam , Tum . quoque saepius accidit , ut in re gravi , depotentur acutiores & prudentiores , qui inter se amicè de re proposita agant : Atque si tunc in quadam opinione convenient , illud postea in pleno à Syndico Hansæ refertur , ut ita dilatemerè concludatur ; sed satis maturè examinetur , quæ maximi videntur ponderis negotia ; veluti id An. 1622 . &c . accidit in punto corruptæ monetæ , ubi varia agitata sunt consilia , quomodo res pestilentissima & damnosissima cunctis aut posset in certitudine aliqua sisti , & ad determinationem firmam deferri , aut omnino ad primævum statum reduci . Quum ea calamitas totum pervagaretur fermè Imperium Germanicum , & Duces vicini perditæ huic pernicii maximæ lucro adhæcerent , nec amplius audirent ordinem ab Imperio Statibus huic negotio præscriptum ; sed in primis Dux Brunsvicensis suo eximiu[m] viratu[m] Landrostiorum , uti dicitur
ceban-

cebantur, ita laxissimas habendas in
72. locis monetariis concessisset; mul-
ta certe inde civitatibus Hanseaticis
in mercatorum commerciis obiecitæ
sunt difficultates, quæ quanto demum
anno vix sine motu consopiti potue-
runt. Vnde etiam adhuc differentes
in civitatibus habentur valores, ut
Bremenses cum reliquis Saxoniciis
amplexus fuerint priscum Imperii va-
lorum; Lubeccenses vero & Hambur-
geosæ sectati sint modum ferme Bel-
gicum, ut iam ijs Imperialis tribus
constet marcis, id est ex 48. schil-
lingis, quæ olim 32. dicebantur Lu-
beccani. Pluralitas votorum in eo
non profuit quicquam; sed heic
quisque pro usu suæ terræ & loci ad
regulam Imperii quam proximè ac-
cedente in hoc constituit. Breimen-
ses vero omnium maximè laudandi
sunt, quod semper, etiam tempore
corruptissimo, suum inconcussum re-
tinuerint Imperii valorem; sicuti ex
acte Legatorum cum admiratione ac-
cepimus tunc, quod nullas non tan-
tum agnoscerent corruptelas, sed et-
iam, quod Imperialium copia ingens
cotidie apud eos in usu commercio-
rum accresceret. Sanitas iudicij
igitur quacunq; in votis & praxi va-
leat,

leat, hinc liquidò satis constat , ut non immeritò apud Politicos ventiletur ea quæstio, an ne publicis consiliis maiora, an vero saniora prævalere debeant Vota? *Vide Arum. i. discurs. Acad. de iur. angl. disc. 9 n. 73. p. 178. & 179. Virt. de causis exempt. concl. 5. Pro regula quidem hoc habetur undique, ut ille loquitur;*

*Maxima pars semper concludit vota.
Senatus: vel,*

*Maxima concludit pars per suffragia
votum.*

Nanque, aiunt, nulla speranda esset concordia, nisi minor pars maior vinceret . ceu in subsidium opinionis suee advocant, l. 7. §. fin. ff. de pati l. 3. ff. quod cuiusque Universit. nom. l. 17. §. fin & l. sig ff de arbitr. l. 19. ff. ad municip. l. quo ex trib. 39. ff. de rep. iud. l. 15. C. de decur. l. 51. quod C. de legat. l. 160. ff. de Reg. I. &c. Ott. de I. pub. cap. 1; l. 2. Proinde concludunt: Vota saniora sunt quidem meliora ἀπλῆς, non tamen preferenda in maior parti. Quod alii ita modificaant, ut distinguant inter causas politicas & negotia religiosis, ut in politicis strictè sint maiora observanda, non tamen in causa religionis: alii, uti facit Ott. d. I., id

in dubio relinquunt. Quid verò aliud istiusmodi consultatores faciunt, quām ut re ipsa demonstrent, quod potius profanū, quām pium & Christianum approbent conventum consilii? Quās enim quid potius observandum: num ab auctoritate hominum, an rectius ab auctoritate Dei dependendum? Ajunt enim; in consiliis publicis plurimi votorum potior est auctoritas? *Arum. d.l.* An non omnia ad Dei Iehovæ gloriam in actionibus omnibus humanis referenda, ait D. Paulus? Nonne ea niaq; Christianis apprehendenda. consilii vota, quæ maximè cum Verbo Dei convenient? Quo proximiora Verbo cœlesti, eò veriota & saniora, ait ille Polit., quem etiam omnibus futilitatum magistris antefere soleo, quum candidissimè heic loquatur. Erenim absurdā est distinctione, qua politia omnis saltem ad Ethnicismum attingitur: quasi Christiana politica possit esse absque Christo; quūm omnes Christianorum actiones sint, quæcunque velint, ex dictamine Spiritus Christi profluere debeant, & se in pietate vi-
vida in quovis factō externo exercere. Ideoque ait D. Paul. i Cor. 10. v. 31.

Sive

Sive editis sive bibitis, sive quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite. Multò igitur magis consilia inde profluere, & in eum finem dirigi debent. At quomodo velè pia ille concipiat consilia, in quo non est Charitas Patris? ait Christus. Nam timet Domini initium Sapientiae. *Prov. 1.7.* & *Psal. 110.7.* Sed vos, novi, inquit Iesus noster, charitatem Dei non habete in vobis. *Iohann. 5. v.42.* Quare? Quia me non recipitis, sed potius gloriam ab hominibus captatis. Proinde non conformes sunt imaginis Dei, qui carnalia sequuntur consilia. *Rom. 8.* Nam qui in carne sunt, Deo placere non possunt, quum Spiritus Dei non sit in illis. *Ibid. v. 8. 9.* nec habeant fidem. Nam quomodo vos potestis credere, ait Christ. *Ioh. 5. 44.* quum gloriam alii ab aliis captatis, & gloriam illam, quæ à solo Deo proficitur, non quiccatis? Sic illi certè seipso omnino separantur regno Dei, qui inde ex Verbo eius consilia non sument in omnibus virtutib; actionibus. Nihil enim est, quod non Consilium Dei nobis detexerit: velut etiam id Consilium solidè verum est, ad quod nobis ubique vivendum. Ideo testor vobis, ait

D. Paul,

D. Paul., hodierno die, me purum esse à sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annunciarerem vobis (N. B.) *Omne Dei Consilium. in Ad. Apost. 20. 26, & 27.* In hoc latet omnis sapientiae thesaurus. Et mala est corruptio text. apud Titenberg, qui contra sensum D. Pauli interpretationem talem format, vobis omnibus Consilium Dei; &c. quem propere correxit Vlenbergetus metu. Verbo enim Iehovæ nihil deprehendendum, aut addendum, multo minus quid invertendum est. Sicut etiam pessimum corruptus habetur textus in Bibliis Lutheri, *Iohann. 5. 39.* ubi ponunt pro libidine auctoritatis suæ complenda: Scrutemini Scripturas, quasi ex jussu Christi id sit dictum, quin tamen Christus vanitatē scrutationis futilibus talis reprehendat, dicens: Vos scrutamini & perquiritis Scripturam frustā, juxta opinionem vestram vitæ indagandæ veræ, nec tamē ad me venire vultis, ut pessima sit corruptio Verbi. &c. Sed ad Consilia saniora revertimur. Interim cœcant sibi vanitales interpres. Iudicium Dei subest certè grave. Consiliorum gubernatrix lex divina sit, ait Cyprian. in Epist. Si vox populi, vox

Y y y

Dei

Dc. effetur, & Principi non neglegenda, *Besold. de Consil. cap. 19 p. 329.*
Peregr. fol. 24. multi magis ipsi
 Dei aperta locutio nobis observandi
 venit, in qua nullus nos seducere er-
 tor poterit, nisi proprias nobis stulti
 configamus temerariae opinionis
 aut cœcitatis glossas. Ideoque nemo
 magis ineptus est, & insanus, qui
 stultus & littoralis doctus. Nam
 pietati verè in Christo obsequi, ven-
 sapientia est, contra quam nihil fac-
 re, aut sentire decet, ait *Besol. in Cat.*
c. 12. n. 5. & 8. Beatus ille, qui non
 litteralem, sed spiritualem rite intel-
 lectum verbi Dei sibi conciliare-
 det. Vana enim multa sunt in arti-
 bus, & plusquam vanapofana. Vb.
Beat. August. i Confess cap. 13. Plato
 in iis tradendis inepte: ac si quia
 ibi bona per se, ea sine charitate &
 humilitate pessima cense. Nam si-
 dia litterarum, ut plurimum suffi-
 cant dexteritate, ait *Besold. d. I.* Et
 de ineptiâ litteratorum in admissio-
 stranda Republ., vide, *Canonibus*
dell' introduzz. lib. 5. c. . &c. Ideoque
 maximè plurim's hoc accidit quo:
Salomonis, 7 Eccles. v 23, ubi dicit:
omnia illa exploravi per lapicentiam
Dicebam; Sapiam: sed illa erat lon-
 gingue

ginqua à me. Ast paucissimi sunt, qui hoc agnoscant. (N.B) Prima
inde sapientia est, contemnere sa-
pientiam eam falsam, quæ rationi &
verborum strophis, & improbis ac
superfluis argumentandi contentio-
nibus, syllogisticationibꝫ svè vanis
utitur. Ant. Meliss. part. i. serm. 50.
Ita magna inest litterarum studiis
Idolatria, aliorumque contemptus,
dicunturque ob id meritò atheis inus
litteratus iuxta Biscid. d.l., veluti
exempla uniuersique & maximè (proh
color!) in Academis passim haben-
tur, ubi sub specie doctrinarum om-
niꝫ generis persida perversitas cum
ipso Ethnicismo imbibitur. Ideoque
studia litterarum, ait recte Besold.,
non ita Deo sunt grata, ut vulgo pu-
tatur, nec illis ita propè est Spiritus
Sanctus, ut multi sibi persuasum ha-
bent; nūò passim iis blasphemia &
contemptus Spiritus Christi propter
nimiam simplicitatem, à superbis
Habitualisti efficitur: quia fastum
ingenii addunt, & nimiam elatio-
neni fallis opinionibus ingenetanc
plerumque. At quem verè Spiritus
Dei educat, in pace & humilitate
ambulat, non secundum carnem, sed
secundum spiritum. Nam quod sa-

pit caro, mors est; quod autem caput
Spiritus, vita & pax. *ad Rom. 8. 5. & 6.*
Vx igitur illis, qui politica consilia
ita planè mundana efficiunt, ut nibil
prope sacri ex Verbo Dei iis adseri-
bant? Videbunt ipsi & sentient ali-
quando, qualem suis salutem maio-
ribus votis attribuerint. An non
omnia ex Fide & Spiritu proficiunt
debent? An non sapient Deus inter mul-
tos unum respicit, quem sanioni
mente donet? Ecce quidem, ut lo-
quitur Poëta,

*Est vulgus capitum multorum hu-
lum; longè*

*Bestiasēd peior, qua cœlica itissa ri-
linquit,*

*Consiliumque suis sequitur suffragia
mundi.*

Quæso interim, an non omnes Chi-
stianorum actiones ad Verbum Dei
se referre debent? Perquire Mosen to-
tum & scripta Prophetarum; Quis
Ichova decalogum edidit, & in sotira
præcepti protulit? Quid heic excipiatis
negotii aut actionis, quod non cui-
vis mortalium competit? An non eit
norma omnium totius mundi gen-
tium? Quantò magis verò in Chi-
stiano amor & Charitas Christi re-
quiritur; ut nij sit aut possit bonum
pro-

probari , quod non ex sincero amore erga Deum & proximi dilectione profluat ? Quod si igitur omnes , & tota Collegii alicuius universitas abscedet à tali norma , atque unus saltem è contra suffragia collegarum , ad pietatis quandam regulam , in materia proposita revocet , an non ille sit potius præ cuncto numero cœtu audiendus ? Stultus aut malus certè sit , qui contra Deum & conscientiam heic quid cum pluralitate votorum facere aut concludere velit , ne quid gravius dicam . An non Christus verè solus tunc erat , quām voluntatem Patris sui mortalibus in tertiis pro vera salute recuperanda retegeret ? An non totus mundus ipsi contradicebat ? Etenim omnes maximè Pharisei & Doctores litterales vanæ doctrinæ suæ vota populi communia inserbant , ut Christi vox nihil valeret , nisi eam miraculis confirmasset . Nihilominus sanitatem voti sui mundo obiecit . Proinde malignam falsitatem adhuc , & ignorantiam supinam in ambitionis illis & cœcis hominibus , qui totum cruditionis & sapientiæ omnis , in carnalitate sua , scriberant sibi regnum , tam graviter ipse culpat & reprehendit .

hendit *Iohann.* s. 39, ut supra inculcamus: dum ait, Vos scribatim & ad unguem quasi examinatis Sacram Scripturam, sive Verbum Dei Patris mei. Namque, ait, vosputatis, quod in ea vitam obtineatis æternam; & certè ea est, quæ de metestatur (quia addit alibi, Ego sum via, veritas & vita. *Ioh.* 14. 6. & *Ioh.* 11. 25.) nec tamen ad me venire vultis, ut vitam à me habeatis. Clatissimè heic patet, quām falsa sit eorum Scripturæ corruptio in vana interpretatione, qui ex modo indicationis & culpationis, imperandi formam conficiunt; ceu ipse audivi clamantes dicere: Imperat heic Christus, ut scutemur Scripturas; quūm ita dicendum magis esset; imo ille confutant corruptum judicium & cœcitatorem perversum, quod carnalem intellectum verbo Spirituali & vivificanti adsoient. &c. Inter Ictos tamen modernos & Politicos quoad hanc questionem, An vota numerari in Concilio & Comitiis publicis debent; an vero ponderari? nemo ferme rectius, qnotquot legere & videre mihi contigit, quamvis nec ille ex Verbo Dei quid decidat; tamen quām proximè ad Veritatis vicinio.

tem & saniorem gradum accedendo, quid statuit, quām Anton. *VVinterius* part. alter. tract. de offic. *A*ssessor.* cap.* 10. n. 19. & seqq. cuius verba cunctis aliis opinionibus præfeto, quando dicit: In Statu populati, ubi de Republ. & grandi eiusdem negotio deliberatur, vix puto defendi posse istud, ut sententiaz numerari debeant indiscretè, nullo habito respectu personarum censentium. Heic enim verum est, quod dicunt prudentes, Vnus pro millibus, & Vnius sapientis votum sive sententia pro millesimis vulgaribus crit: Velut Antimachus hoc de Platone adseverabat, quām ille à reliquis cunctis in poetatis sui gravissimi lectione olim relinqueatur, clamans: Legam tamen, quamvis omnibus dura sit veritas. Plato enim mihi unus instat est multorum: Similiter Cicero in unico solius *Cato-*nis judicio ob constantem veritatem amorem acquievit, inquiens: Cato ille noster, mihi unus est pro omnibus: quod inde in proverbium abiit: Εἰς ἐμοὶ μνεῖοι Μυρτ: lib. 16. var. lect. c. 5. Si de Ethnici suis ita sentire, quidque integri statuerē ausi sunt Ethnici, quorū non cōmagis de iis inter Christianos statuamus, qui

quim proximè ad Verbum Dei & pietatem votis suis accedant? Alijs enim s̄epius accidit, quoties à pietate deficiamus, ut optimi non semper optimè consulant. Experientia quippe testis est, aliquando prudentissimos insigniter fallere & falli. VVintb. d. tr. c. 9. n. 27. § 28. Proinde D. vi. nus Rex David in oīnnibus vitt actionibus, semper toties optavit & peciit à Deo, ut Spiritus Iehovæ il- lum in via & semita verbi cœlestis contigeret, sicuti passim id *PSalmi eius* 25. 62. 99. 119. &c. Namque alijs nusquam vestigia tuta tene- mus. Ni nos per vitam cœlestis regu- la Verbi ducat perpetuo; sunt hu- mana undique falsa. Ideoque monet *Proph. Dei Mich. 6.8*, cuius adeo in- signis est sermo sanctus, ut totius vita Christianæ cursum nobis demonstret clarissimè; ita dicendo, quod meritum ab oīnnibus notetur: *O homo, indica- tum est tibi sat tu, quid bonum sit, & quid Iehova à te requirat; videlicet; verbum obseruare Dei, exercere Charitatem, & ut humilem te coram Deo suo praestes.* &c. In eo cuncta sunt reposita. Quod etiam Cicero suo more putavit ubi- que observandum, ne quid statua- tur contra conscientiam, Namque air,

ait, si pietas absit, aut pietate sublata,
tollitur omnis fides. 2. *de Nat. Deor.*
Padeat ergo Christianos , quod à
Christo in tantum passim & maxi-
mè in votis accedant; & tamen satis
gloriosè palma: in se obtinuisse sapientus
existiment, si palliare splendidis fu-
tilitatibus & argutiis argumentosis
rhetoricam noscant suam malitiam.
Se: l ad Consilia & vota Hanseatica,
sessionesque Hansæ revertimur.

Velut ritè finiores Politici tres po-
tissimum hostes omnibus ponunt
consiliis, videlicet, Celeritate in iram
sive affectus , & proprium commo-
dum; ita sane undique præfertim in
arduis cavenda sunt. Omnia enim
non properanti clara certaque sunt;
dum festinatio improvida est & ca-
ca: *Livius hist. l. 22*, quum nihil ma-
gni discriminis Consiliis tam iniui-
cum quam celeritas; *Liv. lib. 31*. Sce-
lera impetu, bona consilia mora va-
lescere, ait *Tacit. l. Hist.* quod & in
proverbio est; Qui cupit, festinat;
qui festinat, evertit. *Hcid. in Pol. c. 2.*
pag. 415. & ita furor est , qui nihil
boni suaderet. Namque ira hominis
numquam ea facit, quæ iusta sint
coram Deo, ait *D. Jacob. l. v. 20.* Et
Proverb. l. 5. v. 18. Vir iracundus ri-

xas creat; at mansuetus compositi
tes *Ibid. cap. 26. 21.* & *19. 27.* Quicquid
ait *D. Jacob. d. c. 1. v. 19* delicti fra-
tres, quisque mortalium sit prom-
ptius ad audiendum; sed tardus ad
loquendum, & tardior ad iram.

Quomodo velò regulæ tales, & quæ
modificationes pro meliori Cōsilio
& votorum usu vero adh' beatitudia
conventibus Hanseaticis, id superiori
satis declaratum est. Sicuti etiam ta-
libus remediis, etiam hoc non fra-
stra adiectum viget, quod in sessioni-
bus publicis Hansæ votorum respe-
ctu Senatoribus & Consiliariis aut
Syndicis Rerumpubl. Hanseaticarum
locus sit concessus; quum multum
intersit inter Senatorem & Consilia-
rium, ut notat verè *Besold. in lib. de*
Consil. Pol. c. 19. n. 1. Nam velut nulla
ferè Reip. est, quæ non Senatui, vel
omnem vel maximam gubernandi
partem commisit, ut inde eiusmodi
Senatores, tanquam pars Magistratus
publici, potestatem habeant de Re-
publ. statuendi: ita quoque æquum
est, ut eorum Consiliarii id rite con-
sulendo constituant, quod ad salu-
tem Rerumpubl. verè determinan-
dam facere debet. *Cunæ. i. de Rep. He-*
breæ. c. 12. fol. 109. & *Besold. a. l.* Ee-
diæ

nim comitiatalia, sunt conventus-
tocius corporis, aut partis, ad ali-
quid sciscendum, decernendum vè
Reipubl. causa. *Bert. apud Arum.*
part. i. iur. publ. diss. 9. num. 8. Ideo-
que nihil in Hansaticis Consiliis fa-
cile præcipitari valet, & hoc maxi-
mè cavetur, ac, ut caveri queat, pro-
inde commixtio hæc quoque sanctè
observatur. Atq; quum etiam pessi-
mum veri Consilii & judicii venenū
sit, si porrigit quid tacite sua cuiq;
utilitas, nolunt ut in Consilium ad-
hibeantur, de quorum amicis aut
commodis agatur. Plerique enim ita
sunt corrupta natura, ut, si lucellum
aliquot ad se, aut ad eos, quos cha-
ros habent, pertingere vident, totum
judicium eò transmittant, & sic
etiam optimis consiliis aut metus,
aut cupiditas, aut naturalis eo-
rum, quæ cum ar. imo versant, amor
obstet. *Bapt. Lenc. Olf. Pol. 222.*

Ordo autem votandi sic observatur,
ut id sessiones requirunt. Vbi hoc
potandum venit, quod sessiones ci-
vitatum longè aliter se habent, quām
Metropolitanorum & subordinato-
rum ratio fortè, superius indicata,
innuit. Dicatum proinde est antea,
quod duo sint latera, quorum unum
in

1084 R E R V M P . H A N S .
in dextero ordine obtinet prioritatem
in votando . Et licet Lubeccenses
Directorium teneant, quasi praesides,
ceu communis est locutio , quod
Præsides votum in Consilio aut ju-
dicio non habeant, nisi per accidens:
VVintb. de Adss. part. 2 . c. 9 . nu. 8. ta-
men in hoc collegio confederato, in
quo æqualis est paritas, Lubeccenses
statim post propositionem, suum de-
ponunt ad quamvis questionem
votum ; quos Colonienses & Bre-
menses sequuntur , dehinc Rosto-
chienses; qui exinde locum tertium
tenent, quo .l eorum civitas, originem
ferme suam cum foedere Hanse co-
lit: post Stralsundenses hos excipiunt,
tunc Wismarienses, Magdebutenses,
Brunsvicenses, Dantiscani, Hildesier-
ses, Osnabrugenses , Stetinens. Gry-
phswald. Goslarientes, Gottingenses,
Eimbeccenses, Hannoverani, Ham-
lens. Collberg. Stargard. Anclamen-
ses, Stadenses, Boxtehudani, Golno-
vienses, Thorunenses, Elbingens. &c.
quos sequuntur Livonici. In sinistro
vero latere, ordinem sessionis tenent
primum Hamburgenses , Lunæbu-
genses, dehinc Nimwegenses, Daven-
trienses , Campenses, Schwollenenses,
Zutphanientes, Arnhemenses, Bom-
meliani,

meliani, Thielenses, Hardervicenses,
Duisborgenses, Gronningenses, Bols-
werdani, Ruermondani, Venloen-
ses, Embricenses, Susatenses, Dort-
mundani, Monasterienses, Vesalien-
ses, Mindenses, & reliquæ civitates
Westphalici circuli usque ad War-
burgam, quæ latus hoc claudit, ut
infra quoq; in ordine contributionis
id patebit. Quod si quoque qua-
dam difficultas Directoribus movea-
tur in conventu communij, tunc vi-
ces eorum sustinet Colonia, & pri-
mum quoque statim propositioni
votum subneget; veluti Anno 1654
in mensie Martio factum, quum, die
Martis post Iudica, ex legatione Mos-
coviana & Russiaca dissidentes inter-
se urbes Lubecca & Stralsunda, Re-
lations, correlationes, Replicas &
Duplicates præsentibus Dn. Legatis
submissent, & deputatione ac no-
minatione à quaue parte facta, ex
concessu discessissent, Colonenses
statim reperita relatione votum suum
Lubecensibus opposuerunt ita, quæ si
ipsorum Legati communij nomine
missi extra fines mandato præscri-
ptos processissent, atque inde tene-
rentur interesse pecuniarium resti-
tuere; cui etiam Bremenses & alii
ali-

aliquot civitates hoc addidere, quod Lubeccensium illi Legati propterea ex conventibus & consiliis essent excludendi, si subesset quispiam dolus. Quamvis autem in hanc sententiam inclinarent maiora, tamen sanguiora id correxere, quum de dolo nihil certi constare posset. Namq; quod nomine omnium Hansium primitus pr vi legia tenovanda à Duce Magno Mol covit petiunt, deinde quoque re jutamentum à dolo liberare si ve lant in casu necessitatis, id excusatio nem patere, judicatum fuit: Unde tandem conclusum est, quum actio mandati extra dolum purgari possit, & nullitas sententiae, non admittat executionem, quod Lubeccen bus ad respondendum articuli aliquot essent proponendi; alias Syndicus Colonicus D. Gronenburgi multa Lubeccensibus regessit, deinceps tota controversia per interpositionem composita est &c.

Locus autem Conventus Hanse tici ordinarius quidem est Lubec ci attamen si periculum aliquod inserviat, vel ratio tractatum id al ter ferat, sit interdum, ut ex acciden ti aliquo locus alius conventui cui dam adsignetur, ut superius ¹⁸ p. 1086 cass.

antecedenti c. 16. explicaviinus, quod
 An. 1398. *Rostochij & Anno.* 1370.
 Stralsundi, Anno 1410. *Hamburgi*, ut
 refert *Frid. in Chron. Stetin. part. 1.* Mo-
 nasterii ac roties Lunxburgi celebra-
 ti fuerint Conventus; sicut etiam c.
 i. *buius tract. de Colonia agendo*, ibi
 teculimus quomodo propter invasta-
 tionem Danicam Hansa communem
 conventum ibi habuerit. Sic etiam
 in dissidio diuturno Anglicano, præ-
 seccim quum illis Flandri in perni-
 ciem Orientalium civitatum mercata-
 turæ Hanseaticæ se adsocialissent, An.
 1491. Antwerp. cōventus solēns no-
 mine universi Hanseatici corporis
 fuit habitus, quò cū magna venerunt
 popa, ut diuturnum bellum propter
 crebras p:ratarum qui se nond:quaque
 submiserant huic prætextui, spo-
 liationes, cum Anglicanis posset
 componi. Quum vero Bruggensium
 Stapula & Emporium, dictas ob cau-
 sas, Antwerpianam esset pridem transla-
 tum, & ibidein talia celebrarentur
 Comitia ab Hansis cum tanto splen-
 dore, malè sibi ominari cœverunt
 Bruggenses, quod non facilè Empo-
 rium posset restituī: Ideo etiam suo:
 misere illuc Legatos oratum, ut lis
 & disceptatio posset componi, velut
 etiam

etiam superiori tempore idem in cō-
ventu Lubeccano petierant. Verum
quād adhuc bello cum Anglis socia-
to inhāerēt̄ , res nō potuit tam
facilē transīgi, sed iussi sunt benē spe-
rare, ut rebus benē cū Anglicāis com-
placatis , ipsi quoque in gratiam re-
dire, ac Emporii juri restituī possent.
Vno tum simul opere controversia,
quam Hamburgenses cum Hollandis
diu agitarant , propter mercaturam
nimis invidiosē f. gitatam , exami-
nari plenius cœpit; sed nihil emenda-
tū in fuit eorum, quæ in questionem
venerant ; licet varia fūctū tentata
media , quæ præjudicium tollerent.
Sic ultra mensis spaciū frustā tem-
pus cum Anglis consumptū fuit,
quād verba verbis , criminā . crimi-
nibus , & facta factis regerentur
inutiliter. *vide Crantz. lib. 14. Und.*
cap. 16. Pro reruin etiam necessitate
non tantum conventus celebantur
in iis civitatibus, quæ membra Han-
sæ repræsentant ; sed quoque pro
cessitate causæ alia suis intentioni-
bus & negotiis destinant loca; cum
concessione superiorum, velut in no-
peris temporibus factum , in cauſt
Brunsvicensium cum Duce Henrico
Julio, ubi *Anno 1605.* in oppiab
Ducā-

Ducatus Lunæburgensis Walstodano
conventum habuerunt, in quo de
primis fundamentis arctioris fœde-
ris pro defensione civitatum Hansæ
& Reipubl. Brunsvicensis admodum
seriò actum est. Quum verò neque
tunc res omnis planè posset confici;
ad Anni 1506. initium multa sunt
dilata, ubi tunc conventus Lunæ-
burgi habitus est: sed plenior statim
conceptio facta fuit 10 April. Bruns-
vige, ubi se tunc illis Dux Lunæbur-
gensis ad sociavit, uti infra explicabi-
tur; in primis ad arctiorem corre-
spondentiam Colonia, Monasterium,
Rostochium, Stralsundum, Dan-
tiscum, Hildeshæmum &c. requi-
sitæ sunt, velut etiam Brunsvicenses
in se receperunt, quod civitates Im-
periales, in primis 4. Principales con-
vocantes aut requirentes ceteras, vi-
delicet Francofurtum, Argentora-
tum, Norinbergam, & Ulmam (vul-
go *ausschreibende Stätte* vocant) pro
aduentia & correspondentia, quin
utidem illæ conventū suum ad 11 Maij
Wormatiæ effent celebratur, sollici-
tate vellent. Atq; ut eò rectius omnes
à se propellerent vim cuiusque mem-
bri huius confederationis, contributi-
usq; ad 43 coimperiales facta est, cos

additus est certus dispositionis mutuus modus, qui non minus fuit notabilis. Lunæburgi saepius alias fuerunt habiti conventus, ut infra patebit, sic & Utræiecti, & Tremoniae &c.

Quis vero modus consultandi & votandi, ac colligendi vota observeatur ex prisca consuetudine in conventibus singulis, facile ex haec tenus dictis potest percipi: quum pro tempore quid vis sit pertractandum: Autem statuta & decreta publica id exigunt, ne quis extra oleum, quod dicci solet, evagetur, sed ut scopum concisè pertingat in omni delibetatione; quum veritas & integritas non in argutiis multis aut amphiboliis ullis consistat, sed simplicem mentis expetat explicationem. Ideoque ita cautum est, ut omnes in mentis & commissionis explicatione ambiguitates & circumlocutiones evitentur: tum ipsa quoque honestatis ratio id exigit ita, ut quilibet peritus se comparet ad animi sensa sui dilucidè exprimenda, & questionis praesentis statum summatum formandū. Dum autem unaquæque res secundum prescriptos articulos deliberatur, à Syndico quoque Hansæ eius substituto concipiuntur literæ variæ, quæ ad Inipe-

Imperatorem, Reges, Principes, aut diversa regna & Respublicas aut consociata membra sunt mittenda, quæ non sine accurata cura perleguntur, bis tervè etiam releguntur; ubi simul cuique Legatorum liberum est pro voto quid adiicere, aut expungi quedam curare; quam industriam & canticorem prudentiam sæpius in illis collaudare solitus sum; ita nihil temere effundit, aut incogitanter ponit, ut, qui Hansaticorum litteras in pleno concessu comprobatas legat, nihil frustra conceptum dicere queat. Proinde etiam accuratè stilos in conclusione & subscriptione ita observatur, ut inde facile constare possit, quomodo litteræ conceptæ & scriptæ sint. Sicut etiam civitatis Lubeccensis sigillo, tanquam Directorii confirmatione utuntur, nec aliud admittunt aut adiiciunt, uti ipse vidi & audivi in conventu Hansæ particulari, qui Anno 1625. 10. August. Borgerdorfi oppidi in Præfectura civitatis utriusque Lubeccensis & Hareburg designantis celebratus est, quin Lubecam pestis nimium inficeret urbem. Et enim quin Lubeccenses legati non secum attulissent sigillum, nec

id civitati consultum putarent, & tamen diversi Legati Regis Gallie, Regis Dan. aliique essent cum responsione certa dimittendi ; quæsto hæc duplex forma, agitataq; fuit, ut aut præsentes civitates subscribe rent nomina, aut sine sigillo responsum in scriptis daretur. Legati, sine speciali commissione aut instruccione non posse stilum communem corrigi aut mutari, sanctè affirmavunt, velut etiam ex retroactis antecedentia multa Bremenses allegarunt. Post varias disputationes, tandem medium inventum est, ut ad Legatos Regios mitteretur Secretarius Lubeccensis, qui difficultates illis explicaret ; ad quod saltem recridentias petiere, & ut saltem in scriptis resolutio illi straderetur, & concessio eo usque Hamburgum, ubi subsignationem Lubeccensem expectarunt. Alias verò subscriptione tali, aut immili modo utuntur : Datum in Cæsarea libera & S. Imperii civitate Lubecca, sub Signo urbis, ad quod omnes hoc pro tempore nos confitemur. In subscriptione : Vnitæ civitatis Hansæ Teutonicæ. Sub dato 2^o Ian. Anno 1619. ad Elect. Brandenburg. propter æquum yadorem
DEG

netæ in solvendo vectigali . Sic & ad
 Duces Lunçb. & Megapolit. scriptum
 tunc fuit . Interdum etiam ita ha-
 betut : Datum in Cōventu nostro sub
 Vrbis Lubecensis signeto , cuius usus
 nobis est in communib⁹ negotiis , S
 Octobr. Anno 1621 . Vnitæ Civitates
 Teutonicæ Hansæ heic iam congre-
 gatæ . Ceu tunc scriptum est ad Re-
 gem Sueciæ , quum civitates novam
 obferrent Legationem pro petitione
 confirmationis Privilégiorum , & si-
 mul se excusarent in puncto Confœ-
 derationis , quam Rex Sueciæ tunc
 apud Civitates & Confœderatos
 Hansæ ambiebat anxiè . Interdum
 quoque in subscriptione ponisoleat:
 Deputati & Legati unitarum Civi-
 tatium Teutonicæ Hansæ ; uti factum
 Anno 1621 . 14 Maii , ad civitatem
 Norinbergensem , quum novi grava-
 minis & oneris , quod Dux Frid. VI-
 ricus Brunsvicensis novo vectigali
 commerciis imposuerat , indicatio-
 nem Hanseatici facerent , ut reliquis
 quoque Germaniæ & Imperialibus
 civitatibus communicaretur . In-
 primis vero notabilis est præ cunctis
 aliis , quas inter tot centenas vidi ,
 quam Anno 1620 sub dato 23 Martij
 ad Fridericum Regem novum tanc-

Bohemiar. & alios Elector. ac Duces
Civitatesque Euangelicæ Germanicæ
Vnionis, (uti dici tunc volebant)
 Norinbergæ congregatos misserunt,
 hæc subscriptio , quæ talis fuit, ut
 correspondet titulo illorum , ad
 quos mittebatur ; **Vnitæ Euanglicæ**
civitatis Teutonicæ Hansæ. &c.

Quod si autem priuistrationes emanentium examinatae & peractæ uniuersitate iuxta statuta dictataæ , ac demum res omnes expedite fuerint,
 tandem commune placitum in certum coniicitur Recensum sive communi-
 munè decretum , quod cuivis civita-
 ti inscriptis cum subscriptione , si
 ita petatur, Syndici nomine commu-
 ni exhibetur , ut non tantum sit me-
 moria certa actorum , sed etiam Sta-
 tuti firmi id habeat locum , quod
 membris omnibus , quasi legem no-
 vam addit .

Expedienda vero omnia Lubeccen-
 fibus relinquuntur ita , ut postea in
 proximo conventu sequenti relatio
 inde fac , si quid fortè minus ad vo-
 tum successerit , aut quidquam fuerit
 obtentum . In Recensu quoque si-
 lus semper uniformis retinetur , ut
 causæ in exordio prægnantiores re-
 fecantur , quare convocatio illa sit
 facta;

facta , & quot civitates, atque quam
nam Legati adfuerint nominatim,
& quid ad singulum articulum sit
conclusum. Quo sit, ut vel ex nudis
recessibus ferme tota Historia Han-
seatica iuxta seriem continuam per-
texi & confici queat. Sed nunc ad
formale Vnionis istius Hanseaticæ
progressum nos facere oportet: Ex
quibus reliqua de officiis, *Superius 1.*
cap. allatis, Hanseaticarum civita-
tum præcipuarum plenius cognosci
poterunt, ne sit crebra opus repetitio-
ne.

C A P . X I .

*De Statutis & Decretis antique Han-
se, atque eorum generali disposi-
tione, iuxta conceptum D.*

Domanni Synd.

Hansæ.

Forma igitur confœderationis
Hanseaticæ partim consistit in
universali unionis eius constitutio-
ne, partim in particulari fulcro. Uni-
versalis iterum aut constat ex veteris
fœderis decretis & pactis, aut eorum
renovatione. Particularis vero aut
equalitatem sociorum concernit,

LOGE RERUM HANSS.

aut inæqualitatem eorum, quando, videlicet Reges aut Duces Hanseatico corpori se submissent, ut mox infra parebit. Universalia autem Decreta, quum olim ante 14 annos iussus esset ex communi Hanseaticorum placito colligere Syndicus Dr. Johannes Domannus, ea iuxta eius seriem, huc ita referemus, ut ille tunc conceperat tali modo's cuius delineatio sic se habet:

Honorabilium Hanseaticarum civitatum Statuta & ordinationes, sive Recessus, De Receptione Civitatum, que Exclusa Hanseaticum ambient, & alius Ordinationibus.

Pars I. de communib[us] Han- sæ Decretis.

1. **Q**ued si ciuitas aut urbs quædam cupiat ab Hansa recipi, tunc tenentur Lubeccentes, aut alia quædam civitas, quæ proprieatatem implorata fuit, ut omnes civitates legitimè convocentur. Atque tunc in litteris illis causæ specificæ explicabuntur, ut civitates diligenter considerare possint, num communia vero conductat id, vel minus,

ut civitas illa admittatur & recipiatur. Et si hæc subsequatur incorporatio, è vestigio istud absq; mora omnibus Regibus & territorii Dominis, à quibus civitates Privilegia ouincent, per litteras indicandum est. *Ex Recess. de Anno 1440, & an 1447. art. 3.*

2. *Alias verò Civitates ille ordinariè tatu quoque anno à festo Pentecostes Lubeccę conventum solemni habebunt: quod si tunc, aut si interea convocatio facta fuerit, quæpiam non comparuerit, ea tam diu, donec debitam pecuniam multam una atque altera vice persolverit, ab Hansa exclusa erit: sicut etiam ille, in triplicatam pœnam ipso facto incidet, qui tertia vice emanserit. Recess. de Anno 1430.*
3. *Quacunque civitas multam suam non persolveret, eius cives arrestabuntur debite, donec multa sit persoluta. Recess. de Anno 1434.*

4. *Quod si civitas quedam absentiam suam rationibus aliquot excusare studuerit, causæ tales à quopiam Senatori iuramenti vigore probabuntur, & obtineri aliter non debent. Recess. de Anno 1417 & 1441, & 1447, atque 1540.*

5. *Quaecunque verò civitas serius non-nihil adveniat, pro unoquoque die absentia 20. Imperial. thaleros solvere tenebitur. Recess. ijsd.*
6. *Quod si civitatibus Hanseaticis quispiam legatus in itineris recessu aut recessu ex conventu Hansæ captivus abducatur, tum continuo dux in vicinia ita sitæ civitates totis viribus in id incumbent, ut captivus relaxetur. Recess. ijsd.*
7. *Adconventum Hansæ legati uniuscuiusque civitatis credentiales secum afferunto. In Recess. de Anno 1369.*
8. *Haud ullius Civitatis Legati ex conventu Hanseatico, missis Dominorū domi relictorum avocatoriis, discedant, nisi prius aduentint, qui locū eorum suppleant. Recess. de Anno 1556.*
9. *Neque Syndicus, neque Secretarius quispiam in conventu Hansæ ad consilii sessionem admittetur, nisi simul Senatoris cuiusdam persona, ex ea civitate, à qua missus veniat, ipsi adsit una. Recess. de Anno 1418. H. Recess. anno 1441. C. 1447. Exemplum Anno 1449. Observatum est. Contraria tamē exell.*

exempla fuerunt Anno. 1452. & Anno 1600. Olim etiam admissi sunt , videatur *Recess. de Anno 1569.*

10. *Sic etiam in universalibus cunctis Hansæ conventibus debent ex omnibus Emporiis, & quidem singulis vicibus Senior, sive Altermannus & Secretarius mitti. Recess. de Anno 1553.*

11. *In conventibus Harfœaticis nulla enquam negotia privata tractati debent, nisi prius publica plenè facient expedita. Recess. eod.*

12. *Civitates quoque nunquam in Senatu tertia aut qua:ta parte surgent & inter se:se consultabunt, atque sic sententiam suam deponent, sed unusquisque ad singulos articulos votum suum ordine depoñat. Recess. de Anno 1497. art. 13.*

13. *Omne, quodcunque Civitates, quæ in Coloniensi confœderatione comprehenduntur, concludunt, hoc omnes reliquæ, quæ Hansæ devinetæ sunt, servare teneantur. Recess. Anno 1369.*

14. *Quod etiam maximè sana in Hansæ conventu vota concludunt, illud minora, sive præsentia vel absen-*

1100 R E R V M P : H A N S .

absentia, approbare & sequi tenentur. *Recess. 1. de Anno 1417. 7. Recess. 1363. & 1376. & 1. Recess. 1600.*

15. *Hanseatici Recessus nulli Principum aut Domino superiori communicari debent. Recess. de Anno 1476. It: 1494. Exemplum vide in Recess. An. 1499. It. 2. Recess. 1600. Item an. 1604. in act: Bruns. part. 2, pag.*

16. *Quis emel u:quam contra ordinationem Hanseaticam quid dolose peregit, ille nunquam ullo tempore in ulla civitate Hanseatica pro cive excipi aut tolerarier poterit. Recess. de Anno 1391.*

17. *Qui in militia & bello contra civitates Hansæ unquam servivit aut expeditionem subivit, ille item nunquam in æternum pro cive excipi valet. Recess. de Anno 1521.*

18. *Quicunque civis Hanseaticus tempore belli iur. civitatis refugaverit, ille nusquam in civitate aliqua Hansæ tanquam in celâ aut civis tolerari potest. Recess. 1. Anno 1364.*

19. *Qui etiam alias Hansæ renunciaverit, nunquam in æternum reci-*

recipietur. *Recess. de Anno 1447.*

20. *Nemo in duabus civitatibus Hanseaticis simul civem agere valet, neque in duobus Emporiis simul Senioris partibus fungi.* *Recess. Anno 1470. 1498.*

21. *Nemo poterit Senioratum subire in ullo Emporio, neque Neogardia, neque in tribus illis regnis, multo minus privilegiis Hansæ frui, nisi sit civis Hanseaticus, neque quis privilegiorum eorundem defensionem nanciscetur, nisi civis Hansæ sit, aut civis talis minister.*
3 Recess. de Anno 1417. It. 1434.
It. 1447. & 1595.

22. *Quicunque in pago, oppido aut ditione aliqua, cuius dominium spectet ad aliquam civitatem Hansæ, natus fuerit, ille servi aut famuli alicuius ministerium subire quidem, at Mercatorum agere in Emporio aliquo nullatenus quis potest, nisi domicilium & ius civis habeat, aut ex tali civitate sit natus.* *Recess. de Anno 1467. It. 1553. & 1554.*

23. *Quod si quis extraneus per septennium Hanseatico tali inservierit, aut per septennium in civitate Hansæ aliqua ius civis possederit;*
etiam si

etiam si non homo liber extiterit,
aut putatus sit : nihilominus in
Emporiis cunctis ad residentiam
& negotia talia qualificatus est &
admissibilis : Exceptis tamen Angli-
sis, Hollandis, Seelandis, Flamin-
gis, Brabantinis & Norimbergens-
ibus, qui in his civitatibus recipi
non debent. *Recess de An. 1447.*

& an. 1449. Rationes alibi expli-
cantur, cum correctione decreti.

24. *Qui sibi ius Emporii & residen-
tiae competere meritò putat, ille
documentis iustis id prius proba-
bit, & ea exhibebit, ut ex iisdem
constet, quod Hanseaticus sit na-
tus, & talia Documenta saltem
concipient civitates Lubecca, Dar-
tiscum, Riga, Colonia, Monaste-
rium, Darentia, Magdeburgum,
Brunsviga & Hildesheimum. Re-
cess de an. 1494. & 1497.*

25. *Qui in aliquo Emporio resideret &
extraneam dicit coniugem, illi co-
ipso facto Hansam amisit. Recus.
de an. 1497. nec in ulla civitate
Hanseatica ad ius civium admitti
debet; velut nec ullus nauta Han-
seaticus, qui ex Oriente in occasum
navigationes suas exerceat, & ibi
domicilium habeat, talem trans-
venerit.*

vehet , nec ullus Hanseaticus eius bona acceptabit, & ipsi transmit-
ter , sub pœna 3. marcarum auti,
jaſtura juris civitatis & mercatu-
ri aut negotiationis Hanseaticæ
per 3. annorum ſpacium. *Receſſ.*
de an. 1447.

26. *Nemo in civitatibus Hanseaticis*
coram Senatu ultra ſex personas
comparebit, quæ ipſi adſiſtentiam
præſtent , ſub pœna 2. marcarum
agenti puri, pro qualibet persona,
ultra 6. dictas ; quæ statim ex bo-
nis eius Commercia agentis per-
ſolvenrur. *in Receſſ. de Anno 1417.*

27. *Quod si Senator quiſpiam contra*
alterum Senatorē in civitate
Haneſatica verbis iniuriōſis insur-
gat, dum negociantur, non ille lo-
co privabitur statim; ſed pœna pec-
uniaria inuſtabitur. *Receſſ. de*
an. 1318.

28. *Cinque civitatis cives Ma-*
gistrati in ſtatu regiminis ſeſe op-
ponent, & dignitatem dominatio-
nis eidem præcipere conabuntur,
illius civitatis Legati ad nullum
Hansie conſilium admittentur; ſed
cives adiunquntur, ut prius S:-
natū reſtituant, & Hansis relui-
tionem, pro ignominia præſteat;
Quod

Quod si hoc non perficiant, eacum
vitas ab Hansis erit exclusa, & eius
cives cum reliquis Hanseaticis ni-
hil commercii aut negotiationis
commune habebunt: sed ne qui-
dem tolerabuntur uspia in Han-
sa aliquacivitate. *Recess de Ann.*
*1447. & 1. Recess. 1417. & 1. Re-
cess. 1317. Exempla in Reces. 1318.
1327. Item 1347. & 1. Recess.
1354. & an. 1487.*

29. *Quod si queque Communitas Be-
natum vel etiam, partem saltem
Senatus altera eiusdem pars offi-
cia suo Magistratus privet vi, tunc
statim ipso facto ea civitas perdi-
dit ius Hansæ tam diu, donec de-
portati plenè sint restituti. Recess.
de Anno 1418. It. 1420. diversime-
dè &c.*

30. *Qui seditionem in aliqua civita-
te moveret, aut etiam cum sedicio-
nis conspirat, ac forsitan se subducit,
ille in nulla Hansæ civitate sal-
vum conductum inveniet; sed ubi-
cunque apprehendatur, vita sup-
plicio subiectus erit. Recess. de ann.
1412. It. 3. Recess. 1417. It. 1418.
It. 1470. & 1317. nec non 1521.
Exempla vide in Recess. 1447.*

31. *Quocunque civitas atheismo ab-
bapto*

baptistico adhaeserit, ea perdidit
ius Hansæ. *Recess. Anno 1335.*

32. *Inter litigantes duas urbes, Item,*
si universa civium communio, aut
paucæ personæ cum Senatu litigia
foveant, tunc corpus Hansæ iudex
mox competens erit. *Recess. de An-*
no 1312. It. 1317. It. 1327. & 1341.
Quod si civitas quædam huic se
opposuerit, ea 100. marcarum ar-
genti multam pensabit. *Recess.*
de Anno 1447

33. *Quod si mercatores duo Hanseatici litigia inter se foveant, tunc*
nemo eorum poterit aut debet
Ecclesiastico alicui suum jus cede-
re, nisi cessionarius sequatur fo-
tuin eius compromissarium, qui
secundum Recessus Hansæ iudex
est competens. *Recess. de an. 1447.*
It. 1511. & 1517. Exemplar 1.
Recess. 1417. Pœna huius est; a-
missio iuris civium apud omnes
civitates Hanseaticas. *Recess. de an-*
no 1417. in Lubecca circa festum
Iohann. Baptiste.

34. *Quod si quis Hanseaticus alteri*
apud extraneum magistratum ar-
restum injiciat, aut eius bona (sole
excepto casu necessitatis) aut cù so-
lummodo ibi in ius vocat, tunc ille

ex utbe deportabitur, sub pena
marcæ auri. *Recess. de Anno 1470.*
¶ 1487.

35. *Quod si etiam Hanseaticus quis-*
piam, qui in Emporio aliquo
(conthoreo) residet, ordinarij hu-
ius jurisdictionis in præiudicium,
processum aut alia iurisdictiona-
lia coram altero Magistratu inten-
det, ille civitatibus Hansæ tres mar-
cas auri persolvere tenebitur; Su-
per hoc civitas illa ubi auctor talis
offenditur, & quæ ob id à parte
Jæsa implorabitur, executionem
promptam strenuè committat, au-
de suo talem pender multam.
Recess. de Anno 1576.

36. *Si Ecclesiastices Hanseaticum*
quempiam coram incompetente aut
Ecclesiastico judice in ius peccati
here conetur, non ille in eilo
Hansæ civitate perscretur aut te-
lerabitur. *Recess. 2. de anno 1367.*

37. *Crucigeri illi.* qui propterea hoc
signum adsumunt, ut privilegio
loco Ecclesiastæ talis fruantur, in
nulla civitate Hansæ tolerati de-
bent. *In 1. Recess. de Anno 1375.*

38. *In civitatibus Hanseaticis ne quis*
contractus emptionis fieri, nisi ad
minimorum contrahensit civis aut
incolij

incola; alias impugnabitur statim.

Io. *Recess. de Anno 1494.*

39. *In civitatibus Hanseaticis non amplius tantus navium numerus ædificabitur, velut antea; quum tot inde cotidie incommoditates enascantur. Recess. de Anno 1430.*

40. *Nemo ex civitatibus Hanseaticis aurum argentumve in extra loca pro artificiis inde conficiendis & absumendis exportabit. Recess. de an. 1418. & 1427. sub pena vita & bonorum. Recess. de anno 1417. à festo Pentecostes.*

41. *Nemo emet aut vendet halces, antequam captuta sit perfecta; nec frumentum ante messem; pannum aut alia artificialia manufactionis, priusquam fuerint confecta & absoluta: Si quis contra hoc quid tentet, tunc emptor penderet bona cuncta; venditor autem 10. marcas argenti pro multa solvet; qui talen contractum nullitatis annunciat, ille sextam partem ex bonis his confiscandis pro præmio accipiet. Recess. de anno 1447, art. 9. & alibi.*

42. *Frumentum nullum per Orfus-dium aut Balthen ab Albi aut Vi-surgi & è contra naviari debet,*

nisi ex civitate Hanseatica aveha-
tur; quicunque nauta contrarium
egerit, in nulla Hansæ civitate to-
lerabitur, nec ipsi quid cōcredetur
pro vētione: Et quicunque mer-
cator Hanseaticus contra hoc quid
tenter, ille perdet bona ea cuncta:
extaneus autem ab omnibus com-
merciis, in & cum Hanseatis
communibus, penitus excludetur.
Recess. de Anno 1417. O. 1447.

ac 1440.

43. *Nemo pannum fasciculatum e-*
met & in alia loca ad colorifica-
tionem transportabit, nisi ubi cō-
featus sit pannus talis, ibi quoque
colore tingi & præparari debet,
sub pœna perditionis panni. *Re-*
cess. de an. 1417. in Lubecca.

44. *Pannus nullus extensus, pansi-*
silis aut pansivus, nec serica falso
colore tincta, debet in civitatibus
Hansæ vendi, sub pœna confisca-
tionis. *Recess. de an. 1598. ulium*
civitas contradixit H.

45. *Sic nec aromata inutilia aut fu-*
cata in civitatibus, nec aliter,
quam secundum pondus vendi
quid solidè debet, sub pœna con-
fiscationis: & uncia quævis duos
löttones Colonienses continebit.

Recess.

Recess. de Anno 1507.

46. *Sal Colbergense non infundatur vasis Lunæburgicis, sed solummodo minutulis ligamentis involvatur ligno, sub poena amissionis.*

Recess. de an. 1413.

47. *Nemo sal Paionicum inulla civitate Hansæ exponat, nisi hoc ipse emerit, aut afferri sibi curat. Recess. de an. 1470.*

48. *Nemo piratis armia bellica aut victualia vendat, sub poena corporis & vita, ac bonorum confiscatione. Recess. de an. 1417.*

49. *Nullus Hanseaticus subiectus suspecta ex mari, aut famosa ex predatione, bona sibi emat sub poena vitae. Recess. de an. 1417.*

1447. *It. 1470. & 1498.* Tum etiam taliter bona coempta civitatibus Hansæ in confiscationem coincident. 1. *Recess. de anno 1447. art. II.*

50. *Quod si verò bona spoliata inscienter emat, tunc solummodo bona fisco Hansæ coincident; at, ignorantiam suam juramento probabit. Recess. de an. 1447. art. II.*

51. *Quod si Senatus, id Hansæ aliqua civitate, talia delicta non puniat, ille Hansæ 50 marcas auti poenæ*

Aaaa 3 loco.

110 R E R V M P. H I N S.

loco solverit. *Recess. de an. 1447.*

§ 2. *Quod si ex civibus Hanseaticis quisquam extraneum vestigia sibi conductionis contractu devinciat, id suo faciet periculo, nec propterea ullam aduersitatem in casu aliquo a civitatibus expectabit,* *Recess. de an. 1497.*

§ 3. *Quicunque minister illuc, ubi mercator dominus eius habitat, ad reddendas tationes pervenire recusabit, ille in nullae civitate Hanseatica locum civis inveniet, nec recipietur.* 1. *Recess. & 3. de anno 1417.* *Istem 1442.* *Item 1447.* & 1440.

§ 4. *Qui in una civitate Hanse aut etiam alibi pecuniam mutuo sumit & accipit, aut pignora excipit, & secum tamen aufert in alium concedendo locum habendi, ille hoc facto amittet omne ius civitatis, nec in ulla civitate salvum conductum habebit, nec mercatoris ullius locum merebitur, multo minus ut debeat iure mercatoris defendi.* *Recess. de an. 1417.* & 1418. & 1470.

§ 5. *Ita quoque, qui propter debita expellitur, ille nequam ulla in civitate Hanse tolerabitur.*

i. R.

i. *Recess. de anno 1398. & 1447.*

16. - *Petulans decoffor aut defraudator, quem Bauckrottirex dicunt, si fugam atripiat, & campanæ signum ipsum ignominia afficerit, ac uspiam deprehendatur, per aliquot horas, in loco delinquentium publico, vinculis æneis susterit spectaculo.* *Recess. de anno 1491.*

17. *Vbi indicia ad probationem dolii sufficientia erunt, talis defraudator, nō aliter ac iuxta leges civitatis Lubecensis quām fuit suspendi debet.* *Recess. de an. 1545. vide etiam de hac materia.* *Recess. de an. 1540. & 1620.*

18. *Quod si senior & expertus quispiam vic in Emporio contra statuta quid deliquerit, ille duplicei exsolvet multam* *Recess. de anno 1525; in quo Recessu omnium Conchoriorum statuta sunt confirmata.*

19. *Conchorii administratores & Metropolis in quotannis rationes reddentes, nec absque eorum consensu quidquam ex bonis eorum Conchoriorum alienare debent, multò minus quidquam oppignorabit quis, aut obligabit ea Chirographo.* *Recess. de an. 1592.*

60. *Neque Conthorienses* uilla Edicti aut Mandata publicate debent absque consensu civitatum Hansæ.
Recess. de an. 1364.

61. *Nuki mercatorum* inhibitio fieri potest, ne dicat, quid & quantum multæ loco in Conthoriis persolverit, ne forte id constare queat.
Recess. de an. 1395.

62. *Quicunque minister* hero suo si surripit, & aufugit, priusquam tempus obligationis suæ absolvatur, ille intra anni spaciū à nullo ci-
ve Hanseatico in servitium recipitur.
Recess. de Anno 1395.

63. *Quando colligationis vectigal imponitur mercibus, nauta tanquam ex navibus & mercibus, velut & mercator ex suis mercibus penione aut censum portigent.* in 4. &
5. art. *Recess. de anno 1368.*

64. *At Principes & Duces, taliæ Ecclesiastici propter bona, quæ economiaæ propriæ impendunt, erempi erunt.* in 4. & 5. *Recess. de an. 1368.*

65. *Ad accipiendum vectigal pondi-
ris, quælibet civitas suis sumptibus
certam ordinabit personam, nec
Hansæ exratio quid impendi de-
bet,* *Recess. 4. & 5. de an. 1368.*

66. *Nauta quilibet*, aut mercator,
qui censum loci, ex quo cum nave
discessit, non persolvit, ille postea,
si incusetur, in duplum solvet, &
multam præter id præstabit. *Re-*
cess. de anno 1530.

67. *In mercimoniorum dispositione*
justum observabitur pondus &
mensura, iuxta loci cuiusque præ-
scriptionem; Sic vas vitrioli con-
tinebit 1300 libras: convolutum
piscium, quos *Braunfisch* dicunt,
continebit 32. membra, convolu-
tum extensum maiorum asello-
rum 6 librarum navalium pon-
dus: Convolutum pellium capri-
narum 2 libr. naval. Sic & con-
volutum pannorum Flandricorum
20 membra, Anglicorum 28. &c.
Recess. de annis 1497. & 1530. ubi
plures specificationes habentur.

68. *Sub pena confiscationis mundæ*
quoque sint merces; sic corbis u-
tarum passarum contineat 100 li-
bras; si vero quid desit, decurritabi-
tur in precio emptionis. *Recess. de*
Anno 1507.

69. *Nemo corruptat vinum Rhena-*
nium, sed ita in bonitate sua relin-
quatur, velut ex Dei benedictione
natum est: quod si adulteratum

Aaaa; invc-

inveniatur , iuxta crimen falsius.
dicabitur. *Recess. de an. 1417.*

70. *Nulli extraneo concedetur, ne na-*
vim in ulla civitate Hanseatica
ædificet , aut emat, sub pœna ;
marcat. auri , & Hanseaticæ iusti-
tiae. Recess. ex an. 1412. It. 1425.
It. 1417. & 1476.

71. *Nec quispiam Hanseaticus cum*
extraneo quotam navis colat , aut
societatem mercis contrahat , sub
pœna amissionis juris Hanseatici
& marçæ aureæ , nec non sub pœ-
na amissionis eius , quod in quota
societatis habet. Recess. de an. 1426.
It. 1441. It. 1476. Item. 1440. &
1498. nec non 1454.

72. *Nemo mercatorum Hanseatico-*
rum nautæ extraneo suas imponet
merces ; sed in omnibus præferan-
tur Hanseatici nautæ sub pœna ;
marcarum auri. Recess. de anno
1447.

73. *Nec in primis Belgico nauclio*
versus Livoniam concredantur sub
certo precio merces , sub pœna
confiscationis bonorum, quæ ipi
fuerint imposita. Recess. an. 1425.
Vide ibidem plura.

74. *Mercatores Flandrici non ad-*
mittantur ad Societatem Orient.

sium civicatum, quum tantam exercuerint erga eos crudelitatem.
Recess. de an. 1387.

75. *Nulli extraneo & praesertim Hollandico concedatur, ut in Livonia Russicam addiscat linguam. Recess. de an. 1426. 1434. 1447. 1476. 1478. & 1517.*

76. *Nemo extra Hanseaticos in Livonia commercia exercebit, nisi in civitatibus ad mares sitis, quod si quis in pagis & aliis oppidis locisque terrestribus inveniatur mercaturam exercens; ille perdet bona talia coempra, & tamen emptor quam venditor. Recess. de an. 1447. art. 12.*

77. *Extraneo nulli mercatori concedetur, ut ultrà 3. menses in aliqua civitate Hansæ vivat in commerciis, aut aperciam mercaturam tractet. Vide vatic de his in Recess. de anno 1434. & 1441.*

78. *Nemo extra Hanseaticos pannum Anglicanum iuxta ulnæ mensuram vendat; tamen in convoluto fasciculo iuxta modum Hansæ licitum erit. Recess. de an. 1470.*

79. *Nemo Hanseaticus cum extraneo aliter, quam in bahrīs (ut loquuntur) id est in continentī satisfactione*

factione mutua commercia tra-
ctare debet. *Recess. de an. 1441.*

80. *Sic & si Hanseaticus extraneo Fa-*
ctori (ut vocant) alias merces,
quam coniectas & involutas trans-
mittat, sub poena 3 marcarum au-
ti. *Recess. de an. 1334. It. 1498. It.*
1530. 1535. & 1540. nec nec
1572.

81. *Scoticis illis, qui hybernis tempe-*
ribus in civitatibus passim emen-
dicant quasi panem, & in aestate
promercalia tractant, immodicium
collectam & emunctorum undique
pecuniam aliis mutuo elocant,
posthac in nulla civitate Hansæ
hospititia hyberna concedantur.
Rec. de 43. 1507.

82. *Nemo obules aut nummos scilicet ita, ut novæ monetæ destinet,*
& inde utilitatem sibi inhone-
stam querat, sub poena amissionis
iuris civitatis, sic & in nullacivi-
tate Hansæ ad ius civium unquam
recipietur. *Recess. de an. 1417. Lu-*
beckæ.

83. *Nec monetarius ullus nummos*
vel minutissimos confinget, aut
in novam fusionem rediget, qui
ipsius tempore fuerint in moneta
producti, sub poena 100 marcas.

Lubecæ.

Lubeccensis utri, quoties hoc tenet.
Recess. de anno 1417.

84. *Quod si artificis famulus aut puer per legitimum tempus addicet artificium, & in civitate Hansæ aliqua inde victimum sibi querere velit, iumento se obstringer, quod contra Hanseaticas civitates nunquam in bellum sic progressus.* 1. *Recess. de an. 1579.*

85. *Cuiuscunque artificii collega aut minister in aliqua Hansæ civitate sibi domicilium querit, ut proprius sibi sit herus, ille documenta probatoria non à senioribus sui artificii, sed à Senatu civitatis suæ producere deberet: alias propter documenta Seniorum consociati collegii sui nusquam in civitate Hansæ ad ius civium admitteret.* Rec. de an. 1417.

86. *Omnes artificum magistri suorum ministrorum nomina statim, simulac eos conducunt sibi, Collegii sui præsidibus & adfessoribus sive colloquii Dominis exhibent, in scripto, ut quovis tempore inde indicatio summi queat.* Rec. de anno 1549.

87. *Manufactura cuiusque minister nullus sine litteral iudicio, quod vulgo*

vulgo *passportum* dicunt, ex una in
aliam dimitatur civitatem Hansæ
sæ, nec uspiam sine tali signo reci-
piatur. *Recess. de an. 1549.*

88. *Magistris tribuum & collegio-*
rum in civitatibus Hansæ nu-
quam competit, ut ministros suos
mulcta aliqua afficiant pecunia-
ria; nec etiam expunctiones in re-
gistro nominum facient, nisi id
cum consensu magistratus eo in
loco fiat. Anno 1572.

89. *Quando collegii alicuius Maj-*
stri ex aliquot civitatibus viciniæ
conventum instituunt, & nove
artificii sui ordinationes consi-
tuere cupiunt; ad quemvis actio-
nalem civitatis illius, in qua ha-
pertractantur, sigillum ratificatio-
nis ergo adhiberi curabunt, quo
etiam tunc Magistratus cuiusq[ue]
*loci confirmabit. *Recess. de anu-**
1482.

90. *In Livonicis urbibus nullus piz-*
fefforum commercia exercebit,
quum mercatoris & praefecti dil-
ctimen ingens sit, quod non cor-
fundendum, multas avaritiz ob-
rationes: Si vero praefectus quis
ad mercarum convertat, piaze-
*træ mundus resignat. *Re-**
cess. de an. 1549.

cess. de anno 1417.

91. *Pelliones nulla ratione pellibus ullis sua excindant dorsa, sub pena 3 marcarum.* *Recess. de an. 1418.*

92. *Quando civis Hanseaticus moritur in civitate aliqua Hansæ, ubi domicilium non habuerit, Sedatus loci poterit bona relicta tam diu ad servare, donec hæres eius adveniat, ubi portionem bonorum sibi talem vindicabit, velut extraneus pensare solet; tamen statutorum ratio & iura obseruentur potius.*
Rec. de an. 1434.

93. *Vt res necessariæ in conventibus singulis debitè per tractari possint, quotquot convocatae sunt urbes, sistere se per Legatos suos debent; quæcunque verò absque iusta & legitima causa (quæ à civitatibus præsentibus examinabuntur) non mittere Legatos, primavice 2 marcas aurii, pœnæ loco solvet; secunda vice 3 marcas, & nihilominus observare tenebitur, quodcunque in conventu conclusum fuerit.* *Recess. de an. 1549.* *¶ 1556, nec non 1604.*

94. *Contra concubaces emanarium executio obserabitur talis, quam*

5 art. confœderationis novæ d;
An. 1604. exprimit.

95. *Quaecunque* in conventu non ius-
to tempore comparuerit, ea civi-
tas 20 Impetiales solvet, nisi legi-
tima sit causa; cuius cognitio penes
civitatum Legatos præsentes erit.
Recess. de an. 1604.

96. *Commune ætrium Hansæ* non
saltem ex contributionibus ordi-
nariis & annuis, sed etiam aliis
impositionum modis institui de-
bet. *Recess. de an. 1604.*

97. *Penus* argenti & pecuniaꝝ, qui
ex diversis inventionibus augen-
dus venit, ad ætrium communum
Hansæ certahi debet; ut inde obci-
talia allevamentum sentiant. *Re-
cess. de an. 1604.*

98. *Quoties* in Conthoriis aut Em-
poriis universalibus minister no-
vus recipitur, honorarium quod-
dam leve, loco contributionis, z-
ratio cotnmuni adiicere debet.
Recess. de an. 1604.

99. *Quod* si eiusmodi ministri, quo-
rum negotiaciones in Conthoriis
sunt approbatæ, ius civium in
aliqua Urbe Hansæ acquirere si-
bi studeant, tales quoque, pro
tectione status aut condicione,

certi aliquid in ærarium commune conferre debent. *Recess. de anno 1604.*

100. *Legationes* absque necessaria & evidenti causa nunquam sunt instituendæ, ne abusus quis interveniat. *Recess. de an. 1604.*

101. *Quoties* Legationes subcunda erunt, id prius in conventu debet concludi, ubi & deputatio & instructio ritè ex communi placi- to ordinanda erit; alias sumptus ex æratio communi non persol- ventur. *Recess. de an. 1604.*

102. *Ac*, ne sumptus in legatione aliquanum ex crescant, cuique legato saltem 2 Ministri satis e- sunt, nec ultra 5 Imperiales ad cu- iusque dici alimenta ipsi porri- gantur, aut ex ærario rursus persol- vi non debent. *Recess. de an. 1604.*

103. *Si alie* civitates his subdelega- tos suos adiungant, illæ quoque opera præstare debent sua, nec ex æratio communi id erit persolven- dum. *Recess. de an. 1604.*

104. *Ac ne Legati* quid damni subeant, & ipsa æquitas requirit, ut labores aliqua ratione recom- pensentur; cuique Legato pro iti- uis benignitate quid certi sol-

B b b b vatur.

vatur. Si locus sit ultra 4. aut 5.
dierum spacio distans ad quem
mittuntur, cuncte 70. Imperiales,
alias vero si brevius sit spacium,
30. Imperiales obsertri debent &c.
105. *Quidnam ad ordinatio[n]em navalium*
referri debeat, quidque in singulis
observandum juxta Hansæ com-
munis constitutionem, id sedulo
heic notari debet, quod in 35.
articulis ad ius Lubeccense est ad-
iectum. Atq; hoc quum alias pu-
blicè extet, & passim in usu sit, non
opus est, ut iam in singulis mone-
amus : quilibet id inde petat. ubi
percipiet, quod accuratè casus om-
nes ibi sint præfigurati. Titulus
est: Hanseatica ordinatio, rebus
nauticis præsumpta, & anno Chr.
1591. à confederatis Hansæ Teutonice
civitatibus in publico tunc cō-
ventu decreta & approbata.

Ex his & similibus statutis, quo-
tam numerus longè potior est, si sin-
guli eximentur ab aliquot seculis
recessus, satis clare perspicitur, quæ
intentio in commerciorum conser-
vandorum studio Hanseaticis fuerit,
& quem sibi, per hanc prudentem
disciplinam, in cohibenda mercato-

rum avaritia, præfigere voluerint
scopum. Quamvis in plurimis com-
modum proprium se exerat; tamen
id maxime ad casus diversos restin-
gendum venit. Etenim ipsa constitu-
tio undique id satis detegit, quod
multi varii casus tales restrictiones
Procreat, ut technæ multiformes,
& fallacitates in mercatura reprime-
rentur. Quippe etiam longinquitas
temporis experientiam hanc illis ad-
didit, ut quam plurimorum mali-
tiam Hansæ socii prædентiores cohé-
bere coacti fuerint. Qui rem sanio-
ibus oculis penitus introspicere la-
borabit, facile inveniet, quod in
mercimonii astutissima ingenia pas-
sim ex omnibus terræ partibus con-
fluunt: His, nisi disciplina acuta
norma & modus ingeniosus satis
prædictatur, adeoque iniciatur acre
frenum, facillimo motu in quævis
abripiuntur fallacitatis extrema. I-
deoque necessum est, ut honestatis
vinculum heic connectatur, quod
exorbitantias multorum ingeniorum
in gyrum redigat, ut omnia in æqui-
tatis & iustitiae moderamine eo re-
ctius conservari possint. Nec est Ma-
gistratus, qui cuncta ita accuratè
examinate aut penitus perspicere

great, nisi illi quorū maxime interest, & siogula in intīmis penetalibus persecutari pridem didicerunt. Ac nisi experientia ipsa tot illis suggereret dispositions, diu minus fœdus hoc se contrator avaritiae, ambitionis, & proprii commodi portentosa violentissimaque monstra, per tot sensuā, conservare aut defendere potuissent. Veluti supra aliquoties explicatum, quot & quantos osores usque à principio fermè fœdus Hansæ istud habuerit. Ideoque heic bene notandum dicit recte *Regiman in Chroz. Lib. 1, pag. 35*, quod communefœdus Hanseaticum non saltem nudi commercii caussa, sed etiam propter communem tranquillitatem & pacis culturam, ut eo rectius in civitatibus & Rebuspubl. firmior gubernationis regimini sq; disciplina; & inde profuerit autoritas cōservari quest. Atque hæc caussa ferè est unica, quā coacti sint, pœnis & multis honestatis humanae normam in negotiationibus vita necessariis propagare.

Quām vero ex antiquis illis confederationum pactis, ante annos plusculos, anno videlicet 1604. fœderis Hanseatici forma hisce temporibus accommodata, composita sit,

in eo fructu ad superiora recurrat^{ur}
secula, eato nunc ita, ut verba eius
integre sonant, veluti etiam Dux
Henricus Iulius Brunsvic. in 3, parte
Scripti sui Apologetici pag. 854. sa-
dem publicis divulgavit typis, heic
subiectemus.

C A P. XII.

*Dicitur confirmationem communis Hanseatis
qua anno 1604. Lubecce in con-
ventu publico solemniter fuit
renovata, cum pleno omni-
nium consensu.*

Quomodo ex antiquis partim De-
cretis celeberrimum fœdus Han-
sæ communis cohæreat, superiori capo
aliquo modo dictum est; Ex
qua forma autem pactorum inde ho-
dierna unio Hansæ conflata sit, id
nunc retegendum est: veluti supra id
aliquoties declaravimus, qua occa-
sione hæc renovatio Anno 1604.
mense Martio & Aprili sit facta. Te-
nac omnis vero rectius ex ipsis petci-
pitur verbis, qui ex vernacula Ger-
manica sic est traductus.

*Forma confœderationis Universalis, fit
communis Hansæ. anno 1604. 21.
April renovata & approbatione
communi confirmata.*

NOs Consules Senatusque civitatum Hansæ Teutonicæ, quotquot nostorum, si gilla sua heic infra appendent, manifestum facimus & confitemur aperte in & cum vigore harum literarum; Quin ex aliquot centenis annis hucusque apud maiores nostros vetusta Christiana consuetudo atque celebris admodum mos fuerit; ut, iuxta occasionem & mutationem temporis & conditionis, pro conservatione nostrorum verissimorum, multâ & molestiâ & labore, partim quoque maxima vita & sanguinis impensione carissimè acquisitorum communium privilegium, libertatum, antiquorum laudabilium usum, consuetudinum, etiam erectarum, ac consensu sano approbatarum pactorum hereditarium, nostræ & Hanseaticorum Conthiorum saluti in regnis, Ducatis & provinciis, ad corroborandum, accretionem & emendationem officiorum commerciorum, negotia-

sig:

tionum , victuum , & salutarium præsperationum , in nostris civitatibus illi excitari int̄ hunc sibi usum , quem & frequenti observantia continuarunt , ad illam , semper inter nos omnimodè exultā , à maioribus traditam & fideliter conservatam Unionem , correspondentiam , confœderationem aut coniunctionem , cum necessariis ac maximè utilibus derogationibus & novis iustitorum supplicationibus renovandum , adaugendum , & meliorandum : Atque hinc tandem præsentium harum inquietarum , perturbatorum & supra modum periculosarum distractio num & temporum mutationes & status , iam tale opus ad manus sumere , imò idem quoque ad perfectionem perducere summoperè exigant :

Quod proinde nos prædictæ Han-
sæ Teutonicæ civitates in laudem &
gloriam Omnipotentis Iehovæ , in
Sacri Rom. Imp. Germanicæ natio-
nis emolumenatum , & alias quisque
nostrorum in decentem sui legitimi
Magistratus respectum , & honorem ,
communium nostrorum Rerum publ.
prosperitatem , utilitatem & com-
modum , nec non promotionem om-

nis sincerae confidentiae, & debitæ
vicinitatis correspondentiae, nos om-
nes & præcipue pro nobis met ipsis,
& nostris posteris, uti à maioribus
nobis id traditum & usu continuo
obtentum est, denuò amicabiliter
coadunivimus, coniunctione mutua
constrinximus, & convinculavimus;
veluti etiam iterum hisce nos ami-
cibili ratione coadunamus, coniunc-
tione mutua constriogimus, & de-
vincimus in vicem, in modo, forma
& specie, quemadmodum iam se-
quatur:

i. **D**eberimus ac voluntus nos & no-
strum quilibet singulatiter Sancto
Imperio & Rom. Cæsare. Maiest.
etiam cuivis reliquo nostro legiti-
mo Magistratui respectivè in om-
nibus iustis & æquis conditioni-
bus Iubentem & debitam obedien-
tiam, & quodcumque iisdem ex
jure, debitaque obligatione debe-
mus, id absque ulla recusatione
præstare & exhibere; attamen ex-
ceptis, cum reservatione cuiuslibet
civitatis, Exemptione, libertate, su-
perioritate & Magistratu, privile-
giis, iuribus iurisdictionis, pactis,
à maioribus obtentis usque us-
bus

bus & consuerudinibus.

2. *Pro secundo debemus ac volumus*
nos inter nos invicem , fideliter
fraternè sincero veroque amore
fovere, unusquisque alterius salu-
tem & commodum libenter cura-
re, & pro viribus cunctis promo-
vere ; atque si etiam (quod Deus
prohibeat) aliquid adversi aut
damnosus interveniat , uiri præ-
monitiones quisque erga alterum
sedulò perficere, & in similibus
casibus fideli consilio succurrere
alterique adiustere; nullo autem mo-
do alter alteri quid per insidiosam
praxin supponere , nec , ab aliis ut
fiat, cōcedere, approbare, consenti-
re , sed potius , quantum in nobis,
omne malum sumus operè auxilio
cuncto avertere.

3. *Pro tertio , Ordinamus & volu-*
mus nos , ut communia Hansæ
commercia & negotiationes, quo-
vis in loco dispersim sitæ , iuxta &
secundum , exinde inter nos ere-
tas , uniones , Statuta & Ordina-
tiones, ut i tenet hoc fuit concepto-
rum Recessuum (in quorum gra-
tiam , & pro ulteriori indicatione,
atque ut constare possit , ad quos
nam Recessuum & Statutorum

B b b b s ob-

obseruantiam quisque sit obligatus, præcedente tamen honorabilium civitatum consensu, compendium quoddam certum componetur, & civitatibus communicabitur) à nobis, nostrarum Regum publ. civibus, incolis & Mercatoribus unanimiter exerceti, & prætetcà dictis Recessibus & ordinationibus conformiter observari possint, atq; ut nemo, sit, quicunq; velit, dum in transgressione nominatorum Recessuum, Ordinationum, & Statutorum, à quoquam inter nos in nostris civitatibus aut Emporiis sive Conthoreis excusatus habeatur, sed à qualibet cívitate illius suppositi, & pertinente ad irrefragabilem obseruantiam & sequelam horum omnium, cum severitate cogi omnino debeat.

4. *Pro quartò*, si in posterum necessitas id exigit, ut honorabile Hansæ civitates ad conventum convocentur, tunc necessitati omnibus ponderatio, & convocationis expeditiopenes honoratum Senatum Civitatis Lubeccensis, & reliquæ civitates Vandalicas, uti maiorum mos id exigit, adhuc erit, à quibus tamen etiam id diligenter obserbitur

bitur & cūrabitur, ne civitates ita
sæpe & citò, sed forsitan circa an-
num tertium semel tantum, si ta-
men caussæ tantam moram usquā
pati velint, & præterea tempore
æstatis, veluti quoque aliquatenus
olim in usu fuit, & ad minimum
quarto mense ante terminum, ad
collegii coniunctionem conscri-
bant, atque legatos earum non
absque necessitate detineant; ac
porrò, ut cæteris honoratis Quar-
titii civitatibus aut Metropolita-
nis, nempe Coloniam, Brunsvigam &
Dantisco, Vandalicarum civita-
tum Conventus eò citius ac spa-
ciosè sat is prænuncietur, ut illæ er-
ga talem Vandalicatum urbium
congregationem, an & quidnam
sui aut ad regionem suam perti-
nentium civitatum caussa propo-
nendum habeant, id prædelibera-
re, & versus Lubeccam referre
queant, idemque à prædictis ho-
norabilibus Vandalicis civitatibus
necessaria ulterius deliberatione
prælibari, & ita articulis & lit-
teris citatoriis inseri atque de-
num Hanseaticæ congregationi
simul denunciari possit.

I. *Quando itaque huiusmodi dispo-*
nitione

sitioni convocationis communis determinatur, tunc debemus & volumus nos, pro quinto, quotquot nostrorum ad annum (cuius iam in hoc erecto Recessu ulcerior mentio fit) non pertinent, per Legatos nostros & nuncios, iuxta formam & ordinationem, uti ea inter nos hisce temporibus complacita est, & dicto huic recessui inserta habetur, benevolè compatere, & commune argumentum ad utilitatem publicam, salutem & incrementum fideliter consultare: atque si una aut plures ex hoc civitatum nostratum numero absque legitima causa, quæ in communi consilio pro sufficienti agnosci queat, emanserit, vel alias non debito tempore & proprio die determinato, qui in scripto denominatus fuerit, non, sed non nihil serius, comparuerit; tunc eiusmodi absente, aut serò venientes civitates, non tantum, quod à ceteris conclusum & decretum fuerit, pro ratificatio habens tenebuntur; sed etiam nobis in eam multam, quia in An. 1556 perfecta ordinatione exprimitur, & in hoc edito Recessu repetita acq; explicata est, incidet.

6. *Quod igitur* pro sexto in communi Hanseatica congregazione unanimiter per totum, aut per maiores partes conscriptarum, & praesentium cum coniunctarum civitatum, de 4 Conthoriis aut Emporiis, nempe Neogardensi, Londoniensi, Anterfino & Bergensi, de queorum privilegiis, & inde prouuentibus commerciis ac dependentiis, & quomodo dissipata denuo erigenda, atque erecta conservanda, Item, de poena interroganda iis civitatibus, quæ contra Hanseaticos Recessus, Statuta & Ordinationes deliquerint (quippe aliæ propriæ civitatum causæ, actiones & pressuræ, quæ ad Conthoria & Hanseatica privilegia atque commercia non spectant, hisce non tanguntur) concluditur, illi nos absque recusatione & mota, etiam absque ulla Appellatione, reducimus, aut alio effugio, quomodounque nominari salteni queat, aut dici mereatur, effectum addemus, & integre synceri perfici ceterabimus, neque ab eo ullum proprium commodum, aut alia quædam similis causa nos dimovebit. Quod si vetò uia aut plures civitatem.

tates contra hoc se opponant, aut unquam per proprium commodum aut alias id fracturæ essent, illæ in Conthoriis & alibi ex nostris privilegiis & libertatibus nil commodi sentient amplius, nec iisdem aut civibus eorum, incolis, addictis & devinctis ullum commercium aut negotiatio in unitis civitatibus concedetur, nec in iis procivibus, nec eorum manefacturæ ad opificium & laborem ullum recipiuntur; sed potius ab eo omni, prægressa denunciatione, retrahentur, donec ciusmodi civitates propter cæcum civitatibus communibus Hanseaticis ad eorum sufficiatiam reconciliari & in gratiam restitutæ fuerint.

Quandoquidem etiam cuivis noctum & manifestum est, quod haec Hanseatica Societas, præcipue in iam dictis Conthoriis & eorum privilegiis, cum defensione communis libertatis & iurium fundata sit, pcoinde nos volumus, pro septimio, quoquot nostrorum ad prænominatum annum non admittimus, illas, interdum & sub duratione huius decennalis Confederationis, propter necessarii expe-

expeditiones talium communium castrorum in Hanseaticis congettationibus, per commune aut per maiora complacitas contributio-nes & subsidiaria juxta usitatam & inter nos conventam taxam; atque nos reliquæ, quæ ad annum admissæ sumus, annum tale absque recusatione & mora, in debitis locis depondere, liquideque persolvere, sub poena & multa ad primam abnegationem dupli, & si abnegatio illa obstinata sit, sub ammissione Hanseaticorum privilegiorum, etiam commerciorum & iuriis civium & opificii in unitis civitatibus, veluti in antecedenti articulo indicatum fuit.

8. *Pro offensio-*ne, In casu hoc, quem Deus prohibeat; si quæpiam nos datum civitatum supra & contra iustitiam, cui se alias lubenter subiicere, & obedienter subiectam portigere vellet, metu violen-
tia supprimatur, coangustetur, & obruatur, vel etiam exercitu bellico insultetur, & forte obsidione cingatur, tunc nos reliquæ, & præsertim Quattuor ciuius Metropo-
lies, in quo tales violentia coangu-
stas civitatis sitæ, eam debita
con-

coniunctione excipiemus, eandēque, tanquam inter nos ex antiquo mo^s laudabilis fuit, contra violatores eius, iustitię sistemus facti p̄tis, & pro illa tractationem subibimus, locis determinatis, atque, ut p̄fētenti expressura extricari queat, pro viribus media quadrare, &, si, p̄zter omnem spem quidē, scopum attin gere nequeat, tam en taliū civitatiū salutē libenter pernoscere, contraq; eas nullatenus adversarios eorum cū transmissione ullius nutrimenti, artoleriæ, pulveris, plumbi aut alterius bellicæ munitionis, vel etiam aliis in modis aut viis corroborare, aut ad talium conatum quidquād promotionis suggestere; sed potius dictis coangustatis civitatibus ad liberationem & sustentationem auxilium omne p̄fāre, & iisdem oxoniā modā re necessaria proprecio, atque alias pro condītione, succurrere volumus.

9. Nos quoque, prō nōno, debitē cum omni diligenti cura hoc in nos recipimus, ut in nostris agnatis civitatibus omnis interna lis & motus, mediante divino auxilio, pro posse p̄caverti, &, si talia contra spem periculosa viderentur, p̄

convenientia media, & benevolas
 collaborationes, absque mora
 componi, ad unanimitatem redu-
 ci, & omnes disruptiones remo-
 veti è medio queant: Proinde vo-
 sumus in hunc fidem illos antehac
 decisos & aliquoties iam confir-
 matos Recessus & Ordinationes
 heic repetitas, & vigore huius
 Unionis sequenti forma renovatas
 esse: neque, si in politicis & regi-
 men concernentibus caussis, inter-
 Senatum, tanquam ordinatum
 Magistrorum & cives incolasque
 ullius cognatarum Hanseaticarum civita-
 tis, discordia, dissidentia, aut aliud
 discrimen gravaminis, contra spem
 exortatur & incidat, quæ integrum
 illos non componi aut transfigi
 possent, sed ad ultiorem propa-
 gationem tè extenderent; tunc sta-
 tam proximæ vicinæ civitatis Hâ-
 sœ, ad requisitionem & expeditio-
 nem Senatus, ut Legatos suos in
 eum locum mittant, atque exortam
 discordiam per benignas in-
 terpositiones componant & transfi-
 gant, conari; at in casu, si bonum in-
 ceptum dissipetur, tunc civium con-
 munionem ad decentem obedie-
 tam & respectum, erga suum Ma-

C E C C g i s t r a .

gistratum , & ad honestam deduc-
tionem illius, quod ipsis compre-
hendere videatur , in locis & finibus,
ubi competit, severè & omnino
diligentia adhortari , etiam ad id
cum aliis civitatibus, iniustis &
æquis causis omnes possibiles pro-
motiones & adstantiam præbe-
re, & ad id obligati esse debent,
Quod si verò (quod Deus clemen-
ter præcaveat) accidat, ut unus ali-
quis , aut plures homines tumul-
tum , periculosa conspiratione
aut colligatione in ullis aliquot
Hansæ civitatibus, aduersus & con-
tra ullius civitatis Senatum , cuius
potestatem, præminentiam & di-
gnitatem , in præiudicium &
clamorū eius, quod probari pos-
set, conficerent , & ab iis desistere,
atque in jure & æquitate contenti
vivere , sibi persuaderi non pate-
centur : tunc debemus nos & Vo-
lamus nos tales homines & eo-
rum dependentes in nulla Hansæ
civitate , nec vel in Conthorii
ullius iure perferre aut salvum
conducendum ibi talibus concede-
re; sed illi, ubiunque deprehen-
di valeant, captivos ducere, & de-
ducto maleficio , cum severitate
pudore.

ponire. Similimodo cum iis procedetur, qui tumultus talis, Confoederationis aut conspirationis scientiam habent, & qui tales Magistratui suo non denunciatur. essent.

10. *Pro decimo, Volamus pro institu-*
tione ultterioris amicitiae, ne ul-
lii cives aut incola in nostris civi-
tatibus & ditionibus inter se, auc-
etiā alias cohærentes civitates, ci-
vies & incolas aut illorum bona &
possessiones propter alterius debi-
ta illegitimi, coactare, nec arresto
aut repressaliis detinere; sed quod
unus cum altero ad nomina teda-
ctam tenet, ut hoc coram compe-
tente Magistratu & iudicio contra
principalem aut sideiustotem se-
cundum ordinationem iurium de-
nuncier, & persequi debeat; atta-
men debet unusquisque Magistra-
tus ē contrā agenti patti subita-
neum & expeditum ius clera no-
rari superstitare, & administrare.

11. *Pro undecimo, debent quoq; om-*
nnes illi denunciati & explorati, qui
obnotoriam & sufficenter proba-
ram inobedientiam atque rebellio-
nem, aut etiam propter alias pa-
cales causas, quæ enormes & su-

præmix infamiz notam contine-
rent, ex nulla Hansæ civitate, co-
gnitione juris prævia, ciekti aut de-
portati (quod *verfsten* dicunt)
essent, nec etiam omnes, qui perlu-
lanter aufugissent, contra Magi-
stratum suum illegitimas urgente
vias, minis, contumeliis & ca-
lumniis iniuriosis suscepissent, in
reliquis nostris agnatis civitatibus
non tolerari aut perferti, sed vel
ad competentem postulationem,
& propter id factam requisitio-
nem, contratales, cuilibet subitum
ius communicari; vel ad denun-
ciata & alijs exploratam dictam
occasione, talibus hominibus,
ut se ex nostris civitatibus &
ditionibus absque mora recipiant,
severissimè imponetur, & ad id co-
gentur. Quod si verò ex supradictis
quispiam inveniatur, qui se obta-
les caussas ad pendentiam juris er-
dinarii referret, atque id persequi-
se velle promitteret, vel etiam in-
primis Cæsareas, aut aliorum legi-
timorum Magistratum defensi-
nales, protectoriales, & salvos
conductus producere & demon-
strare posset, ciusmodi recepius in
civitatibus nostris, aut aliis mo-
dus

dus nunquam denegabitur ulli , nisi ut promittant & cautionē p̄f̄st̄t̄ , quod putativum ius contra Hansæ civitates , contra quas id sibi competere existimant , legitimo modo persequi , & , citra omnē iniuriam , etiam factum proprium , querere , suscipere , promovere , intendere & ad finem perducere velint . In casu autem , illi contrā hoc contumelias , calumniis adversus adversariam suam civitatem , aut alias illegitimo modo quid suscep̄t̄ri es- sent , & hoc Magistratui loci , ubi degenerat , per denunciationem no- tificatur ; tunc debent illi talēm porrò custodire , aut cohabitatio- nem non concedere ; sed statim à se eum propellere tenentur . Neque debet aut vult ullus ex nobis , quā- quam prædictorum , qui , ex nomi- natis causis , aliquo usque tolera- tur , ad suæ civitatis ius excipere , prius & antequam per ordinarium ius & cognitionem à competeente superiori Magistratu declaratio & sententia pronunciata sit , quod il- li à civitate ea , ex qua ille electus sit aut discesserit , injuria facta & illata fuerit : Neque etiam è contra- fidicta superioris iurisdictionis co-

gnitio , illis ejctis aut fugæ reit
contraria redditæ sit , talibus alte-
rior receptio & defensio in civita-
tibus his , ubi per temporis spaciū
tolerati sint , amplius concedi de-
bet .

2. *Pro duodecimo* , Quod si in po-
sterum (quod Deus clementer pro-
hibeat) accidat , ut interdū , ubi in
causis & casibus , omnium nostro-
rum salutem concernentibus , ad
communem Hansæ conventum
convocaturi essent , ulli legati , aut
in adventu , aut recessu & reditu ,
sib itinere violentia impetione &
impetuositate lacerentur , & bonis
suis exspoliarchetur aut captivi ab-
ducerentur ; tunc debemus & vo-
luius nos (ante omnia illi , qui
loco , ubi factum clamnosum com-
missum est , aut læsi captivi tene-
tur aut adservarētur , quām proxi-
mè adficiēt) omnes una iuncte hoc
pro nostri habete causa , & omni-
peid prestare , ut læsus sua bona re-
cipiat , & ex custodia relaxati que-
at ; & quæ propterea impensæ in-
sumptæ fuetint , hoc omne nos
civitates communes similiter co-
pensabimus , veluti nostri maiores
juxta indicationem *Recessus de ab-*

anno 1456. ulterius id comprobaverunt, ratum habuerunt, & inter se constituerunt.

13. *Pro decimo tertio,* Debemus & volumus nos tales compactiones, quæ propter ceteris, artificia manualia & eorum magistros, ministrosq; & alios adhæcientes, in communione Hanse confilio sub dato Anni 1572. inter nos convenit &, in illo tempore, eretto Reces-
sui insertæ, atque iam in isto præ-
senti revisæ & repetitæ sunt, una-
nimiter manutenere, & hoc omni-
ne severè ad executionem perda-
ce.

14. *Et volumus nobis omne,* quo dicitum iam est, in hic reletum esse; quod si quispiam ex nostris ceteris peculiariter, aut nos simulanei cum quopiam alio, ultam ulteriore compactionem aut amicabilem correspondentiam coleremus, quod illa per hanc Unionem non concidere, sed in ple-
no vigore & virtute manere de-
beat, modò illæ correspondentiaz huic non contradicerent, aut deto-
gaturæ quid essent; quod nos etiam alios plures in hanc amicabi-
lem coniunctionem, prævia om-

nium approbatione , recipere ac
 suscipere licitum sic & queamus.
 T S. Concludendo, debet hæc Christiana
 Unio & vinculatio ex hoc dato
 21. Aprilis, huius 1604. anni exor-
 dium sumere , & in consequens
 decennium absque interruptione
 ulla perdurare , excepto eo, quod
 cunque in hoc fœdere de contri-
 butionibus & Annuo (ad quæ nos
 non ulterius & porrò quam ad 10.
 annos dictos obligamus) compre-
 hensum est, donec in communi ali-
 quo conventu aliud inter nos col-
 locuti decreverimus & conclusi-
 mus : Atque prius & antequam
 id fiat , hæc ipsa in omnibus arti-
 culis & punctis , qui supradicto
 modo non excepti sunt , in pleo
 vigore , vixite & dignitate per-
 manere debet. Quam ccadunitio-
 nem & eius articulos omnes &
 singulos, nos omnes & singuli suò
 fide & iuramento, quo nos Sacro
 Romano Imperio, & unusquisque
 alias porro suo singulari magistris
 & civitati obstrictus & obli-
 gatus tenetur , etiam quam charus
 nobis Dei & noster proprius ho-
 nor, virtus, emersio, & nostra
 cum civitatim & cuiuslibet iudicij
 [alii]

salus est, & esse debet, perpetuò constantet & infrangibiliiter servare promissimus, & firmiter polliciti sumus, in & cum vigore huius scripti. hocque omne, absque dolosa abstutia aut ulla aliqua argutia. In veritatis testimonium nos supradictarum civitatum Deputati, iam praesentes Legati, huius Confœderationis Notulam nostris propriis manibus subscriptimus, & illatum usitatis sigillis corroboravimus. Actum Lubecce 21. April. Anno post Christi nostri Domini & Salvatoris nativitatem 1604.



Vt locutionis Germanicæ idioma id postulat; ita Notula hæc Confœderationis Hanseaticæ latinitate donata est, ne alicubi à genuina sententia & mente concipientium aberratum quid videri possit. Ideoque nemo sanus elegantiam talem, quam inutiles & vani verborum phrasiumque Criticarum conquisitores, captatoresvè nasutuli, & lenocinia futilia vocis proterbus in leptoleschia sua enucleantes, heic sibi iure aliquo de-

C e c c s poscere

1146 R E R V M P. H A N S .
poscere valebit. Nec id magnopae
curatur ab iis, qui synceritati potius
in rebus agendis mortalium student,
& setiis incumbunt, quam ut in va-
niss speculationibus totum vitæ tem-
pus phantasticè syllogisticando(utci-
ci solet, & moderna id passim facit
& stulta fert consuetudo) frusti
consumant. Intetim hæc quatuor
benè notentur in ista formula fœ-
deris ; 1. Quod maxima sit differentia
inter convocationem Hansæ com-
muniis, & particularis fœderis,
mox in sequenti pluribus paret
capite. Namque in hoc, tempus or-
dinatii conventus ad tertium annum
æstatis restrictum quidem est: sed ci-
hilominus clausula adiecta necessi-
tatis omnia modificat. Ideoque se-
pra indicatum est, quod Directore
potius iterum & occasionum, stu-
dentes hucusque fuerint observio-
res, quam quod saltē solemitatem
resperxerint nudi: velut etiam ne quis
prædeliberationibus posset deesse, si
tis matutē, ut memini & vidi totius
deliberanda, ad Metropoles contribu-
tariiasque civitates mittere adhuc
solent, quod in adsiduo obtinent usū
ut cuiusq; Quartitii civitates titè viri
possint & communia commerciorū
& flā.

& statu grayamina ponderare.

3. *Atque licet artic.* 9. *Huius Fœderis, de seditionibus civitatum agens, cuique vicinae Reipubl. suum determinet officium in tali casu ; tamen etiam hec dilectio proximi nemini ferum strigam praescribit legem ; quoniam quisque etiam ex suo malo vicinum prænoscere queat & examine dare danum. Ipse aliquot exempla memorabilia vidi ; quam fideliter aliquot civitates alteri succurrere soleant. In primis & præcipue ante alias Vibes accuratam Brunsvicensum, & curiosam satis claudatissimā inspectionis sue curam hec iterum celebrare debeo, quoniam ipse fidem eorum erga Magdeburgenses ita exploraverit Anno 1612. Etenim iam cum per aliquot annos per versissimi illi lucripetæ, & omnis rebelliorum auctores, aut præcursorum ad minimum (quos M. Adr. Lampadius Pst. Halens. Sax. rectissime in scito optimè illi tempori accommodato, ultimum Diaboli fæcum non initabat) monetae adeò adulterio suis corruptelis flagellaverant, ut multi fame inopes perirent, & inde vulgus cum plebe egena inciperet auctores tales, qui primas etiam in regi-*

regiminis statu tenebant, non nihil
insolentius insultare. Nec in talitu-
multu populus Magdeburgicus, ceu
ur plurimum proutu simili fervore
solet, uti historiæ passim testantur,
erat ultimus. Petierant enim toties
per directum & obliquum à Magi-
stratu suo, ut molam nefariè in cui-
dam urbis introductam & ad Albim
corruptissimæ monetæ destinataq.
abrogarent: interdum nec ministrati-
gorosiores abeant. Sed surdo narra-
batur fabula. Pauci erant interpretati-
puos, qui amicis monitionibus se
corrigeribantut; licet & ipse offici-
i ratione, saepius tot perniciei ratio-
nes toties illis demonstrando, preca-
rere eos, quos debetiam dehortari: Do-
nec tandem ex singulari Iehovæ pæ-
na, ipse Magistratus exordium sedi-
tionis moveret, in publicis nundiniis,
ubi omnis plebs sua industria latit
in eo tempore intenta solet esse a-
priositatibus, proxenetæ alicuius ip-
perorum (ut tunc ex monetæ com-
mutatione fraudulenta per libram
vocabantut) quandam suam fal-
sa monetæ publico actu confisca-
do: ubi sic lictores simul ædes eius
spolio communiteriquerunt. Quod
igitur turbis his miris olfucus Sena-

etus, nihil sua interpositione apud plen-
bem communem obtinere posset, sed
ipse undique lapidibus contusus pro-
pe ad forum concidisset, satis præci-
pitanter & immaturè, instinctu Præ-
toris convocavit quidem ad armis
cives; ubi miserè culpa talium au-
torum ultra 100 trucidati sunt ho-
mines: Verùm quùm cives sequenti-
bus diebus ad saniorem mentem re-
cident, & potius ad causam tantæ
calamitatis publicæ & innoxii san-
guinis recurrerent cogitationibus:
omnes furore conciti sunt erga Sena-
tum, permittendo adhuc plebi ali-
quot ædium principalium expolia-
tiones; mox quoque ipsam invadere
curiam in foro armis apertis collecti
studebant, ut pœnas ab iis exigenter,
qui ipsis suspecti erant. In ipsa acie
erat conspiciendum periculum om-
nibus, nec quis ex curia prospicere
audebat, nendum descendere. Quare
morti usque vicini rogabant me, ut
in forum descendens, aut Senatus
aut. meo nomine (adeò exosi erant
(undis) deprecationes gratiosas piè ad
cives interponerem. Quamvis exacer-
batos noscerem omnes, & iam iam
curiam irruituros; tamen pio & ex
Verbo Dei petito sermone ita pet Ie-
hoꝝ

1150 R E R V M P. H A N S.
hovæ unici nostri gratiam constitui-
gere capi conscientias , ut statim
omnem exuerent effervescentiam , &
reconciliatione non ullam nisi cœ-
puniendo Kipperorum consortio am-
plius adiicerent conditionem , sed in-
tamen , ut iuris omnem processum
meum deponerent officium , alii
Senatu i tanquam suspectis nihil ac-
dendo . Hoc , quām Senatus justus
a quumque diceret , & promitteret
publicani fidem , ut à præsentis inci-
tis liberaretur periculo , cum multus
sanguinolentus & diruptio bovis
quæ usiue in quinatum diem dura-
rat , quasi in momento consopita est
omnis . Durissimæ autem . quām
medevolutæ essent vices , properfer-
mandum processum talē , ad indica-
tionem à me factā statim suis adfūctis
Brunsvicensis Legatis , quos fecer-
sunt Hildesiensis , quorum ope & au-
toritate multæ fuere lites aliquo
modo emolumenta ; uti & tunc miscet
in ædibus uicis per 6 Septimanas si-
xit Syndicus Brunsvic. D. Ioh̄o
Cammannus , computer mihiatissi-
mus : sed vulnus semper recudit
quories Senatus vacillaret in proce-
su iuris , & multi lucem fugeret vide-
rentur , velut solet fieri , ubi quisfor-

abhorret affligi gladio. Ne autem fides
 mea in periculo publico apud cives
 interposita, quid danni patueretur, lega-
 dio publica ex hoc concreme salvavit.
 Sic etiam anno ab hinc proximo,
 quum Senatus communioni civium
 semper, in actionibus suis, per ostend-
 dum fecerit integrum, inde cunctis
 suspectus permaneret, nec deleri ante-
 cta ex memoria illis possent; immo
 iariis importunitatibus adaugeret
 adigendam omnium, atque mul-
 titudo aliquot non bene convenien-
 tia ad conveniendum Hansae delata ani-
 madverteret; communitas aliquot
 civibus Lubeccam misit, & gravis
 culpa reos in pluribus convicit ad-
 o, ut tandem ex Senatu deportati
 homines, & nova Reipubl. forma-
 duta civitas. Sed an satis commo-
 di supra cap. i. b. tr. dictum est. Va-
 li & quamplurima heic quidem es-
 sit notanda; sed culpa foret gravior,
 & est huius loci, quod alii oppor-
 nitati reservatur rectius. Lubeccen-
 s & Verò & Brunsvicenses cum Bre-
 viensis & Hildesienbus omnia per-
 tutati tunc sunt delicta, quamvis
 ulta pallium meruerint. Hæc ta-
 ea Hansaticis debetur gratia, quod
 eorum fodieris captam tunc perfec-
 tina

REVM P. HANS.

riat industria m. Utinam modò haud
novus sub ea herba latetet anguis.
Cognita cui sunt acta, & hominum
ingenia, stimulationis sacrotum vi-
delicet facile quid dispicere poterit.
Etenim nec cor impoenitens unquam
Iehovæ compescere poterit itam.
Ideoque meritò *in art. 9. d.* tam cu-
riosæ sunt Hanseaticæ civitates, ia-
hoc, ut in tempore præveniat ut peti-
culosæ seditioni, quoniam præfatum
hunc turbulentissimis temporibus
omnia in ruinam communem ver-
gere videantur, nî Deus ipse, ex mis-
ericordia, tantum à cervicibus nostris
avertat exitium; quod anxiè singulis
momentis pœnitenti corde exceptan-
dum est. 3. *Quodnam debitis discrimen*
sit inter civitates annuum saltum
solventes, quos Annuietas dicunt, &
inter illas, quæ ordinari contribu-
tioni nomen dedere; atque inde Con-
tributariæ vocantur, id infra cap. I.
pleniū non nihil explicat eum, ut
jam non sit opus idem bis repetere.
4. *Quod in articulo ultime obliga-*
tio ad 10 sunorum spaciū restin-
gitur, id quidem in observantia iusta
vigorem suum obtinuit: sed quoniam
intercesserint alia quoque particula-
ria Fœderæ, de quibus duoc agemus,
extensio

extensio huius Universalis facta est
& dilata usque ad *Annum 1627*,
licet meiminerim , quod graves quo-
que paroxysmi id concusserint: ac fa-
ciliè in decadentiam incidisset , nisi
aliundè fulcra denuo accepisset sua.

C A P . X I I I .

*De Confederatione Hansæ particulari,
O& defensione eius mutua , ad pari-
tatem Fœderis aquilus, dispo-
sitionemque eius di-
recta .*

Vera igitur universi corporis Han-
sæ est ei in qua constitutione pro-
pria consistat , id satis ex superiori-
bus. quantum pro temporis ratione
sufficit, constare valet: Atque quum
enīc ad particularia nobis progre-
dendum sit , nihil commodius fieri
potest , quam ut in exemplis ciuius vi-
sionem delineemus : Etenim nulla
impressio rei & veritatis fortior est,
quam tantis tenebris obvelata sit ra-
tio hominis , quam que ex actis &
factis , auctorisque ex ipsa re experientia
testimonii loco sumitur. Sed quum
Fœderis particularis forma etiam
apud Hansam , ut supra parte 2. tract.
D d d d gen.

gen. docuimus duplex sit, ut quædam ex paritate, alia ex imparitate componatur, & inæqualitate nihil fragilius, incondicibilius, nihil falsius & futilius sèpius detur, propter multas insidiarū suppositiones, quum nihil hincerti amoris in sece contineat; sed unicam, nec raro tyraunicam sibi propositam occultè gerat utilitatem; ea propter de tali modo, qui in patitate consistat, tanquam constanziori & fideliori, ceu in ipso exemplo Universalis Fœderis, quod ex tot seculorum spacio feliciter floruit, id videre est, nunc prius quid in mediū proferemus. sed nunquam rectius id præstati poterit, quam ut ipsa non prodeant exempla; quorum aliud in veteri, & aliud in nova produceantur, unde patet quo fulcro Universale illud à particulatibus sustinetur, & quænam ipsi auctoritas ususdem adiici posuit, & olim pridem adiecta fuerit.

Circa An. Et. 1399.

Civitates passim & maximè Marchiæ Brandenburgensis à predonibus ita infestabantur, ut nulli civitati, accivium & mercatorum cuiquam amplius iusta salva & tutaz picerent usquam viæ. Ac licet illi Principiæ suo peterent inspectionem,

tamen omnia frustrà fuerunt. Et enim Iodocus Marchio Moraviensis, qui à Rege Hungariæ tum Sigismundo agnato suo hunc acceperat ex donatione liberali Marchionatum, nulli rei magis, quām perpetuis emuntionibus contributionum incumbebat; unde nihil iustitiae supererat passim; sed omnia habebantur venalia; & maxime in ejus absentia. Quisque igitur ex libidine & avaritiae ductu rapiebatur, ut nulli aures patarent æquitatis. Quod quum perfette ut b's Brandenburgensis, tanquam Hanseatica & commercii studio unicè dedita, perfette non posset, huic malo remedium querens, plures ad se convocavit civitates Marchiarum, cum quibus hoc pepigit fœdus, ut ex copia appareret.

*Notula fœderis antiqui particularius inter pares reciprocum, videlicet ci- viates aliquot Hanseaticas
Marchiarum & alias ex- traneas.*

NOs Sena'ores ex civitatibus Neomarchiarum Brandenburgensis, qui nunc sunt, & a' huc sunt futuri, & etenim urbis Brandenburgensis, noīe urbus Brande-

D d d 2 lung.,

*burg., Berlinensis, Coloniensis, Franco-
furtensis, Kroffensis, Strausbergensis,
Monchebergensis, Landsberg., Mittel-
wald, Eberswald, (jam vocatur
Neostadum) Bernoviensis, Spandoviensis,
Navensis, & Belitzensis, confitemur &
attestamur pro nobis, unus Senatus al-
teri, quod nos, ex consilio & pleno man-
dato ciuium nostrarum communitatibus, uni-
animitate inter nos conuenientibus & con-
vinculati teneamus; ac volumus indiffe-
libili constantia observare ta'ra membra
& articulos, ut in hoc scripto continet-
ur.*

1. Primò ponimus nos & volumus, ut
civitates, que territoriales litteras
habent in terram aliquam, bona &
proprietates, & confirmatoriales ter-
re libertatis, mru & antiquarum
consuetudinum, eas conservent, in qui
etiam unanimiter subsistemus.

2. Rursus ponimus nos & volumus,
Quod si quispiam ex virtutis & civilitat-
scudum possideat ab Ecclesiastico at-
seculari dominatione, & quamvis
habet litteras, & tamen in quibus sit
possessione, illum debemus & volumus
defendere, & in iure ac antiqua con-
suetudine conservare.

3. Ulterius ponimus nos, Quod si
quispiam

quis citeretur virorum aut civium ab Ecclesiastico aut seculari Dominari, tunc debet illa civitatis, in qua vocatur, defendere eum tanquam semitipsum, nec dimittet eum illuc proficisci. Atque si necessarium sit, tunc citabunt partem aliquam civitatum, aut omnes: & quas illi ad vocant, ea illuc venient, & faciliter adficiant ipsis, ut iura eidem maneant.

4. Adhuc ponimus nos & volumus, Quod si quispiam civitatem propter literatatem sua hereditatis, feudi, proprietatis, aut antiquae consuetudinis alii iuris violenter impugnet, debemus nos omnes, civitates illam civitatem in iure suo, literate, & consuetudine nostro conatu conservare. Similiter quoque unicuique civium in civitatibus, aut viro, qui circa eam habitat, debemus nos & volumus opem praestare, ut illis ius suum maneat, & ab eo non dimoventur.

5. Item ponimus nos & volumus, quod nulla civitas ullius rei commode se privari sinat, quod alias civitates aut terras simul concernat, aut attin gere queat, nisi prius id sit cum consensu & mandato omnium civitatum & virorum.

6. Sic etiam volumus constanter ser-

D d d ; vare,

vare, ut, quo l*uni* contingit ciuitati, idem nobis omnibus ciuitatibus uniuersim contingat: & in eo perseverabim*u*ita, ut nos omnes in universum in honestate, & in re Brandenburgico acquiescere velimus, veluti nos omnes eo beneficio gratie affecti sumus ex antiquo usque & fundo terre.

7. Præterea volumus, quod nulla ciuitas, se intricare & implicare in alterius ciuitatis iura & priuilegia debeat. Si autem id fiat, tunc reliqua ciuitates circum circa ciuitatem ad eum & ius reducendo cogent.

8. Si etiam fiat, quod quispiam ciuitatum cauſſa aut virorum quid loqueretur, & proponeret ciuitatem & virorum aut religionis necessitatem, vel aliu*m*ius ciuitatis singulariter, & quis illi propterea iniuraretur, ac iniuriosè eum in le calumniaretur, aut id diceret, tunc non habemus talisdem; sed potius in eo ipsum manutenebimus ne inde quid danni pati cogatur, vel in bonis vel corpore, aut honore.

9. Si quoque fieret, quid ulla ciuitas ab hac unione recedere vellat, aut abcederet, ne, in ea conſtant^e permanenter recuperet, ea nullus uti priuilegijs debet, velut reliqua ciuitates in Neemar-

elie Brandenburgensi, & ab omni opere
& consilio omnium ciuitatum excludi
debet.

10. Quod si etiam viri siue Manni
huic unioni se dedere aut in ea perma-
nere vellent, nihilominus nos ciuitates
omnes hanc unionem constanter & so-
taliter seruabimus, nec quidquam in
hoc impedimento erit.

11. Quaecunque etiam ciuitas, viri
aut ciues ciuitatum aequitatem & iu-
stitiam sibi attribui nolunt, eos neque
hac unione defendemus.

12. Nec etiam quisquam nisi ciuitati-
bus concedet, ut qui per eam trans-
greditur obuclata aut oppallisata facie.

13. Item conuenimus inter nos & ser-
uabimus hoc, quod omnino pradones,
qui terram undique despoliant, in
ciuitatibus captiviteneridebeant, ubi-
cunque inveniantur, & una ciuitas
alteri in litteris conscriptos hostes eius
tradet, quinam illis sint &c.

14. Omnes hos ante prescriptos articu-
los & pacta promitterimus nos Sena-
tores ex predictis ciuitatibus pro no-
bis & nostris posteris, una ciuitas al-
teri in aliudam & firmam conserua-
tionem, sub fide optima, absque con-
tradicione, mala interpretatione, &
variis exceptionibus. In huius testi-

monium & magnam conscientiam,
quod hoc optimè simus seruatur, ut
cum bene meditato animo quinque ci-
vitates, velut antique & nunc em-
tatis Brandenburgiae, Berlinensis, Co-
loniensis & Francofurtensis secerent
internè scienter imprimi ad banc U-
nionem & leges curassimur, quas scri-
pere sunt in noua ciuitate Branden-
burgensi, post Christi nativitatem
1599. Anno, die S. Primi & Felici-
ni Sanctorum martyrum.

Quamvis hæc confœderatio con-
sisè admodum loquatur, attamen ea
continet & complectitur, quævis
in aliâ ulla inveniantur, ut ita meri-
tò speculum egregium cunctis veris
& solidæ fidei Saxonum exhibeat;
imò rubore hodiernum afficiat mun-
dum, & omnes eius amicos & Pel-
icos, qui potius vanitate amphibo-
logici sermonis & sesquipedalium
verborum, in ampullis pyrgopolia-
codonicis ac Schatrebombardoniciis
præparatorum, delectantur, quam et
candidè & sincere quid proferaut.
Hodiè quidem mos est, ut blandi-
loqujs ceremonijs multa venditen-
tur cotidiè verba; sed facta qui pra-
fuerint vixida. vix iþyenitur operarius.

Non

Non iste maiorum fuit genius , qui
 perindissimis se credebant statim , nisi
 linguae fidem factō persolvissent ipso .
 Unde illud proverbium Saxonibus
 natum; En manum fidemque. Quum
 igitur in tantum devii simus facti à
 vestigis patrum , hæc nos cotidie
 premunt pœna , ut ipsi inter nos ad eō
 reversi nobis in ipsis simus iniutii;
 & perpetuo torqueamur belli crudelis
 flagello. Nam nec tunc vera pax est ,
 quando eam nobis imaginamur ad-
 modum placidam. An non id vidie-
 mus. L. tis expressè antea in aulis pa-
 lūm , in curiis , in tribunalibus variis?
 Vtè expertos mihi heic requiro te-
 stes , qui id non diffiteri poterunt.
 Etenim nonnè ubique clancularii
 species bellī agitabantur ? Quis nam
 bonorum erat securus à maiis perse-
 cutoriis ? Vbi nam inveniebatur iu-
 flitia ? An poterat in aulis deprehendi ? Quid poterat sine venali precio
 obtinere ? Vbi pictas vera ? ubi probi-
 tis ? An non utraque in raro exerci-
 tio suo fitcaisticè sauis explodebatur ?
 Quisnam adhuc redit ad pœnitenti-
 am ? An non igitur perversitatis est
 somnx , quod nostram culpam in-
 digentia convertere , & nos domi-
 noster nunquam ritè exatminare cu-

D d d s pia-

piamus? Iehova est, qui in suis nos
 executoribus ad saniorē revocat
 vitam. Tu verò, ô homo maligne,
 quic non revocantem audis, aut eius
 flagra agnoscis debitè? An non inde
 iustè nos percutiat? Quis nam igitur
 ausit dicere (ait *Ierm. Proph. in lam. 3. 37.*) quod hæc fiant absque Ieho-
 vā præcepto? Et quod ex ore Excelsi
 neque mali quid, neque boni pro-
 deat? Quis ita in vita quicitanus
 homines? Quilibet potius quiciteret
 contra peccata sua. &c. Verum hunc
 modum nemo agnoscere cupit: unde
 quoque communis est stilus, ut quis-
 que suam sibi viam carnalitatis qua-
 rat, & si non possit aliud invenire
 medium, ad fœdus recurratur. Fœ-
 dus, fœdus, communis est perdito-
 rum & populi clamor. Ast Iehovā
 ait, *Ier. 8. 12*, ne dicatis, fœdus. Popu-
 lus iste nil loquitur nisi fœdus.
 Proinde Salomon ditissimus & po-
 tentissimus rectius ad Iehovā no-
 men confugiendum vociferatur, *Pro-
 verb. 18. 10.* quum ibi vera arx inve-
 diatur. Et verè, inquit, Nomen Do-
 mini fortissima turris, & hoc confu-
 git lustus, atque ibi in edito conser-
 vatur loco. Cui ita consensum suum
 David adiicit; dicens: Iehova, per
 me,

mea , & propugnaculum meum , & liberator meus , Deus fortis meus , rupe mea , ad quem me recipiam , clypeus meus & cornu salutis meæ , exitus locus meus . *Psal. 18.3.* Nam qui confidunt Iehovæ , similes sunt monti Zionis , nec usquam concident , sed permanebunt in seculum . *Psal. 125.1.* An vero firmiter Iehovæ confidant , qui carnis suæ vivunt ? Spiritus vertiginis , vertiginosa cuique infundit . Inde lis ex lice creat litem : & superbia nunquam in sorte suâ novit contenta vivere , ut vicinus vicino hinc sit oneri . Sic etiam quum diu satis modum subiugationis tota- lis Dux Guelphicus per annos aliquot quævisset Brunsvicensi urbi vicinæ suæ , & scopum quoque propè attu- gisset , via antiquæ rationem incun- dam putarunt pressū , quum prop:us non invenirent medium , nec iusti- ux pateret amplius locus . Quamvis causa non satis prægnans à parte Du- cis ; tamen infensio exacerbarat iram , tandemque inflammat ita acriter , ut nil nisi vindicta & subiugatio con- texeretur . uti *Alla Hist. Brunsv. 3.* id satis aperte loquuntur & comprobant . Sed quod Hansæ so- ciæ ex prisca addidicerant experientia , id

1564 R E R V M P. H A N S.
id ad manus sumiserunt : & ut hu-
mana sunt consilia ; ita res nox
confederationis non caruit pluri-
bus difficultatibus. Ideoque saepius
nunc Lubeccæ , nunc Bremæ , nunc
Bronsvigæ , nunc Lunæburgi celebrati
sunt conventus aliquot civitatum
Hansæ , quæ defensionis sedis con-
ficerat satagebant , ut ait *Dux Han.*
Iul. in all. Hist. Brunsv. part. 3. pag.
873 . Tandem id Lunæburgi Anno
1607 die purificat. *Mar. 3. Febr.* plenè
absolutum est , in hac forma , ut in
sequentibus exprimitur , quod Prin-
cipem ita planè perturbavit , ut de at-
mis , quæ huc usque vario usu torse-
rat in eos , desperans , ad calamispi-
cula & iuris quodammodo procel-
sum denuò se converteret , & volu-
mina aëtorum ederet ingentia , ut
ipse illius Principis poeta Melbo-
mius ad effigiem eiusdem cum sub-
scriptione aliquot versuum tuco
istud attestabatur his verbis :

Ad Symbolon Duci:

IN VTRVMQUE PARATUS.

Elige me qualcm cupias; In utrumque
paratus.

Qua calamum rorso , verso etiam
arma manu.

Mel

Marte laceſſibus, reſpondeo Marte:

Nec eſſes,

*Ni mihi ſic cords ius pietasque, fe-
rīx.*

*Nunc, calamo Iefus, calamitibi tertia
repono:*

*Sifapis, & Marti & Palladi cede
mīc.*

Satis acutē quidem diſtūn : ſed
an Chrtianasit hæc locut o , id di-
judicet D. Paulus , qui ad Rom. 8. 21.
dicit . Ne vincitor à malo ; ſed vince
bene malum. & v. 17 : Nemini ma-
lum pro malo reddatis viciſſim. & v.
19: Non ipſi volueret ipſos ulciscen-
tiſ dilecti , ſed date locum iræ. Scri-
ptum eſt enim : Mihi eſt ultio , ego
repndam , dicit Dominus. Id. ad
Galat. 5 : Ex charitate ſervite alii
alii. Nam lex uno verbo compleatur:
Diliges proximum tuum ſicut te-
ipſum. Quod ſi alii alios mordetis ,
& devoratis ; videte , ne viciſſim alii
ab aliis conſumiamini. &c. Sic i Thess.
1. 13. & i Pet. 3. 9. vide. Verum an
Ethnicus , poſſit eſſe Chrtianus ve-
tus? An Ethniciſimi ſedulus ſectator,
queat Chrtianiſimum promovere?
Eiusmodi videlicet ſtimulatores un-
diue ad volabant, unde pacis coṇſi-
lia ſatiſ ſuppreſſa fuerunt. Namque
ubi

ubi voluntas regis pro lege est , ut ait Iust. , ibi nemo non potius gratiam captat , quam veritati alumnū se p̄xstet. Sic & Caselius quidam senex malē ominosum carmen edebat , quod Saluti Publicæ scilicet inscriperat , civitates Hanseaticas malē exagitando ; ubi tales inveniebantur versus :

*Quis verò furor est , parentes ligib⁹
equis ,*

*Certā pace bonisque frui non velle ph-
ratis ?*

*Non vos libertatis amor , ne dicite: si
vos ,*

*Nequaquam populi optanda , licentia
perdit .*

*An nent anguam tabe perimus? Nu-
nè uideris ,*

*Quando domi neglecta iacent com-
merciarum ,*

*Non ita compleri deinceps arari ag-
zū ?*

*Quin sic dira fames paula. immissa
ad omnes ,*

*Quam vos pro merito primū tolli-
re necesse est. &c.*

*At sōciae tot stant à nostris pu-
tibus urbes ,*

*Quarum certa fides , benèque expli-
ta voluntas !*

Fortè sui facti pridem iam pœnitentiam:

Fortè alias plures : neque nunc nova fœderapangent.

Aut trepidè facient , taciteque : ita quando lubabit,

Quaque pedem tutò referet sibi proxima semper.

At nunc , quando palam perversa alienaque causa est ,

Imperium nè orbi turbent , regesque lacestant ?

*Auctor erit nemo , credam : pax ubi-
bibus usū est : &c.*

*Dicere sed populo Verum , nimis ardua
res est ,*

*Sapeque id officium crudeli morte pia-
tur. &c.*

*O vos magnifica teclis & turri-
bus Urbes ,*

*Vota Deo facile ; & date munera Pa-
cis ad aram :*

*Non vos bella decent , non vos contensio,
non lus ,*

*Sed neque seditio , nec conspiratio ful-
lax.*

*Fallit enim : quam res persæpe minu-
ta diremit .*

*Cur hastas capiti ? Sceptris adsurgite
regum :*

*Vos ius Imperij , Regum vos armis
tuentur;*

Ipsi vos reges orbis genuere saluti.

*Nonne locus Regum est, ubi vestras
latias lucent?*

*Au non arma dedere bortos, sylvaque
virentes?*

*Plura adeo: servant vobis haec omnia
Reges.*

*Nulla sit Urbs, nisi sint Reges, remun-
que potentes:*

*Nil magu ex re sit populis, & milita
Urbi. &c.*

S'c nunquam simulatione suac-
ret seduictio quævis. Verum quin
adeo paibm exosa fuerit haec con-
deratio cunctis, meritò huc quoqe:
referenda est : quas si nil aliud: ti-
men hoc fructus habuit, quodic-
xori fuerit suis oferibus. Proinde
se habet in translatione sua.

Cufa.

Confœderatio aliquot civitatum Hanseaticarum, defensioni maximè Brunsvincum destinata; anno : 607. Lundurgi 3. Febr. inita.

Nos Consules & Senatores antiquæ Hanse Teutonicae, quoiquonc nostrorum sigilla sunt heic appensa, manifestam facimus & confitemur his pro nobis & nostris posteris contum quoque singulo; Postquam (proh dolor!) tempora & rerum momenta propè undiq; quod diuturniora eò perturbatoria sece exerunt, ita, ut etiam si salutariter ponderatæ constitutiones Pacis secularis, & quocunque ulterius ad conservationem huius ex bona consideratione institutum, præterquam quod factiositates & violentæ suppressiones supra modum excrescunt: Tam summi extimescendum, nisi potentioribus violatoribus sat firma resistentia obviaretur, & suppressi per commidas celestesque optulationes succurratur: quod tunc imbecilliores contra dictam constitutionem Pacis secularis, nisi penitus supprimantur, attamen ipsorum obtenta & majoribus tradita Regalia, domi-
Eccc nia.

nia , Privilégia & iura notabilitet prægravari, nec non commercia impediti possent : Atque hinc divina, Naturalia, etiam communiter conscripta iura, ac facti Imperii Recessus & Ordinationes, ex rationalibus considerationibus causisque concessete & admisere, quod, contra ini quam pacis publicæ turbationem & vim, ad se protegendum, aliis pro conditione sua cum talibus se coniungere, & propter inevitabilem defensionem, super iam dictam pace publica fundatam, in vinculum certum coitellatum sit. Nos quoque hoc in memoriam revocamus. Licet in nostris perverstis Hanseaticis confœderationibus, & eorum diversis temporibus reassumptis renovationibus, salutariter atque satis bene constitutum sit, quaratione una civitas alterius necessitati in pressuris iuxta omnigenè communium iuriuum & Imperii constitutionum & ordinacionum normam , consilio & auxilio condolenter succurrete, nulloq; cum defectu adesse debeat.

Quād verò nihilominus animadversum sit, quod talis coniunctio ab aliis in disparate judicium absolvitur, ad minimum quoque in Hanseaticis

Hanseaticis confœderationibus iste defœctus est, quod in modò reciprocæ adſiſtentia & defensionis, & neceſſariarum requiſitarum præparatio-
num hucusque nulla cetera disposi-
tio & ordinatio constituta ſit: Quod
propterea, in propagationem noſtræ
perpetuæ Hanſeaticæ cognationis,
eaodemque ad moderna difficulta-
tempora & recum momenta aliquo
uſque, quantum poſſibile, ad accom-
modandam, iuxta exemplum noſtri-
rum laudabilium maiorum & ante-
ceſſorum, nos cum bene prædelibe-
rato conſilio, conſiderare, in hono-
rem Dei omnipotentis, & Sacri
Romani Imperii communisque pa-
trix ſalutem, per ſequentes punctos
& articulos inter nos Unionem com-
poſuerimus & contraxerimus: Quod
etiam facimus & vigore huius ſcri-
pti, quemadmodum firmitiſſime fieri
det ea, poſſit & valeat, perſicimus.

I. *Principio* præmunitus nos, &
protestamur ſolemniter, quod an-
te omnia Rom. Cæſ. Maieſt. no-
ſter clementiſſimus Dominus ex-
preſſè exceptus, abſque hoc etiam
nullius alterius Regis, Electoris,
Principis ac Domini regali ſupe-

riori iurisdictioni præjudicium
aut damnum adiici, multò inieci
hæc unio in cuiusquam summi
aut impi status ostensionem, ac
quenquam contra ius & aquita-
tem defendendam; sed unicè in
hoc vergere debeat, quaratione
quisque nostrum in perturbatis
periculis temporibus & rerum
moineatis, ubi (pro h dolor!) a-
mor erga justitiam & communi-
tatem erga proximum refrigerata
est, vis & iniustitia palmam obti-
net, & multi in æquo & bono
nullam satietatem inveniant, et
omni parte simulac cum nostris
adjunctis civibus, incolis, subdi-
tis & agnatis, contra iniustum vim
in vigore iuris & æqui, mediante
divina gratia, se defendere, prole-
gere atque manu tenere quicat.

2. *Quum verò æquum, Christianæ*
& iustum sit, ut nos, si ulla po-
hibita factiositas se exerat, nisi p-
ticulum summum in mora sit, &
tempus id saltem admittat, aut
& prius legibus aut benevolentia
quam armis quid prosequamur;
debet nemo, qui in unionem
comprehensus est, quam diu fera
spes & media ad compositionem

aut juris vias, per quas nostri
defendi queunt, supetsunt, ad in-
necessarias distinctiones ullam op-
pem aut assistancem expectari :
sed ad pressi legitimam invocatio-
nem, conditione occurrentis ne-
gotii, per missionem iuxta possibi-
lem diligentiam, bene explorata,
illos, quorum notoria iniquitas in-
venta est, & propterea admonita,
& utramque parte, sive unus aut
bini in foedere sint, adhortatione
urgere, pro mutua æquitatis com-
positione, aut ut exortas differen-
tias ad celestem compromissum
perduci signant, atque in eum ca-
sum Appellacioni, Reductioni, Re-
visioni, Restitutioni in integrum,
& reliquis alias in iure ordinatis,
& accessibilitum mediis & distra-
ctionibus, quomodounque no-
minati queant, aut valeant, resi-
gnent & renuncient: sive etiam, si
uni aut alteri parti id non compla-
cuerit, tunc in ordinario &
legitimo jure satietatem & suffi-
cientiam accipiat, & inde ab in-
cepta offensione & facto desistat.

Quod si eo usque tunc hoc nomine
nil proficiat; sed contra omnem
juris legitimi oblationem, una ci-

vitas aut plures inter nos contra pacem publicam in corpore, possessione & bonis violenter laedetur: Huic modi à nobis & reliquis cognatis, sine longiori protractione & mora realiter adsistetur, hac ratione & ita: ut ad deliberationem contra iura suppressorum, in nostris confederatorum civitatibus & eorum territoriis & ditinibus, prout iuxta qualitatem offensionis singulis vicibus, in uno aut altero loco, maxime accommodatum censemitur, conscriptio necessarii militis, locus collectinis & numerationis, liberi transitus, & ad tempus receptio concedatur illi; milites, pecunia, provisio victus, & munitionis bellici suppeditatio praestetur; è contraria adversariis & offendentibus abnegetur procul & absindatur idem.

4. Argue hac opitulatio & adstitutia non tantum contra inter nos Sacri Rom. Imperii, sed etiam quemlibet, qui supra & contra iura quinquam nostratum vi in mari aut terra impugnat, concepta esse debet; attamen cum hac moderatione, quod minus obligat

esse velimus confœderato presso,
extra fines S. Rom. Imperii alio
modo , quām sequens declarat ar-
ticulus , ad præstandum auxilium;
nisi hoc subsit, quod impeditio ta-
lis in mari aut terra extra Impe-
rium, propter hanc confœderatio-
nem , tum vigore eius debita op-
tulatio cuiquam confœderatorum
adiici debebitur ; in quem casum
reliqui confœderati presso plenum
auxilium non aliter , lac si in Im-
perio esset factum , præstare om-
nino tenebuntur.

5. *In casu* proinde ita quædam ex
nostra coniunctarum civitatum
societate extra Imperii fines obrue-
retur , atque inde ad defensionem
sui progredi cogeretur ; tunc nos
reliqui coadunati offendenti &
pacis publicæ fractori, omnes con-
scriptiones, transitus, militem, ar-
mationes, receptiones , suggestio-
nes frumenti, alimentorum, mu-
nitionum, & omnium necessita-
rum , in nostris iurisdictionibus,
ditionibus , pro summa facultate
impedire, & è contra nostri consociis
pressis tale cunctum liben-
ter concedere , & bonis consiliis,
promotorialibus, legationibusque

non aliter, ac si in ipso esset Imperio, adiustere debemus; attamen, ut realis opitulatio, & quod ab ea dependet, modificeretur, nec inde una præ altera iniquiter praegravetur; sed in eam viam, ut ex omni parte tolerabilis sit, dicigatur; atque etiam præterea pressis pro conditione periculi, habita prius communicatione, & prævio unanimi decreto, pecunia auxilio, quantum salutium necessarium militum & nautarum requirat, ex auxilio, de quo in sequenti articulo mentio fiet, succurratur & accedatur: Cæteri verò sumptus, qui defensioni, extra fines Imperii impendendi veniunt, à pressis solumento comparati debent.

6. Si tunc iuxta occasionem offer-
sionis, conscriptiones loci, collec-
tionis numerationis & armatio-
nis, transitus, & receptiones
no minentur aut instituantur, cu-
singula vice, non tantum inge-
re, bona ordinatio institui; sed
quoque per destinas advectiona
alimenta suppeditari debet, ut sub-
diti & ali duci inde nihil oneri
percipiant. In casu autem, si co-
tra p[ro]p[ri]em, nostri subditi & additi,

ex omissa solutione, vel alias in aliis modis damno afficerentur, illud oinne, prævia legitima liquidatione, iuxta æquitatis rationem reponetur, & persolveretur.

7. *Hæc quoque Vnio* cum casibus se contia pacem publicam violentiis extendentibus, cum talibus quoq; casibus intelligi debet; Quod si publicatæ alicui sententiæ definitivæ iuris nulla paritio aut executio obtineri posset, quod tunc nostris confociis, causæ victoribus, ad prævias legitimas Executoriales, & inde consecutam banni declarationem, iuxta stilum & tenorem Ordinationis Cameralis, similiter adiutricem manu[m] exhibete, nec institutæ Executioni quid denegate velimus: attamen, si executio nimis gravis & penderos foret, ut alii plures, iuxta dictam Cameræ Ordinationem, attrahantur, & omnes expensæ, quæ Executioni impenduntur, ex bonis executioni subiecti refundantur, & restituantur.

8. *Velut etiam si nimiriter omnibus* illegitimus arrestis, & commercio-ru[m] oppilationibus, quæ via ordi- naria iuris haut cōmodè abrogari

E e c e s p o c-

poterunt, ad læsi consocij, aut
rum agnatorum postulationem, &
prædeliberatum commune consi-
gium, arrestis contrariis & com-
merciorum restrictionibus con-
riis, præcipue iis in locis, ubi con-
modè fieri potest, obviati &
media opponi debent.

9. *Quum igitur iam hoc salutare de-*
fensionis opus absque consti-
Directione non subsistere posse
aut valcat, proinde coangustatio-
vitas statum suum quād primū
ad honorabiles Lubeccenses, & i-
llis met ipsis pressura obiecta si
ad honorab. Bremenses deseret, &
protenus absque mora moneta
que citius, ad cæteras confedera-
tas civitates, usitatas convoca-
nes & denunciationses mittat,
conventum iuxta conditio-
circumstantiarum in communi-
& idoneo loco, ex plenitudine
ficii, instituere debent, atque
contra conscripti suos legatos ad
sufficienti mandato illuc sub d-
icto tempore a legare teneatur.

10. *Atque deince pro condicibili*
judicatum est, quod singulis vi-
bus, quoties necessitas requirat,
pressa civitas, si possibile sit, ac-

Domino Præfecto militiæ; aliás
verò, si hoc à civitate hostilitati
expositâ perfici nequirit; tunc una
aut binæ viciniores civitates direc-
tionem defensionis, & quod in-
de dependet, habere; atque illæ
omne & quodvis per idoneas com-
modasque, & quantum fieri po-
test, eas personas, quæ rerum ta-
lium experientia prævalent, & co-
gnitionem tenent plenam, in ef-
fectum deducere debent.

ii. Si vero offēsio ab unius aut alte-
rius consociæ civitatis magistratu-
m aut Principe eius proficiscatur, &
inde hæc subterfugiat directionem
defensionis: tūc illi isthæc, velut &
similiter succursus militaris &
missio armorū omniū remittetur,
accordabitur; attamenē tenebitur ad
hoc, quod pro rata parte & loco
militaris succeſſus & missionis ar-
maturæ ipſi cōpetit, pecuniam cō-
tribueret, & eidē, quidquid inhibi-
tione & respectivè aversione vectu-
re, transiū, & aliās, cōſultum in
decreto videbitur, sese accōmodare.

iii. Ut etiam, quando necessitatibus &
periculi poscentis cauſa (quod
Deus in gratia avertat) ad realem
consummatiōnem & Executio-

nem huius coniunctionis perveniat, directio bellici defensivi cōtētius succedat, nec communis aliae in detrimentum ingens ac imparabile dāmnum, si subitanea necessitas ingruat, Generalis quipiam sufficiens bello p̄fectus, aliqui officiarii desint; exinde in hoc convencu, ut Generalis talis sit p̄fectus futuri exercitus equestris & pedestris, velut & magistri equitum & capitanei pro annuo salario constituantur, decreta est.

3. Et quād in his omnibus absq; ingenti pecuniae summa nihil sc̄tuosè effici queat aut valeat, p̄ inde unaquæque consociata c̄t̄as ad hoc æqualiter 10000 Imp̄iales, quos aut realiter statim contribuet, vel etiam pensionem annuam, videlicet 600 Imp̄iales initio à festo Paschatis inclusi sumpto. Annibus currentib; atque si unius aut alterius civitatis necessitas & periculum exiguntur quoque, simul ac à civitatibus confœderatis conclusum sit, ad minimum intra 14 dies, facta denunciatione, summam capitalem in futorum coangusti

torum refusione & satisfactio-
nen, nisi quid ex benevolentia il-
lis condonetur, in paratis nummis
expendere, & propterea specialiter
obligata cautionem & assolu-
tationem exporigere, & etiam in
capsulam arariam apud Hambur-
genses depositam, ac binis clavi-
bus (quarum una in manu Lubec-
cenium, altera Hamburgensem
est) muntam è vestigio jam trans-
mittere obligata & obliterata tene-
bitur.

14. Atque ut simul verus defensio-
nis scopus attingatur, nec illa in
ignominiam aut damnum hono-
rabilium civitatum deseratur: ideo
in eum casu, quando pressis hac
contributione realis liberatio pra-
stari minus poterit, ulterior con-
ventus habebitur; & non tantum
quomodo defensio talis commo-
dissime continuetur, è vestigio de-
liberabitur: sed etiam in modum
& formam, quomodo optima con-
ventio institui possit, coangusta-
tis, donec ad realem liberationem,
consilio & facto adiumentum
addatur.

15. Præcipue unaquaque in hac
coadunatione comprehensa civi-
tas,

tas , tot arma & armaturas, quo-
quot ad tres Compagnias sive co-
hortes in ilicium pedestrium requi-
runtur , in numero chlamydom,
pectoraliū, loricarum, galearum,
vittarum , lancearum , hastarum,
scloporum omnis generis , bom-
bardarum , pulveris tormentarii
copia , thecarum , laguncularum,
ligonum , securium , &c. omni
tempore in armamentariis se-
parata habebunt , & simul necessa-
rii pulveris ac globulorum pro-
tuarium adservabunt , atque ex
omne , sicut etiam similiter sum
conditionem & vicinitatem &
iusque loci, ex armamentariis in
tormenta bellica , uti necessaria
erit, cum globis tormentariis so-
cientibus ac pulvere , ad nostru
tamen periculum & sumptum, o
casu necessitatis porrigitur tibi
buntur. sic & decentem perser-
tionem & inspectionem, quod si
delicet in ipsorum quota nihil con-
sideretur , à Domino militari
præfecto , qui occasione boni
effectum dabit, perpetietur.

16. Quodcumque autem ex talib[us]
armis & armaturis , & aliis ins-
tutionibus , pro occurrenti resu-

statu , militibus porrigitur , illud
juxta æquabilem taxam ex com-
muni ærario persolveretur. Alias
verò ad cuiusque sumptus ad ma-
nus procucabitur.

17. *Similiter ex omni parte cum ci-
vibus nostris , subditis & mini-
stris, & nostratibus prompti adesse
volumus.*

18. *Nec quispiam , qui in necessita-
tibus & angustiis fuit , in quibus
confœderati ipsi adstantiam præ-
stitere , hanc facultatem habebit,
ut absque eorum consensu , consi-
lio, scientia & voluntate ad trans-
actionem progrediatur aut com-
planationem aliquam ; sed quod-
cunque in his suscipitur , secun-
dum communius fiat.*

19. *Et hac coniunctio in proximos
sequentes 10. annos durabit , nec
ante effluxum temporis ulli parti
concessum erit resultare: ita , quod
si civitas quædam id intendat , illa
totam huic penui & universo de-
fensionis negotio deputatam con-
tributionis quotam nobis relin-
quere , & nihil inde recipere debe-
bit.*

20. *Atque in his reliquis civitatibus
aggressus ad hanc arctiorem con-
iun-*

junctionem minus impeditus erit; sed apertus manabit, & iuxta commune consilium alii plures in id recipientur.

21. Post effluxum deceniorum cuiusque civitatis libertum erit arbitrium, num Vno haec renovanda, & magis extendenda sit, an Vno una aut plures renunciare eam ve-llint.

22. In primis autem haec coniunctio communis Hanseatica Societati, quæ inter has & alias communies honorariæ Hansæ civitates vigeat, nec nō etiam aliis Unionibus, quæ cum aliis crederæ sunt, aut in posterum erigi possent, ne tamen huic coa*l*utioni contrariae sint, præ-judicare aut detrahere quid debet, sed separatae caussæ manebunt.

Quod omne & singulum nos ex omni parte firmiter, in constanti fidelitate & bona fide, loco iuramenti servare promisimus & polliciti sumus: omnes fideliter absque dolo & argutia. In testimonium huius, nos nostrarum ci-vitatum Sigilla ad has litteras scien-ter appendi curavimus, quæ date sunt, die Martis post purificari.

Martin

*Matix: erat 2. dies mensis Febr.
Anni post Christi nostri Salvatoris-
nativitatem 1607.*



Quamvis huius Fœderis aetioris:
int̄ Hanseaticas aliquor civitates-
maxime attribuatur Brunsvicensium.
necessitat: tamen alia tacita ratio
subest, quæ statim se quidem in 2. ar-
tū exerit: sed quūm eadem sit cau-
sa Fœderis aetioris imparium, quæ-
nam heic lateat subtilitas & clancu-
latia argutia, *infra in cap. 14. expli-*
cabitur. Hanseatici quidein satis
prudentes se probant in omnibus; at-
tamen stilus iste satis demonstrat,
quod alios tunc ad misericordia artifices,
qui ex aulis, quid pro cōmodo suo
suggerēunt, ut suo loco patebit. In-
terim heic obiter notandum, quod
Notula ea fœderis, quam *Dux Bruns.*
in part. suorum aff. Bruns. pag. 370.
planè falsa sit, & non cum hac iam
posita concordet. Inde cuiuslibet rem-
dūt iudicabit: quamvis illic multas im-
pudicet propterea corruptelas; ta-
men supponita accepit.

C A P. XI V.

De Confœderatione Belgarum cum aliquot Hanse Saxonica Civitatibus illustrioribus, ac principalioribus, An. 1616.

*24 April. inita, & 1; Jun. An.
eiusd. Hagæ-Comitis iuramento solemnni confirmata.*

Ad patitatem Fœderum Hanseaticorum meritò quoquerefertur illud, quod antehac cum Ill. Ord. Belgicis iniecut Hansæsocii. Superius explicatum est, quod quām plurimæ civitates Belgicæ pridem ante aliquot secula in Confœderatione cum Hansæ Orientalibus civitatibus vixerint; proinde ex parte fœdetis antiqui renovationem dici voluerunt, velut etiam eo titulo titè venditum fuit, quin tot Principes intra & extra Imperium illud ita suspectum Imperatori ipsi & Regibus passim reddere conarentur. Stimulum autem potissimum suo Administratori suggerabant Capitulares illi irregulares, ait Dau., propter civitatem Magdeburg., quam penitus subiugare toties praefas nimium infolescentes intentabant,

rant frustrā , quīm nunc cernerent
inde commoditatem omnem sibi
abscissam. Sic & Ducis Brunsvic.
ad senatores idem urgebant , propter
eam urbem. Ideoque magna undi-
quaque dispergebatur fama , ut con-
citarentur ex variis locis dissimilis
opinionum diversarum sententiæ ,
quæ ut plurimum in calunnias va-
rias erumpabant. Etenim qui civi-
tatis suum statum liberiorem &
fortunam invidebant , varias convi-
ciorū pluriam causas congerere non
desinebant. Verum *Thuanus lib. 6.*
Hiflor. continuat. pag. 358. & 359. in-
tecum proprius ad scopum collimat
originalem , quando bello illi , quod
Anno 1613 inter Reg. Danicæ & Sue-
cicæ tum ferrebat adeò , ex parte hu-
ius coniunctionis occasionem pri-
mariam imputat. Namque Rex Da-
nicæ non tantum ab initio belli Sue-
cici omnibus mercibus , quæ per mare
Balticum importabantur , aut expor-
tabantur , ingens vectigal , ut sic im-
pensas in illud bellum factas recupe-
raret , imposuerat ; sed etiam tofies
civitatibus Hanseaticis privilegia &c.
juta , à maioribus non sine sanguine
& onere summo acquisita & tradita ,
iùò juramenti fide æterna cum cor-

robotata, confirmare denegarat peri-
ius : Tum quoque & Belgæ & Han-
seatici Legatos miserant ad R: g: m
rogatum , ut se nimio hoc onere ve-
tigalis liberaret. Verum quim adco-
jurum esset responsum Regis , ut au-
vectigal Mercatores penderent, aut ie-
transitu , perfectum Sundicum , sus-
nientes in naves Danicas transferrent,
quod videbant utrinque sibi damne-
fissimum , & è contra Danis lucrosil-
limum ; non tantum Lubeccenses &
reliqui Hansæ Socii aliquot hoc uni-
versale incommodum totique Impe-
rio Germanico perniciosum, item re-
gis novum apparatum bellicum. &
ad Imperatorem per Legatos su-
querelis supplicibus detulerunt ; si-
ctiam , quim Rex Daniæ in con-
adò strenuè pergeret , ut civitatib.
Hansæ & maximè Lubeccæ naves &
mercibus retineret, imò & in potu-
Lubeccensem hostilem imperium fa-
ceret, ibi naves mercibus onustas illi-
cripere per archithalassum suum b:
borans : inde cum Ordinibus Belg:
de fœdere novo incundo consiliis
inceperant ; præsentim quim eti-
cererent, quod ex aula Imperatoris
nulla in præsentibus periculis si-
affulgeret ulla. Proinde hunc i-

netm à civitate Lubeccensi primitus Legati missi sunt Hagam Comitis , qui supra modum humaniter cum singulari congratulatione omnium accepti & audit i sunt. Etenim occasio maioris effectus , quæ universo commercio per tot regiones maximè prodeesse , & omnia in pristinum statum redigere posset , exinde expectabat à singulis. Quare res diu optata non diuturnâ deliberatione indiguit ; consultum putarunt omnes , ut Legati non sine fructu discederent ; quo factum fuit , ut 4 Calend. Iunij Fællos utrinque sit certis articulis conceptum , non verò pactum , ut vult Thuantius. Etenim Lubeccenses non tantum in seâ receperunt , quod referre vellent resolutionem conceptionis ; sed etiam novum deliberationis obtinuerunt terminum. Vnde factum est , quod Magdeburgenses , & Brunsvicenses , enà cum Lubecanis Hagam suos miserint Legatos circa illas. Septemb. eiusdem Anni , ubi prior collatio instituta fuit , uti ex sequenti patet Extracto Recessus ; quem inter se certitudinis causa composuere : veluti etiam plures tales habiti sunt , quum tractatus hi ultri triennium excrevissent , priusquā.

Ffff ; ia

in certam normam potuerint redigi.
Sed primus Recessus in singulari ca-
pite iuxta Extractum, ita se habet:

*Extract. Recessus primi de Confœ-
deratione Hanse cum Ill.
Ord. Belg. inita.*

AD Compunctionem illius, sub hodierni
dicto, confecti palli, inter Domi-
nos Commissarios a Præpotentibus Do-
minis Staticis Generalibus unitarum
Provinciarum Belgicarum, cum Dom.
Legatis civitatis Lubeccensis, & Dnn.
Legatis civitatum Magdeburgensis &
Brunsvicensis, in receptionem eorum
Magdeburgensium & Brunsvicensium
propter tractatum Confœderationis, à
Præpotent. Dnn. Stat. initum, in pre-
mù Mense Maio, cum Dominis Consu-
libus & Senatu civitatis Lubeccensis; ac
principiè & specialiter ad satisfactionem
s. Articuli in eodem tractatu, qui con-
cernit contributiones; est tandem pro-
placito huic ad referendum & ulterius
propagationi promissio facta, quantum
pertinet ad quotam contributionis, quod
civitates Magdeburg. & Brunsvicensi
simultaneè prona ferre debeant dimi-
diā partem respectu quota Lubeccen-
sis. Ita adimplesum in Haga Comiti
ad

*ad placitum & ratificationem, velut su-
perius mentio facta, atque hoc à respecti-
vè Dn. Commissarijs subsignatum est
20 Septembr. in 1613 anno.*

C: *Biesman, Dirick Paß, Magnus V.
D. Aylva, Ab. Condors, Martinus
Nordanus Reipubl. Lubeccens. Lega-
tus, Thomas Franzius D. & Reipubl.
Magdeb. Synd. & Legatus, Iohannes
Roerhant D. ac Reipubl. Brunsuicen-
sis Synd. & Legatus, Hermannus
Schrader Consul Brunsuic., Ioan.
Oleman Reipubl. Brunsu. Secre-
tarius.*

Licet autem non sine appetitu Ord.
Belg. ex stimulatione mercatorum
hoc Fœdus & eius perfectionem ur-
gerent ; tamen varia impedimenta
sunt civitatibus Hansæ Orientalibus
& maximè Saxoniciis obiecta , velut
etiam hiscē negotiis bellum Brunsvi-
cense intermiscebatur , quod inde
maximè suam sortiebatur deprope-
rationis maturitatem. Sed & interim
aliæ civitates , quibus offerebatur
toties , de acceptatione dubitabant,
quùm punctus contributionis illis
videretur difficilior. Nihilominus ,
ut quasi cum beneficio Ord. Belg. ad

1192 R E R V M P. H A N S.
Se magis allicerent Hanseaticos, hinc
tam promptum Brunsvicensibus, ux-
i tractatus Lunæburgi habitos, in
sux oblationis necessitatibus succur-
sum sub Duce Henrico Friderico
Princip. Autagn. Anno 1615 præstite-
runt. Hoc fidei singularis exemplum,
quum quasi ptobam acciperent CIV-
tates, reliqua omnia inde integratau-
protenus imputate non dubitarunt
sed incepserunt ardenter utique
consolidationem Societatis diu ex-
petitæ studio amboire. Ideoque, &
Lubecce, & Lunæburgi, & Brunsvic:
conventus habiti suèce, veluti quo-
que in primis Brunivigæ it. cum An-
no 1615, sub compositione belli eius-
dem utriusque partis Legati conve-
nerant, qui negotium fœderis in
particularis diuturnum tandem al-
perfectionem perducerent, quod qui-
dem etiam factum est; sed s. Artic:
liss adhuc in disputatione manuit,
eo usque conditiones Fœderis saitez
sint ratificatæ, veluti ex subsequenti
bus Recessuum extractis patet, quæ
sic se habeant:

XII

Ex:tra:it. Recessus in part. contribut. super Fæd. Hanifa-Belgicum.

AD Impletionem Tractatus inter Præpotentes Dnn. Staticos Generales librarum unitarum Belgicarum Provinciarum, & honorabilium Orientalium Hanfæ civitatum ab altera parte ecclii, & specialiter ad satisfactionem & Articuli concernentis dispositionem, & quotā in contributione, est ad invicem transactum, promissum & acceptatum, quod ciuitates Rostochiensis & Stralsundina que ille et unam, VVimaria demidiam, Magdeburgum & Lunkburgum quælibet eam. Gryfsvialdia & Aniamum singula dividiam, erga centrum unitarum Belgij Provinciarum, & erga eamque dividiam ciuitatis Lubeccensis suffirre debant & contribuere. Aique de his diuersa consonantia acclæ prouotitia resperilli è coadunitarum cœfecta & eretta sunt, que erunt, & cœficiuntur in eadens virtut: & vigore, ac si principalibus tractatibus expressè essent inserita. In cuius testimonium, ista læc alla per rissellinè unitarum Commissarios, plenipotentarios & Legatos susignata sunt, & ulterrim cum uniorum maior: sigillo corro-
Eff s terari

1194 R E R V M P. H A N S.
borari debent. Ita factum in Brunsui-
vicensi urbe, 26. Mensis Decembr. in
Anno 1615.

*Ex nomine Præpotentium Dnn. Ord. Io-
han. Biel, Frederick vande Sande,
Diderick Sucke. Ex mandato & no-
mine civitatum Rostock, Stralsundū,
VVumaria, Gryfsuvaldia & An-
clamū Iohan. Domannus Doct. Ex
mandato civit. Magdib. Georg. Hein-
ricus Bolfrasius D. & Synd. Vigere
mandati & in nomine civitatis Lüne-
burg. subscripsit Iohan. Melbeccius D.
& Consiliarius.*

Sed quum civitates Hansæ nimis
absolutè hæc concepta putarent ; &
necessum esse cernerent, ut prius ra-
lia debuò in Conventu Lubeccensi,
ne ulli civitatum quid præiudicij
in re ardua subreperet, referrentur,
explicationem aliquam huic alio
recessu subiici cutarunt, cuius verba
sic se habent :

Modifi.

*Modificata explicatio Recess. super-
rioris Brunsv.*

ETiam si factum, quod hodie inter Præpotentes Dominos Staticos Generales unitarum Belgicæ Provinciarum, & civitates Koestochium, Stralsundam, VVismariam, Magdeburgum, Lunaburgum, Grypsvvaldiam & Anclamum Unio sic conclusa, & subsignata; attamen inter utriusque partis Commissarios, plenipotentiarios & Legatos ita conventum & consensu approbatum est, quod insuper de his, in de istis locis relatio debet fieri, & prædictæ civitates ante i Martij ad Dominos Lutecenses tanquam Directores suam prescribent sententiam, inde intra 14 dies Præpotentes Domini Statici Generales, & Dnn. Directores sibimet invicem utriusque partis resolutionem in scriptis notificabunt, & postea (si apud hoc ab utraque parte complacito approbaratur) unitas civitates Legatos suos circa 10 Maij Hagam Comitū mittere aebent, ut unio ista iuramento confirmetur, & subsignetur, & etiam Præpotentium Dnn. Stat. iuramentum & ob-signationem accipient. Actum in Brunsviga 27 Decembr. Anno 1615. Dnn. Commissariorum Legatorumque eadem fuit

1196 R E R V M P. H A N S.
fuit , que proximè superius notata
fuit.

Confœderationis huius tractatu
ibi sic peracto , confessim novæ au-
ditæ sunt passim querelæ , quæ per
diversas undique spargebantur aulas :
ac velut antea ex suggestione Ad-
ministr. Magd. concitatus erat Ele-
ctor Saxonix , qui id sub dato Dresdæ
ii Febr. Anno 1614 denunciaverat
Imperatori , ac sub eodem dato quo-
que ad Magd. dehortatorias scrip-
rat satis acres ; ita nunc graviore lon-
gè idem Admīn. ex instinctu Capi-
tularium suorum diffundebat suspi-
ciones. Rumores erant varii & dis-
similes : longè autem dissimiliori
judicia , quæ se maximè tunc move-
bant , quum tempus mittendorum
Legatorum Hagam-Comitis circa
Mensem Maium instaret. Meri ten-
tabantur conatus pro dissuasionibus,
multæque cognoscabantur litteræ :
sed cum nequeant omnia referti ,
nec locus iste talia capiat ; sufficiat
saltem hac vice p̄ noscere ep̄istolam
unam Alvinist. Halensis ad Magde-
burgenses , & eorum egregium ac fun-
damentale latissimum responsū ; unde fa-
cile possunt reliqua coniici , quæ sub
fuerint;

fuerint, con amida, & quorsum in-
dix eiusmodi tendere voluerint.

Litteræ D. Administrat. Archiep.

*Magd. sive Halensis, ad ci-
vitatem Magdebur-
gensem.*

Previa nostra salute, Honorabiles, ho-
norati & prudentes dilecti fideles,
Postquam nos iam tandem plena fide
dignam accepimus relationem, quod vos
al siue illa aliqua caufsa, urgente necc-
sitate, aut periculo, ad conclusionem &
confirmationem novæ confœderationis ad
Dnu. Generales Staticos vestrates di-
misiur iuris, utrum vestrum habet decretum:
& tamen eiusmodi nova intentatæ con-
fœderationes, iuxta conditionem vestri,
& nostre veteris civitatis Magdebur-
gensis status, iuri, pactis, atque etiam
Cæsarcis penalibus Mandatis & proli-
butionibus aduersantur: Proinde omnino
nobis hoc incumbit, ut tali proposito, præ-
cipue si id Rom. Cæsar. Meist. sacro
Iesperio, nobis & nostro Archiepiscopa-
tu, omnibus eius adjunctis membris &
subditis in despectum, damnum, & igno-
ranciam vergeat, hisce & vigore harum
expresse contradicamus, & obloquiamur;
Cum adicta benevolia abortione: ut
tamen

1198 RERVM P. H. NS.
tamen sub hoc opere ita procedatis &
pergatis, ut coram optimè memoratis
Ces. Mai. tanquam nostro ex omni par-
te supremo capite, nobis, tanquam ter-
ritorij principe, & nostris fidelibus Pr-
vincialibus, quorum indubitabile mem-
brum vos estis, tñm coram communi ci-
vitate & civibus, propter graves ad hoc
requisitos sumptus, & alias post hac pre-
vias supra modum immensas contribu-
tiones, & periculosas consequentias, cum
fundamento defendere possitis. Quod nos,
ex postulatione nostri territorialis geren-
di officij, inevitabilem ob necessitatem us
celare noluimus. & manemus alias in
gratia vobis additi. Datum in arce
nostra Sancti Mauritzburgi Hale 14.
Aprilis, Anno 1516. Christianus Vilhelm.
man. prop.

Ad quod monitorium satis conve-
niens responsum Magdeb. dedere; ita
tamen, ut prius 27 April. plenè expe-
dient Legatum suum, videlicet
D. Bolstrasium Syndicum; quod ita
suadebat D. Dauthius, cuius verba
erant in litteris ad Senatum: Nil iam
vobis respondendum, si salvi esse ve-
litis. Nam capitulares illi hostes ci-
vitaris, qui autores & continuato-
res sunt gravaminum, noscunt sa-
til,

lis, (N.B.) quod stante Fœdere Belgico, gravamina stare non possint: & quod fœdere illo sublato, gravamina perpetua futura sint. Connexionem talen quærat Argus, & videat ipse met: Factum tamen hinc est, quod Syndicustum 29 April. sit dimissus: unde sequenti die resolutionem talen Principi miserunt, satis congruam.

*Responsio Magdeburg. Civitatis ad Litteras D. Administr. sub dat.
30 April.*

REverendissime, Illustrissime, alto stemmate profatae Princeps, Clem. Domine; cum oblatione nostrorum subieclifimorum officiorum U.R.D. nos bisce detegimus, quod eius litteræ de 24 huius à nobis cum debita reverentia acceptæ & in perfectione audite sint: ex quibus percepimus, quod U.R.D. iam tandem pro certo relatum sit, quomodo nos absque illa aliqua causta, urgente necessitate, & periculo, ad conclusionem & confirmationem novæ confœderationis, ad Dominos Gen. Stat. nostrates mittendos decreverimus; contra quod V.R.G. contradictionem mittunt, cum adhortatione annexa &c. Iam vero U.R.G. hiscenos cum

cum simili contradictione ad ea omnia,
 que in U. G. R. litteris, nobis, civitati,
 eius iuribus & consuetudinibus nostris
 opponuntur, haud clamus, quod inter se
 aliquor honorabilcs civitates, que Harze
 vocantur, & in eis. Quartiria aut regio-
 nes (in quarum una, Extravantalica se-
 te Ultraetimicadicta, nostra civitas pri-
 maria est) divisauntur, peruersam
 coniunctionem, amicitiam & confederata-
 tionem pro conservatione & propagatio-
 ne commerciorum, nec non civitatum li-
 bertate & iuriis, exercent: Ad tale
 Hanseaticum foris etiam olim Belgice
 civitates pertinebant; que tamen con-
 ventus Hanseaticos, propter periculosa
 & diuturna bella, ex longo tempore sfa-
 cio visitare hant perierunt. Postquam
 autem legitima consideratio facta est,
 quam eximia ante annos plures negotia-
 tio ex nostris & aliis Hanseaticis ita-
 bilis in Belgio exercitata fuerit, & quod
 per singularem Dei gratiam & benedi-
 cionem ibi nun: pax sit restituta, à ma-
 xima parte Harze Teutonicae decretum
 & conclusum est, quod merito a tuis
 illas socias & Confederatio cum Belgi-
 cis civitatibus, atque ita cum capite isto;
 quod Generales Statui riferunt, renova-
 retur. Hoc emic sine ullo preiudicio &
 despoliu Rom. Cesar. Maiest. nostris
 omni

omni parte Clementissimi Domini, sicut
& totius Sacri Imp. Rom. factum est;
Nec Electoribus atque Principib[us] in
debita additione, obedientia & subiectio-
ne quid detrahit, sed multò magis in
emolumenium & salutem totius Sacri
Imperij Romani & harum etiam terra-
rum suscepimus. Ex tali quoque re-
novatione perpetua societatis, & pre-
fertim, quod huius civitati Emporium,
ius stapula & negotiatio inde eximie me-
liorari, atque omnia nostra civitati, toti
quoque Archiepiscopatu[m] in utilitate
& prosperitate singulariter dirigere
debeant, nobis pollicitationes certae factae
sunt; velut etiam propter nos bonam
concepimus spem; unde non à reliquis nos
separare debuimus, nec potuisse in queno
finem etiam antehac ex consensu & com-
muni placito omnium statuum & ampli-
regimini omnia suscepimus. Tunc que-
guc iam fridem à correspondentibus &
alijs Hansæ civitatibus Rom. Cæs. Mai.
nostro ex omni parte Clementissimo Do-
mino, sufficienter litteris exquisitis & ai-
scritis in debita subiectione explicata sun-
tanie, indubitanter unde confidamus,
S. Cæs Mai. id non male esse acceperam,
velut & similiter de V. R. G. nos spen-
talem concepimus. Omnibus autem illis,
qui nobis & civitati nostre non relle-

2202 R E R V M P. H A N S.
capiant, sicut etiam cunctis, quae in V.
R. G. litteris nobis alterius imputantur, &
nobis & nostra civitati iura & consue-
tudines contraria esse, aut ita haberi
queant, eodem modo & vigore harum si-
to liter & expressè contradicimus & ob-
loquimur. Nostra & nostri amplioris
regiminis intentio, velut antea diximus,
planè non est, quod renovata hæc Con-
federatio in V. R. G. aut ullius alterius
præiudicium debeat extendi aut dirigi.
Et manemus V. R. G. ad subiectissima
officia devotè obligati. Datum sub se-
creta civitatis nostra 30 April. Anno
1616.

V. R. G.

S. & ad omnia
parat.

Consules, Senatores & tribuni
Magistri civitatis Mag-
deburg.

Quamvis autem D: Administ. sub
30 Maij novas miserit contradictio-
nes cum refutatoriis, & Provincia-
libus idem suggestum fuerit; tamen
ex Consilio Dautii non amplius re-
sponsu[m] est, præsertim quia Lega-
tus pridem Hagam cum 12 Articuli-
instructionis esset dimissus, cuius ex-
peditio

peditio nec est huius loci . Extra controversiam itaque est omnem , quod variæ istius confœderationis causæ cuique quidem parti propriæ fuerint ; sed nihilominus communis commercii respectus in mari non fuit exiguis , ceu id rectè explicat Meteranus in *Histor. Belg. lib. 33. ad An. 1616.* quum eo tempore tot piratarum & Turcarum tempestatisbus impetuosis negotiatio omnis esset expedita , quem ibi quilibet consulere poterit . Quin autem Confœderatio ea , ut ait Meteranus , memotabilis sit , & multas ubique passa sit flagellationes , rectè eius copia ibi delineata habetur , quam etiam heic juxta genuinam translationem ex Belgicæ linguae idiomate huc repetemus .

Confœderatio III. Ord. Belg. cum aliquot Hanseaticis civitatibus Orientaliis Saxoniae Anno 1615.

Brunsvigæ inita.

NOs Consules & Senatus Cœfateæ libertatis , & S. Rom. Imperij civitatis Lubeccensis , manifestum his facimus & confitemur , quod inter Potentes Dom Staticos Generales

G g g 2 unita-

1204 R E R V M P . H A N S .
unitatum Provinciarum Belgicarum
ab una, & communionem Hanseaticarum Civitatum ab altera parte
Confœderatio , & amicabilis unio
constituta sit, in forma & modo, ut
sequitur:

Postquam ante vetusta & imme-
morialia tempora, ad communem Fœ-
dus Hanseaticum, non tantum rela-
tæ fuerint Orientales Hansæ civita-
tes ad Eoum mare, unâ cum illis ad
Albim & Visurgim, atque circiter il-
lic; sed etiam Belgicæ civitates ad Se-
ptentrionale ac Australe mare,
Mosam, Vahalim, Rhenum, Isalam &
alios fluvios, atque in memoria
tum Septentrionale & Australe sece-
exonerantes, sitæ, & invicem simul-
taneè in fictione Unione amicitiaque
cohæserint, nec non in vicinis regnis
& terris multas communes liberta-
tes, & iure, etiam Privilegia, per bene-
merita contractusque obtinuerint,
eisdem quoque communi consilio,
mediis ac potentia, interdum etiam
armis defensivis propugnarint, & in
possessione conservarint: Atque hinc
Belgicæ civitates Hansæ interea pro-
prediuturnum bellum, & nonnullæ
quoque propter intercidentes discor-
dias

dias in visitatione communium
Hansæ conventuum impeditæ , tum
simul propter propria sua gravamina ,
communis Hanseatici fœderis onera
non potuerint perferræ , quod propè
apparentiam disruptionis , aut separa-
tionis , apud vicinos aliquot invenit ,
qui propterea quoque antiqua Privi-
legia & transactioñes infringere &
annullare tentarunt , donec tandem
eo deventum est , ut aliquot in locis
omnis scientia & cognitio de Han-
seaticis Privilegiis dissimulata fuerit ,
nendum quod ad observantiam eo-
tundem tenerentur , aut ullum Col-
legium Hanseaticarum civitatum
agnoscere , aut cum eo tanquam cum
communitate aliqua aut Societate
quidquam tractare , vel earum Lega-
tos eo loco (quo parerat) habere aut
censere voluerint : Quod proinde in-
teressentes de novo in coniunctio-
ni coëgit , & necessitatem hanc iis-
dem imposuit , ut media & vias om-
nes excogitarent , quomodo , post Dei
auxilium , erumpenti malo obvia-
rent , & suam communem liberta-
tem , iura , & juris competentiam cor-
roboret , & conservare valerent :
atque indeiam in hoc cursu anno-
rum maximus numerus Belgicarum

1206 R E R V M P. H A N S .
civitatum Hansæ ad coniunctionem
Præpotentum Dominorum Statico-
rum Generalium liberarum unita-
rum Provinciarum accenseri cepit,
membraque sunt huius status, ut ita
cum illis non separari, sed cum to-
tius universitatis corpore Præpoten-
tum eorum Dominorum longè me-
lius convenientiusque tractari quid-
vis possit : Quam ob causam quoque
nunc ab aliquot annis huc usque
istud négotium ex omni parte in
curiosam & admodum diligentem
deliberationem deductum est ; si-
mulque propterea diversæ commu-
nicationes per litteras & Legatos in-
stitutæ & habitæ sunt, veluti quo-
que interea Domini Consules & Se-
natus libertæ & S. Imperii civiti-
tis Lubeccensis, cu:n supradictis Do-
minis Staticis Generalibus iam-
dudum in Mensa Maio Anni dñi
1613. in hunc finem quid certi
concluserunt. Quapropter hoc inde
evenit, quod post habitum maturum
& tempestivum consilium, honora-
tissimi Domini Statici Generales, per
infra nominatos Deputatos, & ho-
norabiles Orientales Hansæ civitates,
per suos respect: vè Mandatarios, Le-
gatos, & Deputatos infra nomina-
tor,

tos , cum supra dictis Dominis Statis-
cis Generalibus , antiquam illam
Vnionem & Amicitiam invicem re-
novarint , se porrò amicabiliter &
firmiter coniunxerint , coadunierint ,
& conglutinarint , atque subsequen-
tes punctos articulosque , sub hodier-
no dato , tandem consensu mutuo
contraxerint atque decreverint :

i , *Proprius* , quod coniunctio hæc
aut Vnio non debeat esse directa
ad offensionem ullius , sed tantum
ad conservationem & sustentatio-
nem liberæ navigationis , commer-
ciorum & mercatum , in Ori-
entali Septentrionalique mari , simu-
lac in fluminibus , amnibus & flu-
entis , se in Orientale Septentrion-
aleque mare exonerantibus ; nec
aliud quid acceptum heic esse de-
bear , ita , ut respectivè confædera-
ti , eorum cives , & subditi , inter
omnium gentium , & imperiatis ac
obtentis libertatibus , iuribus , Pri-
vilegiis & à maioribus traditis
consuetudinibus in prædicto Ori-
entali & Septentrionali mari , ut-
que ad Capita extenso , & in præ-
dictis fluminibus , amnibus &
aquis , absque impedimento ullo

uni & frui queant ; Atque etiam quod contra illos, qui cives, incolas & subditos Unicorum, vi & illegitimis mediis, impedire, turbare, atque aut uni unitorum praeter altero commercia supprimere, aut inhibere, vel unius, praeter altero, merces vendibiles suas singulatim vectigali onerate sunt pragmata vellent, simultanei Vrati, suos defendere & cueti debeant, ut multiformes impositiones, quae eorum civibus, idolis & subditis in immensam suppressionem, & turbationem communium commerciorum & navigationibus contingunt, penitus removeantur, atque è contra ea navigatio ac commercia S. Imperio, toti Germaniae, vicinis regnis & terris, nominarinturque una unitis in commodum & utilitatem converti & augeri valcent.

2. Ideoque hæc Unio nihil praedi-
cii afferet amicitiaz, quæ à Rom.
Cæs. Majest., tum S. Imperio, etiam cum Regia Mai. Galliaz, & Magnæ Britanniæ, cumque omni-
bus Euangelicis Electoribus, Prin-
cipibus, & Statibus S. Imperii, huc
eisque cum Dominiis Sacris exco-
litus;

colitur : Velut etiam honorabiles
Hansæ civitates expressè protestan-
do sibi reservant , quod , uti huc
usque semper sub Rom. Cæs. Mai.
& S. Imperii protectione , tutela,
additione & subiectione vixe-
runt , ita etiam in posterum sub
eadem vivere & permanere velint ,
nec non unaquæque civitas quæ
mediatum recognoscit Magistra-
tum , ea ipsa , quod iustum est , præ-
stare omni tempore cupit , atque
talia similiter ab eodem expectare
debet : eodem modo cunctis Vni-
tis eorum uniones , Iura , Statuta ,
Ordinationes & similia omnino
in totali & plena dignitate immu-
tabiliter & absq; læsione ulla per-
manebunt , omne tamen hoc , salvo
præsenti fœdere .

3. *Vixi omnes & singuli hosce arti-
culos fideliter & integrè observa-
re , & eosdem iuramento confir-
mate debent .*

4. *Domini Statici Generales Unionem
hanc in utilitatem communis Bo-
ni dirigent , attamen ita , ut in om-
ni , quodcunque suscipietur , una-
quæque pars liberum suum reti-
near votum ; in quem finem sem-
per à parte Orientalium Hansæ ci-*

G g gg f vita;

vitatum aliqui Hagā aut in alium locum, ubi Dom. Statici Generales conventum sunt habituri, mittentur, qui adesse possint consiliis, quæ hanc Vnionem, atque inde dependentia tangant: Atque ita è contra Dominis Staticis Generalibus liberum erit, Commissarium sistere Lubecce, aut ubi necessitas id conditioque exiget, ut consilia cò melius communicati, & illud, quod citò efficiendum fuerit, cò rectius observetur.

5. *Uniti* contributiones suas, ut quisque obligatus tenerur, & quantum præterea quolibet tempore concludetur, suis sumptibus in pecunia, navibus, milite equestri & pedestri, cum omnibus pertinentiis & debita munitione paratas & benè ordinatas habebunt, & iis in locis, ubi necessarium & determinatum fuerit, comparebunt: veluti in singulati scripto nomini unitatum Hansæ civitatum etundemque contributiones quotæ & taxationes consignatae & expressæ sunt.

6. *Quæd si* nunc apud illos, qui commercia, & navigationem impediunt, & contra prædicta ptivile-

gia & transactiones agunt , p̄fviā
gratiosā & amicabili tentatione,
ne queat obtinerier, quod iuris ca-
tiones & ipsa æquitas postulat;
tunc defensivè contra illa cum
violentia procedi debet , veluti
propterea prius constitutum id
fuerit , ut prædicta privilegia &
transactiones serventur , & com-
mercia navigationesque libertati,
& securitati restitui queant: Quod
si etiam una aut altera civitas pro-
p̄tē hanc Unionem , aut propter
prædicta communia & singularia
privilegia, angustetur , infestetur,
damno afficiatur , aut aliis viis in
perniciem abripiatur, tunc illi pro
aversione & liberatione memora-
ti oneris & reparacione damni
subita & fidelis adiūtentia praesta-
ti debet.

7. Atque si tunc cum utriusque par-
tis consensu ad arma perveniantur,
continuò uniti eorum cives, inco-
las & addic̄tos , tam militarem
quam nautarum gentem, quæ ad-
versæ parti inservit , sub amissione
vitæ & honorum, avocare debent,
nec etiam similiter concedent , ut
adversariæ eidem parti , ex civita-
tibus suis & ditionibus pecunia,
milites,

milites, naves, munitiones, arma, victualia aut eiusmodi quid bonorum transmittatur aut concedatur; sed illud sub pena vita inhibebunt, idemque quantum possibile est, prohibebunt, ne ex aliis fiat locis.

8. Si etiam apud adversam partem Vnitorum subditi, naves, bona, & debita, in ditione eius arrestentur, aut in mari detineantur, abripiantur, & spolio exponantur, tunc in Vnitorum terris, civitatibus atque jurisdictionibus similiter id fieri debet, atque contra quemvis opitulatio talis, defensio & prohibitio praestabitur.

9. Unitorum naves unius. & alterius portibus & fluviis liberè & absque impedimento uti debent, & in iis necessaria sua quæque expedire aut repicare, ita tamen, ne quispiam ex illis ulla violentia utatur, sed, quod expetit, sibi comparet, & cum gratia persolvat.

10. Sic & Vnitorum subditis audi que in terris illis huius Unionis jus civium concedi, & hereditates, quæ ad eum pertinent, irrecusabiliter tradi debet, ubi persolverit tamen censum aut Exsuram trigessimi,

fimi , sive decimi nummi , iuxta cuiusque loci consuetudinem & usum , atque id omne absque discrimine religionis , quæ in Sacro Imperio recepta aut admissa est : attamen quisque civilem se p̄faz̄abit , & Statutis Dei subiectum & conforme exhibebit .

i. *Nemo* Unitorum absque alterius consensu & voluatae cum adversaria parte transactionem & complanationem inire debet , aut alias quid suscipiet , quod alteri præiudicium aut in commodum creare valeat ; sed potius id intendet , ut pax in communi conservetur , & Unitorum cives , incolæ , subditi , naves , bona & negotiaciones ab omni onere (& hansa) liberentur , & ad priora privilegia & libertates tuto & absque impeditione rediri queat .

ii. *Quod si* etiam pax aut truce (sive inducia) cum adversa parte conficiendæ sint , tunc id fieri debet ex communi consilio & placito , nec ullo modo aliter .

iii. *Confœderatio* hæc 12. annis duabit , & ex communi placito ultius continuari poterit . At si quis Unitorum propter eam , aut quæ inde

inde dependent , stante adhuc fœdere , aut post finitionem eius , in mari aut terra icompetitione · aut damno afficiatur ; tunc unus alteri contra unumquemque fidelem opem & adiunctiam præstare debet.

14. Si quisquam potentior Dominus , regio , aut Status in hanc Unionem pervenire cupiat , cum honestis conditionibus recipientur . In rei testimonium huius pro Prætentibus Dominis , atque pro unitis Hansæ civitatibus diversa in omnibus consonantia Instrumenta erecta , & confecta sunt , ac ab utriusque partis Commissariis , Mandatariis & Legatis subscripta quæ erjani , facta ab utraque parte relatione , alterius iuramenti præstatione , & cuiusque maioris appenso sigillo legitime corroborati detinent ; quod factum in Mense Decembri Anno : 615 .

Hæc ita Brunsvigæ confecta est
Confœderatio eo ipso tempore , quem
Vrbs cum Duce Frideri. Vrlico in me-
dio belli tumultu transigeret . Mu-
quiolum hæc continet , & præscitum
in Exordio paucâ verba continentis
ingea-

ingentes , quæ longæ Historiæ deducione indigerent ex antiquis temporibus. Verum quum non sint huius loci, *infra in 5 parte*, ubi de Empereis universalibus quid agendum erit , plenius hæc & talia persequemur; sed tamen ita , ut secreta non nisi intelligentibus patere queant , quuin talis. cibus , haud omnium stomachis æquè concoquendus veniat.

Consummationem autem plenam & manum quasi ultimam , tandem Hæc per Legatos Hanseaticos, ut supra diximus , Anno 1616. 13 Junij accepit , ubi & mutuavice jutamenti sunt præstata postero die. Brunsvigæ autem Notula fœderis superis positi subscripta est ab iisdem , qui superius fuerunt in transactione quotisationis nominati. Sed ut omnia usque ad perfectionem compleantur , juramenti formam nunc subiectemus , uti à Dn. Præsidente Dnn. Gen. Staticorum , in præsentia totius collegii 14. Junij , Anno 1616. præstata fuit,

*Forma & Contenta Iuramenti,
Fæderi Hansæ-Belgico
adnexa.*

EGO promitto & iuro in nomen &
animam Prepotentum Dominorum
Generalium Uniarum Belgicarum, vi-
gore, prepterea mili oblati, Mandati,
quos supradicti Dnn. Statici omnes &
singuli, foedus hoc, &, inter eorum Pre-
potentiam & Honorabiles Hansæ civi-
tes, Lubeccam, Bremam, Hamburgum,
Rostochium, Stralsundum, VVismariam,
Magdeburgum, Brunsvigam, Lunenburgum,
& Griffovaldiam hodierno die
obsignatum, & confirmationem contractus,
in omnibus suis punctis, clausulis & arri-
culis ad fiducia, firmiter & infrangibiliter
conservare, & eidem omnia fideliter pre-
stare velimus, omne absque dolo & argu-
tia, cœu Dei illi adiutor sit verus.

Ita etiam vice versa à Dno. Lega-
tis Hanseaticarum civitatum idem
præstitum fuit debita solemnitate, ac
saltē formalia mutatis nominibus
fuerint expressa. Quæ autem ex co-
tempore Historica huc referri debe-
ant, & uti singula sese habeant, non
est huius loci; sed ex, quantum ibi
sunt.

sunt cognita, alibi plenius explicabuntur. Interim hoc benè notandum, quod stilus iste planus & liquidus, quid antiquitatis cum maiori fide sapiat, quam alijs id mos fert aliquum, qui semper aliquid argutatum exemptionum submiscere solent.

C A P . X . V .

De altera parte Fæderis Hanseatici particuleru , quod cum imparibus aliquies olim, & nunc ante paucos annos fuit initum.

Q *UAMVIS Fæderum natura hæc sit*
essentialis & propriè genuina,
quod nunquam, citra corruptionem
sui totalem, in speciem aliquam Re-
publ. aut regiminis alicuius firmi
possit transfundи aut transformari,
tamen sæpius accidit, quod potentio-
res, per eius occasionem, sibi eiusmo-
di arripiant commoditates, quæ faci-
lè eorum adaugeant potentiam &
ambitionem, avaritiamve intumes-
cere faciant. Etenim hoc certissimum
est, quod nunquam superiores infe-
riorum confederationem frustra am-
biant; ita talis actio semper abest ab
H h h k o m i .

omni amore & integritate , inquit
Pol. Atqui ubi amor & dilectio Dei
& proximi non fundamentum sub-
sternit intentionibus hominum; ibi
nihil aliud nisi hypocritis pessima
expectanda venit , quæ metis blandi-
mentis perversitates suas nugaciter
vendit mortalibus ; immo optimum
semper luctum sub specie religionis
& pallio Christi sibi querere gaudet.
Vx illis, qui fallacitatem tales non in
tempore agnoscere discunt ! Ideoque
ceitate semper duriores ipsorum sunt
partes , qui ad directorium Fœderum
adsident, quam qui Reipubl. clavum
torquent : tanta prudentia , circum-
spectio, versuta cautio, cura diligēs &
adsidua, nec minus providus metus,
cum animosa spe & fidi dispositio-
ne , in futurum semper prospiciente,
opus est , ut nusquam ferè vietas ad-
mitti queat, quū omnia sublesta fide
subornentur, & alter alterum insidiis
perpetuò subagitare laboret . Nam
fœderum consociationes hodiē in
tanta mundi malitia nil aliud sunt,
quam metæ explorationes virium &
expiscationes facultatum, cum inqui-
sitionibus intentionis cuiusque &
consiliorum ; quæ si quis potentior
penetrārit altius, facile causam fingit,

quæ

quâle promissis, alia interpretatione
veri adnabitâ, subducatur, ut sic ex
proximi damno suum conficiat lu-
cium, aut ambitionem libidinosam
expleat. Ita variis Fœderum artificiis
luditur, ut nuspianum centoculorum
cautiosatis accurata applicari queat:
& quo quis in fallendo argutior, si
cum artificio tergiversationis id cō-
modè fiat, cō prudentior habetur,
non aliter ac hodiè sit in Academias,
ubi quò quis ferventius impudenti-
simam gatulitatis loquacitatem ex-
erere & exercere possit, cō quoque
doctior & eruditione furili prestan-
tior censatur. Si quis verò ad no-
destam pietatem & veritatem tales
impotuntas terminorum vanorum
nugacitates revocet, in quævis perse-
cutionib⁹ præcipitia abripitur. Sic
mundus undique amat decipi, & in
suis futilatum nequit iis gaudia sibi
quæcū summa. Hinc quoque sit,
quim nemo in tenera aetate ad ve-
ram Verbi Cœlestis normam & ciues
culturam solidè piam revocetur, nec
timor Domini initium Sapientiae ti-
tē habeatur, sed undique fucata, sal-
tem non cordialis effulget pietas,
quod, in quibuslibet actionibus hu-
manis publicis & privatis, nuspianus

sincerus applicetur rebus agendis
 amor & inde profluens fides ac inte-
 gritas. Sed quis fundamenta ritè cu-
 tare satagit, dum quilibet sub specie
 Christianissimi tam strenuum se agere
 semper Ethnicum satagit? In fœde-
 rum illusione quid viderim toties, id
 memini scitis; quām fermè nullum
 tempus extiterit, in quo frequentio-
 tes de fœderibus fuerint gloriatio-
 nes. Quicunque quid alti sp̄itavit,
 aut se offensum uspiam putavit, in-
 vidiamvè ac vindictam secum clan-
 dulatè conceperat, vellimut bo-
 norumque propagationem cum ho-
 nore actiori constituerat; fœdus sta-
 cit tremere incepit, ad quod recut-
 sum est passim. Verum ad Deum qui
 pœnitenti corde seriò reverteretur,
 usque rarus fuit, ut Ichova summus
 quoque in suis consiliis mortales re-
 linquere, & Spiritui virginis suo
 omnes justo judicio tradere coactus
 fuerit. Paucissimi tamen id ritè ob-
 servando animadvertisse, sanisque
 petspicere oculis potuerunt. Qui asse-
 cati sunt tale quid, nec seduci se passi
 fuere, Ichovæ certè magnas habeant
 gratias. Próximo suo in pietate suc-
 curtere decet, juxta præceptum Chti-
 si, quod nihil, nisi amorem synce-
 rem

cum exigit: Verum peculantiam alcē-
rius & malitiam peculantiam, peccatis-
quē sanguinolentiavē augere velle;
Verbum Dei nuspiam concedit. Lu-
beccensium cutas xpius profectō non
sine prudenti fuit perspicacia. Ideo-
que non omnibus fidere voluerunt
fœderum oblationibus. Multa au-
dite & parūm fidere, non certe in-
cautum est proverbium, præsentia
in talibus tamquē arduis negotiis.
Ideoque laudabilis semper mos fuic
civitatum Hansaticarum, quod non
facilē dignate superiores in suū ad-
miserint consortium; sed ut plurimū
necessitatis extremē legē fecutæ sunt.

Nam ex imparitate gluten com-
positum, nunquam ritē coalescit; ut-
ait ille: *Bella multorū capitū, concordis
discors, lèg: sub hoc litū fœderis sapè te-
tet.* Veluti egregium huius rei discut-
sum mox subiectā, quē consiliis pu-
blicis vir licetatissimus inter ICtos
ante paucos annos civitat. Hansē sug-
gerebat, quūm tātopere An. 1620 fœ-
deris Hāseatici receptionē deposceret
& ambiret sibi Rex Succiæ, quā etiam
eum prudenter sed honestē dissimula-
bant Hansatici, ut mox patebit.

Nihilominus plurima adsunt ex-
empla in Historiis, quod civitates tie-

cessitatis caussa cum potentioribus & Regibus ipsis fædera ad temporis aliquod spaciun inietint.

Sic *Anno 1399* Lubeccenses cum Regina Daniae Margarita inerunt, ut per eam occasionem iurafusa, contractus, & privilegia commercii liberi in Dania confirmarentur, nec non Wisnatienses ac Rostochienses in gratiam reducerent; quod hac ratione impeitarunt satis commodè. Similiter *Anno 1417.* statim quum Sevatus antiquus Lubecensis ab Imperatore Sigismundo, per Eriici Regis Daniæ non in honorem curam restituatus, & Urbs ex bandu liberata esset, in publico conventu Hanseatico, ex debita congratulationis affectione, ut gratitudinem quoque demonstrarent suam, fædus mutuae adfissione & in necessitatibus à Rege oblatum detestare non potuerunt; sed ad certum succursum mutui subsidii & 1600 militum se mutuo obligarunt. Nec hemius fædus quoque recensent inter alia Historicci, quum in honestatis terminis & amicitia diu observatum fuerit. *Reckm. Chr. Lub. pag. 54.* Ita quamvis in officiis huius limitibus libenter permanissent Lubeccenses cum Hansis: tamen quum Rex Eriichus

Ericus tandem crudelitatem submis-
 ccre suam pergeret, coacti sunt Lu-
 beccenses cum reliquis Hansæ sociis
 fœderi renunciare, unde non exigua
 oita est clades, ut supra relatum est.
 Ita quoque cæteræ civitates Hansæ
 in Brunsvicensi Quattitio propter
 sociæ civitatis Hildesie. & defensio-
 nem Anno 1485. ex necessitate fœ-
 dus cum vicinis Principibus & Co-
 mitibus pepigere ad Annos 20, contra
 Episcopum Hildesiensem Bartoldum
 Landspergium. Historia quæ sit
 memorabilis & maximè ad illustra-
 tionem huius rei faciat, & inde pa-
 recere queat, quæm concisè res ar-
 duas brevibus complexi fuerint ma-
 jores nostri, præ nimirum sicutis &
 maximè fictis amphibologiis huius
 seculi, quibus tot ampullas in nugaci-
 pompa & solemnitate admodum su-
 perfilioſa, cum variis manuum basia-
 tionibus, vendere solent; paucis eam
 heic interseiemus. Tum quoque ra-
 tio commerciorum Hanseaticorum
 potissima in his exprimitur; unde dis-
 cent potentiores, quanti sit, liberum
 propter avaritiam suam & suppressio-
 nem proximi commercii impedire
 cuiusum.

Anno 1484. ex more solito Nobi-
 H h h 4 les

les aliquot, qui onera cuncta utplurimum à se suisque humeris in civitatem cervicem devolvere solent, uti aut *Letzver. in Chron. Dass.*, hoc etiam Bartoldo Landsbergico persuaserant, statutum eius non rectius posse exempli, quam ex accisa cerevisia Hildesiensis. Episcopus voti statim compos fieri expertens, impositionem tallem tres Schillingos ex quolibet vase sibi deputans à civitate postulate incepit: Verum Hildesienses id contra privilegia sua, consuetudines, libertatem & omnia iura sua esse, affirmabant; nec decere, in egenorum populi que universi deceptionem, immuni mensuram. Quæ recusatio adhuc mordebat Episcopum, ut cum nobilibus & viciniis conspiraret contra hanc urbem; Et, quum Dux Brunsvic. Fridericus in Calenberga cum urbe ipsa faceret, commovit ita fratrem Ducis Wilhelmum, ut is sub specie fraterni colloquii ex propria domo ægrotum captivum abduceat. Hac re peractâ, non tantum commerciorum commeatum intercluserunt urbi, sed etiam Dux publica inhibitione omnibus viciniis & civitatibus interdixit eundem, sub date Convers. Pauli die Anno 1485, ac
Subst.

substituit filium Henricum executorem : simulque armato milite intercepit Soctum fratri Comitem Rethbergensem & similiter captivum detinuit. Verum quum Hildesienses Socios Hansæ implorarent , & ipsæ quoque civitates communium commerciorum causam hanc cernerent , atque præterea propter crudelèm fratri Ducis Brunsvic. capturam , se coniungerent vicini circumcita Comites , Conventus civitatum Hanseaticarum Brunsvigæ habitus est ; ubi in consilio communi dectetum fuit , quod mittendæ essent monitoriales prius ad Principem , prius quam concuterent armis , quæ tales fuerunt :

*Notabilis Epistola Hanseaticarum ci-
vitatium aliquot, ex conventu Brun-
vicensi Anno 1485. ad Vilbel.
mm Duce Brunsv. in
causa Hildesiensium
missa.*

*E*xcelse nate & Illustri Princeps, Cle-
mens dilecte Domine ; Nobis importu-
na quadam in scriptis concepta & obli-
gnata admonitio præceptioque , contro-
versam causam Ducis Henrici, U. Cl. j. .
H h h h s l;

līj, nostri gratiosi Dēmini, & eius adhērentium concernens, ab una, & Senatus Hildesheimensis ab altera parte, à V.Cl. transmissa & tradita est, quae inter alia huius est tenorū , quod nos cum aurigis nostris, civibus & Mercatoribus ab omni vēlturā & portationis commeatu in urbem Hildesheimiam abstinere debemus; atque si quispiam illud negligeret, quod eius bona & mercimonia confiscari aut alia ratione ipsi auferri deberent. Ad hec V.Cl. ita hanc reponimus scientiam, quod importunum tale præceptum, absque nostra scientia, consilio, & consensu, à nullo V.Cl. maiorum obtigerit, ex quo certè aeterna pernicies irrogare: sur hominibus. Nos quoque ex gratia & antiquissima consuetudine, à Dominū ad Dominos, usque in hac tempora obtinuimus hoc , quod si nos non simul quid in consilio concludamus ; ita nec debemus manutenerē factum. Quando igitur iam non in causis his quid consulimus (ut V.Cl. novit) non tenebimur etiam id in facto perficere. Quod etiam nos in aeternā perniciem , ob alium virilitatem , qui extra V.Cl. terram habitarunt , & cum hac controversia in V.Cl. ditionem pervenierunt , simul aggredi debemus . sperramus quod ad hoc non simus obligati. Nos confidimus quoque, quod nec V.Cl. ,

nec quispiam alius S. Imperij liberas vias, citra illius Imperij voluntatem & consensum, praeccludere possit, & viatori negotiationes suas impedire. &c. Si vero cogitaret noster Clemen. Dominus Dux Heinricus, aut quispiam, quod Hildeshei-menses non sine conventione relinquendi essent, illos iuri sifteremus, velut etiam, iuxta illorum oblationem, corundem compotes sumus, sicuti id in litteris ad ipsum nostrum Clementem Dominum Ducem Heinricum nos offerendo perscripimus: quod tamen repudiatum fuit, nec ad fructum pervenit. Quare humiliter & officiosè petimus, quod V. Cl. talem intempestivam monitionem & preceptionem, ad nos directam, cassare, & aeternam perniciem terrae huic propter alienum virilitatem, non committere velet: sed V. Cl. potius iterum suum dilectum filium Ducem Heinricum, nostrum quoque Clementem Dominum, adire, ut dissilatio & persecutio contra Hildeshei-menses incepta abrogetur, & controversia disrepantia benefica tractatione componatur. In casu autem transactio talis amicadisrumperet, tunc caussa ad juris exolutionem differenda foret: ubi ad omnem adhibendam diligentiam promptius sumus, neque etiam in nostro labore, diligentia, studio & sumptu quid deerit.

Quod

Quod si vero huiss amicabiliu petitionis
fructus ad nos retire nō posset (quod tamē
non speramus) tunc Hildeshamensibus
(contractus & Confœderationis caussa)
ita adstricti teneremur , quod i Horū & illi
nōstrorum de iure compotes simus ; unde
nec debemus nec possimus solos in necessi-
tate relinquere , ad quod etiam huc nos
offerimus . Petimus queque , ut id in
gratia clementer accipiatur ; uti vastatio
terrarum , & miserorum innocentium
bominum damnum prohibeatur . Hoc re-
compensam & officiu reponimus nos in
subiectione erga V. & P. Cl. quam Deus
diu in beatitudine conservare velit . Et
petimus V. Cl. responsum . Dat . Bruns-
vic. &c.

Legati civitatum Hanse Goslarie,
Gottingæ, Hannobera, Eimbecca &
Brunsvigæ ; iam in Brunsviga con-
gregati .

Quæ jura & privilegia antiqua ci-
vitatum Hanseaticarum etiam in his
locis fuerint , ex hisce factis colligi po-
test , ut nihil in impedientis commer-
ciis à Principibus potuerit suscipi aut
concludi , nisi cum consensu civita-
tum factum fuerit . Quum vero ni-
hil responderet Princeps ad has , pro
maiori

maiori excusationis cautela trium civitatum Hanseaticarum Göttingensis, Elmbeccensis & Northeimensis Legatos ad Ducem Wilhelmum, Hardeßiæ tunc degentem, miserunt, qui idem peterent. Sed, quum nec sic audiret interpositionem, & potius bina obsidione premeret cum Episcopo urbem, fratremque dutius tractaret in custodia Mundensi, vicini Episcopi & Comites cum civitatibus Hanseaticis illius loci Confœderationem firmam Brunsvigæ inserunt, ut ex translatione apparet.

*Confœderatio aliquot Episcoporum v.
Comitum VVestphaliae cum ciuita-
tibus quibusdam Hanseaticis
in Quartirio Bruns-
vicensi.*

EX Dei gratia, Nos Conradus Osnabrugensis, Simon Paderbornensis, & Henricus Mindensis, Episcopi, Ericus & Antonius Holsteinensis & Schombergi Comes, nostro & noinide Nobilium Generosorum Dominorum Othonis & Iohannis nostrorum dilectorum fratrum, Jobstus Comes Hoiensis & Brockhusi, Bernhardus Nobilis Dominus in Lippa, Rudolfus Nobis-

Nobilis Dominus in Diepholt ; & nos Senatus civitatum Goslaricæ, Magdeburgi, Brunsvigæ, Lunæburgi, Hildeshæmii, Gottingæ, Stendalæ, Hannoveræ, & aliarum civitatum, quas præterea nos vigore contractu & Confederationis Hanseaticæ ad hanc caussam pertraheimus, Confitemur manifestè pro nobis & posteris nostris & hæredibus, quod in Dei laudem, Sanctæ Ecclesiæ Christianæ, & in Rom. Imperii honorem, acque in nostrarum terrarum subditorumque, nec non nostracum civitatum omnium in salutem, nos coadunaverimus & coniunctione coiverimus, hanc ob caussam: Postquam Excelse natus Princeps ac Dominus, D: Fridericus Brunsvic. & Lunæburgen sis Dux, per eius Cels. morbum coniugi suæ dñl. Margarethæ subductus, & in locos, ubi Cels. eius nunquam placere potuit, abreptus, ac talibus hominibus, cum quibus antehac nunquam conversari lubenter quivit, ad curandum commendatus est atque ita per hoc exportatur ab acribus & dominiis terræ, quæ summi nominatus Princeps in possessione habuit, atque eius coniugi fundus ex pacto dotali, quod pridem ex iure fici

heri debūisset, nondum traditus; Ac
præterea, postquam Generosus &
Nobilis Dominus Ioh. Comes Reth-
bergen sis in diffidatione atque custo-
dia cum suis prorsus molestissimē
circumdatu s & captiu s est: Arque
etiam, quod honesta planē civitas
Hildeshæmensis iam contra iuris ob-
lationem, & nobis denique civitati-
bus cunctis per inhibitionem vectu-
ta, regiæ viæ ratione victus nostri
præclusæ sunt; sicut & Hildeshæmū
ac reliquæ civitates in libertate sua
& veteri consuetudine turbantur &
impediuntur: Propterea coniungimus
nos & contractu hoc coimus, sub cu-
jusque partis propriis sumptibus, dā-
nis, carceribus, & iactura, præsent es,
in modum sequentem, ad 20 anno-
rum spacium à dato hoc istius sciti-
pti:

i. Et primò, quod nos prædicti Do-
mini debeamus & velimus esse in-
imici, & hostiliter tractare è vesti-
gio, Reverendi in Deo Episcopi Bat-
toldi Hildeshæm., Excelsè nato-
rum Principum & Dominorum,
Dn. Wilhelmi & Henrici eius filii
Brunsvicens. & Lunæburgens. Du-
cum, Virorum Diœceseos Hildes-
hæmen-

hæmensis , eorum omnium dicti-
nibus , terris & subditis , & ubi-
cunque erit competentia : & no-
strorum Dominorū unus plure-
vè , debent ac volunt se metipso s in
personis Hildeshæmii cum nostra-
tibus quam primum sistere . Ac
protenus , quando hoc factum est ,
debemus & volumus nos civitates
prædictæ postero die hostes esse
Episcopi Hildeshæmensis . Diace-
scos , virorum , terræ eius & subdi-
tornm , & hostiliter eos persequi .

2. *Nos civitates* antenominatæ de-
bemus & volumus etiam diffida-
tionis litteras statim è momento ,
à dato huius compactionis & fæ-
deris , ob signatas tradete in ma-
nus Senatus Brunsvicensis : Atque
protenus , quando dicti dominii
nos cum litteris aut orali nuncio
advocari curant , tunc debemus &
volumus Senatus Brunsvicensis ,
diffidationis litteras cum nostris ,
contra . Exceles natos Principes
Brunsvic . pœnominatos , absque
mora transmittere , & absque dolo ,
nisi accidat hoc , quod nobis præ-
dictis Dominis ac civitatibus , iux-
ta omnium nostrorum consilium
& consensum obtингere possit , i

szpiti

sæptus memoratis Dominiis Brunsvic.
vic. & Lunæburg., quod cuique:
in hac partione & Confœderatio-
ne continetur, & nobis Dei, ha-
bitatis & iuris ergo debetur.

3. *Etiam* debemus nos Domini præ-
dicti unum aliquem, qui idoneus
fuerit, cum 50 Equis Brunsvigam
ad eius & aliarum urbium Equites
in eorum sumptu mittere, ut illa-
rum turmas ducat & gubernet. Et
quando Domini & civitates om-
nes in campum progrediuntur, &
oppida, cives, pagos, captivos, spo-
lia, rapinas & contributiones, &c.
occupant, dimidiam partem com-
modi Domini, & honorabiles ci-
vitates alteram habebunt partem.

4. *Civitates* autem volunt Domini
pro occupatis arcibus, oppidis, si
forte oppidoratæ & obligatae fue-
rint, dimidiam partem pecunia
solvere. Si vero viæ arces & op-
pida non oppignoratae fuerint, tunc
nos civitates saepius nominatis Da-
minis dimidiam partem secun-
dum taxationem honestam solve-
mus, & illas arces ac opida subi-
gatas nobis vendicare, quod nec
Dominis supradicti absque ulla ex-
ceptione consentite volumus.

5. Si contingat verò, quod nos Domini aut civitates, quispiam aut nostrorum unus solus occupet, aut si unus nostrorum in uno loco, & alius solus in alio loco quid occupet, quisque suum sibi soli servabit commodum, excepto tamen eo, quod ad spolium pertinet, illud iuxta Equitum ius dividetur. Si verò discordia & differentia exoriatur (quod non esse debet) eam ad tollendum aut componendum, penes duos erit dominos, qui ita à Dominis ex Hildeshæmio aut Brunsviga mittentur; & honorandus Senatus Brunsvicensis & Gottingensis mittet simul. Et si nos Domini & civitates ad Duce-
veniamus, ut tunc una pars æquè atque altera, & quisque pro viribus absque fraude sequatur & auxilium ferat.

6.] Quod si etiam nostrorum cuiquam quid obtingat, & in infortunium incidat, tum unus alterius juri aderit, atque quodcumque ita pro iure habetur, acceptare alter debet, & sequi, sic tamen ne una pars altera deserat, donec cuiusq; caussa apud alterum totaliter in amicitia, aut iure agitata & composita sit.

7. *Nec ullæ pars absque alcerius consensu cum quopiam transigere, aut pacem inire debet.*
8. *Si etiam ulli internos postea alias ob causas, inimicitia ab adversariis, durante hoc fœdere, adiiciatur, & nos Domini civitatum, aut civitates Dominorum decenter & cum iure compotes fieremus, tunc nemo nostrorum adversæ dictæ parti quidquam auxilii, solatii aut adfertentiaz præstabit ; in nullo prouersus modo, quomodocunque fieri possit.*
9. *Atque hæc unio, confœderatio & compactio, non debet omnibus reliquis pactis, à nobis prænominationis Dominis & civitatibus cunctis & singulariter factis, præiudicare quidpiam. Omnes præscriptos hos punctos & articulos, huius pactionis & fœderis, promittimus nos prædicti Domini & civitates omnes, & singuli pro nobis & nostris hæredibus ac posteris, quod in certa fide, firmiter & inconcusse, absqueulla arguta astutia simus optimè observaturi.*

Atque in huius testimonium nos Conradus &c. (ut nominis superiorius posita sunant ordine) mo-

Ara sigilla pro nobis & nostris posteris & heredibus scienter ad hanc litteras appendi curavimus. Sic & nos Senatus civitatum Gosl. Magd. Brunsvic. Lunæb. Hildesh. Gott. Norch. Stend. & Hannob. nostrorum civitatum Sigilla iuxta prænominatorum Dom. Sigillum pro nobis & nostris posteris scienter his appendimus. *Brunsv. in Anne post Christi Domini nostri nativitatem 1485, die Sabbath: post Laurent. D. Mart.*

Funestum certè inde exortum est bellum, quod utramque partem adeo defatigavit, ut tandem coacti sint inter se transigere anno sequenti, ubi tamen omnia privilegia, libertates, obligationes, consuetudines, mores, usus & feuda manserunt integræ civitatibus, & singula de novo ratificata iis fuerunt à Principibus. Vide Letz. in Chron. Dæß. p. 48. & Bant. part. 4. Cbron. Brunsv. Sic etiam Dukes Lunæburg. & Megapolitani non adeo pridem fœdera cum Hanseaticis ocluerunt civitatibus, ut supra indicavimus. Verum quum stilus planè sit diversus, iuvat quoque eius copiam huc transferre; sed tamen heic notan-

notandum est, quod in plurimis eadem verba & contenta habeat fœderis huius conceptio, quam supra accutimus de civitatis Brunsvicensis defensione sub dato Lunæb. An. 1607. Ideo non opus ut omnia itecum heic transferantur; sed tantum in forma Extracti notabimus ea, quæ Ducibus applicata sunt in suis casibus. Occasio autem unde sit orca, supra facia indicatum est.

*Extract. Confœderationis particularis
Carœlioris, quam cum Duce Lu-
naburg. Hansæ aliquot ci-
ties Anno 1606. pepig-
re Lunaburgi.*

EX Dei gratia nos Ernestus, Dux Brunsvicensis & Lunæburg. sicut etiam Consules & Senatores postnomina acrum honorabilium Hansæ ci- vitatum, Lubeckæ, Bremæ, Hambur- gi, Magdeburgi, Braunsvigæ & Lunæburgi, manifestum facimus & consi- temur hisce pro nobis & nostris po- steris coram omnibus & singulis. Postquam (proh dolor!) tempora. &c. reliqua, quæ heic sequuntur, omnis superius in antecedenti capite in no- cula confœderationis harum ci- vitez-

xum de Anno 1607. possunt cognosci, quum eadem fermè sint, usque ad articulum 9, qui heic cum 10. coalescens ita mutatus est, ut sequentia verba habent:)

9. *Quum itaque hoc salutare defensionis opus, absque firma directione non possit perfici, etiam pro a quo habitum sit, ut, propter principalem præminentiam, nos Dux Ernestus, in eo nemo aliis præ nobis respectetur: inde ea nobis unanimiter demandata est, etiam à nobis clementer excepta & acceptata est: attamen simul ad hoc complacitum est, & expressè constitutum, quod nos cum consilio & consensu honorabilium civitatum & eorum Deputatorum & Legatorum ad quod singulis vicibus, ex qua libet civitate duo capaces & idonei & pro posse, tales personæ, quibus res cognita hæc est, & interfuerit notitiis, ordinabuntur pergere, & ad implorationem coangustatorum à nobis Duce Ernesto, tanquam Directore, aut in absentia nostra à Consiliariis nostris, ad civitates inter 8 dies aut, si fieri queat, adhuc celerius, uilitato modo*

convocationes & denunciations
mittere , conventusque , iuxta oc-
casione m circumstantiarum , in
commodis locis instituere , & ,
quodcunque cum & à consociatis
civitatibus decretum fuerit , perfi-
cere in adiumento velimus . In ca-
suum autem ita res munera sit , ut
ea etiam nullam moram pati , &
conventus non subito ita fieri que-
at ; tunc Ipsius P. Cl. iuxta summa
præditam discretione , cum con-
sensu unius aut duarum vicina-
rum urbium , concessum erit , quo-
modo pro utilitate Confœderato-
rum , coangustatę urbi celerrime
consilium & auxilium sit sugge-
rendum , & nihilominus convoca-
tio civitarum dicto modo suum
habebit effectum . &c.

[Sic & i articulo superius posita con-
fœderationis articlorum , qui hanc i i.
habetur , uti de præfecto militari agi-
tur , hæc formalia cum i . sequentibus
articulis interficienda sunt , quæ ita se
habent :]

i i. Atque ne in subitanei casus ne-
cessitate supremus militiæ præfe-
ctus & alii officiarii desint , proin-
de ad acceptiōnem talis militariæ
præfecturę munēris , Reverēdiss. Il-

Iustissimus excelsè natus Princeps ac Dn. Dn. Augustus postulatus Coadjutor Diœcesis Razeburgen-sis, Dux Brunsv. & Lunæb., respe-ctivè noster dilectus frater & cle-mens Princeps ac Dn. debitè requi-situs, D. E. & P. G. etiam juxta-tenorem constituti muneris & Re-versalium rogatus est, atque ab ho-noratis civitatibus hæc oblatio fa-cta, in casum, si E.P.G. iuxta in-evitabilem voluntatem omnipot-entis (quod diu prohibeat) morre præveniatur, quod tunc ipsius Dn. fratrum quispiam, cuius P. G. ad hoc munus qualificatus, ante alios respectari debeat: aut alias nobiscum Duce Ernesto propter idoneum Successorem huius mu-neris in suprema Præfectura mili-tari, prout communis saluti optimè consultum videri queat, se con-formabunt.

2. Quedsi tunc res occurrant, in quibus Domini Præfetti usus sit necessarius, tunc eidem tam nostri Ducis Ernesti Consiliatii, quam etiam civitatum, de quo superius mentio agitata, juxadictum mo-dum & explicationem, pro Consil-iis Bellicis & Commissariis adika-

adiungentur, & secundum talium consilium procedetur.

13. *Inde etiam nos omnes Confœderati* è vestigio cum consilio Dn. Prefecti exercitatos Equorum Magistrorum & Capitanos in provisionis munus accipiemus, ex communione æcclie salario salariabimus, & viatum legitimum præbebimus; etiam iuxta conditionem status & consilii communis, ad arbitrium Dn. Prefecti, vel alias, demitteremus.

14. *Et quum in his omnibus absque conspicua pecunia summa nil studiosè effici possit aut valeat, proinde nos Ernestus in principio 2000 Imperiales & quilibet consociacivitas 20000 Imp. thaleros dimidiam partem circa Michaelis fest., residuam circa proximum Paschatos sequens fest., vel etiam, si ita necessitas requirat ad nativitatem Christi, sicut etiam quilibet consocius quotannis 1000 Imperiales contribuemus, & in depositionis arcam, que ad hoc in Brema, Hamburgo, & Lunæburgo deputabitur, dicto die absque ulla mora sub pena dupli, persolveimus: Atque ad administrationem huius & annuas rationes talis pecunia;*

I i i i s cunia,

cunix, certæ, idoneæ, divitiis præditæ aut aliâs firmæ possessionis personæ, quæ in eo loco, ubi pecuniaæ deponuntur, domicilium firmum, sub periculo illius consociati Magistratus & Senatus ordinabuntur & jutamento etiam diversis clavibus obligabuntur cum eo mandato, ut media & vias excoigitent, quomodo maxima pars comportatæ pecuniaæ, juxta communem consensum, & nostrum confœderatorum omnium pecuculum, in commodis & securis locis, ita in mutuum exponere possint, ut non solum debito tempore pensiones, sed etiam per cambium singulis vicibus, quoties necessitas exigit, abque diurna mora, capitalis summa in potestatem pristinam redigi queat. Atque administratores & Questores semper ad postulationem quæsturæ suæ omnibus Sociis, aut eorum Deputatis liquidas rationes reddere debent.

15. Si fontes in eum redigeretur statum, ut summa capitalis & penus non sufficeret, sed ulterius quid erogandam foret, tunc id singulis vicibus fieri, nec mora ulteriori cidebet,

[Ad 17. articulum illius , qui hec 18.
est , adiecta sunt haec verba :]

18. --- *Nos etiam fratetca necessario milite equestri & pedestri in cuiuslibet sumptum paratos adornabimus ita, ut coangustato in casu necessitatis citissimè , priusquam ad exteram conscriptionem procedi possit , cum certo numero militum , iuxta tenorem supra meimotatæ taxæ , adfisti queat , & quot hac ratione copiæ mittuntur , ex communione ættario salaryum accipient.*

19. --- *Alias 18. --- adiicitur hoc :] Quodcunque autem in hac defensione à nobis fortè occupatum fuerit , & peracta transactioñe , supererit , inter nos consociatos æquali- ter dividi debet.*

20. --- *Alias 19. Atque hoc con- junctio per proximè sequentes continuos 20 annos durare debet , & ante hoc tempus nulli parti aut civitati resultatio concedetur , ita ; si quis id tentare conabitur , ille non tantum ad penum & hoc totum defensionis opus contributam quam am in d-positionis com- munis arca relinquet , atque nihil exinde recipiet , sed ctiam , in casu*

si resultator coangustatus fuerit, & ipsius caussa defensio suscepta, omnem sumptum impensum sufficienter refunderet.

21. *Si quog;* nos Dux Ernestus inter hos 20 annos (quod in voluntate Dei positum est) morte preveniremur, tunc nihilominus cum nostris in regimine Successoribus hæc coniunctio continuabitur, & quasi in hoc casu nulla mutatio facta esset, servabitur.

22. --- *Alias 20.* Post decursum autem 20 annorum cuiusvis libero arbitrio & electioni reliquum erit; An hæc coniunctio renovanda & ulterius proroganda sit ; an vero ab eo desistere velit. In quem ultimum casum ille , qui resiliere cupit , tantum , quantum supra quotam eius in defensionem eiusdem impensum fuit , refundere & restituere debet. Si autem contritus iste nostro omnium aut maxime partis consensu dissolvatur, tunc illud, quod in communis depositorii arca presto est, æqualiter inter nos consocios dividetur, aut si quid debiti restat , id similiter persolvetur.

[23. Integrè ex superiori fædere d. p. e. fatur.]

24. *Præsertim* hæc coniunctio, nec nobis Duci Ernesto aut nostris posteris, nec consociis civitatibus, in possessione regalium, libertatum, iurium, multò minus nobis Duci Ernesto in singularibus transactionibus, quas cum nostra civitate Lunæburgensi colimus, nec etiam quas civitas Lunæb. in cunctis privilegiis iurisdictione, litteris, non solum ipsi civitati huic à nobis datis, sed alijs quæsitis, obtinet, veluti etiam communi Hanseaticæ civitati, quæ inter has & omnibus reliquis communibus Hansæ civitatibus viger, nec etiam aliis Unionibus, quæ cum aliis erectæ sunt, aut in futurum erigi valeant, attemen ne huic coniunctioni contrariè opponantur, quidquam præiudicij aut detractionis afferre debent; sed caussæ separatae erunt & manebunt.

In testimonium huius, nos Dux Ernestus has litteras propria manu subscripsimus, & nostrum Princip. Sigillum scienter appendi curavimus, atque etiam, ut nostri Duci Ernesti in regimine sequente Successores

cessores cō magis obligati & devincti teneantur, in nostræ prædictum mortis casum, (quem Deus diu prohibeat) huic omni , quod huic contractui insectum est, ab ea patte debitam præstare fidem & observantiam. Inde ex nostro mandato Reverendi, Nobiles & strenui ac doctrina sublimis nostri dilecti Provinciales status & Consiliarii Dn. Conrad de Bothmar, Abbas Domus S. Michaelis in Lunæburg, Iohan Hattmannus ab Erffa Locumtenens , Fridericus à Bergen Capitanus Blekedensis, Otto Grothius , Wasinuedius à Medingen Provinciæ Consil. D. Iohan Hildebrandus Cancellarius, & D. Ericus Hedeman aulæ Consiliarius , cum Provincialium præscientia & consensu , non tantū ad testimonium, quod contractus iste toti Ducatu Lunæburgensi in commodum extimium & utilitatem erectus, & inde in omnes sequentes in regimine Duces , quam diu sic idem duret, intellectus sit : sed etiam hec in obligatione n loco Provincialis status, propriis manibus subscripte, & appensis suis usitat. s Sigillis corroborauit:

Simi-

Similiter nos idem supra nominatae civitates, sub bona integra fide loco iuramenti promisimus & pollicitæ sumus. Omne fideliter absque fraude & dolo. *Aetum Lutæb. in septimana Vocem iucunditatis. &c.* Anno 1606.

Ipsa littera quidem & accuratè adhibita solemnitas cum adiunctione Provincialium, heic satis demonstrat oculatiter, quanta cum cura & sollicitudine providentique animo & consilio benè prædeliberato Dux ille Lutæburg. Ernestus p. m. hoc egerit, ut constantem & perpetuam correspondentiam coleret cum istis sex & aliis Hansæ confœderatis Rebuspubl. Velut etiam obligatio hæc simul non tam Fœderis continui notulā, quam firmi alicuius contractus formam (ceu id quoque verba expressa aliquoties disertè continent) exprimit, unde & roti Provinciæ & posteritati sequenti sancta eius commendatio committitur adeò, ut non tantum per 20 Annos duratio eius observari; sed etiam semper tempore convenienti renovari debeat, in quem finem id ita sedulò inculcatur. Attamen, priusquam 20 istiusmodi Anni, imò ne

ne quidem decennium completum
esset, post obitum Ernesti huius, quum
fortè novi Consiliarii novæ spei af-
fulsionem concepissent, & pœnitentia
quadam tantæ perpetuitatis, in
amicitia constanter colenda, fortè
dixerentur, ab hoc contractu adeò
præproperè recessum est, ut *Anno*
1615. 19 Octbr. alia confederatio,
quæ maximè in 6. art. contra Lubec.
& Hamb. (uti actus ille executivus
Anno 1620 tum id testabatur) dite-
cta appareret, cum Duce Christiano
fratre defuncti & Episcopo Mindensi
instituta fuerit, in cuius notula quæ
plurima, quæ non nihil arctius via-
culata continebant, penitus sunt cor-
recta, & alia specie induca, atque sal-
tem ad decennium directa. Veluti et-
iam constitutio succursus plane et
notula in annexum Recessum trans-
lata est, nec post *An. 1620* amplius
in observatione ulla mansit, post-
quam suam tunc executione propterea
ad Albim intentionem persecuti fu-
rant, ut supra id dictum est. Atque
hoc quum æquitati magis consen-
taneum undique vendicaretur, factum
est. quod etiam *Anno sequenti 1616*
10. Junij; Iohannes Albertus Dux Me-
gapolitanus, eodem modo huic con-
federat

föderationi adsociareret, sicuti ex sequenti Extracto id cognosci poterit, quo utriusque Ducis obligatio continetur.

*Extractum Confœderationis dupliae,
quam Dux Christianus Luneb. & Dux
Iohan. Albertus Megapolit. cum supra-
dictis 6 Civitatibus Hanse Saxonico-
Vandalicu in renovatione sua,
An. 1615. & 1616.
inīcere.*

NOtum; postquam ex Dei Gratia nos Iohan. Albertus Dux Megapolitanus, Princeps Vandalicæ, Comes Schwerinensis, terrarum Rostochiensis & Stargardensis Dominus ex certa cœlatione addidicimus, quod Revere- rendiss. Exaltè natus Princeps, Dn. Christian postulatus Episcopus Diœcesis Mindens. Dux Brunsv. & Luneb. noster amicè dilectus cognatus, affinis, Dn. Parens & Comparer, ante exiguum temporis spacium, delibera- tissimatis maturè rebus omnibus, ex ad- missione omnium divinorum & mundanorum jurium, confœderationem quandam defensionis & ma- fuentionis, salutaris pacis publicæ, cum 6 honorabilibus civitatibus,

K k k k Lubeck.

1250 R E R V M P. H A N S .
Lubecca, Bremia, Hamburg, Magde-
burgo, Brunsiga & Lunæburgo, iux-
ta modum uti de verbo ad verbum
capitalis & annexa eius notula so-
nat, benevolè contraxerit:

Ex Dei Gratia , Nos Christiani,
postulatus Episcopu: Dicecessos Min-
densis, Dux Braunsv. & Lunæb., ve-
luti etiam nos Coëfules & Senatores
post - nominatarum honorabilium
Hansæ civitatum , Lub. B. H. M.
Braunsv. & Lunæb. notum faci-
amus & confitemur erga unum quem-
que, &c.

[Modicata hec Confœderatio 22 ann.
quidem continet, & in ijs prope eadem
loquitur , que supra archivis Fœdū
Hanseaticarum 6 Civitatwn pchit,
pancis nonnullis mutatis , & 20 An-
nis ad decennium saltem rediutis ; sed
quum vis maxime emmis in anni
Recessu consifat, cum heic solum meli
interferemus , ut non opere sit supponi
posita his rebus.]

Rer.

Recessus Christiani Episcopi Mindens. &
Ducis Brunsv. & Lunæb. civitatum.
que sex Hanseaticarum, Fœde-
ri eorum artiori an.
nexus.

EX Dei gratia, Nos Christianus postulatus Episcopus Diœcesis Mindensis, Dux Br. & Lun., sicut etiam nos Cens. & Senatores post nominatarum Hanse Urbium, Lub. Br. H. M. Br. & L. notum facimus & confitemur hunc erga quemlibet, quod nos iuxta tenorem inter nos sat consideratè eretti Fœderis, pro ulteriori declaracione illavi & 9. articuli, & reali manutentione salutaris pacis publicæ eisque coniuncteriorius & convenerimus, facimusque hoc idem & in vigore basim litterarum ita & hoc modo: quod non minus nos Dux Christianus, quam etiam nos quevis prae nominatarum s Urbium, continuo scilicet Equites & 200 pedites, atque ita in totum 350 equites & 1450 pedites, qui omnes sat exercitati & ad efficacem promotionem huius defensionis idonei, apti, & qualificati sint, cum omni, quod in fortibus, aptisque officiarijs, munitionibus, armis, sclopetis, munitionibus, extra illud, quod si cuiusque necessitatem requiratur, pra-

huias succursus completione , ad mini-
 mum ; 300 equitum loricas , sclopator,
 1000 peditum sclopetes , 400 peditum
 loricas , cum tot lanceis , 3000 libras in-
 flammatoriorum , 200 centenas libras
 pulueris , etiam tormenta bellica . Et que
 praterea singulariter cuique competunt ,
 salario expectantia conducere , aut iuxta
 conditionem cuiusque melius adhuc para-
 ti esse , ac , quoad duratio Fœderis hu-
 ius est , constanter absque intermissione
 conservare , ut numerus talis , iuxta
 Unionē Fœd:ris , coangustato absque mens
 statim adsit cum omnibus necessariis
 bus , omnia præstare velimus & possimus .
Quod succurrentibus . simuiac liberata
 fuerit , iuxta aequitatem restituet : Atta-
 men in hoc incumbemus , ut aut ex offer-
 dentibus bonis damnum ipsi resarciantur ,
 aut ipse offendens huic satufaciatur . seden
 succurrentes saltent ad favorem obligati
 tenebimus . &c. In reliquis leges Fa-
 deris servabimus fideliter absque aologeti .
 In testimonium nos Dux Christ . &c.
 Etiam nos Consules &c. Predicti nostri
 ex omni parte Sigilla ad h:as litteras ap-
 pendit curavimus . Actum in Vryheili-
 neburg . 19 Octobr . Anno 1615 .

Atque hinc istius constructionis
 contenta & complexus honestus
 Clio

Christianus, æquus, & erga quemvis
summi & imi status propugnabilis
inventus, & extra hoc etiam rite
censetur, quod nos, ob consanguini-
tatem & vicinitatis corresponden-
tiam alter alteri, iuxta divina & na-
turalia iuta, ad succutsum & auxilia-
rem manum præstandam obligati
teneamus, ut proinde, præviâ huius
rei matura deliberatione, nos pro no-
bis & posteris in talem Vnionem li-
berè & bono consulto insinuaveri-
mus, & ad talis coniunctionis fir-
mam præstationem obligaverimus:
Facimus hoc etiam hisce & vigore
haruin litterarum ita & hoc modo,
quod omnes & singulos Vnionis
conditiones & insitos articulos fir-
miter servare vclimus, atque nostri
posteri non minus, ac si nos à princi-
pio consultationibus his interfuisse-
mus, & statim comprobassemus,
omnia præstabunt. Quod omnè in-
tegrè firmiterque ad servandum sub
fide Principis, nostri honoris, digni-
tatisque promisimus & sanctè polli-
citi sumus: Velut nobis quoque Du-
cis Christiani dilectio, & memoratæ
& civitates conformem obligationem
tradiderunt, exhibueruntque. Omne
hoc fideliter absque dolo. In testi-

monium huius obligationis, et exempla consici curavimus, & sub nostra manu ac Sigillo appenso plenè ratificavimus, ex quibus unum Duci Christiano, & reliqua 6 honorabilibus civitatibus exempla tradita sunt.

Aetum 10 Junij. Anno post Christi nativitatem Salvatoris nostri 1616.



Iohan. Albertus Dux Megelenburgensis.

Haud opus est, ut de effectu talium Fœderum quid amplius his adiiciatur, quum ipsa imparitatis ratio satis omnia explicate & nos docere queat, quantum iis rebus & ingeniiis potentiorum confidendum, quum raro subsit constantia, & quavis fortuna aut occasione commoditas quidvis facili mutare nute queat. Ipse interfui pluribus eiusmodi actionibus. Exempla quoque odiosi habentur. Eventus rerum si quid monstreret tragicum, nimis serio tunc sapere cupinus Phryges. Tum quoque mundus in eam planè detrusus est desperationem, ut nec pietati aut virtuti limites amplius constent inter quavis delicta & vitia. immo ut ipsa opera tenebrarum proprietate, & vi-

ria summa pro virtutibus censeantur. Sic commodum & utilitas pro fine ultimo habetur circa pietatis & conscientiae respectum, ut verus amor erga Deum & proximum planè ubique apud mortales exigit: nec amplius vestigia ullarcent. Imò audivi, qui utilitatem pro summa regula sibi haberent, dicendo; *A page cum tua confederatione omni, si pietatem, aut honestatem utilitati & commodo præferat.* Ergo certe fundatum! Obstupefactus putavi, quasi ipsum audivisset talc vocis fulmen intonari ex Satanna. Gloriæ tamen singulati sibi duxit, quod sub specie pietatis & simulatione Christi apæ tellionis in vinculum tale potuerit homines cogere, cum risu hoc effundens verbum: *Tali hanio inescare & pescari decet stultos mortales, ut quisque suo rectius invigilet commodo.* Sub specie religionis & boni publici maxima huius commercii vis latet. &c. Pudet plura referre. Sic homines iam non pudet ulterius leones, ursos, pardosque agere: sed quām ipsam diaboli induerint formam, effundunt crudelia quævis: tam dia se se continent, donec quemlibet in casses coegeri dt, ait ille.

K k k k ; Qod

Quod quum usu longo quoque didicerint Hanseatici, non facile cuivis Spiritui habent fidem, sed potius rem facta probari prius satagunt: ceu ipse Christus monet, ut ad scutellam respiciamus mortaliū, ex quibus bonitas arboris affulget, & in oculos maximum prudentum incutit. Namque etiam qualitas luminis ex ferentia lucis conspicitur. Ac nisi quid verè in amorem gloriamque solidam Iehovæ & proximi dilectionem referatur, omnia in vanitatem & nūgacitatem suam cum operibus tenebratum recidunt. Proinde Christus præcipit serio hoc cuivis mortalium *Marth. 5. 16.* ut in luce ambulemus, ait: Luceat lux vestra, coram hominibus, ut videant vestrum bona opera, glorificantque Patrem vestrum illum, qui est in cœlis. At quis hoc intelligit, aut perficere stedet? Ita magnum discrimen ponet Serpentini generis homines, inter politica & Christiana opera: Et nihil minus vehementer iactant, quod in ipsis crudelitatibus scep̄t̄ gloriam Dei querant. An vera gloria Dei fuco & hypocrisi se affici sinat? An possit de se cruenta? An non principium at exordium cuiusque Fœderis, quod

titulo tenuis defensionis colore cohonestare sat agunt, id satis aperte testatur: Et novimus satis clarum inter potentes, qui absurdū putat, nec sine effervescentia cordis furit, quoties quis, ad pictatis officium eum revocās, crudelitatem & atrocia facinora belli ipsi dissuadet: nihilominus semper pacis simulat & vēditat studiū, reprehendens in aliis strenuè, quæ ipse toties cotidie delinquit longè crudelius, causis suis ficta prætensionis & iustitiæ semetipsum decipiens. Ita non videntur manticæ, quod in tergo est: Et quis tamen se non in malis suis perspicacissimum putat? *Vid. Ioan. 9.41.*

Sed redimus ad imparitatem Fœderis Hanseatici particularis; veluti ibi ex parte pro fundamento ab aliis habitum fuit, fœdus 6 civitatum; ita quoque Rex Sueciæ alterum sibi modernus selegerat, quod Hanseatice nonnullæ civitates Orientales cum Dnn. Staticis Generalibus iniectant *Anno 1616*, ut supra dictum. Non tantum enim magnæ id inde censebatur famositatis & auctoritatis; sed & Rex inclutus Sueciæ suas proprias habebat causas: quibus ipse ante sexennium cum III. Ord. Stat. Fœdus 15 Annorum simile iniisset.

K kkk § Res

Res hæc tunc magnæ cōsiderationis
judicata fuit ab omnibus adeò , ut
diu agitaretur quæstio illa : An cum
Rege Fœdus pangendum ? Et quoque
ipse Rex apud Legatos Hanseaticos
Anno 1620 id urserat, responsum ca-
tegoricum exigens , ubi simul termi-
nos ad Sinū Bothnicum extenderat;
unde nonnulla quidem subiciebatur
circumspectio altioris cogitationis.
Nihilominus satit accuratè perlustra-
batur articulatum Fœderis Belgici
dispositio , & in 8 articulis plurimi
pro ratione status illius, temporis, &
regiæ intentionis (quantum ex rela-
tione Legatorum patebat) digereba-
tur rectius. Memorabilis autem in-
ter alia tunc fuit præcipui ICti p. m.
cuiusdam G. H. B. mihi dilectissimi
sententia , quam in scriptis exhibe-
bat. & , quium notabilia dicat , ne
inconveniens erit, eam hec proponit
inserere, quæ ita se habet:

*Brevis Resolutionis Consideratio de
Confœderatione Suecica, Han-
scatis An. 1620. non-
nullis proposita.*

Quænam honorabilium civitatum intentio, tamen à principio erecti Fœderis Hanseatici, quam etiam postea in renovatione eiusdem, fuerit, ex scriptis Recessibus passim constat. Quum autem successu temporis experientia demonstrârit ipsa, quod tale Fœdus scopo proposito non esset sufficiens, de extensione eius melioritate consilia suscepta sunt. Hinc quoque edatum, quod tandem inter aliquot Civitates Hansæ ex longo tempore apud maiores in usu fuerit, ut ita privilegia & iura, cum quoque libertatem commercii & negotiationum per mare & terram cōtestius assecurarint & conservare potuerint. Veluti etiam tandem Fœdus Belgico-Hanseaticum in eum finem dicitum est. Vnde simul perspicitur, quod Regia Dignitas Suecica eandem modò intendat metas. Si in proposito hoc firmiter ea cupit correspondere cuin Hanseaticis, nec aliud quid præsumi valeat; nulla erit diffi-

difficultas in quæstione, An cum eadem hoc sineundum sit Fœdus ? Et enim, quoniam punctus iste in 14 Articleo Fœderis Hansæ-Belgici pridè ex ratione, quod honestis & practicabilibus conditionibus alii quoque Potentiores Principes & Respubl. in id recipi debeant, decisionem suam obtineat ; huius quæstionis resolutio plana erit. Quare progressus ulterior patere debet, ad cautelas hec observandas. Vbi se statim Politorum sententia exercit, in qua periculosura merito habetur, quod cum Imperiis, adeoque Potentioribus fœderis non incunda sint. Namque experientia ipsa testatur, quomodo in omnibus Reges & Principes semper, ad privatum suum comodum, sub specie publici, oculos teneant reflexos. Atque si hoc obtineant, tunc in consequentibus fœdus nil amplius curatur : immo ut plurimum expissimè contra proprios confederatos eo abstrinatur. Velut nuperimum exemplum cum civitatibus Lub. & Hamb. id aperte demonstrat. &c. Ut taceamus, quæ Potentiorum affectio sic erga civitates & communiones, quomodo sub pretextu amicabilis correspondientiae & amicitiae crevit haud rati-

civitates in securitatem pertrahant, ut pro voluntate sua pede et crux eas subiugent, aut etiam in totalem præcipitent ruinam. Imò haec obscurè quoque id intendere solent, ut vices civitatum explicantur; quas ubi exploraverunt, fœderatos non solum Iudicatio exponunt, sed nec quidquā subsidii præstant in necessitatibus. &c. Præterea heic considerandum venit, quod multiplicatio Fœderum, multas pariat distractio[n]es, enervationes virium, aliasque causas et infinitas difficultates ita, ut etiam subdia, quando diversis locis impendenda veniunt, communiter in impossibilitatem erumpant. Sic Regem Sueciæ quoque hodiè cernimus gravibus vicinorum differentiis fermè obiutum; unde honorabilibus civitatibus adfertentia, si fortè belli alicuius viribus in proprio infestetur regno, aut obruatur, planè esset futura intolerabilis. Velut etiam plures hisce possent addi rationes. &c. Nam quis potentiores ad fœderis observantiam coget, si fidè amplius non curent? &c.

Etiam si autem tales & eiusmodi motivat ingentis sint importantiae; ne facilè quis prudens his quid solidi obiicere possit: Attamen hisce difficulta-

cultatibus, si constans & firmatae
stitutio cum obsidibus & idoneis
conditionibus foederis muniatur, si-
tis tutò obviari poterit. Hec præsup-
positum si solidum structuræ sed-
ris fundamentum porrigit, & loco
proprii comodi certa integraque fi-
des supponatur; tunc omnino au-
gnantes causæ ad foedus incendio
nobis succurrunt. Namque ipsa di-
vid aperit, quomodo civitates Poce-
tioribus quasi fudes in oculis sint, &
rumque libertatibus & privilegiis
quidvis derogatum velint, ut unia
earum queratur ruina. An vero ci-
vitates tanto rohore satis confirmari
& communizari siot, ut tot impedi-
tionibus sufficienter resistere queat
absque aliorum adstantia con-
deratorum, & sic suum satis manu-
tere possint statum; id niterò con-
derandū venit, & altioribus pon-
zandum examinandum vè rationitu

Quod si nō, uti metuo; certè occi-
catum foret opus protinus, eiusmē
recusare media, quæ quasi ultimū
inscientibus offeruntur. Quid est
firmitius? ut quis sit solus in necis
ratibus, an ut socium fidum habu-
adstantiam, sive clandestina aut
perita petatur violentia? Quod in

que ad Regem Sueciæ attinet, licet sit potentior; attamen publicè constat, quām syncera & integra affectione civitates & earum prosperitatem foveat. Nec mirum! Etenim, ut illarum status ritè conservetur, maximè eius interest, & quidē adeò, &c.

Sed heic iubet Plato quiescere, ait ille, ne Harpocratici articuli tangantur, &c.

Tandem ita concludebat. Opus igitur Fœderis huius nunc recumbit in conditionibus Fœderis, & præsertim in puncto defensionis & contributionis. Quemadmodum iam Defensio talis in consignatis punctis optimè concepta videtur; ita ab hac parte illud principaliter respiciendum, in quibus necessitatis casibus unumquodq; foret observandū. &c.

Verum non opus est, ut omnia explicentur, qua successu caruere suo; velut etiam optimus ille ICtus hoc & eiusmodi saltu arbitrio Civitatum Hansæ ad meliorem & saniorem discussionem surrogabat, ati ipsius id testatur ad Consilium hoc conclusio, quam ita formavit. Quod omnem tantum modò pro benevolâ adhortatione in huius rei mentionem concerte volui, melioris sententia me officiosè submitendo. Quælibet civitas suam proprius examinabit secum salutem,

futem, veluti quoque id ante omnia, quod universo Collegio honorabilium Hansæ civitatum Unionis prosperitatem, commodum, & emolumenatum vergere queat, rectius considerare noverit. Præsent. 29 Decembr. Anno 1620.

Verum quim Rex Privilegiorum confirmationem & abrogationem gravaminum commerciis communibus impositorum de die in diem differre inciperet, nec ad officiosissimas & amicabiles civitatum litteras directò responderet, ipse quoque disperceret ad commercia nonnihil attentius, si fortè vestigia uberiora in aliam eius intentionem redundare possent, potissimum huius consilii conceptus & formatio propior coincidere & defervescere cœpit, ut variis ex variis colligi potuerint, quæ attentionem ab alienatam declarares. Ideoque non mirum, quod Resolutionis supradictæ rationes primordiales in suum redierint circulum, & confirmationem negativæ adiecerint.

Sed tantum quoque de Fœderibus impunitatem in membris Hansæ cernentibus: nunc restat in hoc passum ad netrum contributionis pœnitentiæ

gtemiamur, cuius ratio potissimum ex partis Anno 1604 tenoyatis constat; ubi simul aliae divisiones civitatum Hanseaticarum sese exercent.

C A P . X VI .

De Contributionibus diversis Civitatum Hanseaticarum, & aliâ inde emergente Civitatum divisione.

EX diverso rerum respectu, diversa quoque sumuntur distributiones, veluti supra satis id explicatum est, & indicarum in quot partes Principales potissimum dividatur corpus Hansæ. Sed si nunc ulterius progediamur, & fomentum eius perspiciat, plura se exercent in membrorum divisione. Forum autem Fœderis remanebit subneftitur eius fomentum, quod in contributione consistit. Etenim vita hominis nullatenus diu in corpore vigere posset, si naturale ipsi subducatur aut negetur nutrimentum. Sic membra Corporis Hanseatici facile dissiparentur, aut inter se proteinus dissilirent, nisi contributio id suggereret alimenti, ut inde publica utilitas eorrectius curari posset. Finis

enim talium præstationum primus est, & omnino esse debet commoditas Reipublicæ, ut pulehtè ait *P. Helg. i. quæst. iur. 17. n. 3. & seqq.* *Klock de Contrib. Concl. 1. lit. C.* Proinde etiam cum ipsis imperiis, & alicuius corporis constitutione emersisse dicitur ritè ad hoc, non, ut potentiores inde plebem medullitus exugerent; sed ut tam pacis, quam belli tempore res & personæ civium in tuto esse possent. *Klock d.l.* Nam sunt conferendi in publicum caussa, ad sustinendos sumptus, quos corpus aliquod sive Respubl., necessitate urgente, facere coguntur. *Cour Lug. in meth. sua c. 8. n. 13. VVincel, de collect. c. 1. n. 11.* Vnde omnes, qui recipiuntur in locum talem, idem sustinere coguntur, ut munera nobiscum faciant eiusmodi. *l. 1. ff. ad municip. l. 18. ff. de Verb. Sig.* idque per ordinem pro modo fortunatum. *l. 1. C. de mun. patrim. lib. 10.* Et quamvis etiam collectæ dicantur à colligendo, tamen hoc vocabulum nimis strictum est, & potius Reipublicæ quadrat, quam ut heic locū invenire queat. Est enim collecta incerta, irregularis, ac secundum casus, & occurrentes necessitates Reip. aliquando maior, aliquando minor.

minor. l.6. §. fin. ff. de munera. l. in hono-
rib. ff. de Vacat. mun. ubi Bart. Surd.
Conf. 146. n. 19. VVesib. conf 27. num.
24. tom. 5. Olim donum dicebatur
& erat libertæ voluntatis. Vincent. de
Franch. decis. 56. n. 17. Ideoque longè
generalius, accipitur rectè cōtributio,
& in confœderatione ita habet ra-
tione in munere ex pacto, veluti et-
iam hoc loco nobis idem significat.

Verūm quūm alii & præsertim
Ægidius Thomat. libellum egregium
conscripterit de talibus Reipubl. col-
lectis, & quot speciebus veniant, ita;
ut prope innumerus sit earum cū-
mulus, uti rectè sic exclamat Klock.
d.l. & concil.; Ecqua hodiè novorum
tributorum illas non excogitata? non
inventa? suis talia examinanda re-
ctius relinquimus auctoribus; nos ad
distinctionem nostrarum in Hansa
contributionum convertentes.

Quamvis autem auctores varias
hic configant distinctiones, ut aliae
dicantur publicæ, aliae privatæ; vel
Imperiales, & Provinciales: aut ex-
traordinariæ & ordinariæ; tamen
potius existimò esse subdistinc-
tiones, quūm non omnia itaritè expti-
mant & continant genera contri-
butionum. Etenim s̄epius non ani-

madvectuntur omnes, quæ clanculariè & accano modo congeruntur; ceu quamplurimas in Belgio novi: & maximè lucrativæ habentur, quæ absque sensu & motu populi possumunt eum artificio cogi. Vnde vidi etiam, qui in talibus se singulares rerum inventores ibi offertent, & gloriarentur, quod ultra 100 noscerent modos. Proinde rectius poterunt ita dividendi, ut Contributiones aliæ sint aperte aut manifestæ, aliæ occultæ: Manifestæ iterum sunt vel Ordinariæ aut Extraordinariæ. De occultis autem nobis non crit-agendum apud Hansam, quâm arcana ubique impenetrando pertingant; nec secteta sint revclanda. Ordinariæ autem rursus duplices ibi habentur. Aut enim in Conthoriis Universalibus colliguntur, aut apud membra Hansæ. Atque hæ iterum in collectione apud membra Hansæ sunt duplices: Aut in certo annuo iuxta proportionis iustæ dispositionem, ut mox patebit, aut in quotificatione casuum persolvuntur. Illæ autem civitates Hansæ, quibus quotisatio in Contributionibus Ordinariis adiecta est, solummodo ad conventum communem convocantur, ut ibi deponant votum; reliqui: verò,

verò , quas Annuitas dicunt , non
competit votum immediate , sed me-
diatè & saltem iis temporibus , quan-
do renovatio Fœderis Hanseatici
communis in stat ; tunc Quartirii cu-
iusque Metropolis singula suæ dispo-
sitionis membra convocat in locum
certum , atq; illæ cum iisdem agunt ,
tractantque necessaria : veluti etiam
Colonienses Anno 1603 fecerit , qui
tunc Civitates Hanseaticas omnes sui
Quartirii ad Monasterium convoca-
runt , ubi inter alias res deliberandas
variae habitæ sunt tractationes de
Contributionibus Ordinariis & An-
nuis : maxima pars voluit annuis in-
cludi. Hoc itaque quùm per solitam
relationem iterum Anno 1604 ad
communem Hansam in eorum con-
ventum , qui principaliter renovatio-
ni Fœderis communis destinati erant ,
delatum esset , varia & multiformia
consilia super hoc puncto habita
sunt : Vbi tandem Coloniensibus in
commissione singulari oblatum est ,
ut nomine communi cum reliquis
civitatibus , quatuor residuum adhuc
expetebatur , plenè tandem transige-
rent , & ad annum certum restringe-
rent. Quod verò jam cum ceteris ,
quæ in conuentu Monasteriensi præ-

J. II ; sences.

fentes fuerant , in perfectam trans-
actionem redactum fuerat , id per
commune placitum ab omnibus præ-
sentibus approbatum & ratificatum
fuit ita , ut Annuitis illis comparatio
in conventibus & aliis incommo-
ditates usque in deceonium libere
relaxet & fucrit , atque quaque civitas
in gravaminibus suis quem mittere,
aut per Metropolin suam subordinar-
asvè civitates necessaria petere pos-
set. Veluti etiam ium loco Brunsyi-
censium , qui tunc bello implicati
hærebant , commissum est , ut simili-
ter cum civitatibus Annuitis sui
Quartirii transactionem juxta mo-
dum Colonensium perficerent , quod
etiam fideliter præstiterent.

In specie autem Vrbs Staverensis
erisit tunc in conventu Hansæ per
Legatum suum Trinckium Andrin-
gaw ritè Anno 1604 obtinuerunt
singulari pacto , quod singulis annis
circa festum Pentecostes ; ; Imper-
iales pro anno mittere deberet.
Sic etiam Boxtchudani per suum ibi-
dē Secretarium id impetrarunt , ut nil
amplius , quam 20 Imperiales pro an-
nuo quotannis solvant ; sed tamen ut
ad locum Directorii suo mittant pe-
niciulo uersique ,

Quum verò Stralsundenses, Stetinenses, Griphswaldani idem fermè petere viderentur, ut ad annuam pensionem possent admitti, exprobratio gravis cum reprehensione non levi obiecta fuit illis, nequid in malā pertraheretur consequentiam, præsertim quūm Contributiones Conthoritorum non tales essent, ut possent ad sustentationem sufficere. Ideoque notabile est Decretum, quod tunc ad normam æquitatis compositum est. Ut inde providentia & circumspetio æqua civitatum ritè cognosci possit, quam amicabiliter undique cum sociis suis agant, lubet paucis heic inferere; cuius verba proinde in Recessu hoc modo sese habent.

*Decretum Publicum Hansæ communis
Anno 1604 in Mens. April. ad 5 Ar-
ticulum Contributionis in Fædere,
qui tunc in deliberatione
2. fuit.*

*A*D articulum Contributionis, Annum spectantis, decretum est. Lices ante bac sepius, in primis etiam Anno 1601. constitutum sit, quod aliquet non aedè divitiis pollentes civitates ad Annū admitti, & ab alijs ordinarijs con-

tributionibus exempti esse deberent. quin autem tale in abusum abreptum sit, & aliquot præpotentes civitates solummodo quoque ad annui præstationem recurrere velint, & præterea meruenduri, quid confusionem in Conthorūs pariar, actalium civitatum multitudo reliquis, que al contributiones oneraque ordinaria ferenda constille sunt, molestias & præjudicia creer, tam in participatione privilegiorum, quam defensionis, velut & in libertate velligatum apud civitates aliquot invicem gignere possit: Proinde iste punctus ad materiam prædeliberandum simul dimittit, & iam in consultationem maturiorem deducitus fuit, sicut quoque principaliter in Consilio Deputatorio, & nunc in pleno post discussiōnem sufficiētem conclusum est: Quād iam cum aliquot civitatibus annuis causa transactio instituta, & exinter res non amplius integrarum, que propter annum sollicitant, & defensionem atque intercessionalles, que nutulæ Confœderationis inseruntur. nec inquit sic, ut una civitas vicina alteri tale officium, itam si nulla esset confœderatio præstare deberet; nec non præter hoc omnis laudabile sit, ne corpori toti Hansæ laufactario quendam iniurceretur, sed in sua id retineretur au-

Egitato

etoritate & dignitate ; Quod tandem prior consideratio non planè ex manu dimitienda esset ; sed quum aliquot civitatibus cib annui : præstationem transfigendam , atque earum (Annuiistarum) usum , quoties communis conventus institutus per Metropoles Quartirij aut subordinatus meritò , in loco deputato , ab illis peteretur , & consilijs id adiici ita deberet : ad conventus autem ut convocarentur , non esset necessum : per decennium hoc , quasi speciali beneficio , acquiescere in suo statu possent . In quem casum etiam Confirmatio Privilegiorum apud Extraneos reges in ipsarum usum ita comparari posset : sed ad ulteriora Corpus Hanse non deberet adstringi . &c.

Sic etiam ad 7 Articulum Confœderationis tunc de Contributionibus in Emporeis Universalibus aut Conthoriis , constitutio , sub eodem conventu , Anno 1604 , in firmum Decretum redacta est , quæ similiter cum verbis explicanda venit .

*Ad articul. 7. Confœderationis de
Contributione Conthoriorum
Decretum Hansæ com-
muni.*

Pro plena constitutione articuli Confœderationis, contributionem etiam apud Conthoria honorabilium Hansæ Civicatum concernentis, Domini Legati primitus in Consilio deputatorio, & postea in pleno decreverunt, quod media ulteriora conquiri debeant, quomodo quoque aliis viis pecunia & penus colligi, & ita honorabiles civitates, quantum fieri potest, à nimiis contributionibus relevati queant: In primis ordinabunt, quod Conthoriorum penus in ararium quoddam certum congeratur, & inde communia onera rursum exolygantur: similiter quoque debent ministri & famuli, quando ad proprii commercii participationem progrediuntur, pro commmodo communis Societatis, certi quid contribuere & ærario deponere: ex quo Seniores & provisores quotannis, integrum designationem ad locum Dicotorii transmittent, quæ inde statim reliquis civitatibus ad perlastrandum com-

communicabitur: Similiter etiam, quando ministri nonnulli (præsertim qui in Hansæ aliqua civitate natus fuerit) qui in Conthoriis commercia agitant, sedem sibi in aliqua civitate Hansæ & domicilium figere satagunt, ut certam pecuniam pro commmodo communis Hansæ Senatui loci deponere, & inde in commune æratrum transferri possit: Veluti etiam spes est, quod, si instantes Legationes in Daniam & Angliam expeditæ fucint, tunc expensæ per Universale Annuum communium civitatum compensationem accipere, & veteres contributiones restringi sic queant: Præterea ad placitum hoc reductum est istud, quod si in omnibus & singulis Hansæ civitatibus, illi, qui ius ci-vium sibi acquirere velint, significacionem aliquam, quum eo ipso simul fruitionem privilegiorum Han-saticorum adeant, pro conditione suæ sortis honorati loco largiantur: Ac quæ præterea sic commode æratio publico excogitari & adiici possint, talia honorabiles civitates. ulterius pro bono publico Hansæ in praxin deducere omni diligentia conabun-tur, &c.

Verum hæc & eiusmodi, quum non tantum naturā extraordinariarum contributionum, sed etiam acanarum ingrediantur, meritò ad eis remitti debent. Liquet nihilominus ex hac tenus dictis, quęnam nomine ordinario civitatibus Hansæ in considerationem heic veniant, quum neque Anna sub eo numero, iuxta vulgarē Hansæ locutionē, in talē referre velint aut comprehendere; sed extraordinem eiusmodi ponant. An vero satis congruē hanc sibi distinctionem fecerint, meritò quis dubitet. Et enim quod iuxta Bart. in l. unicam. C. de mulier. & in quo loco. lib. i o. num. 13. alię contributiones. sicut Ordinarię alię Extraordinarię, id quoque Constit. Imperiales, præfertim de An. 1570. §. V View vol nun. &c. approbant. Sed Ordinarię proinde dicuntur, quod ex lege aut Statuto, consuetidine certam, firmam, & annuam habant præstationem: unde iusta & indubitate dispositio munerum & expensarum possit in ipsa Regiminis facie fieri. Veluti exemplum vivum habemus in Belgio, ubi status totius ratio firmiter potest cogi, tam belli, quam pacis tempore, iuxta firmitudinem præventuum, quos sibi ex omnibus intrat.

intradis certis , quas proptere à Publi-
 canis suis ad certam & indubitatam
 summam quotannis solvendam elo-
 caat, & singulis *Annis Calend. Aprilis*
 fit calis renovatio ; Vbi juxta discus-
 sionem præteriti anni rationes novas
 ineunt , in quibuscumque materiis
 vestigium, pensionumvè; ceu insu-
 nitos habent modos quidvis refor-
 mandi , ut suo loco in Arcanis Rei-
 publ. nostris id plenius explicatur.
 Extraordinariæ autem contributio-
 nes dicuntur, quæ singulis annis cum
 firmitudine certa non recurrent, nec
 uniformiter solvuntur; sed per acci-
 dens secundum necessitates occuren-
 tes. *Bart. d.l.unica. n. 37.* *Joseph. Lu-*
dov. decis. 43.n.9. *Iul. Ferret. de gabbell.*
n 475. & 478. *Geil.lib. 2. o'f. 52. n.9.*
& 10. *VVimzI de coll. c. 1. n. 13,* & 14.
 Ideoque annua illa , quæ civitates
 quotannis solvunt , potius essent
 ordinariæ dicendæ contributiones ,
 quam quod ad locum extraordinem
 redigi deberent : Impropria tamen
 Hanseaticorum locutio indeest, quod
 non tantum ordinarias iis civitati-
 bus attribuant , quæ conventibus
 semper sunt præsentes ; sed etiam
 quod singulis negotiis, publicam to-
 tiq; corporis utilitatem concernen-
 tibus ,

tibus, statim expeditionem adiicere queant cum resolutione efficaci. Nam si fortè ærarii penus non sufficiat, sit inter presentes computatio quidnam contribuendum, & quantum cuique in quotis tione sua aut parte simpla, dupla, tripla, &c. sexuplica, septupla. &c. vel dimidia sit rei sufficiendæ adiicendum. Alioquin etiam Avarum in meritò ordinariis contributionibus ex natura certitudini accesseri debet; & in meritò Extraordinarii adiicuntur, quæ ex casibus accidentariis suam solvant originem, ut antea de ministeriis & novis civibus constitutionem eiusmodi factam ex Recessu anno 1604 adduximus. Sic etiam in eodem Recessu habetur Articulus de poena emendentium assertò venientium ad Conventum Hanse, cuius verba iterum adducetur.

Ad Artic. 5. Confederationis, de Poenis aut mulctis.

Quod ad multam spectat eorum, quæ
indictos Hanseatici conuentus terminos non visitant, aut debito terfisi non comparent, in eo primus Oratio, que anno 1549. & 1556. lucru defunctis

æstlinata fuit, nova vice denuò approba-
ta & confirmata est hoc modo, ut illi, qui
absque legitima caussa que à civitatibus
Hanse in communi dijudicari debet,
emanserint, prima vice multam 2. mar-
carum auri, secunda vice 3. marcarum
auri irremissibiliter persolvere debeant:
Et nihilominus ab illis, omne, quod in co-
conventu decretum fuerit, irretractabiliter
præstari, firmiter servari. & perfici
debeat: Quod si verò tertia vice visitatio
aut præsentatio, sive prioris decreti rati-
ficatio iterum intermitteretur; tunc con-
tra eam civitatem aut civitates Hanse
eo modo, quemadmodum §. Articulus
iam eratæ novæ Confœderationis & no-
tula inscrita id exprimit, procedetur.

Quod itidem ad eos pertinet, qui debito
tempore se non sistunt: Complacitum est,
& approbatum, quod omnes & singule
honorabilem civitatum instotempore, &
ita mature suos, ut deputati in termino
instituto diei ritè comparere queant; ab-
legare velint, Si autem in mora fuerint,
& nullas legitimas caussas, que à pra-
sentibus pro sufficienti queat agnosci. pro-
ponere noscant; tum pro quovis & sin-
gulo die, quo seriores comparuerint, quem
incitatione dictus fuerit, irremissibilis
pena multam 20 Imperialium pen-
dere, & nihilominus omnia aucte ipso-

1280 R E R V M P. H A N S.
rum adventum pertractata , ratihalite
debeat.

Sic tales & eiusmodi extraordina-
tiæ contributiones plures in atrium
colliguntur , quæ ex optimi ordinis
ratione sedulò obseruantur, unde fit,
ut semper justo tempore confluant
ad conventum , aut se cō maturius
excusent , & nihilominus vota sua
mittant, aut vicinæ civitati ad depo-
nendum ipsorum loco offerant. Nec
memini . quam diu interfui consiliis,
quod unquam ultra diem fuerit no-
bis expectandum , donec omnes ad-
venerint , ex tot dissitis locis. De
Arcanis autem sive occultis contri-
butionibus ut iam agamus , non est
opus , quām secretiora non tantum
non sint tevelanda; sed etiam admittan-
teturam sive commercia ipsa & Em-
poria errumque iura & privilegia
sint reiicienda, de quibus in singulis
plenijs in sequenti parte, cum Deo,
agamus. Quamvis autem ordinis
contributionis civitates Hansæ ex-
diëtis pactis novis ad decennium ab
Annuitatis fuerint ita distinctæ;
men quām respectu firmitudinis in
contributione differentiam talam
verè non efficiant: ideoque neque id
ia

in enumeratione civitatum omnium, quæ adhuc corpus constituunt & conservant Hanſat, non attendendum putamus: sed saltē cuique suam annuam adsignabimus quotam, ut rectius quoque numerus civitatum omnium constare possit. Hoc tamen simul heic animadverendum est, quod adhuc nonnullæ civitates, quæ Weßnerus iuris controvēſi facit, adhuc mediātē Hanſatico corpori includantur, uti sunt omnes eæ, quæ III. Ord. Belgici sive confœderationi inclusas tenent; sic etiam ex iure & privilegiis Emporiorum ferè omnes adhuc itidem ex consequenti Hanſat adhærent; licet directò non pro membris ſeſe venditent. Quare non iniquè agam, si omnes totius & universi Corporis Hanſatici, alias civitates contributarias, & immefiatas; alias vero mediātē huic addictas & extra contr. butionem evidenter positas faciam. Sed quo nomine in Annuo quæque veniat, & quantæ aut qualisunque ſint universim in numero, id ex ſequenti notatione Matriculæ colligi facile poterit.

Enumeratione Civitatum & Rerum publicarum Hanse plena; Ac primè earum, que Contributariæ directò dicuntur, seu Matricula eas continet.

| | | | | |
|-----|----------------|---------|-----------|--------------------------|
| 1. | Lvbecca. | quotan. | Imperial. | 100. |
| 2. | Colonia. | | | 100. |
| 3. | Brema. | | | 60. |
| 4. | Hamburgum. | | | 80. |
| 5. | Rostochium. | | | 50. |
| 6. | Stralsunda. | | | 50. |
| 7. | Wismatia. | | | 25. |
| 8. | Magdeburgum. | | | 40. |
| 9. | Brunsviga. | | | 50. |
| 10. | Dantiscum. | | | 80. |
| 11. | Lunæburgum. | | | 60. |
| 12. | Stetinum. | | | 40. |
| 13. | Gryphswalda. | | | 25. |
| 14. | Hildesbtmijum. | | | 30. |
| 15. | Goßaria. | | | 30. |
| 16. | Goitringa. | | | 30. |
| 17. | Eimbecca. | | | 10. |
| 18. | Hannovera. | | | 25. |
| 19. | Hamela. | | | 20. |
| 20. | Colberga. | | | 25. |
| 21. | Stargarda. | | | 25. |
| 22. | Anclamum. | | | 18. |
| 23. | Stada. | | | 20. |
| 24. | Buxtehuda. | | | 18. nunc 20. 25. Gol- |

P A R S I V.

1183

| | | |
|-----|---------------|----------------|
| 25. | Golnovia. | 8.. |
| 26. | Ihoruna. | 20.. |
| 27. | Elbinga. | 20.. |
| 28. | Koningsberga. | 60.. |
| 29. | Braunsberga. | 20.. |
| 30. | Riga. | 50.. |
| 31. | Revalia. | 50.. |
| 32. | Dorpalum. | 20.. |
| 33. | Parnovia. | 20.. |
| 34. | Culmenum. | 100.. |
| 35. | Neomagium. | 35.. |
| 36. | Davantria. | 50.. |
| 37. | Campenum. | 40.. |
| 38. | Schwolla. | 23.. |
| 39. | Zutphania. | 30.. |
| 40. | Arahemia. | 30.. |
| 41. | Boimelia. | 10.. |
| 42. | Thicla. | 10.. |
| 43. | Haideticum. | 30.. |
| 44. | Duisburgum. | 20.. |
| 45. | Stravera. | 27. June. 35.. |
| 46. | Groninga. | 35.. |
| 47. | Bolswerda. | 30.. |
| 48. | Ruermunda. | 25.. |
| 49. | Venloa. | 20.. |
| 50. | Emericum. | 30.. |
| 51. | Osnabrugia. | 30.. |
| 52. | Susatum. | 35.. |
| 53. | Tremonia. | 30.. |
| 54. | Monasterium. | 40.. |
| 55. | Vestilia. | 30.. |

M u m m a .

56 Min.

| | | |
|-----|---------------|----|
| 56. | Minda. | 30 |
| 57. | Padeborna. | 20 |
| 58. | Hervorda. | 10 |
| 59. | Lemgovia. | 10 |
| 60. | Lippæstadium. | 10 |
| 61. | Bilefeldia. | 10 |
| 62. | Vnna. | 20 |
| 63. | Hamma. | 20 |
| 64. | Watbergum. | 10 |

Sequitur nunc

*Enumeratio Civitatum Hanseaticarum
ex antiquo Fœdere desumpta, quare
quadam extra Ordinariam contribui-
nem constitutæ sunt, quas alij Polit-
controversi iurisputant; Et tamen e-
ius partim Corpori Hanse aut mediae
iure Emporij Universalis, aut alia Co-
federatione adhuc inharent, & indu-
cta referunt eius membra, partim An-
no 1512 fuerunt in sepe-
tione redactæ.*

| | | | |
|----|---|------------------------------|----|
| 1. | D | Ordracum, alias iuxta serice | 3 |
| | | 65. | 3 |
| 2. | A | mstelrodamum, | 6: |
| 3. | E | nckhusa. | 6: |
| 4. | V | itraiectum. | 6: |
| 5. | Z | irickzæa. | 6: |
| 6. | B | riela. | 7: |
| 7. | M | | 3: |

| | | |
|-----|--|----------|
| 30. | 7. Mittelburgum. | 71. |
| 21. | 8. Wizingia. | 72. |
| 19. | 9. Hindelopia. | 73. |
| 19. | 10. Stendalia. | 74. |
| 19. | 11. Halberstadium. | 75. |
| 19. | 12. Ascherslebia. | 76. |
| 21. | 13. Erfurcum. | 77. |
| 21. | 14. Notthusia. | 78. |
| 19. | 15. Vlyssæa. | 79. |
| 19. | 16. Malhusium. | 80. |
| 19. | 17. Helmæstadium. | 81. |
| 19. | 18. Northæmum. | 82. |
| 19. | 19. Halla Saxonizæ. | 83. |
| 19. | 20. Berlinum. | 84. |
| 21. | 21. Brandebutgum. | 85. |
| 22. | 22. Rugewaldum. | 86. |
| 21. | 23. Servesta. | 87. |
| 21. | 24. Soltquella. | 88. |
| 21. | 25. Francofurtum ad Oderam. | 89. |
| 21. | 26. Vratislavia. | 90. |
| 21. | 27. Harlinga. | 91. |
| 21. | 28. Duderstadium. | 92. |
| 21. | 29. Berga. | 93. |
| 20. | 30. Wisbya. | 94. |
| 31. | 31. Stockholmia. | 95. |
| 32. | 32. Melwinga. | 96. |
| 33. | 33. Landsberga. 97. Et aliz adhuc Borussie Livoniæque civitates. | |
| 34. | 34. Dinantium. | 98. |
| 35. | 35. Traiectum ad Mosam. | 99. |
| | M m m m 3 | 36. Hal- |

| | | |
|-----|------------------|------|
| 35. | Hasseltum. | 101. |
| 37. | Rysellia. | 101. |
| 38. | Elburgum. | 102. |
| 39. | Inowynka Boruss. | 103. |
| 40. | Eimbla. | 104. |
| 41. | Kylonia. | 105. |
| 42. | Darnburgum. | 106. |
| 43. | Arvunda. | 107. |
| 44. | Neostargardia. | 108. |

Numerum Civitatum Hanseaticarum diversi Auctores diversum faciunt. *Meteranus lib. 39. Hist. ad Ann. 1596. 72.* vult fuisse ; Chytraus & qui cum sequuntur ultra 80. incertum statuunt, unde *Velmerus in obs. pratt.* ad vocabuli *Hansetaria* explicationem, 83. vult fuisse ; sic & *Thuanus in Histor. sue lib. 51. pag. 83.* civitates in determinatae piures quam 80, itidem facit, ex Chytraei opinione. *Berius in Comment. terum Germ. lib. 3. cap. 4. saltam 66. recenset*, in hoc itidem secutus Chytrium, qui vult, quod Hanseaticarum urbium tantum 65. cives ad Privilegia Hanse in Emporiis exterarum gentium fruenda, sole admittantur. Cuius rei vel assertionis certitudinem sanè nec in Recessibus nec Privilegiis Hanseaticis ullis, quin tamen bina antea haec ingentia volumina per volverim, invic-

invenire potui. Velut etiam male
statuit, quod urbes ex, quæ ob causas
in Recessu Anni 1518. expositas par-
tim ex Fœdere Hansæ electæ fuerunt,
partim renunciarunt, semper exclusæ
ab eo maneat, ceu ipse quoque Cata-
logum eorum recenset: quum tamen
don tantum Dux Bruns. Heinticus
Iul. in act. Hist. Bruns. part. 3. pag.
359. in exemplo civitatis Ascherlo-
biensis contrarium probet; sed etiam
ipse Anno 1620 ex commissione
Commanis Hansæ has vices susti-
nuerim, ut cum aliquot egerim civi-
tatis talium in puncto anni &
residuorum, quæ tamen ex numero
sunt earum, quas ipse recenset; & pu-
tat ex Hansa penitus electas. Ut re-
stius cum Bertio quis facere possit,
qui iuris controversi calescit. Ve-
rum isti omnes, ut ipse quoque Chry-
stus in Chron. Saxon. lib. 23. ad Annun-
1572 confitetur, ex auditu, non ex
vera actorum inspectione talia ha-
bent; quum tamen ipse antehac ne-
cessaria penitus perquisiverim ita
hoc, ut numerum exactum civita-
tum omnium haberem, nusquam re-
stius aut alicundè id cognoscere &
accipere potui, quam ex antiquis il-
lis, quotquot earum mihi cernere

¶ 88 R E V M P. H A N S.
contigit , transactionibus & privile-
giis ; eorundemque confirmationi-
bus . Sic in transactione Stralsun-
densi sub dato , proximo die post
Dei ascensionem , Anno 1370 , quam
cum Rege Danie Waldeimaro 3 . Ci-
vitates Hanseaticæ inierunt , in belli
diuturni consopitione , sic & in
Confirmatione Privilegiorum cum
codem sub dato eiusdem temporis &
loci Stralsund . , quā plurimæ recen-
sentur ordine Civitates Hanseaticæ ,
quorum nomina sic exprimuntur ,
uti ex Extracto utriusque patebit . Et
enim integras heic ponere Copias ,
iam non est opus , quum talibus hi-
storicæ relationi Emporiorum Uni-
versalium in parte quinta sequenti ,
cum Deo reservaverimus . Ideoqua-
saltē exordium finemque heic in-
seremus , pro maiori dictorum fid-
obtinenda .

Extract.

Extract. Transactionis Stralsundensis Civitatum Hanseaticarum cum Valdemaro 3. Regge Danorum de An. 1370.

IN Nomine Patris, Filii, & Spiritus Amen. Notum sit omnibus, qui litteras has vident aut legi audiunt, quod nos Henricus à Putbusche, Capitaneus Regni Danici, Nicolaus Etse Episcopus Lundunensis, Ericus Episcopus Odenseensis, Nicolaus Episcopus Rotschildensis, Iohannes Teberbachius, Capitaneus Wittengebergensis, Victor Myltæus in Neubau, Iechelius Olsesen, & Heerbrandus Buchtus, Capitanei in Holbecha, Otto à Ludewe, de lungeschoveda, Iacobus Myclsteinus, Capitaneus Seburgensis & Gorgæ, Reitæus Capitaneus Kortseensis, Heinrichus Ionius, Pellaus Parysenus, Eques in Selandia, Ionius Pellaus, Capitanei Callavenses in Iutlandia, Heino Kaboltus, Heinrichus Kettelburgus, Equit. & Capitanei in Vnilandia, Heinrichus Moltkæus Capitaneus Warbergensis Selandiæ, Heinrichus à Stein, Eq. & Capitaneus Wisenbergensis à Samlovia,

M m m m s Offe-

Offenus Bassus Eques, Puckemannus à Langke, Peter Eckelßeckius, Capitanei Lacholmenses, Tuckæus Petisenus Capit. Orstenensis, Petrus Nygelsenius Capit. Lintholmensis, Iekelius Nigelsenius Capit. Aldenburghensis, Petrus Axelius à Brigetesholmio, Bestius à Parys, & Petrus Falkenkopfius, & Consiliarius nostri clementissimi Domini, Excelsè nati & Ducis, Regis Woldemari Regni Danici, cum mandato, voluntate, & plenipotente consensu nostri Domini prædicti, & nosmetipsi, ex prædelibato animo, & libera voluntate constitutam habemus firmam, constantem, æternam reconciliationem, & finem omnis belli, dissidii, & controversiarum, quæ fuerunt inter Dominum nostrum, regnum eius, & Manus eiusdem, & opitulatores ab eius parte; ac inter Civitates, veluti Lubecam, Rostochium, Stralsundam, Vyysmariam, Grypssuvaldiam, Stetinum, Colbergam, Neo-Stårgardiam, Coloniam, Hamlurgum, Bremam; in Prussia Colmenam, Thoruniam, Melvignickiam, Danskam, Konigsbergam, Landsbergam, & omnes civitates reliquas, que in Prussia sitæ sunt; in Livlandia, Riga, Dorfium, Revaliam, Pernoviam, &

alias civitates inibitias; Ad mare Austria:um Batav. Kempenam, Davenriam, Utrechtum, Schu vollam, Hasselsum, Gruningam, Zyrichsgaam, Brylaam, Mittelburgum, Ormundam, Har devicum, Rükseldiam, Elburgum, Tielam, Staveram, Ambsterdamum, Dordrechtum, &c. & præterea omnes ci vitates, cives, mercatores & eorum ministros, qui cum illis in illorum bello continentur, & iure ab altera parte iis competunt, ac ab iisdem de pendent: omnibus iam licitum est, quærere dehinc regnum Daniæ, & terram Schoniæ in omnibus finibus & terminis, & quod liberè per ter ram & mare valeant currere navi giis & recurrere in omnes tractus cum bonis & mercaturis suis, absque ulla turbatione pro usu libero om nium, quæ habent, & ad exercendum mercaturam per iuta sua, & solven dum tale vestigal, ut ex antiquo re nentur ita, ut postea scriptum est. Etiam debent tractuin maris liberum præstare; & habebunt in omni Regno Daniæ, & terra Schonensi, & in om nibus locis Regni Danici, usque in æterna tempora, & liberi erunt in bonis naufragis, sive vocetur Fract, aut maris repertuum, aut quo cumque modo

modo appelletur in hoc modo. &c.
Præterea Litteræ hæc non impedimen-
to esse debent, omnibus illorum reli-
quis litteris & Privilegiis, quas possi-
dent, siue eas à Rege Daniæ obtine-
ant, iis utentur, & in plena potentia
manebunt. Et omnia isthæc prædi-
cta privilegia durabunt in æternum;
& contra illa nemo defendetur, nec
etiam ulterius quid à quoquam po-
stulabitur: & relinquere debet quisque
in iure suo & Privilegio, velut supe-
rius scriptum est: & postea detur il-
lis Lubeccanus pro duobus Schona-
nis nummis. Præterea, omnia prædi-
cta capita & articulos & singulos
promittimus bona in fide absque
dolosa argutia, loco nostri Domini
Regis & posteriorum eius, & loco
omnium incolarum huius Regni Da-
nici, & omnium posteriorum, quod
omne hoc in æterna tempora prædi-
ctis civitatibus, civibus, mercatori-
bus, ministris, adsidue, firmiter & in-
frangibiliter servari debeat, absque
omnivatiis effugiis, exceptionibus,
rationibus iuris tam Canonici & Se-
cularis. Præterea, debebit in hoc
prænominato opere omnis discordia
& controværsia, qua: inter nostrum
Dominum Regem & eius posteros in
Regno

Regno Daniæ ab una parte, & hinc
inter prænominatas Civitates & ci-
ties, ab altera parte fuerunt, omnia
debebunt consopita & reconciliata
esse in æterna tempora. Et propter
maioris testimonii caussam, & secu-
ritatem, nos Heinricus à Putbusche
Capitaneus Regni Daniæ & Eques, &
Krabius, cum Dominis Archi & E-
piscopis, veluti superius scripti sunt,
nostrorum quilibet suum Sigillum
ad litteras has cum scientia & vo-
luntate appendit: *Quæ date & scriptæ
sunt, in Stralsundio post Dei nativita-
tem, Anno tredccimo in 70 Anno, pre-
ximo die post Dei adscensionem.*

Sic etiam in privilegio, quod idem
Rex Woldemarus 3. Dan. sub eodem
Dato Stralsundii ob signatum Civita-
tibus Hansæ concessit, nomina civi-
tatum nominibus Statuum & Sena-
torum ac Nobilium supradictorum
Regni supposita ita habentur, veluti
suo loco in 5 parte Hist. Emporiorum
pleniis integra copia Privilegii in-
terseretur: *Lubeca, Rostochium, Stral-
sundium, VVismaria, Gryphsuvalda,
Stetinum, Colberga, Neo-Stargardia,
Colonia, Hamburgum, Prema (id est
Brema.) In Prussia, Colmenia, Thorunia,*

1294 R E R V M p. H A N S .
Inouvüncka, Danticum, Konigsberga,
Landsberga; In Livlandia, Ryga, Dor-
ptum, Revalia, Pernovia; Ad mare
Australe Belg. Campena, Deventria,
Vtrechtum, Schuwalla, Hasseltum, Giü-
ninga, Zyrichsea, Bryela, Myddelbur-
gum, Hardevicū, Damburgum, Stavera,
Dordrechtum, Ambsterdamum. &c.
Hoc Privilegium concessum est civi-
tatis ob damnum perpetuum in
diuturno illo bello, quo temere infe-
statæ fuerunt. Quæ vero fuerint li-
bertatis concessiones, id parte sequen-
ti explicabitur suo loco: Namque
jam non tempus est, ut aliquid ulte-
rius addatur. Quare patet ex omni-
bus suprà inductis, quod ultra cen-
tum & octo, cum Bruggis, quæ olim
Emporium Uniuersale constituerat,
jam ab antiquis temporibus in Fœ-
dere Hanseatico fuetirt, citra illas
quatuor Urbes in diversis Regnis, ubi
Emporia constituerant, quorum ex-
planationem mox fauoris subinde-
miss.

S.M.

C A P . X V I I .

*De civitatibus aliquot Hansa in dicta
iure transactione & Privile-
giis comprehensis.*

Licet autem satis in praecedentibus actum sit de numeratione & loco civitatum Hanseaticarum ; Tamen sunt nonnullæ , quarum mentio vix paucis factum est, ut meritò pleniori descriptione essent tangendæ , veluti sunt *Stockholmia in Svecia* , *VVisbyia in Gotlandia* , *Melvuringa* , *Landsberga* & *Inovvijnska in Borussia* , *Rugevaldium* & *Neostargardia in Pomerania* ; *Kylo-
nia in Holsatia* ; *Harlinga* , *Amstelroda-
num* , *Damburgum* , *Armunda in Se-
landia* ; *Ryffellia* , *Dallurgum* , atque *Haf-
seltum* , *utrumq* , *Dianium* , *Traiellum-
gue ad Mosam in Leodicensi* , *Brabantia*, & *Flandria* . Sed non patitur loci praesentia , ut cuncta pluribus deduci queant. Ideoque saltem paucis , & quidem strictim , non , ut i *Vrbium* talium insignissplendor & laus summa id exigit ; sed pro delineatione saltem aliquot insigniores tangemus.

Primas autem , inter omnes eiusmodi , partes meritò sibi quo ad claritatem

tatem nominis & magnificentiam
rerum gestarum in commerciis , sibi
vendicat *Amstelodamum* , cuius glo-
ria certè ea est hodiè , ut exiguo cala-
mo omnino nequeat delineari , quin
ex tam exili exordio ad tantam sum-
mitatem fastigii præ cæteris urbibus
cunctis ; quotquot iam inter civitates
Hanseaticas , & alias exteris florebunt
vigent , elevata sit . Etenim sic ad eam
ex omnibus terræ partibus confluunt
commercia , ut pœnè divitias omnes
mundi in se transtulisse videatur ;
Sic etiam Colonias in Orientales &
Occidentales orbis partes cum ingen-
ti quasi pompa , nec sine victoria
summa deducere ausa fuit . Res pœnè
miraculo usque ad stuporem similit
videtur , si quis saltem cotidiè ad nu-
vigantes , avchentesque merces tot ,
nec non ad urbem vastam iacentem &
quasi munientes eam , naves con-
tueatur : usque adeo ultra sexcenta
naves videoas ex Oriente , Occidente , &
utroq; Polo , confluere per omnia co-
mercia ; velut ipse aliquando per mi-
re Australie ad eam urbem tendens
vidi Comites nobiscum ite ultimam
centa vela , quod me in admiratio-
neni copiegit fermè ultimam , ur-
tarem , me nihil ratius uspiam vidi .

Sic videas ibi stabulari nunc Italos,
 Hispanos, Britannos, Scotos, Gallos,
 Sacinatas, Cimbros, Polenos, Nor-
 vagos, Livonos, Germanos, & si qui
 alii Septentrionali sub axe latenter,
 præterquam, quod ex America &
 India usque Orientali huc congesta
 & convecta bona cotidiè adsportari
 videamus, in magnorum opum usi-
 bus, & eorum cumulis. Sed unde haec
 fortuna ibi tamen splendidè habitat in
 tam ditissimo Emporio? Nonnè hoc
 maximè debetur commerciis & ne-
 gotiationibus Hanseaticis, ex Ant-
 werpia illuc translati? Vix credo
 quenquam esse, qui hoc negare ausit,
 quod iis ingeniositas inde sic aucta
 sit. Namque, si ad originē eius rechr-
 ratur, primi loci conditores & accolæ
 pescatores & pastores fuere, qui cugua-
 tia primum incoluerant, & stramine
 tectas casas, quām initio pescatoriis
 viculus sub ditione nobilissimæ gen-
 tis Amsteliæ gradatim accrevisset, &
 lignis tandem pontibus, mœnibus,
 turribusque munitus, in oppidi for-
 man redactus esset, nomen inde ge-
 stans simul, quod Amstela fluvius
 aggere inclusus, in Tyam se infundat,
 aliquot Canalibus urbē distinguens.
 Quām vero navalī operi sat strenue

N u n a in-

incumberent, portus clarior inde redditus est adeò, ut vicii quoque eorum ope & studio frequenter usentur, & oppidum velut publicum quoddam Emporium ita efficeret. Devolutum verò ad Comitatum nisi Privilegiis illud tunc Guilielmus 3. Comes Hollandiæ anno Christi 1341 exornavit, unde quoque Hansæ se adiungere non desistit, qm confociatio non leves ipsi adiecit. vitias, veluti id satis luculenter aperiret, ex transactione Stralsundensis & Privilegio Waldemari 3. Regis Danie de anno 1370, ubi non tantum mul Amstelodamenses fuerunt inclusi; sed etiam iidem præ reliquo omnem operari impenderunt stab commerciorum & eius conservacioni, quod tunc Hansæ Socii in Scania sibi fixum supra dicto modo comparaverant. Namque, ut eò tempore in ordine & usu firmo id si constanter retinerent, nec facile turbationes patuerentur in possessione tali, dicti Hansæ Socii Collegium Emporiale ibi adornarant, suos iuxta ius Stapulæ præfecerat. Advocatos aut Seniores: In primis verò ibi capture halecum, & metallum, animaliumque & bestiarum

prævalebat. Inde Amstelodamenses
 quoque suæ parti & loco attributo,
 in hac adsignatione factâ, eò atten-
 tius, cœu-industrii homines & pro-
 auctiōne urbis suę, commercio servi-
 dè dediti, invigilate voluerunt. Qua-
 propter, ut eò accommodius cum
 potestate plena ibi in Schonia locum
 suum tuerentur, hanc gratiam à Do-
 mino suo & Principe, Alberto Pala-
 tino Ludovici Imperat. filio natu se-
 cundo, Comite 23. Hollandiæ ad in-
 dustriam & civitatis suę statum re-
 gius felicissime in commerciorum
 intentione promovendum, singula-
 rem facultatis libertate dispositionem
 in Privilegii forma obtinuerunt
 anno 1391. Hoc quum Clarissimi
 dominis vir p̄r cunctis Belgis ho-
 dic, Dn. Petrus Scriverius, mihi cum
 ea interpretatione & monitis pru-
 dentibus communicat, nec ab ul-
 us adhuc sit manu publicatum, in
 anti viti Observantiam, in utraque
 lingua huc apponere debui; quod ita
 habet:

No n n 2 Inter.

*Exter Privilegia Amstelredamensium,
in Vrlis archivis Plenipotentiae mu-
ius vernaculum Diploma de
Anno 1391 ita
sonat:*

Vande Voochdye op Schonen.

AELBRECHT by Gods genaden
Palijns-grave opten Rijn, Heertoge
in Beyeren, Grave van Henegouwen,
van Hollandt, van Zeelandt, ende
Heere van Vrieslandt, Doen contal-
len luyden, dat wy gegeven hebben,
ende gevē met dese Brieffe, voor ons,
ende voor onse nacomelingen, On-
sen lieuen ende getrouwuen Schepenck
ende Rade onser Stede van Amstelre-
damme, dat zy tot eeuwigen dage
jaerlickx eenen Voocht setten mo-
gen ende sullen, de landen Schona
op haren VVitten, ende t'landt dat wij
nu daer hebben, of naetmaels dat
verctijghen moghen van den Co-
ninck van Denemarcken, alle saek-
ken ende recht van onser Stedewi-
gen te bedrijven ende te bewaren, dat
zy daer te doen hebben. In ootcond
desen Brieff besegelt met onsen Seg-
le. Gegeven opten vjen dach van
April,

Aprille, int Iaer ons Heeren MCCC
een ende 't negentich, nae den loop
van onsen Hove.

*Quæ ad hunc modum non incommodè in-
terpretatus est vir litteratissimus,
licet se nonnihil palpare in te-
nebris putet.*

N O S A L B E R T V S Dei gratia.
comes Palatinus Rheni, Dux Ba-
varia, Comes Hannonia, Hollandie, Ze-
landiaeque, & Dominus Frisiae: Omnibus
notum facimus, Nos dilectis ac fidelibus
nostris Scabinis ac Senatoribus urbis no-
stre Amstelredamensis concepisse, ac
concedere hoc Diplomate, nostro & po-
sterorum nostrorum nomine, ut in per-
petuum quotannis Praefectum sive Ad-
vocatum constituant, quodque in terris
quas in Scania ad eorum sponsionem,
opiharen Wetten, & in terris quas nunc
possident, aut postmodum à Rege Danie
accepturi sunt, res omnes iusque urbis
nostræ bono publico administrant & con-
seruent, cum eò negotiorum causa de-
ventum fuerit, aut morabuntur. In cuius
rei veritatem ac testimonium Litteras
basce Sigillo nostro signavimus. Datum
VI Aprili, anno Domini Millesimo tre-
centesimo primo & nonagesimo, stile Cis-
tini nostri.

N n n a ; Quamq.

Quamvis hæc, in vocabulo *VVitten* quæ latent, uti vir acutissimi ingenii non iniquè censet, aut corrupta non nihil, aut sanè per quam obscura primus videri queant, ut vix per debilam quasi cognoscatur, quid sibi velint: tamen historiæ cognitione non parum luminis addit, ut supra id declaravimus: Tum quoque ipsa locutione id demonstrat, quod amanuensis sit error, quando scripsit *in bareny VVitten*, pro *VVetten*. Etenim *VVetten* est verbum veterum Saxonum, uti vulgatum id satis habetur in iure *Municip. Magdeb.* sive *VVeichbildico* paßim, & *Landr. lib. 3. art. 64.* ubi propriè explicatur, quid *VVette* sit in emenda iudici solvenda. vide gloss. *VVeichb. art. 129.* & *Ionach. Greg. in comp. iur. Sax. lib. 2. tit. 6.* Unde *VVettung* nihil aliud est, quam sponsio solemnis, quæ ut plurimum sit inter mercatores, ut testatur *Schneidevv.* in §. *sub conditione*, *Inst. de verb. obl. in fin.* ubi ait; in magnis civitatibus sæpè sic concertant, & alter alteri per somnem stipulationem aliquid promittunt, si hoc vel illud factum fuerit, &c. velut etiam heic consuli posset. *God. in l. 7. de verb. sign.* Atque quislibet talis modus frequenter sit,

fit, singularia quibusdam in locis statuta de his habentur : sicuti *Francoſ.* ad *Mœn.* *Statutum est expressum in text.* Quod adhunc contractum Sponsionis, der *VVettunge*, *Speckat &c.* quando duo Sponsionem faciunt, id est *VVettun* &c. debet omnino servari &c. de quare potest etiam *Stracha in tract.* de mercatura in verb. *Sponsion.* cognosci. Vnde ita ex usu mercatorum quoque ad judicium die *VVette* est translatum & quasi foriculatum factum ceu Epigraphe M. Autelii habet Romæ inventa, quod in praefatione ad Lectorem huius Tractatus annotavimus. Sic etiam superius part. 3. indicavimus, quid *VVitte* Vandalicum Vocabulum sibi velit, quod huc non quadrat nisi abusivè. Quod vero ad vocem *VVetten* in hoc Privilégio Amstelodamensium attinet, id ita historia ipsa satis testatur, quod aliter accipi non possit, quam de Sponsione ea, quam civitates tunc in occupatione Schaniæ (quæ veteribus Scandenia est Regni Daniæ pars, Sueciæ Norvagiæque contermina, ut rectè ex Plinio ac eius rhapsoda Solino notavit Dn. Scriverius) ex facta transactione in communi commercio civitates Hansæ constituerant, ut fir-

mam ita conservarent Emporii iūi possessionem. Vnde quæque Spon-
sionem hanc in sese suscepereat, ut
cum plenipotentia sui superioris pos-
set ius suum in possessione firma con-
servare. Inde Amsterodamenses quo-
que sufficienter sic comparere & ius
suum acquirere idemque firmiter
conservare voluerunt, ut cum au-
toritate & concessione Principis
sui id obtinerent, nec reliquis sociis
ænæquales videri possent. Accrevit
etaque hoc oppidum potentia & pri-
vilegiis iuribusque, mediante fœde-
re Hanseatico, & ardenti commer-
ciorum studio: donec oppidum sub
Mariæ deinum Burgundicâ Maximi-
xiani I. Imperatoris uxore, muro
Claudi inceptum esset Anno 1482, &
postea, quām tempestas persecutionis
& belli expelleret Brabantos Flan-
droisque, ac Antwerpiae Emporium
Hanseaticum commerciis suis ita de-
nudaretur, sihi hunc locum mercato-
res commodū invenissent, An. 1585.
Latius urbis pomærium extendi cœ-
perit, ut ipsa vallo undique & latissima
fossa cingetur; Paucos tamen ante
annos amplitudo talis ultra dimi-
dium excrevit, propter ingentem po-
pulorum confluxum, & mercaturæ
iuxta.

immensam potentiam , quæ ita ibi floret , uti nusquam amplius per Europam invenitur totam . Superstructa autem universa urbs prælongis quibusdam & crassis , quod satis est , palis , festucâ & aliis machinis , altè in aquosum illum fundum pactis , quùm paludosum minimequè firmum obtineat solum : quæ caussa est , quia ædificiorum fundamenta incredibili impendio jaciantur , quorum impensa subinde reliquam structuram si non excedere , tamen æquare putantur . Conficiuntur heic plurima omnis generis navigia adèò , ut etiam Reges talium opificio & structura maximè delectentur ; ceu quoque nuper Rex Galliarum ibi regias naves condì sibi curâvit , quæ sumptu planè summo in immensum excrescebant splendorē , uti eas ipse notavi oculis . Sed quod maximè quis miretur , simulac ut aliqua ex amplissima & numerosa navium classe vario mercium genere appulit , ea incolatum est opulentia , ut quicquid illæ advexerint mercium , ipsi statim inter se coëmant ; sic , ut naves intra quintum sàpius vel sextum diem exonerentur , & ad suos illicò reversi queant . In primis iam Collegia mer-

catorum duo Americanum, & Indianum Orientalium maximè celebrantur, quæ totum permeare non verentur undiquaque; & circummetit orbem, & inde nieres in Europam passim distribuere. Sed quis brevibus omnibus comprehendat, quæ tantis cotidie elevantur divitiis & potentia?

Si quis divitias congesti cernere mudi,

Et miranda novis adiecta habitacula regnus

Expetat, Ambstelle cognoscat sedulus Urbem.

Ac veluti omnes unitatum Provinciarum Amsterdam sua inde officia cotidie destinant urbes; & maxime, quæ commoditate tali situs fruuntur; sic etiam Harlinga, inter eas, non ultima est, præsertim quoniam in opportuno commodoque satis loco, ubi Frisia angulum suum ad mare occiduum extendit ad Flevi ostium, sita sit: Et distat saltem Leuca uia à Franeker, quæ nunc Academiam Frisorum alit. Habet autem Harlinga aciem prævalidam, & in ea præsidiatum militem, quum ex eo ostio omnis navigatio versus Septentrionem & Orientem instituatur cotidie, ut auxilium quoque adsit, si forte piratae irrum-

strumpant , aut navigantes incommodent ; veluti naves bellicæ ibi semper sunt ad manus , quæ firmorem reddunt communis maris Australis portum.

Traiectum ad Mosam , sive *Traiectum superius* , vulgo *Mastrichum* ad differentiam *Traiecti Belgici* sic dictum , est urbs insignis ad flumen *Mosæ* : ibi ad quatuor milliaria *Leodici Episcopatus* terminum attingit , adèò ut etiam eum *Dominum alterum ex Fori Lovaniensium Comitis donatione agnoscat* . Etenim duos habet Dominos , ut pars concernat *Ducem Brabantiae* sive *Hispaniae Regem* , & pars *Leodicensem Episcopum* ; Et quamvis *Dux Brabantiae* superiores sibi vendicet partes ; tamen miræ & variæ concertationes fiant de iurisdictione , præsertim quum talis ibi sit confusio finium , ut pœne nulla vera habeatur differentia , quod nuspian alibi auditur : *Nihilominus duplex tribunal cives eius agnoscunt* ; quo verò & subditos suos *Princeps* , & subditi vice versa *Principem suum* agnoscant : *Vnde à priscis temporibus* mitabilis illa invenerit consuetudo , ut in filiis genus maternum præferatur , hoc pacto ; ut si alterutrius ,

sive Regiæ sive Episcopalis iurisdictionis mulierem , duxeris tibi uxorem , filii eo coniugio nati , illius futuri sint subditi , cui subiecta est mater . Exteri autem , si qui suas heic figant sedes , primo statim ingressu die profiteri tenentur , utri Principum velint esse subiecti , & sub eo postea vivunt , & eius sequuntur mores atque auspicia . Est autem urbs solo ampla , antiqua , & probè aduersus hostiles adsultus munita , commerciorum vicinorum incumbens admodum , pulchris simul & crebris ædificiis densa , quam medio ferè interluit flumen , unde ponte magnifico & pulcherrimi operis lapide strato connectitur .

Memorabile hoc est , quod ibi accidit Anno 1474 , quod , quum civitates Hanseaticæ bello triennali se sati cum Anglis defatigassent , Carolus Burgundus , qui Eduardi Regis Magaz Britannicæ sororem uxorem duxerat , Anglos cum civitatibus Hansæ ibi reconciliaverit : Sic & bellum diuturnum composuit quidem , sed mox redintegratum fuit . Transactio talis adhuc in archivis extat .

Inde si iter versus Antwerpiam quis per medium Brabantum ad finium

vium Demeram , qui quasi interse-
cator est, habeat , ad dictum flumen
4. milliaribus distat quidem alterum .
Hasseltum, à Leodio verò 6. Urbs cer-
tè minime contemnenda, ædificiis &
civibus admodum frequens ; respicit
tamen Dominum Episcopum Leodi-
ensem ex Comitatu Lossuffensi , &
si inde ad Maastrichum tendatur inter-
medium locum oppidum Bilsenium
habet , per quod itur : cui etiam
adiacet Curingia , ubi amoenissimum
palatum visitur ab Episcopo & Car-
dinali Mariano extructum. Est er-
iam ad Mosæ ripam Beringia op-
pidum.

Alterum verò Hasseltum , sive Has-
selerum ad Vidrum fluv. Trans-Isela-
niæ oppidum est lautum & dives, &
navigationi accommodatissimum, ut
volunt , atque quum hinc ita liber-
tatis jure in commerciis pleniore
uteretur, Hansæ se addixit olim.

In eadem ditione Leodiceus si *Dinar-*
sum quoque antiquitus à Diana di-
cta urbs sita est, dextræque Mosæ flu-
minis ripæ adsidet , ac Boviniaco,
quod ad alteram ripam est , leucæ
tantum quadrante , at Leodio plus
quam 12 leucis abiungitur. Fuit o-
lim urbs magni nominis , ac merci-
moniis

moniis variis floruit ; sed tam bella, quam alij rerum humanaarum casus saepius eam destruxerunt. ut videlicet est apud Freiß. lib. 1. hist. pag. 32. & 34. Comine, comm. hist. Gall. lib. 1. p. 399. Quum perpetuis incursionibus usque ad Annum 1466 vexassent Bovillios, Carolus Burgundus dirui eam jussit, quod obstinati cives in obdione 8 mensium vix tormentis & alia vi maiori cogi potuissent, sed se in loca subterranea abdidissent. Gallicus postea eam & arcem monti impositam demolitus est. Sed tamen paulatim resurrexit; quia ager in eius finibus admodum probus, & complutibus nigri marmoris, ferris, aeris, & aliorum etiam lapidum operacionum venis longè uberrimus : unde & civites multicives, qui que passim ipsa usque Britannia negotientur.

Quamvis inscriptio transactiori Stralsundensis superius citata, hec quoque nominet civitatem alias Hansæ Sysseliam in Belgio; tamen recte mecum viri Clatissimi (velut in omnes est & viget inclutum illud lumen litteratorum Dn. Petrus Scriverius) hoc faciunt, quod iterum sphalma amanuensis quis commiserit, & pro Ruptpolicum, ut meritè Ryssellum

ut legendum. Cuins rei ratio etiam non est à veritate aliena. Etenim supra est dictum, quod plurius civitates in distractione commerciorum inserviant principalibus suis maritimis, & fluminibus publicis adiacentibus, ut per diversas solidæ terræ partes eò rectius merces possint distribui. Talis quoque *Rysselia* sive *Rysella* est, præsertim quām eiusmodi domesticas habeat & comparet sibi ex textura merces, quas possit suppeditando reponere maritimis & in alias terras navigantibus urbibus Hæfæ. Sed iuvat heic meum audire Scriverium, qui iudicium suum mihi sciscitanti isthæc regessit in scriptis verba: *Scribendum certè (ne dubita) Rysselia* sive *Rysela* civitas Flandriæ Galli gentis, hodieque negotiatione florens: Distat Ypra & Tornaco quinque Gandavo & Brugis tredecim milliaribus. In nomen Latinum Insulæ perpetam obscureque transiit. In veteribus diplomatibus Isla, Gallois Lille, Flandris *Rysele*. Muris eam fossisque cinxit, & arce, aulaque exornavit Balduinus Flandriæ Comes, cognomento Mansuetus, circa Annū m. LXVI. Vnde & ipse (nisi fallor) dicitur Balduinus Liulanus, ut iqa

Lila.

Lila Balduino V. inter præstantissimos Flandriæ Principes, illustre agnomentum induerit. Patria est, & natalis sedes insignis Viti Domicii Baudii; nobis (dum fata Deusque nebant) amicissimi. Ornatur præterea Galthero Episcopo Mageloneensi, qui scripsit super Psalterio Davidi & Epistolar. lib. I. Alano, & Galtero Castillono, Theologis; Francisco Hemmo, aliisque viris clarissimis. Matthiz Lobelio in Historia Stirpium Augrius adnumeratur de Busbeque Illanus sive Rysselanus est, Cæsareæ Mai. Constantinopoli Legatus &c. Alii tamen Cominiis in Flandria volunt, quod in medium relinquo. Est ubi tā magnitudine, quām copiosis mēcimoniis, nobiliū domiciliis, populiique multitudine opulenta atque celebris: ex Lizaper Deulam fluvium, muros arcemque urbis præterlegendi, Lizæque ad Deulemondam incurrenti, magnas opportunitates aſſcuta est, tantamque Emporii famam, ut nulli Belgicarum urbium, præterquam Antwerpia & Ambsterdam posthabenda existimetur. Camera computationum à Philippo Audaz Anno 1385. est adepta, & ab huic depote Philippo Bono Burgundo Orditū

dinis } Aurei Velleis, Brugæ instituti
primum Capitulum festumque in
D. Petri Fano triduanum, quod regi-
ficè inchoatum est Anno 1431. die D.
Andreas facta. Cætera parco scribe-
re, perenda ex Historiis Flandriæ.
De Cassellania Lilana Gallicè lucu-
lenter scripsit Florentius vander Haer,
in D. Petri ibidem Thesaurarius, quo
libro me donavit auctor tempore In-
duciarum. Hactenus vir insignis Scri-
verius: Alias tamen cognati nominis
est Ghiffella, duobus leucæ trientibus
Altenburgo, Brugis verò duabus leu-
cis abiungitur. Oppidulum minimè
contemnendum, ubi plurimæ fiunt
sayæ, panni similes merces. Est au-
tem hæc magni momenti, & verè il-
lastris Dynastia, censeturque domus
Ghiffella unâ cum Halovinia inter an-
tiquissimas Flandriæ.

Sic etiam ab altera parte Bruggæ,
versos Septentrionem, quâ Middel-
burgum tendit ut, duobus leucæ tri-
entibus distat pagus Syssèle quidem:
sed de eo non potest præsumi, quod
unquam ab Hansis potuerit recipi,
quum Libertatem plenioram civita-
tum illæ experti semper: uti ex
superius introducto Exemplo Am-
sterdamensem id patet, quod pleni-
Ooooo potest-

T 3 i 4 R E R V M P . H A N S :
potentiam Comitis sui in facultate
liberæ negotiationis Scanicæ produ-
cere prius debuerint, quam ad ple-
nam possessionem eius admitti po-
tuerint , aut satis idonei & capaces
habiti sint , veluti etiam in confessu
pleno saepius de hoc disputarier &
ventilatier hoc audivi , quo usque ci-
vitates recipi ad fœdus Hansæ pos-
sent, aut ulterius tolerari, si non ple-
na fruerentur libertate , quod supra
quoque in casu Lunæburgensium
factum esse indicavimus.

Mentio quoque fit in supradicta
transactione *Ornamundæ* , vel potius
Arnamundæ , uti rectè aliquot viti
docti in hoc mecum conveniunt,
ceu inter alios quoque est optimus
vir D. Guilielmus Brasserus , Ducis
Holsaliæ modo Consiliarius & Resi-
dens apud Illustres Ord. Conf. Belgij ,
qui ita id in litteris ad me attestatur ,
dicens: De Etymo Ornamundæ rectè
hoc mihi in mentem venit, quod sit ,
quæ hodie Arnuyda vocatur ; Oppi-
dum Seelandiæ in Walchria quondam
florentissimum , & etiamnum meo
tempore abhinc annis 25 frequen-
tissimum. Proximè distat à Middel-
burgo ; sicut & tum ab Hanseaticis
tuis olim , etiam ante 20 annos ab
Holland.

Hollandorum navibus ex Hispania
navigantibus, aliisque vicinis regni
sæpius visitatum fuit; in primis Hol-
landorum ita frequens fuit portus, ut
in proverbium abicerit hoc: *Armenuyden
is het Hollandſche Kerckhoff.* Quippe
ita fida erat statio navibus maiori-
bus cum oppido satis commodo &
minime contemnendo. Nunc vero
salebris arenis è mari obiectis ita
portus est obstructus, ut accessus na-
vium, quæ anteà patebat introitus
facilis, iam nobis sæpè videntibus,
planè nullus sit: unde inquinatum
ædes ex parte vacuae & ruinam mini-
tari videntur: quod, quin sæpius
viderim ex animo dolere non destiti,
ob tantam rerum vicissitudinem in
tām brevissimo temporis spacio. &c.
Sic etiam consentit in hoc nobiscū;
quem antea dixi lumen litterato-
rum Belg. *D. Petrus Scriverius*; cuius
verba heic iterum lubet referre, quæ
ita se habent in epistola ad me data:
Illud de mercatoribus Liguæ Teuto-
nicæ (id est fœderis Hanse, ut in pri-
vilegio Danico appellatur) certissi-
mum est: & quò magis cogito, eò
commentum istud meum magis mi-
hi se probat. De Orneimunda, recte
coniecit quisquis est, cui *Armenuyda*

3316 R E A V M P. H A N S .
in mentem venit ; si alias Koremunda
in actis Hanseaticis sit nominata,

Est autem Arneymuda Walgriæ Selan-
dicæ perexiguum & murorum ho-
diè expers opidum : sed quod portum
habuit rotæ Europa celebratissimum.
Lud. Guicciardinus (qui scripsit circa
An. cyp. I. C. L. Y.) testatur nonnunquam
in hoc portu conspici quadringentas
quingentasvè ordinarias naves : nec
cessari unquam à novis subinde omne
genus navigiis cōstruendis. Idem por-
tū celebratissimum dicit, ob navium
undique appellentium , & in varia
rursum terrarum plagas discedentium
propè innumeram multitudinem,
ita , ut scep numero excantes hinc
videas, & siogulis hisce Provinciis &
Regnis, Hispania, Lusitania, Gallia,
Angliaque redeuntis tricenarum ,
quadragenarum , imò & centenarum
nonnunquam, ac ducentenarum na-
vium classes. Itali & Hispani(eodem
auctore) Ramya, Belgæ Armyda nub-
cupant. Sita est Arneymuda mirabili-
prosperitate & excellenti opportunitate
ad ipsum Oceani littus. Municipium
olim fuit Mittelburg. subiectum. Ce-
lebre factum ob navium stationem,
ac portum rurissimum , qui nunc
pulvinis atq; arenis maris obductus,

vix vectorias minoresque naves admittit. Nobilissimus Pater Dousé (heu quondam noster!) Arnem amnem Arnemundæ oppido nomen præbuisse annotat ad oram annalium suorum, *Holland. lib. 5. pag. 299.* ubi in contextu agit de Warmunda Municipio Lugduno-Batavæ vicino. Quâ quidem voce (inquit) nihil aliud quâm Varni ostium significari, satis acceptum est mihi : à fluvio videlicet non ignobili , qui *Rostochium* celebrem Megapolitani Ducatus hodiè alluit Academiam. Ita à Vandalis quondam , novæ per hæc loca Colonizæ deductoribus antiquitus denominatum , primariæ apud nos hodiè celebritatis municipium. Eadē ratione scilicet , quâ Arnemundæ quoque (portuoso inquam Walchriæ nostræ municipio) ab Arni fluminis ostio nomen inditum. Arnemuda haut ita diu opidum fuit, cœpitque primū *Anno 1572* in potestatem Principis Auraniensis cedi , qui Arnemundam ab Hispanorum imperio liberavit , & sui in posterum juris esse voluit; variis insuper privilegiis & immunitatibus eam exornans , tum vallis undique, propugnaculis, fossis & portis communiens. De quo vide Belgio-

33.18 R E R V M P. H A N S.
graphiam Guicciard. , ubi ibidem
pagina præcedente habes distantias à
celebribus Emporiis Europæ & Han-
sa, & extra eam &c.

Sic etiam de *Dalburg* aut *Dambur-*
go quod habetur in actis Hansæ, præ-
tant aliqui amicorum, esse de *Talbur-*
gæ oppido maritimo, in Gallijs propè
Britones sit, accipiendum : Alteri,
meum magnum quem dixi amicum,
coniecuturam proximam putat, quod
fortean sit *d'Elburgum* legendum,
quum vulgariter dicatur *Ter Elburg*.
Verum quum alias sæpius Elburgum
per se nominetur expressè in actis, &
quoque Middelburgum, de iis non
potest esse suspicio. Proinde consen-
tiunt mecum in hoc & inclinant in
Damburgum sive *Domburgum* Selan-
dix, Reipubl. Middelburgensis sive
Walchriæ municipium, præsertim
quum etiam indigenæ de veteri Em-
porio multa jactent ; velut & turres
præ se ferre urbis reliquias & vestigia
adhuc videntur. Ast illud Talburgū
(ait Scribecius meus) mihi non satis-
facit, quod existimem Ligum Teutoni-
æ non fuisse consonum. Etenim ul-
tanè alia urbis amabo inter confœde-
ratas Hansæ Gallicarum, nedicam à
te amotarum sit ? In quo mecum
planè

planè consentit, quùm nec mihi verisimile videatur, nec in actis Hanseatis Gallicam usquam invenerim tamquam, quin etiam scopus & finis universales fœderis Hansæi, qui in Imperii Romano-Germanici emolumenatum maximè directus est, id non permittat.

Vetum, omissis reliquis, versus mare Orientale revertimur. *Kilonia* sive *Chilonium* in Holsatia ad sinum Baltici maris urbs insignis Ducum Holsatiæ sita est, quam *Anno 1271* Gerhardus I Holsatiæ & Schavvenburgii Comes privilegiis claris ornavit. *Anno vero 1315.* Gerhardus I I. jus municipale Lubeccen si simile eidem concessit, quod cum privilegiis cunctis Nicolaus *Anno 1390*, ac consequenter Successores omnes idem confirmarunt; sed de ea supra part. 3. in Lubecca. Historia quoque egimus. Atx ibi insigniter conspicua Principum habetur.

VVäbya in Gotlandia, sive *Vibium*, olim quoque magni nominis urbs fuit, nec ultima inter civitates Hanseaticas, adeò, ut ibi etiam leges nauticæ consensu mercatorum & civitatum Hanseaticarū conditæ dicantur. De eius origine, & quam lites expost.

Qoooo 4. suetis.

• THOO RERVM P. HANS.

suerit merces , supra aliquid par. ; quām de Wiñeta ageremus , protulimus. *Anno* 1398 miles Domus Teutonici ex Borussia impressionem fecit & occupavit urbem dicitque eam variè. *Anno* vero 1408 restitu ta est Danis cum Gothia pro 9 millibus aureorum nobiliorum , unde mansit sub eorum potestate ; sed exigua ibi habentur commercia.

Pauca heic tandem de Stockholmia . Succiæ regali urbe quoque subiectemus , ne illa hac vice omissa videatur , quām Hanseaticis utribus , præsertim ad mare Balticum sitis , singulare præbeat Emporium , unde quoque in parte s. pluribus de ea agemus. Sita autem est ad sinum Codandum ita ut ex eo Meillerus quasi fluviis ad 3. millaria prius sese extendat , quām urbem in medijs paludibus quasi depositam attingat. Quām totius regni Emporium refert. Germani , Angli , Galli , Scotti & Belgæ non sine magno lucro ibi negotiati sunt ; in primis Lubeccenses & Stralsundenses præ Hanseaticis aliis singulari gaudet : privilegio : defensuntque eò panno , vina , linteas , seticum , lupuluum , libros , coria præparata , supvilectilem cuceam argenteam .

que &c. ac inde , præter pecuniam , referunt, ferrum, æs , chalybem , æs , cuprum, pelles, pisces, butyrum, caseos ingentis formæ , instat lapidis quadrati compactos , sebum , ligna , equos , cruda coria , & alias plures merces , quas natura ipsi concessit . Sed rex modernus ipse se mercaturæ jam inseruit , & , ceu ex ipsius Consiliario audivimus , hoc perficiet , ut ipse terræ suæ fructus disponere queat , & commerciorum quoque agere ibi habenas , quum nimium simplices huc usque fuerint eius incolæ , in quem finem quoque copiam comparavit navium : & ex aliis locis præsertim ex Belgio , colonos acquirere studet , quos præ cæteris ad tempus ornat libertatis & aliis prævilegiis ; unde nec Hansæ civitates confirmationem prævilegiorum suorum & gravaminum abrogationem obtinere potuerunt , ut supra indicatum est . Sed quæ ad Emporii huius ius faciunt , inferius pluribus explicabitur , quum iam ad Emporia Universalia pro conclusione huius loci sit nobis prodeundum .

C A P. X V I I I.

*De quatuor Emporijs Universalibus
Hansæ, que & Conthoria di-
cuntur, eorumque con-
ditionibus.*

DEstinaveram quidem fini & subiecto eiusque dependentiis in Fœdere Hansæ partem quintam, sedis loco in sequentibus; ubi de Mercatura, Monopoliis châbico, mercibus, Emporijs eorum iure, ordine, ritu, conservatione, privilegiis &c. ageret: sed, ne conclusioni etiam huic quid deesse videretur, pauca quædam de Emporijs Universalibus iam subiiciemus, reliqua, de transactionibus & re historica, pleniori deductioni tū reservantes. Vt i mercatorum autem semper arguta fuerunt inventa in iis, quæ vatiis in terræ partibus ad populorū gentiumque sustentationem & regnorum cōservationem necessariam facerent; ita maximè Hanseaticorum in primis laudatissimus fuit conatus. Atque cum cernerent, quod facile miræ & variæ possent interruptiones & inturbations fieri, proinde hoc à principio intenderunt statim,

ut firmam intentionem sine damnis expensarum facerent. Alias enim nulla ratione diu subsistere potuisset. Ideoque Hansam ita auctoritate Regum & Potentiorum terræ Dominorum confirmari curarant, ut ab ultra que parte in his sibi solidum procurarent fundamentum, & omne commodum utrinque redundaret in utilitatem publicam salutemque omnium, uti ipsa norma Confœderationis ubertim satis ià declarat.

Ex antiquis igitur temporibus hucusque, navigationes suas & negotiationes commerciis Orientalibus (ut vocant) exercuerunt Hansæ illius Socii, velut eorum ope ad Belgas, Anglos, Norwegios, Gallos, Hispanos, Africanos, Italosque delatae sunt merces necessariae, videlicet, frumentum varijs generis, triticum, hordeum, siliqua, lana, cera, cotium, canabis, lignum, pix solida & liquida, chalybs, ferrum, lignum, asperges, trabes quernea, & abiegnæ, mali, vitriolum, pisces aridi, falsamenta, auripigmentum, sal nitri, & quicquid præterea terræ Septentrionales ad usum humanæ vitæ benignè suppeditare possit. Usque cōmodior esset mercium talium.

taliū & similiū distributio, impetratunt tum non infeliciter ius institutiū, extructis illic ad commercia agitata īgentibus aulis, & sub disciplina certa constitutis collegiis, obtentisque variis privilegiis. Ei quūm grata ita essent diversis regionib[us] eiusmodi Servitiae, principales sibi tales elegerant locos, in quibus ipsorum metces possent exponi, & regionum iterum haud difficulter recipi. In cuius rei testimonium adhuc in aliquo vigore conservant illa Emporia Universalia & primaria, quę olim 4 fuerunt: videlicet Bergæ in Norvegia, Novigardium in Russia, Londinu[m] in Britannia, & Brugæ in Belgica; quarum tanien duo Novigardium & Bruggæ maximam passa sunt iniuria temporum & tempestatum ingruentium mutationē, quūm illud ad Revaliam & Nerviam, hoc verò Antwerpiam, non sine gravi locoru[m] eorum jactura & extremo detrimento, transflata sint.

Hisce autem in urbibus liberum permissumque erat omnibus in Hanseaticis urbibus natis, morari, mercaturam exercere & privilegiis frui Teutonicæ Societatis, iuxta leges in eam rem à reliquis urbibus ipsacumque lega-

legatis de publica sententia constitutas. Habent autem leges illæ capita ad honestam juventutis educationem pertinentia. Iuvenes enim in illis collegiis domo procul educabantur, qui simulatq; ad coniugium animum appulissent, cogebantur in patriam aut aliò discedere, ac per proxenetam juvenem vel famulum res suas administrare. Collegio præterat in singulis urbibus Præfctus Senior, quem alii consulem, ipsi Aldermannum vocabant. Is cum assessoribus constituebat Senatum Mercatorum, habebatque adiunctum sibi Secretarium, Quæstorem, Archimagistrum, aliosque necessariorum munerum Administratores, qui cum Lubeccensi Senatu communicabat res plerasque, ac controversias diiudicabat, nec dabatur ab ipsorum sententia, nisi ad alias civitates Hanseaticas appellatio; veluti de his supra in decretis Hansæ actum est.

Primum autem Bergarum in Norvegia Emporium uti in Hæseaticis apud Normannos constitutum ante aliquot secula fuerit, & ubi sita sit hæc urbs, id in parte anteriori satis explicatum est; veluti etiam causas continet ea series, ob quas magis expressa antiqui

antiqui fœderis vestigia, quam alibi, temanserint. Crebra illa mutatio impetuosa & inconstans, quā tria illa regna Septentrionalia, Norvegia, Suecia & Dania inter se tam varijs vicibus coierunt, & semetipsa nunc dissimilparunt, nunc obruerunt, mox alternis subiugationibus mirè torserunt, fecit sanè, quod civitates Hansæ quoque sèpè variam subire & sentire coactæ sint concussionem: Ac nisi necessitas remedium interposuisset hoc, quod mercibus huius fœderis non possent carere, certè planè disiecta fuisset ibi Hansa. Sed Deus ita natutam conglutinavit muruis officiis, ut nemo sibi solus absque alterius ope vivere possit. Nihilominus artificia varia potentiores illius locitentarunt, ut propriis possent subsistere viribus: sed neque hoc facis assequi & pro voluntate adimplere potuerunt: Tractu tamen temporis Danicæ nobilitatis sordibus (inquit Thuanus lib. 51. hist. Gall.) factum est, ut multum illi nobilitati decederet. Ipsi enim sub Friderico II, questu aliceti, institoriam faciebant, translatis ad se mercatorum cōpendiis. Quin autem ea de re, apud Dniat Regem Fridericum Lubecenses sociisque Hansæ

Hansæ Teutonici per legatos quæsti essent, promisit ille quidem se immunitates semel ipsis concessas regia fide servaturum: sed quod promiserat non præsttit. Passus enim est Danicam nobilitatem navigationibus mercatorum commoda intervettere, & collegia opificum, quæ Socii Belgæ suis domiciliis iuncta communī secundū libertate frui patiebantur, omnino abolevit. Sic etiam modernus Rex æ 2 legationibus eò perduci non potuit, ut plenum dedisset responsū; sed variis gravaminibus res distracta semper fuit, cum ea excusatione, quod esset ex Regni procētibus mis̄sus, qui Originalia in loco Directorii perlustrarent, quūm ipsi omnia non essent plenè cognita, & res tali informatione indigeret. Nihilominus consuetudinem in observantia retinuerunt Socii & mercatores Hansæ in Conthorio quoisque possent. Interim rigorositas disciplinæ quoque remissionem accepit, ut oīlī quasi ex vaticinio locutus id sit Kirchnerus in *Republ. disþ. 14. in hþoth. 1, ubi sic ait:* Bergensium in Norvegia mercatorum consuetudo, quæ tyrones suos Collegio ibidem imitando multo innaturus, quam oīlī Laccenes

1328 R E R V M p. H A N S .
nes ad aram Dianæ, & puberes & im-
pubetes, ad animæ usque exhalatio-
nem cædebant, ludo, uti appellant,
Neptunio (*vvasserspiel*) accipiunt, &
singulis annis ad octennium usque
(quod tamen postea ad triennium re-
ductum est) miserrimè flagellant, ac
tantum non excoriant & enecant,
(*Celer. in calend. perpet. mens. Maii*)
ne quidem in Barbarorum moribus
ferenda: Civili verò jure omnes eius-
modi ludi prohibiti, ex quibus ini-
ritæ & crimina oriuntur. §. 9 ff. d.
iur. docend. ratio. Nec sufficit causa,
quum horum frequentiam tam im-
mani inauguratione deterricam vo-
luerint, ne monopolii utilitas de-
cresceret. *Celer. d.l.*, quæ tamen in-
ter collegiorum pacta nullatenus
sunt ferenda. Similia certè in manu-
missionibus veteribus raphismata &
alapæ emancipatoriæ, quæ inanu-
mittendis infligebantur, quas Iusti-
nianæ a humanitas sustulit. *I.6.C. d.*
emancip. Novell. 8 i. in princ. Erant in
Berytensi Academia Ludi tales quo-
que Scholastici, quibus novitii tam
docentes, quæ in discentes excipie-
bantur. *d.l. §. de iur. doc. rat.* Sed ma-
la consuetudo abroganda, sit Ritters-
hus olim meus amicus summus,
qui

qui actiter impugnat hunc motē inscitum in Orat. parent. Eliæ Putschii, itidem quondam amici mei. Henrici Mollerii carmen de hoc Emporio tale est, Insigniae eius tangens:

*Norvegia cœ Berga caput, bicoloribus
armis.*

*Gaudet, sic laus fert monumen-
ta sua.*

*Dimidiam, forma penitus nigrante,
volucrem.*

*Dicitur aetherea que dare tela lo-
vi.*

*Hoc dextrum clypeilatus est, ac fulget
ut aurum,*

*Altera pars veluti purpura Coa-
rubit.*

*Atque loco capitis Salpam diadema
gerentem*

*Pergat, hyperborei dona beatama-
tis.*

Secundum Emporium Novogar-
diæ est in Russia, quæ urbs quondam
potentissima & amplissima fuit Rus-
sorum, ad gradum latitudinis 58.
longitudinis 62. sita, 40 milliaribus
à Nerva Livoniæ portu versus or:um,
36, à Plescovia, 120 à Mosqua, hac
tempore Russiæ & Moscoviaæ Metro-
poli, ultra 400 fermè ab Hansæ Teu-
tonicæ mercatoribus; imò & ante ea

1350 R E R V M P. H A N S .
tempora frequentata fuit , & in ec-
cles Russicæ, pelles, cera & aliis gene-
ris multa inde petita sunt , & ex Lu-
becca p̄assim sparsa. Bello etiam in
Livonos & Russos funestissimo vi-
gente, Lubeccenses proprio periculo
in Russiam progreedi , & negotiatio-
nem suam ibi exercere poterant , &
nihilominus in Livonia sub Magistri
Ordinis protectione tute manebant,
vigore privilegii à Godfrido Magistro
ipsius Anno 1299 concessi. Circa An-
num enim 1477. ob savitiam & pu-
fidiam Iohannis Moschi Revaliam
inde translatum est emporium, quum
habitationes Hansis Neogardia de-
struerentur. Sed neque illic perpe-
tuum fuit , sed annis saltē circiter
so prot temporis ratione exerceri soli-
ta sunt commercia , dum Russicum
Germanis libera fuit communitatio. At
quum Revalienses saltē ad suos ad-
fringere et omnia cives, nimium avari,
perdidere hanc confluentiam Han-
seaticorum. Nervam enim inde de-
legerunt negotiorum suorum sedem
sibi , concurrentibus eodem Anglis,
Belgis , & Gallis. Ægrè hoc quidem
culit Livonici ordinis magister , de-
que injuria tanquam sibi facta gra-
viter conquesitus est apud Ferdinand. I

Impre-

Imperat. ; nec tamen revocari in locum eum potuerunt : Sed potius hoc egerunt Hansæ, ut in pristinum Neogardiæ reciperentur locum, ceu *Anno 1603* ibi legatos habuerunt, & nuper *Anno 1620* tantum obtinuerunt , a Magno Moscovia. Duce Demetrio , quod illis licitum sit ibi erigere xdes, ceu & locus certus iterum deputatus est , quod ipse tunc in convenitu Hansæ à Lubeccensibus referri audi , ut frequens sit ibi iam commeatus, quod admodum dolent Revalienses, qui id pluribus testati sunt litteris ad conveatum communem.. De huius Emporii Insigni etiam Mollerius hos habet versus:

*Moschorum pinguis Regardia nota-
per agros,*

Orbe gentes tales in bicolore notas.

*Dimidiam imperij volucrem , pes cib-
ius & ala,*

*Disselogue nigrum luet in orbe.
caput.*

*Dextera pars Clypei tenet hanc , spes
Etabilis auro :*

*Caruleus suffert arma sinistra lo-
cus.*

*Scilicet argento splendentem dñe-
clavens*

Ianitor ut cœli Petrus habere sollet;

Tertiū Emporium Hansis exhibet Londonum in Anglia. Quamvis hoc ad *Annum Chr.* 1206 ab Henrico 3. Anglorum tege huic Societati Hanseaticæ attributum aliqui dicant; tamen ipse textus diplomatis haud obscurè indicat; altiorē eius originem subesse; velut & in eo dicitur, *Hanseaticas civitates Regi naves cōplures ad belli auxilia subministrasse, ea lege, ut si quæ caperentur, frangerentur, peritentvè, illis Rex adnumerata pecunia solveret.* Cessit ea rem feliciter, ut Rex Hanseaticorum opera, superatis hostibus, victoriam reportarit. Sed quum redditum pararent ad suos, tum immanis classem affixit tempestas, ut plæreque naves mercatorum undis perierint. Rex autem quum solvendo non esset, videns debitum ex mora crescere, itacum Hanseaticæ mercatoribus transgit, ut ipsis concederet in suo regno facultatem mercaturam plenè exercendi, importandi, exportandi que merces, soluta tantum centesima parte pro vectigali. Atque hoc ille privilegium irrevocabile sibi posterisque voluit, veluti etiam à 14 regibus fuit postea in successionibus tot confirmatum, & aliis insuper tractibus &

& transactionibus auctum. Et quia
Confœderatorum summam fidem
certaque auxilia posteri teges dubiis
temporibus experti sunt, præsertim
in bello quod Eduardus 3. circa An.
1327. adversus Gallos gessit, sanci-
verunt, negotiatores Teutonicos il-
lius collegii nullis novis vectigalibus
tributis, exactiōibus, subsidiis, aliis-
que præstationibus in posterum one-
randos; sed immunitates ipsiis olim
concessas indultasque integras atque
inviolatas perpetuò relinquendas es-
se. Estque decretum illud peculiari
diplomate confirmatum, & à Richardo
2. Henrico 4, 5, & 6. religiosè ob-
servatū. Donec ardente inter Anglos
Danosque bello, quām in freto Da-
nico Anglorum naves fuissent inter-
ceptae: naves vicissim Teutonicæ 60
ab Anglis captæ spoliataeque sunt, ut
supra dictum est; quæ res postea à
Carolo Burgundo ad Mosam Traie-
cto composita est anno 1474. Ab eo
tempore per annos circiter 80 sub
Richardo 3. Henrico 7, & 8, atque
Eduardo 6, Germani immunitates in
Anglia retinuerunt, licet Dantiscani
non nihil eas turbarint, ut videre est
in Meter. hist. Belg. lib. 18. ad An. 1597.
& lib. 19. p. 817. Domus ipsorum

134 R E R V M p. H A N S.
ibi erecta dicta fuit *Staelhoff*, à chi-
fybe, eò, quod ingentem viii chal-
bis illuc deferrent. Eum nunc nec
importat, nisi cui singulariter à te
hoc indulgetur. Primarium inter p.
vilegia hoc erat, quod non pendaret
nisi centesimam & eius dodrantem
pro vestigali; quodque exempti esset
ab aliis exactiōibus. Arctioribz
Reipubl. temporibus, si obſidioe
Londinum premeretur, unam tam
Urbis portam, quam Episcopi vocari
defendere obſtricti. De iniqua autē
Parlamenti sententia contra Haag
Anno 1552. lata & qua indeco-
secuta sunt, vide *Clytr. Cren. Sax.* l.
23. Moller quoque versus in Emp-
sium & Insigne Londinense hi sunt:

*Londinum, vario quod Tamesis ab
aſſu,*

*Fert Aquilam Clypeo ſub bicein
nigrā.*

*Hecque caput geminum campo ſilli-
lit in alto,*

Sed geminos rubeo figit in orletis.

*Aurati collo diadema cobaret utri-
Quale coronatus Casar habere ſolit.*

*Et ſuper incubit venerandi Inſig-
Monarchæ,*

Ex amila Maliforma rotunda creb-

Burgi

Bruggis demum in Flandriâ olim
 Hansæ Emporium constitutum
 fuisse, diximus, quod iuxta senten-
 tiā nonnullorūm à Teutonicis mer-
 catoribus cœpit circa *Annum 1262*
 frequentari, duravitque diu ibi ad-
 modum negotiatio, flotentibus satis
 Brugesium rebus, unde etiam in ni-
 niām incidiēt petulantiam adeò, ut
 simul Eois civitatibus sèpius invi-
 diam ostenderent. Sic etiam *An. 1378*
 arresto detinebant mercatores Han-
 seaticos ex Orientali parte, nec am-
 plius iustitia ibi patebat ullis. Ideoq;
 in publico Conventu Hansæ *Anno*
1387 concludebatur, quod nulla am-
 plius ad Flandros deportati comerce-
 cia deberent, atque hoc per Edictum
 publicabatur per omnes civitates. De-
 mū *An. 1487*: quum complevissent in
 hoc fatalem periodum, multū in ami-
 sit hæc urbs de pristina opulentia per
 seditionem, capto Maximiliano Rego-
 Rōm., & quibusdam præcipuis mi-
 nistris in eius conspectu occisis. Tunc
 enim portu eorum à Friderico Cæsare
 obstructo, commercium omnē transla-
 tū est Dordracū, post Antwerpam. At-
 que propterea quoque maximè civi-
 tates Hansæ egregiani præstiterū Im-
 peratori adfertiam, ceu Lubec-

censum in primis tunc magna fuit gloria. Inde etiam eò facilior fuit Imperator in hoc Indulcio, ac concedit Coloniæ, ut Societatis Hanseaticæ civitates posthac negotiorum suorum sedem Antwerpia, quò se pridem converterant, figerent. Quum enim Lubecensem rogatu ad privilegia Societati à Iohan. 1. Brabantia Duc anno 1315. concessa, & per Antonium item Brabantia Ducem confirmata anno 1409. res fuit facilior expeditionis. Sic quin Philippi Regis ab Antwerpient. exorati auctentras anno 62 superioris seni accedebat; in Comitiis Societatis Hanse decreatum est, ut publica quoque demo collegium ibi confirmaretur, in qua propriam jurisdictionem Senatus mercatorum haberet, ea que de re cum Senatu Antwerpensi transactum est, depensis à Societate Hanse 60000 Caroleorum. Extat hodie superba & magnifica, velut & Bruggis adhuc, domus; sed ex tempestate belli dilapsis aliò mercatoribus, magna ex parte deserta, & minor domus dividenta est, quin videatur divina Dei clementia hoc bonum nunc Ambstardamensibus traditum, ut antea dictum est, cuius cu[m] s' Europæ Empo.

riis pridem antecedit. De Brugis. Mollerii itidem versus hi habentur:

In clypeo bicolore, biceps bicolorque volucrum

*Regina, est signum, Flandrica Bruga,
ga, tuum.*

*Aitera pars Aquilæ cœnflavet, & al-
tera nigra est,*

*Cœn Sirus hic clypei flavus, & ille
niger:*

*Sic Aquilæ in medio que pectore cla-
ra nitescit,*

*Hunc illamque pari Stella colore
refert.*

*Attamen haut coëant in eadem scde
colores;*

*Sed retinent iustas in statione vi-
ces.*

Verum hæc ista vice sufficient, quū
reliqua omnia de Mercatura, & de
jure Emporiorum, ab historiis depen-
deat, nec non de Consilio Hansæ per-
petuo ad ultimam partem reiiciamus.
Possent heic multæ subiecti quæstio-
nes; sed easdem alii reservavimus loco
in sequentibus: Saltem propter calu-
niatores varios, qui Hansæ suam in-
vident cōmoditatē, patrocinium Mat-
thiæ Steph. I Cti ex l. 2. part. 2. c. 3. de
iurid. cōclusionis loco subiectemus
in ea quæstione, quam ipse formavit;

P P P S . C O N-

C O N C L U S I O.

*Anfædus Hansæ ut conspiratio, an
verò legitimum censri debeat?*

LIcet regulariter prohibeatur tot. tit.
de colleg. & corp. Aurea Bulla Cardi
4. tit. 15. edita Anno 1356. Quis ta-
men ignorat permittere ius , colliga-
tiones & confœderationes hominum,
si fiant ad aliquod bonum ? puta si
quis timeret se oppressum iri à suis
vicinis & adversariis , certè eo casu
licitè potest iniure cum quibusdam ei
eo melius se ab iniuriis, quas ineruit,
defendat. Est namque species eade-
fensionis , quæ tam quo ad res
quam personas licita est de jure per-
missa. *I. ut viri. & ib: Dd. D. de iust. &
iur. l. 1. C. unde vi.* Et hoc expressè te-
net Bartol. in *extravag.* ad repti-
mendum in verb. occultè, ubi dicit,
Ligas vel societas quæ hodiè fuit
inter civitates vel Barones , aut alios
recognoscentes superiorēm, si fiant ad
ipsorum defensionem, iuri subsistere.
Pari ratione valent huiusmodi con-
fœderationes , si in eantur à civitati-
bus vel principibus non agnoscendi-
bus superiorēm , ut nobiliter ait Bar-

polyn

colius l. ult. D. de colleg. illic. Licet enim conspiratio accipiatur in malam partem , tamen etiam potest fieri in bonum finem, uti modo dictum. *Folin.* in cap. tam. l. & *A. de iure iudic.* Boſſ. tit. de unionib. & colligat. num. 10. in fine. Atque ita iudicio Cameræ Imperialis Anno 1553. fœdus inter Wittzburgensem & Bambergensem Episcopos , ac civitatem Noribergensem adversus Matchionem Albertum initum , pro licito fuit iudicatum , cuin illud non solum , legibus permittentibus , ad sui suorumq; defensionem inierint , sed id quoque heratu & iussu Imperatoris Caroli V. fecerint. *Myns.* cent. 6. obs. 2. Quin & Fœdus Hanseaticum à Catolo IV confirmatus legitur *VVarem.* ab Erenb. in meditam. profæderib. cap. 2. n. 44. & in rescriptis Cameræ Imperialis , nec non etiam in recessibus Imperii pas- sim nominatum & approbatum. de Anno 1542. §. *Dennach.* vers. dergleichen auch die Hänſe vndt Seestätte. & vers. Die uveil es aber anschnliche vermögene städte. Anno 1576. §. *VVir* vvolten auch. & Anno 1549. §. *Desglcichen* vers. zusampt der Hänſen undt Seestädtten. Ne dicam , conventus Hanseaticos Imperatores & Reges & Principes splen-

1340 R E R V M P. H A N S.
splendidissimis suis legationibus di-
guatos esse : ut & adhuc paucis ab
annis nimirum Anno 1598, uno eo-
demque tempore Imperatorum Re-
gum Hispanicum & Polonicum Lega-
tos Comitiis Hanseaticis interfus-
notorium ferè est. Etsi societas illa à
Carolo 4 confirmata est , certè non
creendum est, per eam Auream Bul-
lam eiusdem Imperatoris aliqua in
parte sublatam : at confirmatam esse
eiusdem constitutione, probabilitat
constat ex d. *Aurea Bulla c. 15. var.*
illis confederantibus & Ligiis dun-
taxat exceptis quas Principes ac ci-
vitates & alii supergenerali pace ter-
tarum Provinciarum inter se fortasse
noscuntur. Alias enim nostræ decla-
rationi specialiter reservantes , in suo
decernimus vigore permanere, donec
de his aliud dixerimus ordinandum.
Quæ verba moderantur præcedentis
§. verba , ibidem fecerint hactenus,
&c. ac sanè absque omni absurditate
accipi ita possunt , ut societas Han-
seatica pro pace, à defensione Imperii
Germanici recepta, inclusa sit, ne Im-
perator sibi contrarius videatur. Quia
& Societatem sive Fœdus hoc conſi-
mat immemoriale tempus ultra 400
Annum , quod plusquam pactum,

co-

contractus , Privilegium ac quævis legitima concessio operatur , vel certè privilegii à Principe ex certa scientia concessi vim & vigorem obtinet : pernotata Sixtin. lib. 1. de Regalibus c. 1. n. 13 8. & seqq.

Cæterum quia tam amplæ Societatis negotia sine conventibus & legationibus expediri non possunt , meritò illis jus indicendorum convenuum & emittendarum legationum competit . Nec enim omnino privatæ vel privatorum loco habendæ sunt civitates Hanseaticæ , quippe quod inter eas Imperiales , Lubecca , Colonia , Tremonia : reliquæ mixtum statum obtinentes certis singularibus privilegiis ornatae : consistitque in iis ipsis non minima pars ornamenti & firmamenti Reipubl. Romanæ in partibus maritimis . Præterea fœdus illud Hanseaticum ab Imperatoribus , Regibus , Principibus & rebus publicis eximiis immunitatibus , Privilegiis & libertatibus donatum esse , nemo est , ut opinor , qui non sciat .

Et exinde verè concludendum est , eiusmodi civitatum Hanseaticarum confœderationes licitas esse , nec conspirationis speciem sapere . Imò fœdus illud tamquam pro pace ac defen-

defensione Imperii Germanici rece-
tum, magni fieri debere.

Sanè aduersus supremum principia
nunquam valere confederations &
Societas, recte docuit *Baldus* in*l.i.*
D. *Quodcuiusque univers. non.* Art.
diac. in c. si quis. & *C. coniurationum* ii.
quest. i. Sic eadem attestatur *Bart.*
Muscul. *indissert.* de *fratern.* concl. i. t.
15. &. 16. ita dicens: Indulgemen-
men quilibet hic potest suis inven-
tionibus, cùm sit res præiudicier-
pers, & nulla in nominibus statua-
da religio. *Carol. Paschal.* in *legat.c. 7.*
p. 52 l.

Huius societatis Hanseaticæ initio
magna fuit utilitas contra Danos &
Suecos, qui in Holst. Luut. & Si-
xoniarum regiones irruerant. *Crantz.*
i. Vandal. rer. c. i. VVarem. ab *Eriti-*
d. tr. c. 2. n. 44. existimans penitus er-
aminata natura huius fœderis patet
abesse, quin sapiat quoad nonnullas
civitates speciem conspirationis, cùs
multæ civitates eo contineantur, quod
Regalia à Cæsare non habent, & mo-
diate subiectæ Imperio; itaque bea-
num esse quòd sua potentia uti nesci-
ant. cum quo consentit *Dn. Ab.*
Knich. in *quest.* An civitates sapientiæ
habeant jura territorii. v. 475. eadem

ratione quod subditi contra Princi-
 pes confederates jure nequeant.
Aur. Bulla Carol. 4. cap. 15. de conspir.
 verb. inter civitatem & civitatem. &
 vers: insuper confederationem & padua,
 &c. adde Bod. 1. de Republ. 7. num. 77.
T. Greg. 23. ds Rep. 3. n. 8. Sed, et si non
 omnium civitatum, hoc fædere in-
 dexarū, equalis libertas sit, in dubium
 tamen illud revocare, cuius initia
 i p s i s vetustatis tenebris propemodum
 sunt obscurata, inanis erit operæ, val-
 deque periculosæ, quin potius optan-
 dum, ne unquam posthac Hanseati-
 cus populus occasionem habeat vires
 suas & potentiam experiundi ; nec
 enim facile in disputationem vocan-
 dum illud, quod de jure non valet,
 si de facto fiat. *Cagnol. in l. si quis ma-*
ior. n. 216. C. de transaff. Ie. K ö pen. decis.
21. n. 18. Et aqnosam quercum trans-
 fert, qui vestitos ævi nostri mores in
 melius mutare conatur. *Anton. He-*
ring. tr. de fidei usf. c. 30. n. 46. Cumque
 Aurea Bulla in specie non loquatur
 de hoc fædere, eoque posterior, con-
 tra illud allegari nequit ; nam valet
 argumentum : Hoc lege cautum non
 reperitur, ergo apponi non potest. *l. in*
prævaricationibus. §. f. ff. de prævaricat.
l. illam. C. de collat. c. illa devotionis. Ne
 sedo

sedevacant. Crav. conf. 6. n. 87. & cons. 90. n. 2. Et leges futuris regulariter dant formam negotiis l. 7. C. d. II. l. 29. verb. qui in posterum. C. de Testam. l. 3. C. Theod. de constit. Princ. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 86. nisi nominatum de præterito disponant. d. l. 7. l. unic. §. 4. C de contr. iudic. l. ult. C. de pall. pign. Novell. 12. 13. 66. Cuiac. lib. 5. Feud. p. 375. Hottom. 1. obs. 11.

Quin. in modo si verum est fœdus Hanseaticum à Carolo 4. confitatum, ver. simile non est id per Auream Bullam eiusdem Imperatoris qua in parte sublatum. At prius ex Ware. antè apertum, probabiliterque constat ex d. Aur. Bull. a. 15. vers illius confœderationib. & iugis duuitaxat exceptis, quas Principes ac civitates & alii super generali pace terrarum ac Provinciarum inter se formâsse noscuntur, illas enim nostræ declarationi specialiter reservâtes, in suo decernimus. vigore permanere, donec de his aliud duxerimus ordinandum, &c. Quæ verba moderantur orationis §. verbis in eadem constit. ibi: secerint hæc enus, &c. ac sine omni absurditate ita accipi possunt, ut fœdus Hanseaticum pro pace ac Defensione Imperii Germanici receptum, includant, ne Carolus

tolus Catolo contrarius prohibeatur. &c. His quoque addi potest, quæ Arumæus habet in *discursu 6. ad Aur. Bullam Caroli 4. num. 9.*, ubi similiter plenè de hac agit quæstione. Sic & cognosci poterit *Rutger. Ruland. de commiss. lib. 5. cap. 4. num. 5 6.* an ritè ærarium & ius collectandi sibi adscribere queant? An Legatos mittere possint? An status formetur ex fœdere? An leges condere queat? Et quo loco eorum statuta & decreta habendæ? Item quotmodo iure Lubeccensi utantur, id habet *Mattb. Steph de iuris. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 3 40.* & segg.

Verum nemo rectius quid certi statuere poterit, nisi plenè prius in facto secundum privilegia Conthiorum quoque sit informatus, & cognoverit, quæ inde dependeant historiæ, atque, quænam libertas commerciis propriè competat &c. Proinde hæc & talia, uti dictum est, suo reservavimus loco. Interim quilibet bonus huic cognitioni æquum adferet animum, nec quid aliquis abripieret, quoniam nihil heic dictum veniam, quod non ædificationi publicæ ritè inservire queat. Specie enim, hi-

1346 RER. HANS. PARTS IV.
storiæ ad minimum lucis aliquid
hinc accepturas. Absit maligni-
tas animi, nec interpreta-
tio boni mala esse
poterit.

I E H O V A S A L V S M E A.

B. I N I S.

I N D E X C A P I T V M ; Partis Posterioris, alias respectu ante- cedentium quartæ.

C A P V T P R I M V M.

De secunda Fœderis Hanseatici univer-
sali regione, &c. eius quarta Metropo-
li, videlicet Colonia Agrippina, de que
huius origine; & quomodo caput fuerit
fœderis in altera parte Societatis sue
pristinæ: cum civitatibus Westphaliae,
Clivie, Geldria, Brabantie, & Frisia
utriusque, &c. Pag. 763.

CA P. II. De civitatibus aliquot Clivie
ad Rhenum & Geldriæ ad Mosam,
fœderi Hanseatico devinetis. 839

CA P. III. De civitatibus Hanseaticis
Geldriæ ad Vahalim, item Hollandis
& Zelandiæ. 864

CA P.

- C A P. IV. De reliquis in Belgio Gel-
drie Nabalicæ civitatibus Hanse, cum
Transysalanis & Flevicis. 909
- C A P. V. De Civit. Hanseaticis in utra-
que Frisia, ut moderna fert locutio. 933
- C A P. VI. De urbe Embdana, &
gaousque Hanseatica dici queat, ubi
& de Hamburgens. callidis attentatis
iterum agitur. 955
- C A P. VII. De civitatibus Hanseaticis in
VVestphalia sitis & Marchia Clivensi
reliquis, que in priori enumeratione
dehinc restant cum Duderstadio. 975
- C A P. VIII. De amplissimi & ita diffusi
Corporis Hans. divisione, deque cuiusq;
partis aut regionis Metropoli. 1011
- C A P. IX. De officio proprio Metro-
politanarum urbium & Reipubl,
apud Hansam extra conventum ea-
rum publicum. 1030
- C A P. X. De Conventu universalis Han-
sæ, Orsiniarieque, Lubeccæ instituto,
eiusque solemnitatibus, sessionum or-
dine, votandi ratione, processu, & ex-
traordinarijs Comitiis Confœderato-
rum, aliisque accidentibus. 1063
- C A P. XI. De Statutis & Decretis an-
tique Hanse, atque eorum generali:
dispositione, iuxta conceptum D. Do-
manni Synd. Hansæ. 1095
- C A P. XII. De confœderatione communis-
Hansæ.

1348. I N D E X.

Hansæ, quæ anno 1604. Lubeca in cō-
ventu publico solemniter fuit renova-
ta, cum pleno omnium cōsensu. 1125

CAP. XIII. De Confœderatione Han-
sæ particulari, & defensione eius mu-
tua, ad partitatem Fœderis equalis
dispositionemque eius directa. 1153

CAP. XIV. De Confœderatione Bel-
garia cum aliquot Hansæ Saxonice
Civitatibus illustrioribus, ac principa-
lioribus, An. 1616. 24 April. inita,
& 13 Jun. An. eiusd. Haga-Comitis
in ramento solemni confirmata. 1186

CAP. XV. De altera parte Fœderis
Hansæ particularis, quod cum im-
paribus aliquoties olim & nunc ante
paucos annos fuit initum. 1217

CAP. XVI. De Contributionibus di-
versis Civitatibus Hansæticarum, &
aliam inde emergente Civitatum divi-
sione. 1265

CAP. XVII. De civitatibus aliquot
Hansæ in dicta iam transactione &
Privilegiis comprehensis. 1295

CAP. XVIII. De quatuor Emporij
Universalibus Hansæ, quæ & Contra-
ria dicuntur, eorumque conditionibus.
1322.

Conclusio. An fœdus Hansæ ut confi-
tatio, an vero legitimum censer idebeat?